



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

11.0. 148

UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK GENT



A 38184

JOHANNIS SELDENI
De
JURE NATURALI & GENTIUM
Juxta Disciplinam
E BRAEORUM.
Libri Septem.



ARGENTORATI
ANNO M.DC.LXV.

JOANNIS SELDENI
DE
JURE
NATURALI
ET
GENTIUM,
Juxta Disciplinam
EBRAEORUM,
LIBRI SEPTEM.
Accedit
Novæ huic Editioni
Index accuratus.



Cum Gratiâ & Privilegio Sacræ Cæs. Mai^{tis}.

ARGENTORATI,

Sumptibus JOH. ANDR. ENDTERI, & WOLFGANGI
Junioris Hæredum Bibliop. Noribergenium.

ANNO M. DC. LXV.



— Loca Nullius ante
Trita Solo. Iuuat integros accedere Fontes
Atque haurire.

ILLVSTRI VIRO
JOANNI CAPELLANO

Jo. HENRICVS BOECLERV

S. P. D.

VEnit ad Te hæc epistola, nihil aliud quām obsequium grati Tuisque meritis æternum dediti animi nuntiatura; occasione officii non tam eleganter lecta, quām cupide arrepta. Siue maius credere, VIR AMPLISSIME, ex eo genere literarum has perferri, quo, quicquid vspiam in rioribus studiis geritur aut paratur, ad Te, tanquam omnis doctrinæ & elegantiarum arbitrum, perscribi, ratio & mos est. Quamquam sic quoque non speciosa est mea causa, si apud alium iudicem ageretur. De alieno enim officiosus sum, non de meo: neque quicquam ex editione huius libri, cui bona omnia præfainur, ad me pertinet, nisi quod à pluribus annis, Bibliopolis, ad redonandum luci publicæ utilissimam commentationem, auctor & pæne exætor fui. Erit autem forte, vt non modo veniam fatenti dare, donec copolas meas, satis illas quidem tenues, solicitauero, sed de alienis,

*

sinc

sine controuersia præclaris, monumentis, sermo-
cinantem libentius etiam ferre, partem consilii &
comitatis habeas. Evidem SELDENI opera
laudare velle, nihil aliud esset, quam Soli testimoni-
um splendoris meditari, quem ipse, potentissi-
mus sui testis, nullo loco segniter conspici patitur.
Pridem obtinuit hoc nomen, ut non tam homi-
nis inter eruditos eminentis, quam doctrinæ re-
conditæ vulgoque inaccessæ elogium haberetur.
Excepta sunt, quæcunque edidit volumina, illo
applausus genere, quod Musarum & Gratarum
permixto pollentique genio inuafescit: tradita
per gentes; consecrata per bibliothecas; iterata
typis. nisi quod illustrissimum hoc DE JVRE
NATVRAE ET GENTIVM IVXTA DL
SCIPLINAM EBRAEORVM opus, sicut an-
dis emtorum manibus distractum, ac quodam
modo direptum fuit: ita qui desiderio & voto, re-
producit illud ac denuo publicari iampridem o-
ptantium, aures & operam commodaret, vix ac
ne vix quidem potuit reperiri Editor: varietate li-
terarum & formarum, plerosque, ut videtur, de-
terrente. Superans tandem & hic labor erat-
cum præsertim pulcherrima Juris pars exquisitis
literis ac ingenio singulari tradita, reipublicæ hu-
mani generis vel gerendæ vel ornandæ, usum ac
decus præcipuum polliceretur. Quamuis enim

vix

vix patientur sibi hoc persuaderi, qui vel ius in armis ferunt; vel certæ gentis legibus omnes gentes, **externo legislatori** nunquam obnoxias, constringere parant; vel contenti eminentibus & communibus sententiis, consiliorum ac disceptationum dubia, exacta iuris forma ac regula expedire, parum assueuerunt: potior tamen nobis debet esse auctoritas eorum iudicium, quos in hoc Tribunali alte constitutos, Deos dixit ipsa Dei veritas. Hi animaduertunt, sublato Diuini Iudicii metu, & remotâ reuerentiâ Juris Naturalis, cuius non vindex minus quam auctor Deus est, ipsa reipublicæ vspiam in terris seruandæ tuendæque, munimenta ac præsidia euerti. Terrore humani imperii ac metu ciuitatem hactenus contingi dixeris, ne societas plane sit dissociabilis: ut autem beata esse serio & diligentius velit, citra respectum supremi imperii, nemo expectabit opinor. Jam inter populos nullius communis imperii vinculo coniunctos, selyque Deo secundâ potestate præditos, quæ humani ratio commercii, quæ pacis fides, quod controuersiarum moderamen, quod armorum temperamentum, ex cogitari poterit, si ius non dicere orbi terrarum, Officia nationibus, præmia obsequio, pœnas imparentiæ, dispertiri credatur, illa rerum suprema potestas, extra cuius voluntatem, nec ius, nec

iuris fructus, id est siue socialitas siue humanitas &
 ab hoc ducta principio, inter mortales felicitas,
 est? Et, quando depravatione consuetudinum,
 nihil non obscurari, ac in deterius electi cerni-
 mus, praecipue in primis de humano genere mere-
 ri putandi sunt, qui instauratum eunt ea, quibus
 solis, distracta errore, congregatur, sibique & Deo
 reconciliatur mortalitas. Potuerunt ipsis mani-
 bus deprehendere, quid Deo, quid humanitati in
 hoc genere deberent, propiora saecula. itum est
 ad alterum, & quasi nouum genus hominum:
 quæsitæque & repertæ sunt terræ, in quibus con-
 fuso Naturæ & Rationis discrimine, cum huma-
 ni cultus vestigia, brutarum animantium consue-
 tudini vix essent dissona, prima eademque summa
 humanitatis & commercii & victoriæ lex fuit,
 animalis Naturæ & Deo parentis exempla ac spe-
 cimina hospitibus ingerere, & præterpropter hu-
 manitatem vitæ oberrantia agmina, in ius & ho-
 mineum cogere. Diffusam argumento, distin-
 ctam profectuum gradibus, nec raro inuolutam
 auctorum sententiis sapientiam, quam non suf-
 ficiat fidentius aggredi, Fernandus forte Vasquius
 documento esse queat. qui cum tanto instructu
 apparatuque hunc locum sibi excolendum sum-
 sisset, ut instar bibliothecæ nonnullis videretur
 præstare, factum tamen facile opineris, ut negli-
 gentius

gentius pleraque cumulando , ordini & discretioni inter disputandum parum seruiendo , placita aliorum non satis examinando , sua saepius assue rando quam probando , componendo denique , quae constare sibi inuicem non poterant , haud pauca de arduis intricauerit potius quam expedi uerit . Quare maiorem sibi curam & cautionem adhibendam iudicarunt , Hugo Grotius , & eius exemplo ac emulazione , ad certae de Philosophia Barbarica superstitis disciplinæ modulum , Britan norum doctissimus , Janus Seldenus . Tam egregii electissimorum ingeniorum certaminis sicut prima auspicia & successum , Galliae vestrae deberi , eruditis constat : ita ne nunc quidem , aliena vestris consiliis & temporibus videri potest commemmoratio isthac , & Tui nominis ornando praescripta operi praedicatio . Illi enim doctrinarum & omnis elegantiæ principatui , quem à multo tempore nemo Vobis ambiguum facere in animum induxit , is nunc è felicitate temporum accessit gloriæ cumulus , vt MAXIMI REGIS , Auita & Patria , quamquam in incomparabile educta fastigium decora , plus quam supergressi , animis paria gerentes studia , quemadmodum in ceteris Republicæ & saeculi artibus , ita in Literis ornandis amandisque , vestrum candorem , grauitatem , benignitatem , longe lateque cunctis in praefens na

tionibus & gentibus, in posterum seris ætatibus luculenta & decora industria approbare conspi- ciamini. In his curis, quibus nec ad immortalitatem nominis quicquam splendidius, nec ad de- merendum genus humanum vberius, vlla vide- runt tempora, eam Tibi personam Fortuna Pu- blica insiposuit, quam sine exquisita doctrina, & summa virtute, nemini vel momento gerere, fas fuerit. Qui caperet consilium noui & magni exempli, consilium omni virtute regali magis re- gium; vnum fuit, hoc, quid dico hoc? omnibus quotquot fuere seculis, Rex, Regum norma, Re- gum splendor, LVDOVICVS Dei munus, Dei pignus, Dei imago. Respondit magnitudini tan- tarum cogitationum, prouisu, obsequio, suffra- gatione, huic Principi, huic sæculo nata mens
M AECENATIS GALLICI COLBERTI,
ad omnia æternitati Patriæ destinata ac destinan- da præsidia exsommnis, sollers, intenta, operosa.
Quod Mæcenati fuit Maro, id **CAPELLANVM**
COLBERTO esse dicerem, nisi plus in exempli nouitate vel negotii vel elegantiae appareret. In- ter Regis Herois Oculos, inter Herculis Musage- tæ Amicos, inter instrumenta beatioris & cultio- ris æui, nomen & famam mereri, magnum & pul- crum est, sed nulla parte maius pulcriusue, quam in censu ingeniorum per terrarum orbem agen- do, in

do, in munificentia Regiae vel dispensandis consiliis, vel diffundendis fontibus, vel incitandis miraculis. Plena quidem haec & singularis est felicitas, adesse Principi, quotiens dulcissimam meritorum Principalium seriem explicat, & Diuinitatis ritu, beneficiis disiuncta locorum spatia iungit, & conquirit vndeque, quos felices faciat. Quis ex omni rerum memoria honor, quis dignationis aulicæ gradus, nominabitur, quem malit, si fata liceat sibi suo temperare arbitrio, indipisci, quisquis ciuili bonitatis naturalis genio, ita regitur, ut non virtutis modo & sapientiae sed fortunæ quoque summam putet, bene de plurimis mereri? Quam non sit iners in pectore meo sensus illius laudis Tuæ, Vir Amplissime, vix est, ut hoc loco, id est, in transitu, digne queam verbis exprimere. quanquam non meriti modo Tui magnitudo, sed mea insuper, tot aliis quoque in publicum decus eminentibus tuis laudibus incitata pietas, omnem, quæ solenni gratiarum actioni intercedit, moram abrumpi postulat. nisi hoc quoque æquitatis Tuæ ac indulgentiae fors pati velis extare testimonium, ut obsidis locum tantisper expleat haec epistola, dum accuratius, quantum Tibi debeam, cuius munere meum nomen inter eos comparuit, quos Regum Benignissimi munificencia, & Mæcenatis rediuiui, propitia voluntas bearet, pro-

ret, profitear. Teneat interim gratiæ Tuæ locum, quem semper tenuit, SELDENVS, ipso operis sui argumento curis cordique Tuo proximus. Nam & si pristina recordamur, IVSTITIA, non inter Virtutes modo REGVM CHRISTIA-
NISSIMORVM, sed inter Nomina viguit: & inter miracula sæculi, quæ Gallia cotidie edit, primore loco celebratur, quod Rex armis, viris, animis, opibus, instructissimus felicissimusque, etiam lacescentibus nonnunquam causis, magnitudinem suam IVSTITIA mauult, quam armis inter Christianos tueri, & de pace potius, ac amicitia Principum, quam de clade & incommode, triumphare: fortis interea & expeditus in barbaros & Christiani nominis hostes, quos debellare, ut Iustitiæ, ita Gloriæ apex est. Vale, Vir Amplissime, & Regis Tui gloria diu fruere. Scr. Argentorati io Martii 1665.

PRÆ-



P R A E F A T I O ,

quæ etiam

INSTITVTI OPERISQVE

Est Summula.

Itulus, quantum scio, planè novus est; etiam hactenùs tam inauditus quam incomptus. Nec solùm in molem prægrandem excrevit Volumen, verum & ipse Librorum ac Capitum Elenchus paginas non ita paucas occupat. Unde fit ut nec ocius transcurti, nec oscitanter evolventi, nec leviter intuenti facile satis queat excogitari, quidnam Operis fuerit subiectum seu Materies, aut qualisnam aut unde Ratio Instituti. Merito igitur visum est ea heic velut in Tabella contraria exhibere. De *Jure Naturali & Gentium* quidem agitur; sed non simpliciter sic dicto. Adjicitur, *juxta Disciplinam Ebraeorum*; quæ Tituli est Novitas. De *Jure tum Naturali, tum Gentium*, quomodolibet cunque alias sumto, ac de Obligatione & Permissione circa utrumque versantibus, anxius disquirunt acriusque disceptant crebro, Ethici, Politici, Jurisconsulti, Theologi. Nec defuerit quibus omnino placuit illud veterum aliquot

**

Nec

P R A E F A T I O.

Nec Natura potest Justo secernere iniquum.

Ceterū ex eis in quā plerique Scriptorum , aliās etiam de Jure hoc diversimodē dissidentium , consentire solent , nullo labore elicitor , Naturalis , qualemque id demū fuit , peritiam (id est Juris ejus , quod cunctorum hominum ab ipsis rerum ipsiusque Naturae creatæ initii Commune fuit seu Vniversorum cordibus , ut dici solet , inscriptum) non minū nec alio fermè modo Juris Universi Divini Humanique , quod citra initia illa Positivum est , atque Morum scientiæ exactiori conducere , quām Sapientiam quam appellant Primam seu Metaphysicam reliquis Philosophiæ membris quæ sua , ex illa , mutuo accipiunt Principia , seu quām artes pure Mathematicas eis quæ sunt mixtæ , aut Epochas in Temporum motuumque ratione , in sequentium calculo . Neque abs nonum est dicere , ab Jure illo , cetera multifariam superinducta , velut surculos per insitionem accedentes , à truncō cui inseruntur sustentari alike . De eo autem interea quod est , Qualia & Quot sint ac Quousque extendantur contrahanturve Juris istius capita , atque undenam petenda , dissensus est sanè multiplex . *Gentium Jus* interdum pro *Jure* item *Naturali* sumitur . Quoties nimirūm *Primævi* seu *Primarii* nomine indigetatur . Sed verò quatenus *Juris Gentium* vocamine , Mores & *Jus pluribus Gentibus* , nec interim Universis nec Sem.

P R A E F A T I O.

Semper, sive ex Numinis Jussu Imperativum sive ex Pæsto aut Consuetudine Interveniens denotatur (quale Secundarium nancupari solet) *Naturæ illud*, non aliter atque Cæsareum, Pontificium, Provinciale, Municipale Jus, plane est additamentum. Atque ex hac duntaxat notione in Titulo usurpatur. Et *Jus Naturale* ita significat heic quod *Ius Mundi* seu Universale; *Gentium Ius*, id quod Gentibus aliquot peculiare. Lucanus;

Sed neque Ius Mundi valuit, neq; fœderas sancta Gentibus —

Jam verò *Naturalis* vocabulum, in Titulo, id tantum indicat quod, ex *Ebraorum*, seu *Ecclesia* aut *Reipublicæ veteris Ebraicæ*, Placitis, Sententiis, Moribusque, tam in Foro quam in Scholis, receptis avitisque, pro *Iure Mundi* seu omnium Hominum omnimodarumque tum Gentium tum Aeratum Communi, etiam ab ipso rerum conditu, est habitum; ut scilicet à Totius Naturæ creatæ Autore seu Numine Sanctissimo, Humano generi, simulatque creatum est, indicatum, infusum, imperatumque. Hoc נָתַן בְּנֵי תֹּהֶם *Præcepta* seu *Ius Filiorum* seu *Posterorum Noachi* appellant Ebræi, utpote quo nomine Genus Humanum, à Noacho secundò, quemadmodum fermè ab Adam primum, propagatum, innuere, eis est solenne. Capita hujus Juris Septena, quæ Illustriora sunt, à scriptoribus Christianis subinde habes, sed nec sine

P R A E F A T I O.

crassissimo subinde errore, generatim memorata.
Nullibi autem explicata. Ea sunt de *Cultu Extraneo* seu *Idololatria*, de *Blasphemia*, de *Homicidio*,
de *Incestu* ac *Concubitu illico*, de *Furto*, de *Eſu membra* seu *partis ab animali hactenus viventi discepta*, & de *Iudiciis* seu *Regimine Forensi* atque *Obedientia*, quam *Civilem* vocitamus. *Gentium* autem *Ius* in Titulo accipitur pro eo, quod sive ex singulari Numinis Imperio, sive ex Pacto seu Conſuetudine Interveniente, Ebræis aliisque Gentibus sive vicinis sive aliis (nec interim universis nec semper) commune habebatur ; veluti in Contrahibus, Nuptiis, Servitute, Federibus, Profelytorum Admissione ac Regimine, Captivis, Tributis, id genus reliquis. *Instituti* autem Ratio ita se habet, ut præmittatur primò *Dissertatio* de necessario, in rebus difficilioribus seriò perpendendis dispiciendisque, diligentioris ac multiplicis Aliorum Sententiarum, utcunque inter se plurifariam discrepantium, Indaginis atque Examinis usu. Quem sanè si qui negligentius aut ignavius rejiciant, ut sui ipsorum commentis nimium fallantur illi saepius, necesse est ; perinde ferè atque Antipheron ille, cui proximus aer perpetuo speculum adeoque perpetuo ac solum sui fuisse fertur. Agitur dein de *Gentis Populi Ebraici Vetustate, Dignitate ac Prerogativa* olim præ cunctis aliis eminentissimâ, ac de *Barbarica Philosophia* (cuius Ebrai-

P R A E F A T I O.

Ebraica pars eximia) veluti Occidentis Magistræ præstantia. Discutiuntur etiam *Placita Scriptorum* diversimoda de *Iuris*, qualemcunque id fuerit, *Naturalis Fonte, Ortus, Sedibus*, adeoque de eo quod est, unde petendum seu ediscendum Jus illud. Atque enumeratis, tum ex Ebræis tum è Christianis aliquot, *Capitibus Iuris Naturalis*, quod Noahidarum Ebræis dicitur, *Illustrioribus*, absolvitur **L I B E R P R I M U S.** Sequentibus libris, Talmudicè & Rabbinicè sigillatim explicantur Capita illa; sed sparsim & pro re nata, quicquid *Iuris heic Gentium* nomine generit. Neque enim aliam esse idoneam methodum censui. Præterea, non rarò tum interseritur doctrina Talmudica de *Juris Ebræorum Civilis* seu simpliciter *Israelitici*, ad res sive sacras sive profanas attinentis, *Capitibus* aliquot, tum alia aliunde observanda adhibentur: ut inde eorum de *Jure* sive *Naturali* sive *Gentium* sensus, inter legendum, explicatio reddatur.

Hinc **L I B E R S E C U N D U S** Interdicta priora Bina de *Idolatria & Blasphemia* complectitur, ubi item *Profelytorum Iustitia, Profelytorum Domicili, Libertinorum, Servorum* in *Judaismum* co-optatorum *Initiamenta, Status ac Conditio*, seu *Peregrinitatis Iura*, velut in sequentibus necessariò prævia, enarrantur. Accedunt *Cœlestium, Humanorum, aliarum imaginum* tum *formatio* tum *usus*, quæ licitus, quæ illicitus, tam *Originarius* quam
 *** *Profe-*

P R A E F A T I O.

Profelytis; Publicanorum ibi qualitas; Luci Plantatio; Figura, ad Neomeniarum tempus ex testium designatione decernendum, Lunares; Icones Casarea; Nummi, ex eis qui Ebrais in usu, illis insigniti; Ebraici item; Numismata Rhodia quæ velut pars pretii D.N.Jesu Christi Romæ & Parisiis ostentantur; Mosis figura; Vitis Aurea; India in velis Indaicus picta apud Claudianum; Profanatio Nomini Divini ac ejusdem Sanctificatio; Peccatum illud quod in lege sacra dicitur זר ב fieri, seu manu elata; Fili Dei nomen; Vestium blasphemiae auditæ causâ dilacerandarum ritus; sententiæ Ebraeorum aliquot de Gentium Diis non blasphemandis.

LIBRO TERTIO dispicitur, utrum ad Cultum aliquem Divinum & ad qualem, Genus Universum humanum quod reliquum erat seu Gentiles obligari vellent Ebrai. Qualis item Cultus Gentilibus permisus, qualis interdictus, sive ad Templum Hierosolymitanum sive alibi in ditione Israelite; Et fusius quid statuerint Ebraei de Sabbati seu Septimi diei cultu, quæ ad Gentiles, seu alias præter seipso, quovis modo attinere posset. Cultus ante legem Mosaicam adjicitur Divinus; Templi Hierosolymitani, quantum ad loca Gentilibus vetita seu permissa, designatio; interdicta eis, nondum in Judaisimum rite cooptatis, legum Mosaicarum observatio. Opinio eorum qui non Resipsas sed

P R A E F A T I O.

Sed Pretia tantum rerum, à Gentibus nondum in Judaismum cooptatis, offerenda temere asseruerunt, discutitur. Sabbati adjungitur Institutionis Tempus, Annus, Dies, Locus, Ratio, Iter etiam Sabbathicum, & Primum Sabbatum festi nomine, ex Imperio juxta eos divino, celebratum. Fl. Iosephi & Philonii loca insigniora de Sabbatho expenduntur, intertextis de Calendario Romano, Graco, aliis, uti & de Orbe Mundinali quæ lucem heic præbeant. Quæ item ex Hesiodo, Homero, Lino, Callimacho, Aristobulo, Clemente Alexandrino, Luciano, Agellio, Suetonio, Censorino, Ovidio, Tibullo, de Diei septimi seu Saturni inter Gentiles observatione, uti & è Tertulliano, Lampridio, Seneca, afferri solent, explicantur. Ogdoades etiam Dierum, ac Hebdomades, Denominatio Planetaria quæ Hebdomadica est, ejusque Ortus, Ratio, Usus, Heptazonius, Planetarum Ordo, juxta veteres, in Systemate mundi, & Horarum Veritas, in eodem tractantur.

Quartum Librum occupat Interdictum Homicidii quatenus sive ex Jure Naturali penderet sive cum Gentium Iure in ditione Israelitica esset commissum. Conjunguntur Iura Tutela Sui, Aliorum, Zelotarum, Asylum in Urbibus Levitarum tum in Altari, Vindicis Sanguinis, Anathematum, Cades sub ratione Pœna aut Quasi, id genus alia quæ Interdictum hoc seu ejusdem Laxamentum aut Temperamentum aliquod respexere aut respi-

P R A E F A T I O.

respicere visa fuerint, *Excommunicationis Iura* (id est ejus *Formula, Causa, Ritus, Effectus*) *Negotia-*
tores & Nummularii à D.N.Jesu Christo è Templo
ejecti, Arca Tredecim totidemq, Mensa in Templo
ad recipienda tum allata tum oblata, Hostia Hu-
mana, Aposynagogi in Evangelio, Ieptha Votum.

L I B R I Q U I N T I Materies est *Incestus ac Il-*
licitus juxta Ebræos *Concubitus*, sive ex Jure Natu-
rali sive ex Mosaico, interdictus; *Matrimonium*
item ex *Iure Naturali*; uti & *Matrimonia Prosely-*
tis, Libertinis, servis, Ancillis inter se aut cum Origi-
nariis, quæ vetita, quæ permissa; Innuptarum concu-
bitus; Merces meretricia; Ritus Nuptiales; Poly-
gamia ac Divortium; Concubinae; Primorum pa-
rentum liberi; Cognitionis ac Affinitatis gradus quæ
Matrimonium spectasse volunt; Captiva ex lege
Singulari Coitus; Salomonis Uxorū Conditio; Na-
tales quæ ex diversa personarum coeuntium quali-
tate pependerint; De Herodis Magni Natalibus,
Patrum veterum sententiæ defensio; Semijudai seu
Proselyti imperfecti; Agrippa Regis Iunioris fraterni-
tas Ebraica; cognata alia. Quæ verò, præterea
ad rem Matrimonialem inter Originarios seu ex
Jure simpliciter Ebræorum civili seu Mosaico, re-
liqua spectant, toto ea demensa horreo damus in
Uxore nostra Ebraica, quæ typos præstolatur.

S E X T U S L I B E R Interdictum *Furti explicat,*
quæ Naturale habitum est, quæ item *Ius Gentium*
cum

P R A E F A T I O.

cum eo mistum; adeoque agit de *Fide servanda*, *Adquisitione ac Translatione Dominii tam Personarum quām Rerum cum ejusdem Modis ac Temperamentis*, *Contractuum Formulis ac vi*, *Mendacio*, *Occupationis titulo*, *Rebus derelictis*, *Deperditis*, *Iure Pauperum seu Mendicorum*, *Angulo segetis*, *Spicilegio*, *Racematione*, *Uvis deciduis*, *frugibus per Oblivionem in agro relictis*, *Decimā Pauperis*, *Eleemosynis*, *Pauperum necessitate*, quā aliorum dominium spectare posset, seu eo quod dici solet *utrum furari liceat propter necessitatem*, *Servitute*, *Manumissoне*, *Vsuris*, *Bonis aēa seu certamine quovis alio lucrificatis*, *Piscium ac Columbarum capturā*, *Columbariis*, *Bello Indicendo*, *Deditione*, *Federibus*, *Victoria*, *Tributis*, *Regionibus subactis*, *Pradā*, *Numismate Censūs in Evangelio*, *Didrachmi ibi pensitatione*, *Semiciclo*, loco illo Evangelii Nemini *Servivimus unquam &c.* *Captivis*, *congeneribus non paucis.*

SEPTIMUS, Interdicti de membris seu partis ab animali hactenus vivente discripta sensum exponit, præter Obscuriora quædam seu *Minora Capita Iuris Noachidarum* apud Talmudicos reperta, veluti *Honorem Parentum*, *Heterogeneorum usum*, *Castrationem*. Obiter de *Votorum effectu*. Et demum accedit ibi Caput de *Iudiciis* seu *Regimine Forensi* atque *Obedientia Civili*. Etiam de *Iudicio Divino*, ac *Pramio & Pœna* qua Noachidas, juxta Ebræos, spectent, agitur. De *Iudicibus item seu Tribunibus*

libus

P R A E F A T I O.

libus seorsim ac per se, *Profelytis Domicilii, constitutis, Pœnis,* aliisque rebus *Forensibus*; quæ nempe sive ad *Profelytos* hosce sive alios nondum in *Judaismum* cooptatos ex *Iure* sive *Naturali* sive *Gentium* attinerent. Nam res forenses Jure simpliciter Ebraico seu Gentis merè civili subnixa locum heic non habent. Sed earum pars insignior, & quæ Totius instar est, in libris de *Synedrio* eorum *Magno*, quos nondum publici juris fecimus, traditur. Quæ sunt in scriptis Mahomedanis materie congeneris, subinde etiam intermiscentur.

Quemadmodum autem Res, Scita, Placita ac Sententiae Aegyptiacæ ex Aegyptiorum, Phœniciae è Phœnicum, Græcæ è Græcorum scriptis, quod olin monuit Eusebius, aliæ similitèr (velut Anglicæ ex Anglorum, Gallicæ è Gallorum, Hispanicæ ex Hispanorum) ediscendæ sunt, ἐτοῦ δὲ rectè inquit idem, quem sequor, οὐ τὸν ἀρχὴν ἡγεμονὸν δέν εἰπεν εβραῖων τὸν πατέρα Εβραϊούς λογίων, αὐτὰ μὴ αἴλογό ποτεν διποδέχεσθαι eodem planè jure statuo, res Ebraeorum non aliis quam Ebraorum ex libris literisque esse repetendas; unde sanè, nec indiligenter (verè, id est, liberè philoophantium causâ, quotquot literarum huic generi fuerint inassuetiores) ipsis Ebraeorum verbis fideliter descriptis semperque versis, repetimus heic nos. E scriptis nimirūm, præter Biblia sacra, & Fl. Josephum & Philonem Judæos, Talmudicis; quæ Ebraorum de Jure Placita, Interpretationes, Sen-

Preparat.
Evangelic.
lib. 7. cap. 8.

P R A E F A T I O.

Sententiasque Receptas ac avitas fusè exhibit perinde ac Digesta, Codices, Novellæ, Bafilica, eas quæ fuere Romanorum; seu, ut Edicta, Constitutiones, Consuetudinum Corpora, ac Decisiones Gallicæ, jus Gallicum, aut ejusmodi alia, in Hispaniis Hispanicum jus, in Anglia Anglicanum. Nescius non sum, hominum esse genera, nec sanè pauca ea, quæ eousque aut Studiorum suorum, aut Sui solius Ingenii, Suæve Sectæ commentorum angustiis ultrò circumscribuntur, ut earum cancellos, ne quidem ut Exploratores, libenterius dignentur egredi. Veritatem aliquam alibi quam in suo, quantulumcunque illud fuerit, repeiri posse, aut temerè negantes, aut securius non agnoscentes, desperantesve. Certè hæc jam breviter præmissa, licet illiusmodi hominibus ulteriùs legendi desiderium neutquam forsitan pepererint, nihilominus etiam de eis merebuntur hæc saltem Gratias quales Itineris longi, quod an capessere operæ pretium fuerit viator hæsitabundus quæsiverit, incommodorum & tædii Indici debentur. Lectores vero in primis præmoniti sint, ut cunque omnia fuerint probanda, nihil interim in toto hoc Opere absque Lydii Christianismi lapidis examine esse amplexandum.

LIBRORUM

ET

CAPITVM

Elenchus.

Liber Primus;

In quo *Operis* adgrediendi *ratiō*, *Ebraica Philosophia*, quæ *Barbaricæ* pars erat per insignis, *Dignitas*, *Disquisitio Generalis* de *Iure Naturali* seu omnium hominum ab ipsis rerum initiis *Communi*, ejusque *Ortu* ac *Sedibus*, *Ebræorum* ea de *re Sententia*, & demū *Illustriorum*, juxta illos, *Iuris ejusdem Capitum* designatio continentur.

C A P. I.

Tum Philosophos tum Theologos, qui sive de *Officiis Hominum Naturalibus* seu *Jure Naturali* simul & *Summo Bono*, sive de *Civili Gentium Jure* seu *Disciplina accuratius* egerunt, non solum sibi *Consona* sed & *Diversissima* Aliorum instituta ac placita operosis corrogare & perpendere meritissimò solitos. Nullib[us] autem apud *veteres*, sive *Græcos* sive *Latinos*, *Ebræorum*, id est, *Gentis Numini adeo olim peculiari*, de *Jure Naturali* placita seorsim seu ad eorum mentem designari. A recentioribus perfunditorie nimis ea tangi. Instituti demù *Ortus & Ratio*. Pag. 1.

C A P. II.

Quām accommoda atque sc̄itū digna sint heic *Ebræorum Placita*, & *Traditiones avia* seu *Philosophia eorum Barbaricæ singularis*, rationibus tam è *Paganismo* quam *Christianismo* atque aliunde adductis ostendit. Sed & adjicitur Monitum ea de re Christianum. pag. 12.

C A P. III.

Officiorum Humanī generis Communium seu *Juris Naturalis* atque *Universalis Morum Philosophiæ*, quatenus in *Ebræorum Politia & disciplina locum* habuit, *Designatio Generalis*, cum Difficultate eam inde eliciendi. pag. 37.

C A P.

Librorum & Capitum Elenchus.

CAP. IV.

Jus Hominum Naturale seu Universale, ex Aliorum Animantium actibus ac usu non omnino elicium Ebræi, neque Jus aliquod Hominum ac Brutorum commune agnoscunt, nec potest sic propriè dicta Bruta affici. Inter seruitur de Libertatis, Juris, Obligationis, Pœnae, Permissionis, & Actuum, sive Hominum sive Brutorum, Notionibus, quatenus earum heic usus necessarius. *Dissertatio.* pag. 43.

CAP. V.

Quæ contra Juris Naturalis inter Homines & Bruta communionem jam dictis adversari videantur, expenduntur. Satis Ebræorum ea de re sententia, consonos esse cum alios tum etiam inter Jurisconsultos Cæsareos, viros gravissimos celebrimmoque. *pag. 60.*

CAP. VI.

Cum Gentium sive Omnium sive Complurium Opiniones, Mores seu Constitutiones Mensura apud Ebræos in eo decernendo quod Jus esse velint Naturale seu Universale, locum habeant nullum, Aliorum de hujusmodi hac in re mensura, sententia consideratur. *pag. 74.*

CAP. VII.

De Rationis Humanæ, in Jure Naturali disquærendo, usu, quo solo neque heic submittuntur Ebræi. Ex Rationis solo & simplicitate sumto, usu, tum quia adeo incertus est, & sibi inconstans, tum quia, sine Superiori cui subdit imperio, obligacionem non inducit, non ritè satis edifici Jura Naturalia. *pag. 85.*

CAP. VIII.

Ex Naturæ Parentis seu Numinis sanctissimi Imperio atque Indicatione, orta hominibus esse Jura Naturalia seu Universalia cum Philosophis aliquot, Patribus Christianis & Jurisconsultis etiam nonnullis Cæsareis, statuere Ebræos. Et de Obligationis inde ac Permissionis ortu ac effectu. *pag. 93.*

CAP. IX.

Quomodo Juris Naturalis seu Universalis Capita Humano generi, ex imperio ac indicatione Divina, innotescere velint Ebræi. Eorum item, uti & Paganorum atque scholæ tum Mahomedanæ seu Arabicæ tum Christianæ de Intellectu Agente, quæ hic spectet, sententia recepta. *pag. 107.*

CAP. X.

Singularia Juris Naturalis seu Universalis, quod & Noachidarum dicitur, juxta Ebræorum disciplinam Capita, qua Majora sunt seu Illustriora, generatim indicantur. Et de Nomine Noachidarum. Tum item de horum Silentio tum de Mentione obvia apud Scriptores Christianos. *pag. 115.*

Liber

Liber Secundus;

In quo Interdicta Noachidarum seu *Naturalia bona Priora*, *Cultus* nempe *Extranei* seu *Idololatria* atque *Maledictionis Nominis Divini* seu *Blasphemia* explicantur, unà cum Jure Ebræis simul atque aliis Gentibus tum *Imperativo* tum *Interveniente* quod ad interdicti utriusque in ditione Israelicā observationem firmandam priorisque in primis violationis ansam qualemcunque etiam Noachidis præripiendam superinductum est. Accedit, ut hisce cæterisque sequentibus necessariò prævium, *Proselytorum Iustitia*, *Proselytorum Domicilii*, *Libertinorum* designatio; aliorum item ad *Fura Gentium*, juxta eorum mores, attinentium.

CAP. I.

De Cultu Extraneo seu Idololatria, quod eorum qua Juris Noachidarum seu Naturalis Majora seu Illustriora sunt. Caput est Primum. Interdicti hujus violationis Noachidi, in ditione Israelicā, pena erat plerunque capitalis. Obiter & compendio de Idololatria Judæorum, & ut aliqui volant, ipsius Synedriū Magni. Quam grave crimen hanc faciant Magistri. Magiae infamis species aliquot Idololatriam esse statuunt.

Pag. 127.

CAP. II.

Ex Jure Ebræis Gentibusque *aliis partibus* Imperativo *parim* Interveniente (*utrumque Gentium Jus heic vocamus*) Tempa & *qua cetera* ad Cultum *attinent* Extraneum, in Ebræorum ditione qualicunque, diruenda, abolenda. Noachidis ex eodem jure Interveniente non ibi permitta *qua cultus ejusmodi* novandi *ansam aliquatenus* prebere possent, tamen si ex Jure Naturali seu hominum omnium communī omnino licita. Personarum, *qua* sive è *Gentilismo* in eorum ritus transirent, sive sedibus intræ eorum ditiones Gentium hoc jure fruerentur, Conditio, Statutus Discrimina. Proselytorum *Iustitia* Initiationis Rituum (ut Circumcisionis, Baptismi)

Capitum Elenchus.

Baptismi, Sacrificii) *Vetus*, *Exempla.* *Eorum scilicet qui ex hominibus Libertis fiebant.*

pag. 134

CAP. III.

De Servis & libertinis è Gentilibus Judaismo initiandis. De Proselytis Domi-
ciliis seu Gentilibus cum Servis tum Liberis quibus, circa Iudaismi professionem, sedes in
Ebræorum dirione permittiæ, rite admittendis. Admissio ejusmodi solemnis post
captivitatem Babyloniam, seu postquam sui juris satis esse desierant Ebrai, non in
sufi. Alii postmodum instar ejusmodi Proselytorum, *Ebrai in solo Israelitico*, præter
Gemiles idololatrias permitti. *pag. 148.*

CAP. IV.

*De Effectibus Initiationis & Admissionis Proselytorum Justitiae, veluti
nominis Judæi adquisitione, Regeneratione, Juris Judaici participatione,
Peregrinitatis retentione & conditione Posterorum; que omnia Juris Gen-
tium sive Imperativi sive Interventientis fuere.* *pag. 155.*

CAP. V.

De Libertinorum eorumque posterorum Qualitate & Conditione. Libertini ge-
neris Judæi apud Tacitum quinam fuerint. Synagoga Libertinorum in Aposto-
lorum Actio. *De Servorum Iudaismo, circa manumissionem, initiatorum, item
Proselytorum Domicilli, uti & qui horum scilicet recentioribus instar fuere, Con-
ditione & Qualitate.* Gentilium omnimodorum consuetudine Ebræi, scilicet
recentioribus cum sui satis juris non erant, ipsi sibi interdixere. Jus & Mores ex
dere varii, pro locorum ac etatuum diversitate. *De Samaritanis. Publicani nomen
unde adeò invision.* Titulus olim singularis in Talmude Hierosolymitano, *De
Proselytis.* *pag. 167.*

CAP. VI.

*De facultate Statuam seu Titulum erigendi, Saxum adorationis, ad illud,
causâ pro libitu dolandi seu figurandi, Lucum plantandi, Imagines forman-
di (quales scilicet nec Ebrai formare fas erat) Noachidis seu Proselytis Domiciliis
ex Jure Gentium Interveniente, ob novanda Idololatriam metum, negata. Et de Hu-
manatum, Cœlestium, aliarum heic discrimine Imaginum.* *pag. 180.*

CAP. VII.

*De Actibus aliis à quibus ideo ex Jure Gentium Interveniente abstinen-
dum Proselyto Domicili (uti ex jure Civili Israelite) quia riuis Idololatricos
imitari videbantur. Item de Imaginibus jam factis Proselyto Domicili, uti &
Israelitæ (huic ex Civili suo, illi ex Interveniente quod diximus Jute) utendis,
retinendis, abolendis. Imaginum ac rerum idolis sacratarum, nisi si rescri-
renur, possessio & usus omnimodus utrique interdictus. Scilicet prorsus erant
abolenda. Omnimodarum Imaginum Cultus gratiâ non factarum nec culta-
rum possessio & usus promiscuus eis licitus. Quid heic Reselectio. Quomodo
Lucorum sive Cultus gratiâ planatorum sive Fructus causâ, & postea culto-
rum, usus*

Librorum &

rum, usus seu possessio licita illicitave, ex jure jam memorato. Qua demum ratione
abolenda res, quarion usus & possessio causis jam dictis vetita. pag. 205.

C A P. VIII.

*U*nqua de Jure Gentium Interveniente circa Imaginum usum superius adseruntur, ritè capiantur, ea qua occurunt apud Fl. Josephum, Capite sexto ante curata, de Iconibus Cæsariorum aliisque figuris jam factis à populo Iudaico nec admisis nec permisiss, una cum Josephi ipsius sententia de *Imaginibus animalium omnino nullorum ritè apud ipsum faciendis, expenduntur.* Totius hujus rei, apud populum Iudaicum, rationem pendere, non ex eo quod Rerum seu Personarum Simplicitè figuræ essent, sed quod vereretur ne earum cultus, pro more seculi, divinus inde irreperet. Ea de re alia. *Quamobrem* Numismatis Cæsariorum icones usi sint Iudei, apud Signa interea Romana aliterve suo in sole eam conspici nolentes. Nummis aliis Principum exterorum vultibus insignitis usos fuisse Iudeos. De Rhodio numismate Romæ & Parisis, veluti ex triginta quibus divenditus est Christus, ad servatio. De eo quod votorum aliqui habent, nec Pictorem nec Statuarium apud Iudeos esse permisum. De Vite autem tum que Pompeio ab Aristobulo donata, tum que superiores Templi Herodiani. Judæorum hodiernorum de Imaginibus mores, uti & Mahumedanorum. pag. 216.

C A P. IX.

*D*e India in Judaicis apud Claudiandum velis Picta, Digressiuncula. Judaicæ gentis Splendor singularis & Privilegia tempore Claudiiani seu sub Theodosio primo. pag. 237

C A P. X.

*A*d interdictum Naturale de Maledictione Nominis Sanctissimi Numinis (quod Noachidarum seu generis Humani Juris communis quod Illustrius est, Caput Ebraicæ habetur Secundum) seu de Blasphemia melius capiendum, premititur Profanationis Nominis Divini, cui opponitur ejusdem Sanctificatio, Genus, velut ejus cuius affine est vocamen, triplex. Profanationis ejusmodi Remissio ante mortis momentum, juxta Ebraeos, nemini perfecta. pag. 246.

C A P. XI.

*S*anctificationis Nominis Divini precepto Noachidas, juxta Ebraeos, non teneri. Profanationis Nominis superius offense genus nullum, in Interdicto de Maledictione Nominis Universali seu Naturali, contineri; sed horrendum illud Blasphemiarum genus quo Sanctitas, Potestas, Veritas, Unitas Nominis sanctissimi, sive Convitio seu verborum consumelâ proscinditur, sive ex professione actuve aliquo scienter, procaciùs & consequenter negatur. *D*e verbo יְהוָה quæ tum pro maledicere tum pro Benedicere sumitur. *D*e lege illa sacra in Numeris, Animalia seu persona quæ fecerit manu elatâ &c. excidetur, quatenus ad Interdictum Idololatriæ & Blasphemiarum solum attinere illud volum Magistri. pag. 251

C A P.

Capitum Elenchus.

C A P. XII.

De Poena Proselyti Domicilii ob Blasphemiam seu Maledictionem Numinis sanctissimi forensi. Receptior *Talmudicorum sententia de Iudeo morte ob Blasphemiam ejusmodi non puniendo nisi expreſſum nomen tetragrammaton blasphemasset. Ea de re aliorum, uti & Synedrii cui Caiphas in Evangelio præst. sententia diversa. De Iudeis in Evangelio clamitantibus, Jesum Christum idèò mortis reum quod Filium Dei se fecerat. De Vestibus, blasphemiam auditâ aliasque ob causas tam à Sacerdotibus ac Pontifice summo quam à Iudeo quo-vis alio, ex more dilacerandis.* pag. 260.

C A P. XIII.

De eo quod habetur apud Flavium Josephum & Philonem de Diis Gentium non blasphemandis. Magistrorum sententie de Lege Sacra qua Deorum alienorum mentio interdictur. Votum autem Juramentum Idoli Nomine. Normulorum opinio ne Gentili, ex lege sacra, licuisse Deo suo seu Gentis sive (cujus cultui scilicet nondum renunciaverat) qualicunque maledixisse. pag. 266.



Liber Tertius;

In quo dispicitur, utrum ad *Cultum aliquem Divinum alium* præter eum qui *Simplici* jam enarratorum binorum interdictorum (qua *Negativa* sunt) & quæ sequuntur præceptorum reliquorum Noachidarum *Observatione continetur, obligari voluerint Ebrai Noachidas seu Gentiles, et ad Qualem.* Item *Qualis Proselyto Domicilii seu Gentili Hierosolymis* alibive in ditione *Israelitica Cultus*, ex Jure Gentium sive Imperativo sive Interveniente, *Permissus; qualis Interdictus.* Et quid statuerint *Ebrai* de eo quod est, *an Sabbatum seu Septimus*, in dierum à rerum initiis periodis, *Dies Universo generi humano fuerit celebrandus.*

C A P.

Librorum &

C A P . I.

etiam in superioris explicatis Interdictis binis, tam Affirmativum quid de Cultu insuper Numini exhibendo, quam Negativum de Idololatriæ & Blasphemiae abstinentia, ex Ebraeorum seu Talmudica doctrina mente continetur. Pag. 272.

C A P . II.

Proponuntur aliquot que Capitis superioris Disquisitioni inferriantur. Cultus simplicioris Numinis veri à rerum initio usque in Mosaiaca tempora, ac deinde ejus qui aliis præter Ebraeos, dum scilicet eorum res publica, Gentibus in usu, Confederatio brevis. pag. 276.

C A P . III.

Cultus Divini qui Ebrais ex Lege Sacra in usu, Genetum, Temporam, Loco-rum Synopsis. Horum quenam sive Permissa sive Interdicta Proselytis Domi-ciliis seu Gentilibus in ditione Israelitica, summatum indicatur. pag. 281.

C A P . IV.

Testimonius fatus confirmatur quod jam ante assertur de Simpliciori illo Cultus Divini Genere, seu quod in Precibus, Adorationibus, Gratiarum actionibus, Holocaustis, aliisque Oblationibus planè Spontaneis ac Votis, circa juris ac rituum Ebraicorum communionem, consistit, Proselytis Domiciliis, aliisque Gentilibus in ditione Israelitica Permisso; Cultu vero Ebraico, qui in Victimis Expiatoriis ac Pacificis (quatenus ab Holocaustis Spontaneis distinguuntur) alijs id genus Sa-crificii, Primitiatum, Decimatum & qua sunt similium prolationibus habetur, eis Interdicto. pag. 286.

C A P . V.

Testimonia de Festorum Observatione Proselytis Domiciliis seu Gentilibus in ditione Israelitica interdicta omnimodâ, ut cunque sacris suis Tempora alias promiscue eis permissa fuerint. Talmudicorum item de Legis Mosaiaca observatio-ne eis ibi retinâ, sententia. pag. 295.

C A P . VI.

De Locis tum Interdictis tum Permissis Divino Gentilium Cultui Hierosolymis, Testimonia Ebraeorum. Templum subinde pro Montis Templi extra eam, que vulgo pro ipso Templo solum sanctum, structuram, spatii intelligitur. Ibi Gentilium Cultui Locus. Atrium Gentium. Doctorum Virorum è Christianis, de Gentilium Hierosolymis Cultu suffragia. De Gentilium Holocaustis, etiam post Templi excidium, Talmudicorum sententia. pag. 298.

C A P . VII.

De Sententia Christianorum aliquot scriptorum; Res ipsas, veluti animalia, à Gentili seu Incircumcisio in sacrificia rite non oblatas Hierosolymis, sed tantum earum pretia. Lex sacra qua nuntiatur sententia illa. Magistrorum interpretatio. Alia ex Scriptoribus Christianis circa ante ostensa. pag. 304.

C A P .

Capitulum Elenchos.

C A P. VIII.

Ex ante allatae concludatur, Ebræorum sententiam manifestum esse, cum Profelytos Domicilii *tum* Noachidas reliquos seu *Genus humananum universum* ad Cultum Divinum, qui in Precibus, Gratiarum actionibus, Benedictionibus; Holocaustis Spontaneis ac Spontaneis Oblationibus (*quibus scilicet peculiares Ebraeorum ritus non committi*) & Votis simplicibus habetur, esse obligatos. Christianorum aliquot hac de re Placita. De Holocaustis illis singularia quedam Ad fusiorem de Septimo die explicationem transitu. pag.309.

C A P. IX.

Quid de Originis seu Primariæ Sabbati seu Septimi in dierum periodu diei, ut respi, Institutionis Tempore & Loco senserim Talmudici. Obiter de Itinere Sabbatico; & quanta fuerit ejusque mensura atque unde auspicanda. De Chro-nico Seder Olam Rabba dicto, ejusque Autore & Vetuslate. pag.315.

C A P. X.

De Causa & Ratione Institutionis Sabbati, ex Ebraeorum sententia, & ad Quosnam illam pertinere velint. pag.331.

C A P. XL

De Loco in Deserto & Tempore (adeoque Mense Mensisque die) Primæ, juxta Ebraeos, Observationis Sabbati, ex Præcepto nimirūm seu Institutione capite superiori ostensa. Epocha dierum enumerandorum seu Temporis Nycthemerini, juxta Ebraeos aliquot; & de Telluris Umbilico. Primum Sabbathum, unde sequentia pendent, in Deserto observatum, neutquam fuisse Septimum in periodo à rerum conditu dierum, non esse inter Christianos qui existimaverint. pag.335.

C A P. XII.

Ad Sabbati Observationem, ut Judæos Originarios, sic Proselytos Justitiæ & parili Conditionis reliquos obligari; Proselytos autem Domicilii aliosve Gentiles non item, statuant Ebrai. Nec Observatio ejusmodi permissa Proselytis Domicilii. De Peregrino seu Proselyto in legibus de Sabbatho sacris, Magistrorum sententia. pag.349.

C A P. XIII.

Qua, amè de Sabbatho offendis, videantur apud Ebraeos adversari; tum eos qui Ebraicè scripsere, tum Philonem & Fl. Josephum. pag.354-

C A P. XIV.

Expenduntur atque explicantur que, capite in superiore, ex Magistris & Philone allata, receptis eorum de Sabbathi Institutione atque Prima Celebratione Observationeque sententiis adversari videantur. pag.360.

C A P. XV.

Fl. Josephi locum Capite in Decimo tertio adductum, si de diei Septimi Cultu alias apud Gentes pariter atque Ebraeos recepto sumatur, ipsi rerum Veritati pa-

Librorum &

lām reludari. Neque sic intelligendum. Aliæ scilicet Gentes neutiquam diem in periodis Dierum Septimum seu Sabbatum Hebdomadicum colebant. Obi- ier de Sabbati nomine, hujusque & Jejunii apud Scriptores Paganos, Confusio- ne. Calendarium Romanorum Vetus, Orbis dierum Nundinalis. pag. 365.

C A P. XVI.

Qua apud veteres tum Græcos, tum Latinos occurruunt, alia item veteribus tributa, quorum auctoritate afferendum videatur, etiam à nonnullis afferitur, Diem Septimum Gentilibus olim coli seu observari, idque velut ex instituto publico, solitum. pag. 381.

C A P. XVII.

Qua capite superiori ex Aristobulo ac Clemente Alexandrino (adeoque ex Hesiode, Homero, Lino, Callimacho) Luciano, Agellio, Suetonio, Censorino, Ovidio, ac Tibullo, de diei Septimi seu Saturni observatione apud Gentiles allata sum, explicantur. Ea ad Sacrum Diei in periodis dierum septenarius, Septimi Cultum, non omnino attinere. De Sabbati nomine tam Orientalibus quam Occidentalibus accepto pro ipso Die Septimo, quæ Septimus est, perinde ac se Septimum significaret. pag. 390.

C A P. XVIII.

Offenditur qua capite decimo sexto è Tertulliano, Lampridio, Seneca, de die Saturni, Sabbatis, ac die Septimo afferuntur, non omnino probare cultum diei Septimi Romanis veteribus ex instituto seu publicè receptum. Festa Romanorum quo anni stativa ne Pentecostes numerum, juxta Tertullianum, implesse. Calendariis aliquot, velut ex more Romanorum veteri, Dierum Hebdomadas, pra Ogodabibus, summa cum oscitania adponi. pag. 405..

C A P. XIX.

Flavii Josephi verborum de Hebdomadis more (qua ad Gentes universas eum pervenisse ait) Explicatio initur. Cuius gratia quadam premittuntur. Primo, Dierum per Hebdomadas distributio & Planetarum nominum adjectio, ejusque Vetustas.. pag. 413..

C A P. XX.

De Planetarum in diebus designandis Ordine ejusque Vetustate. Επτάζωθεν Σαββατικὴ. Zonarum notio, pro Orbibus Spatiis seu Circulis quibus circumferuntur Planetæ Septem. Commentitia apud Judæos aliquot, Planetarum, in diebus Hebdomadis, Ordinis dispositio. Orbis Dierum Hebdomadici constans apud veteres initium in die Solis, quale hodieque manet. De Mahomedanorum seu Die Veneris illis sacro.. pag. 424..

C A P. XXI.

De Ordinis in orbe dierum Hebdomadico Planetarii Ratione. Horarum Praefecturæ, apud Astrologos veteres, Planetariæ. De Horarum vetustate. Prisorum senten-

Capitum Elenchus

*fratrem de Heptazoni seu Planetarum in Cels Ordine. Unde Argumentum
nonnullis adversus denominationis Hebdomadicæ refutacem, perperam affer-
tur.*

pag. 440..

C A P. XII.

*Ordinis Dierum in hebdomade, & Planetariæ eorundem denominationis,
Iosephi secundo, Usus; in Oriente; in Occidente. Et ordinem in vulgo boni-
num, hunc Observatio adeo fuerit olim disseminata.*

pag. 455..

C A P. XIII.

*Scopus Flavii Iosephi in verbis illis, quorum gratia hacenus disputationem est
ejusque vera ibi sententia de more Hebdomadis, quem ad gentes universas
aut pervenisse.*

pag. 468.

Liber Quartus;

*Homicidii Interdictum Naturale (quod Noachi-
darum seu omnium hominum communis Juris
Illustrioris Caput est Tertium) cum Tempera-
mentis suis, Limitationibus atque Exceptionibus,
apud Ebraeos; Ius item Gentium, quo, apud illos,
Caput hoc commissum, explicat: adeoque Ius apud
eos Tutelæ sive sive aliorum, etiam ex vim in-
ferentis & ade, Ius item singulare Zelotarum. Excom-
municationis infuper ac Hominis devovendi, seu
Anathematis Jus, quæ cades humana sive inde re-
vera permitta, sive permitti à nonnullis credita; Iu-
ra item Asyli, tum in Urbibus Leyitarum, tum in
Altari; Ius vindicis Sanguinis; alia ejusmodi.*

C A P. I.

*De Scelere Homicidii voluntarii. Ejusdem Genera, & Poena tum Cœlestis:
tum Forensis; Ordinaria, Extra ordinem. Nefas abortum inferre, fœtum
in utero extinguere, liberos exponere. Juris discrimin hec, quoad Poenam,
inter Originarios, Poselytos Justitiae reliquoque ritè Circumcisos, & Prof-
elytos;*

*** 3

Librorum &

elytos Domicilii seu Gentiles in ditione Ebraica degentes. De Vindicis Sanguinis, ex jure cognationis, potestate. pag. 472.

C A P. II.

De Homicidio Involuntario seu quod Casu factum ac Errore. Urbes sex Refugii, seu Asyla. Cetera Levitarum Urbibus xxi i Asyli item jus, sed dispar. Herum de Vindice sanguinis. Jus Asyli quale in Akari esset. Horum omnium Jura, quatenus eorum sive Proselytis Domicilii sive Gentilibus aliis in ditione Ifraelitica, aut legitimus esset usus aut nullus. pag. 485.

C A P. III.

De Poena capitali à Privatis irrogata, adeoque Cæde, apud Ebraeos, Privatis, sed ad morum publicorum amissum, citra cognitionem forensem variationem, extra causam vindicis sanguinis, permisâ. Moderamen inculpatæ tutelæ. Ebræi qui Ebræum in Gentilium potestatem traderet; qui in contemptum Numinis præceptum aliquod violaret; Apostata, idololatriæ cades. Dolo, ut via horum nonnullis eripere regur, ut licuit, qualis in Gentilem non adhibendus. De officiis erga Gentiles humanioribus, seu charitate quid senserint Ebraei. De Fœtus nece, puerpera salutis causa. pag. 496.

C A P. IV.

De singulari Zelotarum apud Ebraeos Jure quo criminibus in aliquot atrocioribus reprehensi, à Privatis illico sive impunitè verberabantur, sive occidebantur. pag. 503.

C A P. V.

Utrum Zelotarum Jus in Negotiatoribus & Nummulariis flagello à D. N. Iesu Christo è Templo ejiciendis, locum habuerit. pag. 507.

C A P. VI.

De Cæde humana, extra Belli, Poenæ, seu Quasi rationem, justæ nonnullos (ex lege sacra, de Anathemate seu חרם) Parentibus saltiem & Heris permisâ; velut Hostiæ humanæ nomine. pag. 515.

C A P. VII.

De verbis Legis illius sacra quâ ultronea cædes humana Parentibus & Heris liberos & servos anathemate devoventibus permitti visa est. Et de vario apud Ebraeos Anathematis genere. pag. 519.

C A P. VIII.

Causæ, Ritus, ac Effectus Excommunicationis apud Ebraeos, atque nō Chrem seu Anathema quod inde interdum sequebatur. Hujus item Formula ac Effectus. Utriusque Solutio. pag. 529.

C A P. IX.

Neque Consecratum quempiam nomine Anathematis, ut donarii sacri, neque cum qui inter bona in commissum caderet, nec solenniori anathemate, sive xviis sive

Capitulum Eleventh.

sive post excommunicationem, devotam , mortis reum aut *ex nomine* occidendum fuisse. *Atque obiter de Apolynagogis, seu qui extra synagogam fuerint, in Evangelio. Excommunicato Templum ingredi fas.* pag. 536.

C A P. X.

De illo Anathematis genere quo expressum Homines ex Jure Belli seu Militari, ma Devoverentur. pag. 542.

C A P. XI.

De Jeptæ Voto, discrepantes Ebraeorum sententia. Nullo Jure immolandum fuisse ejus filiam consentiunt. Summa Sententia Ebraorum, de cæde humana. Lustratio post cædem etiam licitam. pag. 550.

Liber Quintus.

De Concubitu agit, ex Iure ab origine rerum Naturali, illico; De Matrimonio item, Concubinatu, & Divortio, juxta eos, ex eodem jure; De accessione Interdictorum Revelationis Turpitudinum, quæ in Levitico habentur, quatenus ad Gentes alias illa spectare velint Ebræi. Et demum de Iure Gentium huc attinente, id est Iure quo sive Proselytos Iustitia aliosve non ex originariis circumcisos, sive Proselytos domicilii aliosve alterius sexus Gentiles, tum in re Matrimoniali tum in eo qui etiam extra Matrimonium fit Concubitu, Nationi suæ seu Originariis sive vetitos sive permisso tradunt.

C A P. I.

De Concubitu illico. Tum qualisnam concubitus ex Jure Naturali ante Legem Mosaicam illicitus habeatur, tum Qualis postea ex ipsis ejusce legis verbis, iuxta Ebraorum sententiam generatim indicatur. pag. 557

C A P.

Librorum &

C A P. II.

Quomodo, etiam è Verbis Sacris, eliciant Talmudici, illicitos ab ipsis rerum primordiis, atque ante Legem Mosaicam, concubitus. pag. 561.

C A P. III.

De Jure Matrimoniali atque operæ Liberis dandæ, ad quod ab ipsis rerum primordiis obligari volunt Ebrai ipsum genus humanum. Et primum de Origine ejusdem atque Necessitate. Obiter de Eßendorum abstinentia à consortio mulierib. pag. 565.

C A P. IV.

Consensu, sed non sine Concubitu, ex Jure Noachidarum seu Naturali, ante legem Mosaicam, fieri matrimonium. De Innuptatum tunc Concubitu. Quid de eo, ex lege Mosaiica novatum velint. Et de Magistrorum in lege r̄ns זונת & הַשְׁׁלָק. quod scortum seu meretrix vulgo veritatis, receptâ quaneum ad hanc rem, interpretatione, & de meretricis mercede non offerenda. pag. 572

C A P. V.

De Ritibus Nuptialibus qui, velut ex jure seu moribus ante Legem Mosaicam usq; eliciuntur è sacra historia. pag. 579

C A P. VI.

De Polygamia ex Jure Naturali, seu Universali illo quod tum ante Legem Mosaicam, tum post, iuxta Ebraos pariter obtinuit. pag. 582.

C A P. VII.

De Divortio ex Jure Naturali seu Omnium, iuxta Ebraos ante legem Mosaiicam seu extra illam, Communi, ac de Concubinæ & Uxoris nomine; & obiter de vocabulo Anglicano wife. pag. 589.

C A P. VIII.

De Primorum Parentum liberis, & de Conjugiis inque eis Cognitionis (veluti Fratris, Sororis, Filie) sub ipsis rerum Initii, ratione. pag. 598.

C A P. IX.

De ratione Cognitionis habitâ in Conjugiis, inter ipsa rerum initia & temporis data Legis Mosaiicæ. pag. 607.

C A P. X.

Quomodo Cognitionis atque Affinitatis gradus, quâ amplexibus coniugalibus sive à primis rerum initiis sive ex lege in Levitico tradita, fuerint impedimenta, siue intelligent Ebrai. pag. 613.

C A P. XI.

Quomodo & unde velim Ebrai, Gentiles, & Quales, legibus de Incepsu in Levitico

Capitum Elenchus.

viticō latē contineri. Obiūrum Orientalium tum Occidentalium veterum, Christianorum, Mahomedanorum, circa Consanguineorum conjugia Mores & Scita.

pag.619.

C A P. XII.

De Matrimonio & Coitu, quā sive vetitus sive permisus inter Judæos & Servos ac Ancillas exteræ originis, sed in Judaismum, circa libertatem, cooptatos. Gentilium, qui Judaismo nondum nomina dederant, Matrimonium & Coitus Judæis illicitus. Non unica tamen Magistrorum de interdicti illius initio aut causâ sententia. Quinam ex natalibus Servi ac Gentiles habiti.

pag.638.

C A P. XIII.

De singulari jure quo militi Ebræo cum Captiva Genili, præde sue parte, semel ante nuptias nefas non fuisse diuini concubere; quacum tamen Concubitum ei non fuisse, circa nuptias, iterandum.

pag.643.

C A P. XIV.

Quatenus variatim interdicta haberentur sive Originariorum & Proselytorum (Justitiae) sive Proselytorum & Israelitidum, originis extera nomine, Conjugia. De Nethinæis ab Israelitis conjugii arcendis decreta. Proselytorum diverse invicem conditionis, proles qualis.

pag.646.

C A P. XV.

De Rahaba, Timnathæa puerla ac Dalila Proselyta. Item de Salomonis uxoris, Extraneis in scriptura dictis. Et de liberis ex conjugio gentis nomine interdicto susceptis. Ex Genere, non à Loco, Nationem Ebræis semper denominari.

pag.651.

C A P. XVI.

De Originariorum aliquot coniugiis Proselytis Justis & Libertinis etiam & Ancillis, permisiss, que interim Originariis ceteris vetita sunt. Scilicet Mamzurum & Eunuchorum.

pag.654.

C A P. XVII.

Servorum atque Ancillarum, & Gentilibus in Servitutem redactarum, Cognitionis nullam, ne quidem post Judaismum susceptum, ante manumissionem, apud Ebraeos, in re Concubitus, rationem esse habitam. Et de eorum Contuberniis.

pag.660.

C A P. XVIII.

De Proselytorum Justitiae & Libertinorum, inter se invicem aut cum Gentilibus, Coniugiis. Et qualiter eorum Cognitionis, dum Gentiles erant, item posteriorum in Sanctitate, id est postquam Proselyti facti sunt, natorum, in re matrimoniali seu Coitūs interdictis, habita sitratio.

pag.664.

C A P.

*Librorum &
C A P. XIX.*

Patrum & Historicorum Christianorum Veterum sententia defenditur ;
scilicet Herodem Magnum Regem, ab Antipatro Idumæo dicto adeoque (uti aiunt
aliqui) Judæo, è Cypro fœmina Gentili axore sua suscepimus, ex ipsis natalibus
Alienigenam, nec Judæum fuisse.

pag. 669

C A P. XX.

Expenduntur que in Patrum de Herode Magno sententiam à viris doctissimis
afferuntur ex eo quod pater avusque ejus essent Idumæi, adeoque, ut aiunt, Ju-
dæi. Et de Profelytorum eorumque Posterorum quæ Universitate, Ecclesiæ
seu Civitate Ebraica sive donabantur sive arcebantur, tum Jure tum Peregrinitate.

pag. 674

C A P. XXI.

Utrum sive Herodem sive patrem ejus sive avum ita Idumæum fuisse constet,
ut ex Idumæis qui Judæi seu Profelyti Justitiae integræ, sub Joanne Hyrcano Rege,
facti essent, eorum illum fuisse sit credendum. Et de statu Herodis servili, ac de
Semi judæis seu Profelytis imperfectis. De Fraternitate Herodis Antipæ &
Philippi filiorum Herodis Magni.

pag. 679

C A P. XXII.

Qua ratione ad verum fuerit, Agrippam Regem fratrem Israelitis fuisse, adeoque
non alienigenam, quemadmodum ab eis ipsis publicè est acclamatum; tametsi esset ex
Herodis alienigenæ nepotibus.

pag. 687

Liber Sextus.

Quintum Juris Noachidarum seu Naturalis, quod
Illustrius est, caput seu *Furti Interdictum* com-
plectitur; quæ Originarios, quæ Profelytos sive
Justitiae sive Domicilii, aliosque spectat. Et de
Adquisitione & Translatione Dominii tum Per-
sonarum tum Rerum, cum Modis suis ac Tem-
peramentis, tum ex Iure Pacis tum ex Iure Belli na-
sci solitis, Talmudicorum scita sententiasque ape-
rit. De

Capitum Elenchue.

rit. *De rerum Occupatione; Alienationum item & Contractuum formulis atque vi. De Jure Egenorū seu Mendicorum; Servitute, Vsuris, Bonis aleā lucrifactis; aliis selectis quæ ad Dominium & obligationem permissionemque circa illud ex jure Pacis versantem attinent. De Iure Bellico, Victoria, Deditio, Federibus, Tributis; Numismate Censūs, & Didrachmi Pensitatione, in Evangelio; Captivis.*

C A P. I.

Quid Furti nomine heic continetur. De Honinon consensu & interposita, circa Rerum Personarumque Dominium ejusque Temperamenta & Modos, fide servandâ, Præceptum Interdicto hoc, ut prævium, includi. Consensus ejusmodi usus. Supremum Numinis interea Dominium, unde sine intermedio, interdum, cù universalem in rerum iustis donationeis, homines domini facti.

pag. 693.

C A P. II.

Quomodo Noachidas seu Gentiles Interdicto Furti teneri statuant Talmudici. Actus eorum in ditione Ebraica aliquot Furta fuisse, quales iu Judæis liciti. Lindenam id. E diligenti Temperamentorum & Modorum Dominii (quorum exempla è vetustissimis apud Ebraos sanctionibus singularia afferuntur) consideratione Furta dignosci.

pag. 698.

C A P. III.

Dominium ex diversitate persuasionis circa sacra, apud Ebraos regulariter non omnino pependisse. Furtum etiam ab ipsis tam in Gentilis bonis contrectandi quam in bonis Judæi, commissum statuebant. De Fraude & Mendacio, tum circa damnum quod Interdicto Furti invenitur, tum simplici, citra ejusmodi damnum. Quod de bonis Gentilis non invadendis tradunt, ad Jura Pacis tantum attinere, non ad Jura Belli. De terminis Confiniorum non dimovendis.

pag. 706.

C A P. IV.

Selecta quedam de Dominii Adquisitione & Translatione, atque Obligatione & Permissione qua circa illud versatur. Quorum primum est de Dominio

****** 2*

ex

Librorum &

ex simplici Rerum occupatione adquirendo. De Rebus nondiuni Occupatis; Rebus Derelictis, & Deperditis. De Proselytorum Justitiae, qui sine herede morerentur, Bonis, & de Restitutione rei ab eo ablata Sacerdoti Ephemeria tunc munus obeunti praestandâ. De agro à Gentili sine syngrapha Israelitæ vendito. Occupationis tituli ortus. pag.711.

CAP. V.

De Alienationum & Contractuum formulis atque Obligationis vi ex eorum apicibus pendente. De Pretio rei mobilis vendita vero valori, sexta parte autem maiore, impari. Proselyti Justitia Testamentum, Donatio. pag.718.

CAP. VI.

De Jure apud Ebraeos Egenorum singulari; Angulo segetis, Spicilegio, Racematione, Uvis deciduis, frugibus per Oblivionem in agro relictis, Decima Pauperis; Eleemosynis; etiam sententiâ forensi exigendis. Mira in erogandis his atque tum pristinâ tum præsenti pauperum conditione considerandâ, ratio. E Gentilibus Pauperes (*nisi Proselyti Domicilii essent*) juris Egenorum apud Ebraeos non omnino participes. Proselyti Domicilii participes Eleemosynarum; non alicujus reliquorum que sunt pauperibus debita. Utrum extremæ Pauperis Necessitatî Dominium privatum ex Jure Naturali, juxta Talmudicos, cederet. pag.723-

CAP. VII.

De acquirendo Personarum juxta Ebraeos, in Pace, Dominio. Servi Ebræi tum ex sui venditione, tum ex addictione Fori. De Filia, Patris addictione, ancillâ factâ. Ebræus additus in servitutem Proselyti seu Gentilis, ex venditione sui. Et de horum libertate seu Dominio sui redeunse. pag.737.

CAP. VIII.

De Servis è Gentilibus in Pace apud Ebraeos adquisitis; eorum discrimine, ministerii naturâ, manumissione, posteris, Bonis. Obiter de Munere singulari Calceum domini Solvendi, seu Exuendi. pag.743.

CAP. IX.

Leges Sacre de Usuris. Talmudicorum de eis sententiae. Usura præstituta seu propriè dicta. Pulvis Usuræ. Quasi Usura. Usura præcedens, subsequens. Qualisnam Usura ex sententia fori restituenda; qualis non. Aetus aliqui ex Jure superinducto vetiti, ne subdolè Fœnus dissimularent. Alii permissi, qui Fœnoris accepti instar. Exceptio de Bonis Orphanorum, pauperum; id genus aliis. Usura incerta. pag.748.

CAP.

Capitum Elenchus.

C A P. X.

De Usuratum jure, apud Ebreos, quà Proselytos Domicilii aliosque Gentiles respergit; etiam & Judæos Apostatas. De Gentili, Proselyto Justitiæ facto, postquam fœnori sive dederat sive acceperat ab Israelita mutuum, nondum redditum. Quid Mahumedes de Usura. pag.755.

C A P. XI.

De bonis Aleâ, aliove quovis certaminis genere lucrificiis; ac de Lusibus ejusmodi. De Avibus alijsre animalibus sic insituendis ut excunia redirent, in domini commodum, illicum more, comitatiore. De reibus Columbarum Caputra tendendū, & Columbariis extruendis. pag.759.

C A P. XII.

De Rerum & Personarum ex Jure Belli, Dominio adquirendo. Et primò de Justis, sum juxta Ebræos tum alios Orientis populos, Belli causis. pag.764.

C A P. XIII.

De Belli, ex Jure Ebraicis aliosque Gentibus interveniente, Indictione. pag.771.

C A P. XIV.

De Federis ineundi ratione & capitibus, ubi hostes se dederent. pag.773.

C A P. XV.

De Federis & Deditioñis averſatione, belloque inde inferendo. Disciplina militaris de arboribus frugiferis in hostico non succidendis. Temperamentum Domini, ne quis rem suam planè deſtruereſet. Et de loco fugæ in obſidione hosti relinquendo. pag.778.

C A P. XVI.

De Utibibus, Regionibus, Personis subactis, Captivis, Hostibus casis se-peliendis, Prædâ, hujusque Distributione; ex Jure bellis Ebreis in usu. Quid nomine Terra Israel reverâ venerit. pag.781.

C A P. XVII.

Ebraorum, de aliarum Gentium jure bellico, sententia. Gentilium com-militio se, ex contractu publico, seu federe atque alias immiscebant. Ad Tribu-torum ex jure Victoriae; Deditioñis, Federis prestationem se obligatos pro-feſti sunt; Refragantibus subinde eorum nonnullis. De Numismate Cen-sus in Evangelio. Quid Cæsaris & Augusti nomina denotarent lingua Hierosoly-mitanâ. pag.788.

*Librorum &
Cap. XVIII.*

*De Didrachmi pensitatione in Evangelio. Illud fuisse Tributum Cæsarianum
Reges Terræ quinam ibi. Universi Israelite Fili Regum diverbio solenni dicti.
Quid ibi Filii seu liberi Regum. Semisicli, seu Didrachmi facti pensatio an-
nua usque ad Vespasianum, Hierosolymis in sacras usus praestia. Objectiones
diluvuntur.* pag.805.

C A P. XIX.

*De Servitute Personalis seu Libertatis naturalis deminutione, quatenus ex
Jure Gentium aliarum Bellico, juxta Ebraeorum disciplinam, ea sequeretur. Discri-
men inter Servitudinem personæ inherentem, seu intrinsecam & eam que in
ministeriis tantum servilibus cernitur seu extrinsecam. De illo Iudaorum, in
Evangelio, Nemini servivimus unquam. De Captivis & more eorum, apud
Ebraeos, redimendorum.* pag.813.



Liber Septimus.

*Agit de Noachidarum Iuris Illustrioris capite Se-
ptimo, quod est de Decembro animalis viventis;
item de Carnis & Sanguinis eſu. De Minoribus
insuper seu Obscurioribus Iuris Naturalis, juxta
Ebraeos, Capitibus. De Honore Parentum. De
Capite Juris Naturalis Illustrioris Sexto, seu de
Iudiciis; Tum quâ ex jure simpliciter Naturali
illud intelligendum, tum quâ Iudicia in Prosely-
torum Domicili regimine apud Ebraeos erant ex-
ercenda. Accedit de Iudicio Divino, quâ ex illo
sive Pœna sive Præmium Cælitus ex Ebraeorum
sententia expectanda fuerit, dissertatio. Et de-
mum de sententia eorum qui volunt, non so-
lum vestigia Preceptorum Septem quæ tractavi-
mus,*

Capitum Elenchus.

*mus, inesse in sacra Iobi historia, verum etiam in
Synodo Apostolorum Hierosolymitana.*

C A P. I.

*De capite Juris Noachidarum seu Naturalis Septimo, seu Membri animalis
viventis usu; Et de eius Sanguinis. Discremen inter Pecorum, Ferarum, Vo-
lucrum Sanguinem, atque Piscium, Locustarum id genus aliorum; item Humanum.
Mahomedanorum, de Sanguinis usu, scita.* pag.824-

C A P. II.

*De Minoribus seu Obscurioribus Juris Naturalis, juxta Ebreos, capitibus.
Et de Parentum honore, atque ejusque interpretatione quibus ei derogatum ibant. De
loco illo Evangelii illustri, Corban (quod est donum) quodcumque ex me tibi
profuerit. Mirabilis de Votis disciplina.* pag.832.

C A P. III.

*De Heterogeneorum usu, Fratriæ ubi frater sine prole obierat, Connubio,
Castratione, aliis obscurioribus, qua, juxta nonnullos Ebraeorum, ad Noachidas atti-
verem.* pag.839.

C A P. IV.

*De Judiciis seu Capite Juris Noachidarum seu Naturalis Sexto. Quidnam
Judiciorum nomine Talmudicis veniat. Dominus Judicis seu Forum superius
Divinum, aut Cœlestis. Inferius item seu Humanum & Terrestre. Perio-
cha Chaldaica de Caini & Abelis circa Judicia seculi futuri altercatione. De
Judicio Divino. Sensus Capitis Sexti generatum indicatur. In sequentium
Ordo.* pag.843.

C A P. V.

*Talmudicorum de Judiciis, quæ simpliciter Noachidis imperantur, Traditio. Eorum
de Poenis prefluvendis sententia, De Thamaris, nurus Iuda, delicto ac Judicio;
ac de Diña à Schemo violata.* pag.847.

C A P. VI.

*Judicia circa Juris Naturalis capita Illustriora, in Gentium divisione Israelitice
regimine tantum, exerceri solita. Judices qui eis praesertim seorsim constituti;
etiam Proselyti Domicilii ritè constitui potuere. Sexus discremen. Poena
Gladii, Furto Gentilis irrogata, aliis item delictis que mitius in Judæis puni-
ta. Nullam poenam obscurioris Juris Noachidarum capitis aliquius violations
immunuisse.* pag.853.

C A P.

Librorum & Capitum Elenchus.

C A P. VII.

*De Judiciis quibus in ditione Israëlitica suberant Proselyti Domicilii ob Jus ibi Gentium, seu quod Naturale non habebatur, violatum. Pœnæ Singulares Proselyto ejusmodi ob Sponsæ Ebraicæ (qualis in jure Noachidarum non agnita) coitum, irrogande. Proselytus Domicilii reus & dein Justitiæ Proselytus factus. Minor, Surdus, Mentis inops. Proselytus Justitiæ *Judicis pœnali*bus, ex Jure Israëlitico exercendis, praesse rite nequibat, nedum Proselytus Domicili. pag.858.*

C A P. VIII.

*De Judiciis Extraordinariis *sive ubi* Ebræus aut Gentilibus binis *aut* Ebræo & Gentili arbiter *receptus* esset, *sive ubi* Ebræis orirrentur cum aliis Gentibus actoribus, *velut* Africanis, Ægyptiis, Arabibus, *sive* de Territoriis *sive* de Bonis aliis controversiæ. pag.863.*

C A P. IX.

De Judicio Divino, & Pœnâ Præmioque cœlitus, juxta Ebreos, expectando. Excisionis Pœna, juxta nonnullos, triplex, adeoque de Immortalitate Animæ Talmudicorum aliquot sententia. pag.871.

C A P. X.

De Pœnis & Præmiis Fori Superioris, Cœlestis, seu Divini, quæ ex Ebraeorum sententiis, ad Noachidas seu Universum genus humanum attinerent. pag.876.


C A P. XI.

Capitum illustriorum Juris Naturalis seu Noachidarum vestigia expressissima in Jobi historia, ante Legem Mosaicam, saltem non ubi Mosaica lex, quæ Mosaica seu Ebraica, obtinuit, conscripta. pag.878.

C A P. XII.

Præceptorum seu Interdictorum Noachidarum, seu Universalium, quæ illustriora hactenus ex Ebreis ostensa sunt, vestigia in Canone Synodi Hierosolymitanæ ab Apostolis celebrata, juxta nonnullos, reperiri. Qua de re disquiritur. pag.882.

D E


DE
JURE NATURALI
ET
GENTIUM
Juxta Disciplinam
E B R A E O R U M,
L I B E R P R I M U S.

In quo Operis adgrediendi ratio, *Ebraica Philosophia*, quæ *Barbarica pars erat per insignis, Dignitas, Disquisitio Generalis de Jure Naturali seu omnium hominum ab ipsis rerum initiis Communi, ejusque Ortus ac Sedibus, Ebreorum ea de re Sententia, & demum Illustriorum, juxta illos, Juris ejusdem Capitum designatio continentur.*

C A P . I

Tum Philosophos tum Theologos, qui sive de Officiis Hominum Naturalibus seu Jure Naturali simul & Summo Bono, sive de Civili Gentium Jure seu Disciplina accuratius egerunt, non solum sibi Consona sed & Diversissima Aliorum instituta ac placita operosis corregare & perpendere meritisimò solitos. Nullibi autem apud veteres, sive Græcos sive Latinos, Ebreorum, id est, Gentis Numini adeò olim peculiaris, de Jure Naturali placita seorsim seu ad eorum mentem designari. A recentioribus perfunctoriè nimis ea tangi. Insti-tuti demum Ortus & Ratio.

A

Quod


 Uod in Nobilissimâ illâ Philosophiae severioris parte, quâ doctrina Moralis atque Civilis vitæque Humanæ Norma sive tradi sive tractari solet, continetur, id universum aut Circa Officia versatur ad quæ homines tum erga Numen Sanctissimum, tum ipsi erga se invicem, sive ex Affirmatione sive ex Negatione expressâ qualitercunque obstringuntur, aut circa ea, quæ Adiaphora manent, aut demùm circa Accessiones illas atque selectiora Sanctitatis seu Beatitudinis Complementa, quæ, velut officiis jam dictis superstructa, Gradus illos conficiunt, quibus ad Summum Bonum Finemque perfectissimum, qualiscunque is pro vario hominum ingenio statuatur, ascenditur. In Officiis autem illis locum obtinent primarium τὸν πρῶτον καὶ Φύσιν seu *Prima Naturæ*. Atque hæc sanè sive velut columnæ, cui innitantur cetera, robustissimæ munus obeunt, sive qualem ferè habet ad vestis, libræ, cunei, trochlearæ, aliorum in Staticis & Mechanicis motum circulus (qui τὰς τὰν τοιχτὰν ἔχει τὰς αὐλαῖς αὔξενα omnia talium continent causæ principium) rationem præstant *JURIS NATURALIS* nomen simul induere solita, atque in re Civili & Morali planè fiunt καὶ ἡλίας πρώτη seu universaliter prima. Juri huic Naturali accedit, ut dignitatis præ reliquis, quotquot Civilia sunt, Singularis, Jus illud Illustrius *GENTIBUS* diversis variatim sive ex Imperio sive ex pacto *INTERVENIENS*. Tam de Officiis illis quam de Accessionibus, quas diximus, habentur passim Disputationum ingentes à Philosophis, Theologis, Jurisconsultis, congestæ moles. Atque hisce quidem non solum perquam Solenne est ea, quæ apud alios, sive sui ipsorum persuasionibus, sive coetuum sectarumque, quibus immiscentur disciplinæ aliterve sive consona sive viciniora occurrerint, exhibere, verum etiam contrarias & discrepantes pariter opiniones & sectarum aliarum dogmatæ ac scita saepissimè sollicitius adferre. Idque non sine causis certè gravissimis. Nam non sua modo sic auxiliaribus suffragiis haud parum firmant, sed & insuper, adversæ refellendi, obscuriores quæ suas dissidentesque sententias intermeant confiniorum ipsissimas lineas detegendi designandique, proximi-

*Aristot. in
Mechanicis.*

proximantis subinde Vero Falsi ac simulantis larvam exuendi, id genus cætera, quæ in accuriori veritatis indagatione adhiberi solent, peragendi ansam commodiùs arripiunt. Ita Academici, Peripatetici, Stoici, Epicurei, Sceptici, alii, interdum pro re natâ in partes trahuntur; nunc instar Finitimorum Amicorumq; ostentantur; nunc pro adversariis indicati, argumentorum telis petuntur à Scriptoribus, qui singuli suam Philosophiæ Sectam ut castra, quibus addictissimi sunt, acriter propugnantes, eo tutiùs id faciunt quo habent quid & quantum fuerit copiarum tum hostiarum tum subsidiariarum federatorumq; exploratius. Ad hunc modum Aristoteles, Cicero, Seneca, Sextus Empiricus, alii. Unde & operæ pretium habitum est insigne, diversas omnigenûm Philosophorum sententias scriptis sedulò mandare; quod fecere non modò Laërtius, Plutarchus, Hesychius Milesius, id genus cæteri, quorum lucubrations ejusmodi etiamnum extant; verùm etiam & Philosophorum ille facilè princeps Aristoteles ^b in libris illis de Archite, Speusippi, Xenocratis, Timæi, Pythagoræ, aliorum placitis, qui cum non paucis eiusdem operibus aliis ^{Laërtius} lib. s. ante secula compluria interciderunt: ut illorum qui *τέως αἰρέοντες* seu *de Sectis*, *τέως δογμάτων* seu *de Opinionibus*, *τέως βίου* seu *de Virtutis*, *τέως Αλεξανδρῆς* seu *de Successione* Philosophorum eorumque disciplinæ scripsierunt turbam jam nullibi extantem sed Laërtio, Eunapio, aliisque citaram prætermittamus. Nec parùm laborarunt viri aliquot id genus summi in plurimarum Gentium atque Rerum publicarum moribus atque institutis, idque tam Barbariæ quam Græciæ veteris, diligenter corrogandis memoriæqua tradendis; ut scilicet ex eorum, utcunque diversissimorum, rationib^{is} atque momentis ritè perpensis, ea tandem elicerentur, quæ Moralibus Civilibusque studiis, maximè vèrò tum Juris Universalis seu Naturalis tum eius, quod Gentibus seu populis integris (quorum autoritas non omnino negligenda) intervenit, indagationi conducere possent. Inde est quod Aristoteles etiam volumen conscriperit *Nόμιμα Βαρβαρά* nuncupatum, id est *Mores atque Instituta Barbarica*, seu populum qui extra Græciam sedes habuere. Ante plurima secula qui- ^{H. p. Mi-} dem periiit illud. citatur autem tum Apollonio ^{tum} Varroni ^{d.} Sed ^{rab. II.} ^{d. Deling. lat.} apud ^{lib. 6.}

^a Adversar. apud Varronem ante Turnebi ^c emendationem male legebatur ^{N.}
^{b lib. 23. cap. 25.} mina Barbarica pro Nomina. Memorat etiam ipse Aristoteles

^{1 Nicomach. Συνηγμένας τολμείας seu Republicas congettus (quas à Laertio ^g το-}
^{b lib. 10. cap. 10.} λιτέας τόλεων Civitatum regimina dici opinor) quarum ex consi-

^{3 In Vita A- ristot. seu lib.} deratione atque veterum placitorum observatione τινὲς τὰ αὐθόπικα

^{5.} Φιλοσοφίας seu Philosophiam illam que ad res attinet Humanas, id est doctrinam Moralem & Civilem, post Ethica ad Nicomachum absoluta, perficere est adgressus. Regiminum illorum seu rerum publicarum sic ab eo in corpus unicum collectarum numerus erat centum quinquaginta octo. Mittimus quae habuit alia ejusmodi

^{6 Vide sis 1f. Cesaibon. ad Laertii lib. 5.} opera, veluti Διηγώματα τόλεων seu Civitatum forensia ^h, præter Politicorum libros octo, qui ex hujusmodi supellestili ejus tantum superstites id genus disciplina sunt haud parum referti. Hujus etiam Discipulus Theophrastus præceptorem imitatus est. Deutroque

^{7 Definibus lib. 5.} Cicero ⁱ; Omnia ferè Civitatum non Graecia solum, sed etiam Barbaria, ab Aristotele, Mores, Instituta & Disciplinas; à Theophrasto, Leges etiam cognovimus. Et quatuor ejusdem Theophrasti

libros τωλύκῶν ιθῶν seu Morum Civilium, inter id genus alios, expressim memorat Laertius ^k. Non dissimili consilio Dionysius Me-

^{8 De Grecis lib. 5.} tathemenos ^l librum τεῖ βαρβαρῶν ιθῶν de Moribus Barbaricis

^{9 Laertius lib. 7.} composuit: uti Nymphodorus Amphipolites ^m τεῖ Νομίμων Ασίας

^{10 Clemens A- lex. Strom. a.} De Moribus atque institutis Asia, quem item ipsum Nōmuua Barba-

ρουν seu Barbarorum ritus ac instituta nuncupari existimo apud Clementem ⁿ. Scripsit itidem Anacharsis Scytha volumen ^o de

Moribus atque institutis tam Scytharum quam Graecorum: atque

^{11 Hecataeus opus P de Aeg. optiorum philosophia quod tam Theolo-}

giam quam Jurisprudentiam eorum est complexum. Sed & hæc

itidem temporum injuria, ut innumera ejusmodi alia, intercidere;

quemadmodum & pars pleraque τολμεῶν seu Rerumpublicarum Heraclidis Pontici, qui huic Philosophandi rationi sedulò separatè immiscuit. Theologi insuper veteres, Patres in primis dico nascentis Ecclesiæ Christianæ, de Veritate Catholica stabilienda agentes,

non solum numerosissimas portentosasque ex luxuriantibus illis si- mul & distractissimis ævi ingenii pullulantes hæretes, verum etiam

Græcæ

Græcæ Latinæque Philosophiæ scita atque alia ejusmodi tam Christianismo dissona quam consona usque adeò enarrant, ut nec prætermitti interrim velint prorsus explosa. De hæresibus res est manifestior, quia eas diligenter in volumina cognomina contexuere Epiphanius, Philastrius, alii, quos & recentiorum seculorum aliqui sunt imitati. Etiam de eis obiter nec raro aliis in scriptis patrum occurunt quamplurima. De Philosophiæ scitis obscurior res non est ei qui præter jam citatos, Justinum, Clementem Alexandrinum, Tertullianum, Lactantium, Minutium Felicem, Hieronymum, Ambrosium, id genus alios diligenter paulò consuluerit. Et tametsi Patriarche Hæreticorum^q aliisque summæ infamiae nominibus, à patribus hisce solent Philosophi vèrtes appellari, nihilominus factentur & ipsi interdum patres nullam^r Sectam fuisse tam deviam,^s philosophorum quempiam tam inanem, qui non viderit aliquid ex libro 7. seu de vero; & totam veritatem & omne divina religionis arcanum philosophos attigisse, sed, aliis refellentibus, defendere id, quod invenerant, nequivisse, quia singulis ratio non quadravit. Adeo ut rem ipsam optimè complectatur Clemens^t, dum Gentilium Philosophiæ καθάπερ νοῦ τῶν καρύων & πᾶν ἐδώδιμον quemadmodum & numerum totum non esse comedendum ait, verba faciens de eis qui cā pascebantur. Ut sunt putamina rejicienda, sed nubes comedendæ, sic placita habent Philosophi non pauca inter errores manifestos connumeranda vitandaque; nec interea aliis carent quæ, utpote aut veritati satis ipsa cognata aut temperamentis paulò reformata, fuerint cumprimis amplexanda. Summa est; non solum congeneres consimilesque sed & perquam dispare aliorum qualescunque sententias rationesque inservientes impensisimè voluisse veteres illos (quos etiam & recentiores, qui simul & cordatiiores sunt, non raro imitantur) explorari, congeri, animadverti, perpendi, ad posteros transmitti. Ut scilicet ita quid ipsis scholæque à se propagandæ statundum, retinendum, rejiciendum foret, dignoscetur & quod scilicet argumentis fulciretur tum facilius tum securius. Qua de re in primis studiosos non semel monuit olim etiam Aristoteles.^u Atque ut in physicis, non solum ex Diverso sed ex Contrario, in Diversi

Topic. 1. cap. 12. & 1. de Calo. sex. 98.

invicem & Contrarii natura exploranda ; quemadmodum itidem ex Remissione, in natura Summi investiganda, subsidium non raro habetur non contemnendum ; etiam pene dixeram, sicut ex Litteribus non solùm angulos continentibus sed etiam oppositis, Anguli ipsi in trigonis sive planis sive sphæricis dimetiendis, præter aream, certius mensurantur ; ita ferme Aliorum quotquot sedulò ac seriò philosophati sunt Epichiremata ac Placita sive Confinia sive quomodolibet cunque Diversa, etiam Vero adversissima, accuratiùs indaganti opem crebrò præstant per insiginem. Hinc etiam Euclides^u iporum Mathematicorum ~~υδάεια~~, seu *Fallacias* atque *Aberrationes* singlari concessit volumine. Similiter de aliis scientiis fecere alii. Ne scilicet qualicunque aliorum rationis usu atque examine quam suæ, quantum fieri posset, magis carerent. Ita veteres mutuas in disquirendo tradidérunt quasi operas τύλιπες ἀλλήλοις αντιπεριχόμενοι, seu alii alii quod dicerat in vicem subministrantes quod ait Leonidas^x in epigrammate de Cæco & Claudio. Unde demùm nata est philosophia illa singularis, atque præstantissimo illo patre Clemente Alexandrino^y judice, omnium præstantissima adeoque præceteris amplexanda quæ *Ἐκλεκτὴ* dicta est, quia in perspicaciter feli-genda ex singulorum, qui præierant dogmatibus Philosophiæ, mate-rie versabatur. Hac primò usus est Potamo Alexandrinus *ἐπλεξάμενος*.

^z *Anabolog.*
1. cap. 4.

^y *Socratis.* 1.

^z *in proemio.* v. ⑩,

^z *Suidas in*
Potamone.

quod ait Laertius^z, τὰ ἀρίστα ἐξ ἐκάστη τῶν αἰρέσεων qui sele-git quæ sibi placuere de Singulis Philosophorum Sectis. Sub Augusti scilicet^a initia. Nimis probè nōrunt eximii isti indagatores Veritatem sæpius sive in abdito sive in obscuro latenter, non aliter ferme ab Intellectu humano capi quam ab Oculo solent Corpora sive longius dissita, sive in luce satis temperata neutiquam posita, aliterve sive primum ac unicum sive indiligenter nimis ut cunque iteratum aciei intuitum aut fugientia aut fallentia. De horum alicuius Colore, Figura, distantia, Magnitudine, Loco, Motu, queratur. Ubi oculi sunt depravati, res ipsis solis planè in desperato est.

Lurida prætereà sunt quæcunque tueruntur

Arquati —

Multa-

Multaque sunt oculis in eorum denique misera

Quæ contagio sua palloribus omnia pingunt.

Quod ait Lucretius^b. Sed detur Lyncei acies, optimus undiquaque^c lib. 4.
habitus, atque omnimodâ contagione præviâ prorsus liber. Color
nihilominus pro varietate lucis tam incidentis quam reflexæ aliter
atque aliter se ingerit; adeò ut etiam nigra interduin albescunt, hæc
crebrò viridia, flava, quod & de reliquis est dicendum, simulent.
Sphærica etiam & cylindrica plana, circuli ellipses, quadrata oblonga,
ingentia minima, in longinquο posita propinquā, æqualia inæqua-
lia videntur, & verè parallelā.

Paulatim trahere angusti fastigia coni.

**Idem ibid.*

Alia apparent fracta, dum revera sunt integra, ob medii diversita-
tem. Extra verum item locum; ut non solum nummus in vase
per aquam obliquè visus, sed etiam præter stellas cæteras Sol ipse per
vapores, nubeculas, ac aërem humidiorem. Parallaxes itidem ni-
mūm oculi aciem fallunt; unde in primis tot de stellarum aliquot
novarum & cometarum locis, arque utrum in æthere cœlesti an in eo,
qui Lunâ inferior est moverent, disputationes inter Mathematicos
etiam egregios habita. Qui scere insuper dum velocissimè mo-
vent, videntur corpora quotquot movent cœlestia. Movere non
raro quiescentia; ut Navigantibus

● ————— *Portusque Urbesque recedunt.*

At verò ex diligentiori sæpiusque tum variato tum accuratiùs ite-
rato intuitu, crebra item stationum oculique posituræ mutatione,
comparatisque invicem, quæ stationum variationem suppleant,
aliorum observationibus (citra quas viri alioquin visu acerrimi ut
heic nimium cœcuriant necesse est) aut rectè tandem de objecto,
circa quod tot eveniunt hallucinationes, statuitur, aut undenam
res porro fuerit decernenda constat, aut eam non omnino decer-
nendam nec satis liquere demum reperitur. Quin ne suis qui-
dem Solem^d ipsum maculis nebulosis, qua nobis visitur, eisque
totam Africam ac Asiam ipsam magnitudine superantibus, care-
re, nuper ex aliorum, qui penitiùs eum telescopii beneficio intro-
spexere, observatione adjutū didicimus qui defacatissimam fuisse il-
lam at-

*Galileus Galilæi in
Numéro Siderico, & in Systema Cosmico dialog. 1o.
alio*

lam atque omnino immaculatissimam lucis regionem cum vetusta-
te tam diu securi credideramus. Stellas item circa Jovem quatuor
ferri quæ à rerum conditu ad nostra usque tempora, nunquam,
quantum scimus, conspectæ sunt aut creditæ ; ut id genus cætera
tam veteris quam nostri seculi exempla tum in Astronomia tum
aliis in Artibus ac Scientiis illustria, nec quidem pauca ea, raseamus.
Ne quet tantummodo Veræ aut Veris sive propè sive quasi acceden-
tes verùm etiam & Falsæ adeoque Omnimodæ observationes Alio-
rum qui non indiligerent, utcunq; infeliciter, rem assequi tentarunt,
rite heic disquirenti adhuc hæc. Nam ut ex Umbrarū ratione de cor-
poris tam Lucidi quam Opaci & figura & magnitudine dijudicatur,
ita ferè etiam ex Erroribus deceptionibusq; cum judicio animadver-
sis, tutior multò ad Veritatis arcem via sèpè sternitur. Ad hunc mo-
dum qui sive de Officiis necessariis sive de Accessionibus jam dictis
egere sive Græci sive Latini tam Philosophi quam Patres Christiani
satis gnari erant, ut oculorum, sic Mentis aciem, licet acutissimam, ex
aliorū sive Veterum sive Coætaneorum observationibus, placitis, ra-
tionibus quibuscunque sive veris sive falsis ritè collatis, nunc dirigi,
nunc corrigi, nunc firmari stabiliri que. Quam ad rem illud etiā mor-
talium sapientissimi facit, *Et erit salus ubi multa consilia sunt, seu*
Proverb. II.
14. C. 24. 6.
et salus in plurimis consiliariis. Qua-
le quidem tam de consiliariis seculorum anteaftorum quam pre-
sentium aut recentiorum, quibus sectarum omnimodarum scripto-
res continentur, intelligendum. Horum alii rem aliis, sive velut
ob distantiam seu medii incommodum, minimè perspectam, com-
modius positi detegunt. Stationum item quasi mutationes (quæ in
coloribus, distantiis, figuris, magnitudinibus discernendis oculo
adeò necessariæ sunt, ut ferè nihil suprà) seu varias oculi, sic dicere li-
ceat, intellectivi posituras, haud parum supplent illi qui ævo, patria,
studiis diversi in consilium accersuntur. Etiam qui apertiùs hallu-
cinatur, vicem monitoris, ne quis sic denuò aut in similibus impin-
gat, quandoque obtinet. Quin ubi mores ac instituta aliquot tum
continuâ tum rectâ, sed ab ipsa origine remotissima, velut lineâ seu
radio, quasi is nullibi, à rigore deflexus distortusve fuisset, recipi (ut
sèpè

sepè nimis) videntur; ea sanè, diligentius consultis iis, qui origini proximiores sunt, sive hâc sive illâc ob diversitatem aliquam mediis, id est, seculorum, rerum publicarum, geniorum, ingeniorumque varietatem, in quam tandem inciderunt, multum inflecti, nec rectâ protendi, imò & dissimilem omnino colorem statumque planè non-nunquam ei, qui originarius erat, contrarium nancisci ac induere, nemō non deprehendet agnoscatque. Non aliter ac ubi radii etiam solares per medium diversum obliquè transentes franguntur, aut tinguntur per coloratum. Alienum contrahunt sic colorem Empedoclis, Parmenidis, aliorum de Ente, Uno, Primo, Motu sententiaz, dum ab Aristotele obiter eas memorante recipiuntur. Sed genuinus intreâ ex ipsorum scriptis dictisque aliquot, quæ Simplicii ^f Comment. in Arist. 1. 6. Exemplum etiam advertamus unicum sub Christianismi initia, ut de seculo nostro prorsus reticeamus. Monuerat Nicolaus Diaconus, *meagrenos τῇ οὐρανίᾳ abuti carne.* Quo brevitè dicto voluptatum cupidinem, maximè verò Veneris, reprimendam vir sanctus voluit. Hoc perperam arripientes libidinosi aliquot, qui non ^{ne} ejus sectam suam insigniri gestiebant, ad coquæ Nicolaitæ vocitari, pro eo, quod omnino contrarium est, interpretati, eum velut concubitus qualiscunque vagi, ac libidinis nefandæ præceptorem flagitosissimè venditarunt. Neque sanè aliud ipsum statuisse crediderant posteri, nisi in seculis ei viciniорibus reperti fuissent, qui à convitio hoc eum vindicarent, ac sensum ejus genuinum mandarent scriptis; veluti Clemens ^g, Eusebius ^h, Theodoretus ⁱ. Ejusmodi fuère alia non ^j Strom. 3. pauca. Nimirum haud impares errores alii, ab integris hominum ^b Histor. Eccl. lib. 3. c. cœtibus pro vera disciplina ultrò sunt recepti, patienter admissi, &c. veluti sarcinæ, posteritati impositi, quoties ipsâ rei, circa quam ver- ^{23.} fiantur, origine in longinquò ac retrò nimis positâ, hominum seculorumque, à quibus primò, &c per quæ dein in posteros id, quod recipitur, manavit, indoles, verborum sensus, ratio, interpretationes, & veluti Mediorum discrimina, veterumque, quibus hæc omnia docentur, testimonia, insuper omnino citra examen sunt habita. Quòd ^k Apud te-facit in primis illud Numinis sanctissimi ^k; State super vias; & ui-rem. 6. 16. acre,

dete, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona &c. Accuratiū circumspiciendæ viæ omnes. De semitis antiquis consulendum; quæ verò sit optima feligenda. Jam verò dum consilium hoc adhibuere indagatores illi prisci, Philosophi (qui scilicet singuli illo vocamine ad nos transmissi sunt) non solum congenitoribus sibi è Græciâ & Latio, ac Barbariâ, ut supra ostensum est, forte viciniori, verum etiam ex ipsis Judæis seu gente Ebraicâ, quod inferius pluri-
 bus enarratur, sive Præceptoribus sive, in discendo rebusque perpendidis, Consiliariis sunt usi. Patres autem Christiani nullibi quidem non è libris Ebraeorum sacris, id est, federe veteri, doctrinam Moralem & Civilem eliciunt, *Philosophiam* etiam eam *Barbaricam* atq; *Ebraeorum* subinde vocantes (ut maximè Clemens Alexandrinus;
 • *In Timotheum Platonis pag. 351. edit. Meursiana.* uti & postea Chalcidius Platonicus^m *Philosophiam Hebraicam*) atque archetypam eam Philosophiæ Gentilium facientes, seu hanc ve-
 luti facem ab illo sole accensam. Et meritissimò quidem nemo non fatebitur, in hujusmodi indagine primùm & longè præ aliorum omnium, qui ante Christianismum florueré, institutis, moribusque, atque philosophiâ, id quod receptum seu præscriptum fuerit apud
 • *Exod. 19. 5. Deut. 7. 6.* נָאֹת אֶלְךָ populum Numini ipsi olim peculiaremⁿ, ac selectissimum præ omnibus populis, qui fuere superfaciem terræ, perscrutandum es-
 se, subtiliusque intuendum. Unde nec exortæ apud Ebraeos hæreses, veluti Pharisæorum, Sadducæorum, Essénorum, aliorum, scitaque ad has spectantia à patribus prætermittuntur. Hæc inter contemplan-
 dum, video hoc in primis esse præterea animadvertisendum; apud E-
 braeos, præter Mosaica instituta, veterisquæ federis disciplinam sub
 • *Deut. 33. 4.* Mose inchoatam, quam sibi faciunt ipsi hæreditatē propriam, (unde tām Mahumedani, quām Christiani, ut Gentiles taceamus, quam plurima suis aptarunt) fuisse Juris Morumque præcepta singularia, scripto sive literis ipsis, nedum Mose, antiquiore multo sortita originem, ac partim Mosaicis similia partim dissimilia multoque pau-
 ciora. Atque ad hæc tantum Universum Genus Humanum reli-
 quum populosque ceteros cunctos obligari, ipsos voluisse, uti ad Juris Naturalis ac Universalis Officia à mortalium nemine violanda. Horum item disciplinam observationemque, penes eos singularem
 fuisse

fuisse Philosophiam illam Moralem ac Civilem, cui nomen ritu solenni non dare hominum quempiam, eorum in territoriis, seu potestate degentem, non modò nolebant, sed nec Jure suo permittebant. Jam verò cum nec mentio quidem hujus sive Juris, sive Philosophiae, sive Officiorum, ad quæ universum genus censemebant illa humanum obstringi, (quibus etiam præmium poenamque divinam, ut infra fusiùs aperitur, conjunxere) alicubi apud veteres Christianissimi Scriptores, nedum Philosophos, omnino extitit, & brachio sanè levissimo ab ævi nostri scriptoribus, & perfunctoriè nimis tangi, nec ullibi satis ostendi soleant; & cum demùm, citra jus hoc Gentibus cæteris proprium, seu Philosophiam juxta eos verè universale, Jus illud alterum ipsis ac Gentibus finitimis aliisque, quibuscum rem haberent, sive in Pace sive in Bello, sive Imperativum sive ex pacto Interveniens, planè ad eorum doctrinam nequeat satis internosci, & quidem apud viros alioquin doctissimos certè nimis intelligatur doceaturque; inde certe est, quod nec operâ existimavimus indignum, nec oleo, tum Juris ad eorum placita atque disciplinam Naturalis, seu omnium hominum Communis, semperque, ut volunt Obligativi, adeoque Philosophiae jam dictæ, tum Juris ipsis aliisque illis Gentibus Imperativi ac Intervenientis, Capita & Explanationes, quatenus ipsa suppetunt eorum testimonia, diligentius ex eorundem testimoniorum verbis contexere. Etenim sic uno in opere studiosis indagatoribus præstò erit è populi tam insig[n]iter Deo O. M. olim peculiaris promptuarii penetralibusque desumpta disciplina, quæ secundum jam dicta, cum cæterarum gentium sectarumque scitis in libera veritatis disquisitione, conatu subinde felici, ac bonâ cum fruge comparetur. Imperativum atq[ue] Interveniens illud Jus, quod ad Bella gerenda, Foedera, Captivos, Prosclytos attinet, suis in locis obiter ac pro re natâ sparsim mox explicabitur. Id verò, quod Naturale juxta eos diximus seu Universale, ita rectius tum traditum tum pretio suo ritè estimatum iri, censiimus, si prælibaverimus Primò fusiorem paulò dissertationem, unde, quām accommoda, atque scitu digna sint heic Ebraorum Placita, Sententiæ receptæ, seu Philosophia Singularis, manifestius cuique liqueat; nec sine Monito

eade re Christiano ; Secundò , magis perspicuam quidem & aperi-
tiorem, sed interea tantum generalem Juris ejusdem, quà in sacra
Ebræorum disciplinâ Morali, Civili, ac Rituali locum habuit, Desi-
gnationem, simul cum Difficultate illud inde Eliciendi; Tertiò ,
Varia Rationum Momenta, quibus tum è confusis diversisque juris
corporibus moribusque hominum , atque aliorum etiam anima-
lium actibus secerni solet, tum aliunde peti id, quod Juris Naturalis
seu Universalis nomine vulgo indigitatur: eorumque unicum dun-
taxat ab Ebrais esse admissum. Hisce tandem absolutis, ut necessa-
riò præviis, Juris seu Philosophiæ hujus Ebræorum Capita singulare,
& horumuxta eos Sensumatque Usūlum explicatiùs, fusiusque ostendere
opportuniùs adgrediemur.

C A P. II.

*Quan accommoda, atque scitu digna sint heic Ebræorum Placita, & Traditiones
avite, seu Philosophia eorum Barbarica singularis, rationibus, tam è Pagani-
smo, quam Christianismo, atque aliunde adductis, ostenditur. Sed & adjicitur
Monitum ea de re Christianum.*

Perquam dignam, quæ exploretur, & cum primis adver-
tatur, atque philosophiæ studiis adprimè accommo-
dam esse, adeoque subinde merito intermiscendam
Ebræorum disciplinam Moralem & Civilem, quam u-
niversi generis Humani communem (qualisunque ea demùm fue-
rit) esse, voluere eorum Theologi, Jurisconsulti, Philosophi, liben-
tissimè, puto, agnosceret quisquis ex diligentiori ac solertiori eo fuerit
hominum cœtu, qui, in rebus non paucis Christianis discutiendis,
Ebræorum veteres interpretationes, mores, scita & sententias rece-
ptas sollicitè consulendas velit. Id genus hominum sanè exiguum
in Ecclesiâ Christianâ numerus jam non est. Pullulavit nostro in
seculo scriptorum ejusmodi seges egregia. Et lux inde non rarò ac-
cepta plurimos quidem in studia Ebraica, Rabbinica, Talmudica im-
penitus irritavit. Nec fieri omnino arbitror, posse, ut quis, dum ea,
quæ tradiderint ipsi de moribus ritibusque sibi propriis, suoque jure
singula-

singulari, sc̄u quod Mosaicum dicitur, summo in pretio habuerit, ea interim, quæ de Communi humani generis Jure & Officio, quatenus ab eo, quod ipsis proprium erat, distinguebatur, docuerint, omnino contemserit, imò non magni fecerit. Ecquis enim, dum subsidia veterum in hujusmodi indagine sedulò conquirit, sive Civiles Atheniensium, verbi gratia, leges à Dracone seu Solone latas, atque hierophantarum, & Sacerdotum Atticorum ritus avidè venabitur, nec interea Socraticam, Platonicam, Aristotelicam de universalibus hominum Officiis Philosophiam, quæ ibi pariter docebatur, non minori saltem affectu intuebitur, consulat, excutiet? Quale de similibus aliis est dicendum. Obvia sunt etiam argumenta heic ex summâ Gentis Ebraicæ olim dignitate ac prærogativâ desumenda, quæ, utpote capite superiori tacta, nec quempiam fugientia, heic prætermittimus. Quin adeò insignes, atque singulares Ebræos olim universæ sapientiæ autores facit Lactantius, ut Pythagoram, & Platonem tantum non increpet, quòd illos, consulendi causâ, dum, ut sapientiam ediscerent, peregrinabantur, neutiquam (sic ille; qua de re statim plura) quemadmodum Aegyptios, Magos, & Persas adierant. Verba ejus sunt^P; *Evidem mirari soleo, quod, cum Pythagoras &c. postea Plato amore indagande veritatis ad Aegyptios, & Magos, &c. Persas usque penetrassent, ut earum Gentium ritus & sacra cognoscerent, suspicabantur enim sapientiam in religione versari) ad Iudeos tamen non accesserint, penes quos tum solos fuit, & quo facilius ire potuissent.* Sed de Christianorum testimonius hac in re ampliandum non est. *Christiani enim Iudeis successores ac posteri sumus; ut recte alibi⁹ idem Lactantius.* Et Nostra seu Originem, unde veritatem sacram, cui innitimus ipsi, deduximus, tantum laudamus, dum singularem Ebraicæ gentis Dignitatem ac Sapientiam, quæ olim fuit, sic extollimus. Visum igitur est etiam quæ homini, quisquis is fuerit, nec sati Christiano, nec Judæo, nec ulli denique immisto sectæ tantundem fere probare queant argumenta aliquot, etiam Paganismi, imò quæ, religione singulari præoccupante, satis solvæ sunt, rationibus maximè subnixa attexere. Ea triplici sunt in genere. Primum, ex insigni Philosophorum veterum ante Christianismum,

Ebræos

B 3

^P Lib. 4. seu
de Vera sapientia, cap. 2.

⁹ Lib. 5. seu
de Injustitia
cap. 23.

Ebræos Consilendi atq; Audiendi usū petitur; Secundum, ex Summā, quā apud Græcos aliosque Gentiles, Sapientiæ nomine, claruere Ebræi veteres, Existimatione; Tertium demum, ex Rerum, Monum, ac Disciplinæ veteris Orientis notitiæ penuriâ, quā miserè nimis laboramus. Quod ad primum spectat; testimonia sunt ea de re compunctionis. Atque alia Judæorum ipsorum, alia Patrum Christianorum, & scriptorum denique Paganorum alia. Aristobulus Judæus Agyptiensis,^{2 Macab.} qui Ptolomæi Philometoris est in Maccabaicis^{1. 10.} magister, de Pythagora expressim^f, τολλάτων ταρ' ἡμῖν μετένευκε εἰς τῶν
^{Apud Cle-}
^{ment. Alex.} αὐτὸς δογματοποιῶν, multa, que in nostra sunt disciplina, in secta sua
^{strom. a C.}
^{Euseb. Prep.} dogmata transtulit. Nec enim satis didicerat Lactantius, sive Pythagoræ, sive Platonis res, cum, ut suprà memoratur, eos minimè Ju-
dæos accessisse scripsit. Id quod ex sequentibus fiet manifestum.

^{Contra A-} Flavius item Josephus de Pythagora, non solum, inquit^t, ἐγνωκὼς τὰ
pion. lib. 1. ταρ' ἡμῖν δῆλός ἐστιν, ἀλλὰ καὶ ζηλῶντος αὐτῶν ἐν τολείσῃ γερμανίᾳ^Θ,
planè novit disciplinam nostram, sed etiam ejusdem multa cupide est

^{Apud Cle-} De Platone pariter jam citatus Aristobulus^u; Καθηκο-
ment. strom.
a. C. Euseb.
strom. s. amplexus. λέπθηκε τῇ καθ' ἡμᾶς νομοθεσίᾳ, ΕὐΦανέρος ἐστι τελετροφύλακος ἔκαστη παραρά. Εν τῶν ἐν αὐτῇ λεγομένων, Leges & Instituta nostra sectatus est; à quo et-
angelic. lib. 9. c. 6. iam partes eorum singulas curiosè, & diligentè inspectas, & excussas
esse constat. Floruit autem sub ducentesimum à Platone annum Ari-

^{Contra A-} stobulus. Huic est satis consonus Josephus^v. Quietiam ex Aristobuli illius autoritate dicitur^y, Philosophiam Peripateticam (cujus princeps Aristoteles, & sectator ipse Aristobulus) ἐξ περιττῶν Μανδæa rōμας καὶ τῶν ἄλλων ἱρῶν διεφύγει ex Lege Mosaica, atque aliis pendere Prophetis. Certe & vetustum liquet esse Ebræorum aliquor commentum, Aristotelem jam moribundum discipulos suos, tum animæ immortalitatem, tum poenæ ac præmii rationem, velut à peculiaribus Semiposteris, id est, Judæis, edocimus, docuisse, tum à Simeone Justo pontifice monitum, pristinas mutasse sententias

^{Mf. in bi-} בְּכָל ² מה שווייה סברתו הולכה על תורה ונחפה לאיש אחר
^{biosb. Oxoni} in universi. Memoriæ, de quibus antea senserat contra legem ac doctrinam Ebræorum, &
^{in Comment.} in hominem inde planè alium migrasse. Illud de animæ immor-
ad Sepher Cozri part. talitate habetur in libello veteri הַתְּפִוִי seu de Pomo inscripto (quod
l. 5. 65. finge-

fingitur, illum manu, lecto decumbentem, ac discipulis circumstipatum, idque suavissimi odoris, tenuisse) atque ex Arabico, compluribus abhinc annis, in Ebraicum à R. Abraha Levita traducto. Alterum illud de Simeone Justo, ex libro citant veteri in Aegypto antiquius reperto^a, quem nec Aristoteli ipsi tribuere verentur. Ut cunque autem fictis hisce non sit cur credamus, id nihilominus interea satis etiam inde constat, invalidissimè quidem apud Ebraeos ipsos sententiam de singulari ipsorum, atque veterini apud Graecos Philosophorum in disciplinis tradendis accipiendisque communione. Quā de re ex ipsorum^b monumentis plura congerere, difficile non est.

Consoni sunt heic Patres Christiani; Clemens Alexandrinus, Justinus, Theodoretus, Ambrosius, alii. Verba Aristobuli superius citata dum afferit Clemens de Pythagora, neque de corum fide dubitat, adiicit etiam^c eum circumcisum fuisse, quod & memorat Theodoretus^d. Ritu quidem Aegyptiaco, seu in Aegypto usitato, circumcisum; sed eo interea, qui illo in seculo, ni fallor, etiam ibi erat planè Judaicus. Utpote qui è Judaea ejusque moribus cum Judaicæ disciplinæ aliis in Aegyptum antea migrâsse. De circumcisione autem Pythagoræ sic tradita libentiùs equidem cum Lipsio^e dubitarem, nisi etiam apud Laërtium^f occurreret, quod, dum peregrinabatur, τὰς ἐμπύθη τὰς περὶ Ελληνικὰς καὶ βαρβαρικὰς πελετὰς, cunctis tam Barbarorum, quam Graecorum mysteriis est iniciatus. Nisi hyperbole sit, par est sane, ut, & ritu Judaico eum initiatum fuisse, velle Laërtium, existimemus. Atque Laërtio satis est heic, quantum ad hanc rem, consonus Lamblichus^g, ubi, cum Phœnicis Sacerdotibus aliisq; con-

^a R. Sem Tab
in Ethica A-
rist. apud
scholast. m
Sepher Coz-
ri, loco citato.

^b Videfis Se-
pher lucha-
in fol. 157. b.

R. Gedalam
Ben Iesuas in
Shalheleth

fol. 104. a
^c Sirom. 1.

^d Tberape u-

sec. 1.

^e Manuduct.

ad Storacem
Philosoph. lib.
1. disserr. 6.

Videfis Jacob.
Capell. Hist.
Sacra & Ex-

otic. An. M.
3489.
De Grecis

Philosoph. lib.
De Cita Py-
thag. cap. 3.

^b lib. 3. epist.
20.

rii præcepta, meritoque magnus apud Philosophos habitus, qualem, ut
quoniam, vix reperi es ullum. Hinc etiam ob disciplinæ similitudinem,
Numam illum Romanorum regem, Pythagoreum, velut ejus disci-
pulum, interdum, sed non sine errore (nam Pythagoræ antiquior
erat)

¹ Apud Dio- erat) dictumⁱ, à Judæis institutum esse, saltē eorum imbibisse do-
nyf. Halicar- strinam, censet Clemens^k. Sanè quisquis credere volet, libros illos
nass. lib. 2.

^{Plutarch.} in septem de disciplina Sapientiæ Græcè conscriptos, in agro Petilii
^{Numa C^o.} Scribæ circa annum ab V. C. DLXX sub Janiculo repertos, Numæ
^{S. Strom. 1.}

ex arcuæ inscriptione tributos, & postmodum senatus jussu crema-
tos, ipsius Numæ reverà fuisse, is, Numam in eis, sive disciplinam ali-
quam Ebraicam, sive ejusdem propaginem tradidisse, non immixtò
forsitan existimabit. Nam *disciplinam sapientiæ, quæ illius etatis esse*
^{potuit, libros illos complexos, ac p[er]laque dissolvendarum religio-}
^{num fuisse}, scribit Livius^l: uti etiam *aliqua ex parte ad solvendam re-*

^{Lib. 40.} ^{Lib. 1. cap. 1.} *ligionem pertinere, existimat[ur]os esse*, Valerius^m. Neque ulla in eis
scripta esse, nisi Philosophiæ Pythagoriciæ, id est, nisi Pythagoriciæ

^{Apud Plin.} ^{Hist. Nat. 13.} ^{cap. 13.} disciplinæ consona, tradiderunt Cassius Heminaⁿ & C. Piso. Atqui
ad dissolvendas, quæ jam dictis intelliguntur, religiones, multiplicem
nempè apud Romanos veteres idolorum cultum, nil æquè fa-
cere potuit, atque ipsa, quæ Ebræis erat, atque ab ipsis, ut vult disertè
Clemens, Numæ tradita disciplina. Id est totius humani generis Jus
commune, seu Philosophia simul, & Theologia Moralis ac Civilis,
nemini juxta illos carenda. Quod libro proximo fiet manifestius.

^{Lib. 1. cap. 22} ^{Eg videbis} ^{D. Augustin.} Neque est omnino, quod cum Lactantio^o autememus, Numam eis
in libris *religiones non eas modo, quas ipse instituerat, sed omnes pra-*
^{de Christi. Des} *tere à dissolvisse*. Nec ejusmodi quid aiunt Scriptores Romani.
^{lib. 7. c. 34.} Sed imaginum cultum, quem Numam non admisisse, aliunde etiam

^{Plutarch.} ^{Numa.} ^{In Proptre.} scimus^p, tantum indicare videntur. Atque, ut de Pythagora ab Ju-
dæis edocto, sic de Platone Clemens^q non semel; quem & τὸν ἔχ-

^{Eg in Padag.} Ερεχθίων φιλόσοφον *Ex Ebrais Philosophum excessim nuncupat*^r.
^{lib. 2. cap. 1.}

^{Strom. 1.} Quin pluribus in locis illud inculcat, Græcorum generatim philo-
sophos fures fuisse, utpote πατέρα Μωϋσέως καὶ τῶν προφητῶν τὰ κυριά.
^{Strom. 5.}

^{Eg 1. Eg 6.} πατέρα τὸν δογμάτων τοὺς εὐχαρίστως εἰληφότας qui^s a Mose & Prophetis
Ecc.

^{Parenctic.} præcipua sua dogmata satis ingratit, seu beneficii immemores, acce-
^{Eg Apolog. 2.} perant. Tantundem de Platone Justinus^t, & non semel Joannes
^{Ad Gencif. l.}

^{1. c. 2. lib. 3. c.} Philoponus^u. Et Theodoretus eum ἐκ τῆς Ερεχθίων ναμάτων ex
^{5. lib. 6. c. 21.}

^{Therapeu-} *Ebraicis fluentis* plurima hausisse, etiam & quæcumque pie de Deo
^{sic. lib. 2. 6.} ejusve cultu dixerit, ex ^x Ebraica Theologia surripuisse, asserit. Asti-
pulatur

palatur D. Ambrosius ubi^y Platonem scribit, eruditio nis gratia in^z Ad P. John.
 Aegyptum esse profectum, ut Moysis gesta, legis oracula, & Prophe-^{ne. t.}
 sarum dicta cognosceret. Atque ea de re ipsephura alibi^z. Fuere^x Lib. de nos
 etiam, qui, Hieremias Prophetæ auditorem in Aegypto fuisse Pla-^{C. Arc. cap. 8.}
 tonem^a, assererent. De Judaicâ ei tradita disciplinâ quidem secu-^{Vide D. Au-}
 ri; sed interea in temporum ratione hallucinati. Nam seculis ali-^{gostinum de}
 quot ante Platonis ortum, Hieremias floruit. Flouere autem Py-^{doctrina}
 thagoras & Plato, hic sub instauracionem Templi Hierosolymitanî,^{Christianus}
 ille, ut vulgo recipitur, sub excidium. Adeò ut Judæi, quibuscum in^{lib. 2. cap. 28.}
 Aegyptio sive hic sive ille versaretur, diu ante Prolem eorum tempora-^{C. Retract. lib. 2. cap. 4.}
 (quibus notissimæ de Judæis illic sedes post patriarcharum secula
 habentibus historiæ collocantur,) illuc se translulerint. Et de Ju-
 dæis, qui ibi seculis illis vetustioribus degebant, luculenta sunt in fa-
 cris literis^b testimonia. Et Tertullianus^c; *Quis poetarum, quis*^b Hieremias
sophistarum, qui non omnino de prophetarum fonte potaverit? inde^{cap. 44.}
igitur philosophissimum ingenii sui rigaverunt. Adde insuper, quod^{c Apologetica. cap. 47.}
 hanc in rem occurrit apud D. Thomam^d. Jam dictis tandem etiam^{d Summa}
 consentiunt scriptores è Gentilibus, iisque vetustissimi. Quorum^{quest. 74. art.}
 heic auroritas ideo in primis aestimanda est adducenda que, quoniam^{3. sens. 1. diff.}
 ea, quae sive ex Judæis ipsis sive è Patribus Christianis jam attulimus,^{3. quest. 2.}
 velut in rem suam, id est, ad efferendam & firmandam librorum fa-^{art. 2. C.}
 crorum ac religionis, quam sive hi sive illi amplectuntur, mysterio-^{sens. 2. diff.}
 rum dignitatem, ab ipsis adhibita nonnullis forsan videantur. Adeo-^{14. q. 2. art. 1.}
 que nec alia esse, quam velut domestica, utcunque de Paganis allata,
 testimonia: nec fidem mereri seu autoritatem sortiri multò melio-
 rem, quam Rationes eorum de gentis dignitate ac prærogativa sim-
 plices, quas breviter tantum, idque consultò, jam suprà tetigimus.
 Ecce igitur, quod hac de re habet Hermippus vetustissimus atque di-
 ligentissimus vita Pythagoræ scriptor Paganus. Discretè ait, eum^{e Apud Iose-}
 πολλὰ τῶν παρὰ Ιudeῶν νομίμων εἰς τὸν μετεγχάνειν Φιλοτοφίαν,^{phum contra}
 multa eorum, qua Iudeis recepta sunt, in suam translusisse philoso-^{Apionem}
 phiam. Memorat etiam, eum quædam de anima, de imundicie, &^{lib. 1.}
 interdictum de blasphemia docuisse; quibus subiunxit, ταῦτα δὲ
 ἐπεγένετο καὶ Ιudeῶν καὶ Θρησκῶν δόξας μιμήματος καὶ μεταφέρων εἰς
 C aurorū,

icatu, hac autem fecit, dixitque tum Iudeorum tum Thracum imi-
tatus disciplinas, quas & sibi assumuit. Sed & ipse Hermippus alibi
totam Iudeis acceptò fert Pythagoræ Philosophiam. Origenes;

^{Aduer. Col.} λέγεται Ἐρμηπατον ἐκ τῶν πρωτῶν τοῖς νομοθετῶν ισηρχεναν Πυθαγόρα
^{sum. lib. I.} τινὶς ἑαυτῷ Φιλοσοφίαν δοκὶ Ιεράρχων εἰς Ἐλλας ἀσύρην, Fertur Hermip-
pus in libro primo de Legislatoribus prodidisse, Pythagoram philosophiam suam a Iudeis ad Graecos traduxisse. Malchus item, qui ipse

^{In Genu Py-} est Porphyrius, eum, ait, non solum Arabas & Aegyptios, sed etiam
thagora. Ebraeos & Chaldaeos discendi causâ adiisse. Atque, ἐκ τῆς, inquit,
τοῦτο τοῦ μετέντελον οὐδένας Πυθαγόρας τὸ τλεῖστον τῆς στοφίας ἐνεπορθόντο,
Ex peregrinatione ad hasce gentes Pythagoras potissimum sapientie
partem acquisivit. Quinidem autor; εν τε Βαβυλῶνι τοῖς τ' ἄλλοις
Χαλδαίοις Συνεχόετο, καὶ τοῖς τὸν Ζάρατον ἀφίκετο πάρ' ἐκεῖνα Χαλδαίον
τὰς περιόδους Βίσ λύματα, Babylone cum aliis quidem Chaldais versat-
tus est, & Zabratum etiam adiit, à quo pristine vita scordibus est ex-
purgatus. Zabratum hunc, qui & Zaradas & Zarethas interdum di-

^{Plutarch. in Etus} h, haud alium fuisse à Nazarato Assyrio Pythagoræ præcepto-
^{et. lib. c. T.} re ab Alexandro Pythagoricorum Symbolorum collectore apud
^{μετρ. Ψυχογ.} Clementem Alexandrinum memorato, olim mihi satis persuasum
^{Et. Et. de. C. S. de. C. s. F. r. c. s. F.} est. Atque eandem video libenter amplecti sententiam, Lucam
^{Picū m. Ex-} Holstenium nuperum Porphyrii editorem. At de Nazarato ex-
^{am. de. B. Va.} pressim Clemens¹; Ιεζουκίλ τε τον ιησοῦντι πνευς Ezechielem hunc
^{lib. 1. cap. 14.}

^{De Diis sy.} opinantur fuisse nonnulli. Quod tamen ipse improbat. Sed verò
^{in Symmag. 2.} & temporum ratio accuratiū inita satis id patitur. Et Iudeum As-
^{a. p. 1.}

^{Obſi. G. G.} syrii nomine Græcis denorari, mirum non est. Nam non solum
^{in Porphyris} Ezechiel ipse atque Iudei alii, Pythagoræ ævo, Babylone alibique in
^{& in Pytha-} Assyria erant numerosissimi, utpote in captivitatem illuc sub id tem-
pus duicti, verum etiam invaluit postea. ipsum Assyrii nomen pro Ju-
dæo seu Ebraeo apud Graecos interdum usurpari. Unde, ut cetera
huc facientia mittam, Themistius γεράμυμα τὸ Ασυρίων Assyriorum

^{Sirom. 1.} literas substituit^m pro eo, quod est sacra Ebraeorum volumina; ubi
^{Orat. 9.} scilicet Salomonis laudat dictum de corde seu mente Regis in ma-
^{Proverb.} nu Dei. Sed de tempore Pythagoræ, quoniam in idem minimè
satis convenire videntur veteres, adjicere visum est, quod habet de

eo priscus Orientis scriptor Arabicus nondum editus. Is est Saidus Batricides, qui è quamplurimis veterum scriptis, quorum pars pleraque nobis interciderunt, Chronicon diligentissimè contexens, diu nimis post Captivitatem Babyloniam, in quam abductus est Ezechiel, Pythagoram collocat. Juxta scilicet chronologiam, quam plerumque jam recipimus, sub annum inde centesimum quinquagesimum. Nimirum sub Artaxerxe Mnemone Persarum Rege. Sed & Temporum, apud Saidum hunc, Imperii Persici ratio p' urium discrepat ab ea, quæ sive antiquis sive recentioribus, quantum video, alias recipitur. Breviter igitur eam damus. Idque facimus, tum ut, quod habet ipse de Pythagoræ ævo, quæ huc spectet, rectius intelligatur, tum ut ea, quæ quomodo libet cunque hac de re narrat, cum testimoniiis Eusebii, Diodori, Laertii, aliorum, qui sive de Pythagorâ sive de Imperii Persici, quocum is heic involvitur, Regibus Successione & Annis diversissimè tradi solitis & passim controversis scripsere, studiosi pro re nata comparent, nec interea non mirentur. Primum facit Batricides Imperii Persici Regem (adeoq; Babylonici successorem; mortuo Belshatzare) Cyrum; cui trienniū assignat. Secundum Achasuerum, quem regnasse, ait, annos duodecim. Huic successisse, ait, Cyrum, Dariū item dictum, & regnasse triginta annos.

وكان ملك كورش الفارسي ثلث سنين
ومات * وملك بعده اخشورس انتي عشر سنين * وملك
بعده بونه كورش ويسمى داريوش ثلاثين سنين * وفي لول
سنن من ملكه مات حانياك البنبي وفي السنة الثانية من
ملكه لرس بنبي لسر اييل بالرجوع الى اورشليم وان بنوا
المدينه واقيكل *Regnavit Cyrus Persia triennio, & mortuus est. In bujus locum successit Achasuerus, regnavitque annos duodecim. Hunc secutus est Cyrus, Darius item dictus, qui triginta regnavit*

gnavit annos. Hujus autem anno primo, obiit Daniel Prophetæ, secundo autem, veniam Hierosolymam rediendi Israelitis indulxit, atque urbis templum restaurandi. Paulò dcin post, ويات کورش، دلوپوش ملک بابل وملک بعدہ قمیسوس تسع سنین وملک دلوپوش ملک بابل وملک بعدہ قمیسوس المحسوسی سنہ واحدہ Mortuus est autem Cyrus Darius Rex Babylonis, & in locum ejus successit Cambyses, qui annos regnavit novem. Hunc secutus est Smerdes Magus, qui unicoregnavit anno. Pancis interjectis، وملک بعدہ دارا الاول، عسریون سنہ وملک بعدہ ارطخاشست ویلقب بطولی العید ریعة وعسریون سنہ* ویف عصری کان بارض المیونایس فی مدینہ قوا ابقر اط الحکیم صاحب صناعة الطی Et regnavit post eum Daraprimus, annos viginti. (Quin de Dario Hyrcanus filio capiendum sit, opinor, nequit dubitari. Sic in exemplari meo recentiori, sed elegantissimo. Vetusiori autem legitur annos decem.) Post hunc vero regnavit Artachshasheth, qui à manus longitudine cognominatus est (Artaxerxes plane Longimanus,) annos XXIV. Atque illius tempore floruit in Graecia, scilicet in Coo insula, Hippocrates philosophus, qui Medicinae artis Princeps. Sic Dario proxime succedit Artaxerxes Longimanus, prætermisso ibi omnino Xerxe illo decantatissimo, quem tamen Longimani, ni fallor, facit successorem. Sic enim paulò post، ويات ارطخاشست الملقب بطولی العید* وملک بعدہ ارطخاشست المکبیس احد وثلاثون سنہ* وملک بعدہ صعدیسوس ثلث سنین وملک بعدہ دارا المشائی* ویاتی حائلاتیکت**

جـالـنـاـكـت * سـبـعـة سـنـه * وـمـلـك بـعـدـه اـرـطـخـشـاشـت
مـن يـنـه أـخـي كـوـشـ الشـافـي لـثـنـيـن وـعـشـرـون سـنـه *
وـفـي عـصـرـه كـان بـأـرـضـ الـمـيـونـيـاـيـسـنـ منـ الـحـكـمـاـ وـالـغـاسـهـ
هـرـقـلسـ * وـمـالـوسـ * وـفـيـشـاعـورـسـ * وـسـعـرـاطـسـ * وـسـيلـوـنـ
صـاحـبـ الـشـرـاعـ * فـرـيـنـوـفـ * وـانـيدـقـلسـ * وـمـلـك بـعـدـه
الـسـنـه اـرـطـخـشـاشـت وـيـسـمـي أـحـوـسـ عـشـرـيـن سـنـه

*Mortuus autem est Artaxerxes cognomento Longimanus, cui succedit Artaxerxes Magnus, qui regnavit annos XXXI. Post hunc regnavit Sogdianus, triennio. Eum secutus est Darius secundus, cui cognomen erat à maculis, & regnavit annos XVII. Huic succedit Artaxerxes nepos ex fratre Cyro secundo. Atque is annos regnavit XXII. (Certè in exemplari vetustiori hic proximè sequitur Longimanum, Artaxerxe Magno, Sogdiano, & Dario secundo prætermisso.) Eius in tempore floruere in Gracia Sapientes & philosophi, Heracles (Heraclitus) Malus (Melissus) Pythagoras (magis nescio scilicet in exemplari elegantiori scriptum est * وـفـيـشـافـورـسـ)*

& Pythagoras, vetustiori autem & rudiori exaratur وـسـاغـورـسـ quod punctis, quibus caret, ornatum, erit itidem وـبـيـشـافـورـسـ

& Bythagoras. (Nam & invicem sèpius in Græcis nominibus apud Arabas murant.) Socrates, Solon legislator celeberrimus, Zeno; & Empedocles. Post hunc autem regnavit filius ejus Artaxerxes dictus item Ochus, qui regnavit annos XX. Ocho succedens Arses regnat, apud Saidum, annos XI; eius successor Darius anno suo septimo ab Alexandro vicitus est & interemitus. In hisce sanè non ambigendum, quin Pythagoram illum Samium vulgo dictum, philosophia nempe principem illustrissimum, de quo locuti sumus, nec omnino obscuriorum ejusdem nominis aliquem intellecterit. Ita

verò Ezechiele prophetā fit multò recentior. Sed viderint heic Chronologi. Et scimus etiam, apud historicos Orientis Mahumedanos (scilicet Christianus erat quem citavimus, & Patriarcha ante annos DCC. aut circiter, Alexandrinus; cui nec prisci Chronologi proculdubio fuere ignoti) Imperii Persici reges, eorumque annos, qui ejusdem initia & Alexandrum interveniunt, perquam diversos esse ab eis, qui sive in autoribus, quibus uti solemus, sive in Batricede jam memoraro reperiantur. Tetigit quidem rem eandem Guilielmus Shickardus iu procemio ad seriem Regum Persiæ. Sed luculentissima sunt ejusdem testimonia apud Abu Mahumed Mustaphi Ben Hafen, seu Mustaphium Hasenidem, Abu Walid Mahumed Ben Schecena seu Mahumedem Schecenidem, egregios historicos Mahumedanos, atque ejusmodi alios, qui suos de rebus Orientis Orientales habuere, ut nos Occidentales plerunque seu Europæos, autores. Plura ea de re heic adjicere intempestivum est. Quæ adduximus, Pythagoræ ævi cum Ezechieli comparati causâ (quatenus nimirum id ita Persico imperio apud Saidum immiscetur) tantum memorantur. Certè perquam longævus erat Pythagoras.

^o *Ioseph. L. 10.
cap. 8.*
[¶] *Lacri. in
Girà ejus.*
[¶] *Anonym.
de Vir. Py-
thagor. apud
Phœnium,
Cod. 259.*
[¶] *Autor libri
3. Galeno ad-
scriptis ad
diptoceras
num. 205.*
[¶] *De Gen. Py-
thag. cap. 3.*
[¶] *Origianum.
lib. 1. c. 4.*
[¶] *Dipnosoph.
lib. 3.*
[¶] *Lib. ult.*
[¶] *Preparas.
Evangetic.
lib. 10. cap. II.*

Atque ex annorum ætatis ejus ratione facilius fieri potuit, ut Ezechiemel quomodo cinque fermè in confuso temporum illius intervalli calculo à Chronologis collocatus audiret. Nam & Ezechiel sub Captivitatem ^o puer erat. Pythagoram autem nonagesimum ^P, alii aiunt, attigisse annum, alii centesimum quartum, [¶] etiam & centesimum decimum septimum non nemo ^r. Vitâ nempe aceri Scillini in primis beneficio eousque productâ. Neque verò est illud Jamblichi de eo heic planè contemnendum. De mora ejus Sidone, quam & patriam ei facit, loquens ἀναγνωστε, inquit ^r, συμ-
πλῶν τοῖς τε Μώχε καὶ Φισιολόγῳ περὶ φύης διστοροῦσι καὶ τοῖς ἄλλοις
τῷ Φοινικοῖς ιεροφαντεῖς, illuc cum prophetis, qui Mocho Physiologo
successores erant, aliisque etiam ὡρ Phœnicis sacerdotibus congrega-
mus. Scio quidem Mochum Tyrium seu Phœnicum scriptorem
citari ^t. Flavio Josepho, Athenæo ^u, Tatiano ^x, atque ex eo Euse-
bio ^y. Sed is non Physiologus, sed Historicus solummodo, quant-

tum scimus, erat. Neque enim aliter testimonii ejus utuntur autores jam dicti. Occurrit etiam apud Galenum², Mochi medicinorum, quemadmodum itidem Moschus ille Phœnicius apud Athenæi interpretem. Et quin Physiologus etiam fuerit, quisquis esset medicus, dubitari quidem nequit. Straboni autem è Posidonio memoratur antiquum de Atomis dogma αὐδός Σιδωνίς Μόχος, Moschi hominis Sidonii (adeoque Phœnicii) qui ante Trojani belli tempora floruit. Ceterum Joannes Arcerius, Jamblichii editor, ad locum illum, Móχος legendum, inquit, *videatur; nisi quis Móχος vel Mωάες legere malit.* Adeo ut de Mosis successoribus, id est, Judæorum Philosophis & Prophetis, verba capienda esse, nec forsan immerito suspicarentur. Quis aliás sit Moschus ibi, cui scilicet Prophetæ successores fuerint, haud ita facile est conjiciendum. Numenii autem Pythagorici huc cum primis spectat notissimum illud, πήγαρ ἐστὶ Πλάτων³ Μωσῆς ἀττικὸν Quid enim est Plato aliud, quam Moses Atticâ lingua loquens? Et expressum perstrictum esse Platonem à Numenio legimus⁴ ως ἡν τὸ Μωσαϊκῶν Hesych. Il-
βιολίων τὴν φύσην Θεοῦ καὶ τὸ στοιχεῖον τοῦ οὐρανοῦ quod ea, qua de Deo & lafr. in Nu-
Mundo tradiderit, ex libris Mosaicis velut plagio surripuerit. Scri- Suidas.
ptoribus, quos citavimus, Paganis accedat Clearchus Solensis, Ari-
stotelis discipulus, qui se vidisse testatur⁵ πνὰ ιχθαῖον ὄς Αριστοτέλης Apud Clem.
οὐνεψίον, Iudeum quendam, quocum versatus est Aristoteles. Sci- Alex. Strom.
licet dum, in maritimis Asiae regionibus aliquor simul cum aliis i. & Euseb.
Philosophiae studiosis agebat Aristoteles, studiorum & socius fa- prop. Evang.
ctus est & explorator Judæus ille. Atque is cum illis ita fami- lib. 9. cap. 6.
liariter degens παρεδίδει π (ut verba sunt Aristotelis, referente⁶ Apud Le-
Clearcho⁷) μάλλον ὡν εἰχε plus aliquantò, quam acciperet ipse, pluma contra
communicabat. Is enim est verborum horum sensus, quæ perperam⁸ Εὐσέβ.
nimis in Josephi, qui ex Clearchi libro de Somno ea citat, versione parat. EG-
redduntur, tradebat potius aliquid corum, quæ habebat. Ex hisce Proclan. in
igitur liquet, tum Italicæ sectæ autorem eundemque primarium Platon. The-
Theologiae Græcanicæ præceptorem, primumque Philosophi no- olog. l. 1. c. 6.
mine insignitum, cui primam etiam in Græcia de immortalitate Tyr. differt.
animæ disciplinam tribuunt nonnulli⁹ (nec ferè si Pherecydem illum 28. Εὐρ.
Syri- phyr. in Gesta Pythagor.

^{a Cicero Tuf.} Syrium §, huius magistrum, qui etiam Barbaricæ Philosophiae disci-
culan. quæf. pulus fuit, excipias, ea dñe, dum sectarum & dogmatum tantum in-
^{1. Latens.} spicimus successiones, habetur controversia) primasque de Virtuti-
^{2. Lib. 7. cap. 8.} bus disputationes alii^b, id est, moralis philosophiae principia, deberi
^{3. Arist. Msc.} volunt, cuius item sectæ nomen sic diu viguit, ut nulli alii, quod ait
^{Moral. lib. 1.} cap. 1.

Cicero, docti viderentur: tum & Academicorum & Peripateticorum
principes (quales hi simul, quanti viri ac sapientia Coryphaei!) Ebræos
consuluisse, audiisse, atque ab eis disciplinam accepisse. Qua de re

^{4 Cardim. Bef.} Scriptorum etiam recentiores aliquotⁱ, prudenter pro re natâ mo-
^{Scriptor in Ca-} nuere. Unde sanè nemo, puto, non concedet Placita ac Discipli-
^{lumen. Plato-} nam Ebræorum, quam omnium hominum communem esse, ipsi
^{5. Augus.} statuerunt, nec sibi propriam, sed universo humano generi commu-
^{Stenobus de} nicandam esse, adeoque proculdubio illis, qui eos sic considerent
^{Paremni Phi-} tradendam, non indignam esse, quæ jam eruatur, explicetur, edisca-
^{osophia l. 2.} turque. Nemo, inquam, maximè qui philosophiæ veteris fontes
^{6. cap. 2. Mar-} velit omnino exploratos. Et de Primo heic Argumento Pagani-
^{Ficinu-} 26. Francisc. smi rationibus subnixo haftenus. Sequitur Secundum, quod ab
^{Picas Exam.} Existimatione, quâ apud Græcos summoperè claruere, idque Sapi-
^{Doct. Vanit.} entia nomine, Ebræi, desumitum. Cum Ægyptiis, Magis, aliisque
^{Gens. lib. 1.} c. 14. Et lib. aliquot Orientis philosophis non rarò, velut ex primariis atque Bar-
^{3. cap. 14. Rai-} baricæ philosophiæ antesignanis, recensentur Judæi veteres. Quic-
^{mundi Re-} ganum de quid, inquit Megasthenes^k, Scriptor vetustissimus, ab Antiquis de
^{selekt.} Theologiae. Naturadictum est λέγεται καὶ παρὰ τοῖς ἔξω τῆς Ελλάδος φύσις.
^{Ioann. File.} Τὰ μὲν παρὰ τοῖς Ινδοῖς ἔσται τὸ Βεργχυμάνων, τὰ δὲ σὺν Συρίᾳ ἔσται τῶν
^{scacu-} αὐλακήμαν Ιεδαῖων etiam docetur ab eis, qui extra Græciam Philoso-
^{phantur, veluti apud Indos à Brachmanis, atque in Syria à Iudeis.} alii non pau-
^{ci.}

Aristoteles item ipse, ut verba ejus retulit Clearchus^l, qui cum audi-
^{Apud Cle-} men. Strom. Vit, de Judæis loquens; ὅτι εἰσὼν διπόγονος τῷ σὺν Ινδοῖς φιλόσοφῳ. Κα-
^{men. Strom.} i. Et Enjeb. λίγην τῷ, ως φασι, ὁ φιλόσοφος παρὰ μὲν Ινδοῖς κακάνων, παρὰ δὲ
^{Preparat.} Εὐαγγ. lib. 9. Σύροις Ιεδαῖοις τὸ γνομα λάβοντες διπὸ τὸ τόπος, sunt hi, ait, philosopho-
^{rum, qui apud Indos claruere, propago, (Sed minum non est, scripto-} cap. 6.
^{Apud Io-} rem Græcum in Judæorum origine hallucinari.) Nuncupantur an-
^{sep. lib. 1. cō-} tra Apionem. tem, ut fama est, philosophi apud Indos Callani, sed apud Syros Iudei,
^{à loco (Judæa scilicet, ut postea ipse ibi) nomen sortiti. Et manifestum} est,

est, Clearchi seu Aristotelis hac de re verba apud Eusebium ^m hinc e- <sup>m De prae-
parat. Euseb.
gel.lib.9.c.5.</sup> mendari debere. Res ipsa à Clearcho de Aristotele & Judæo tradita, juxta superius citata, habetur tam apud Eusebium, quam Josephum. Sed locus de Callanis & Judæis, iam nunc adductus librariorum incuria mutilus nimis est apud Eusebium. Nam hoc modo ibi legitur; ἔπει τοῖσιν διτόνοις τὸν Ἰνδοὺς Καλάνων, παρὰ τὸν Σύροις Ιαδαίων τὸν ματαράντων διπλὸν τὸν τοπίον. ^{Hi sunt propago Calanorum apud Indo-} ^{s, apud Syros autem Iudeorum, qui a loco nomen sortiti sunt.} Ceteroquin sibi satis est concors utrobique Clearchus. Sed non solum Josephi autoritas, sed & sensus ipsaque res emendationem heic manifestò exigit. Hinc autem advertendum, Judæi nomen etiam pro ipso, quod Philosophum signantiùs denotaret, ab Aristotele ibi sumi. Numerius pariter, philosophus Pythagoricus, Brachmanibus, Magis, ac Ægyptiis Judæos expressim coniunctus: ut celebriorum sic designaret per Orientem philosophorum ⁿ <sup>Apud Eu-
scb. Prep. Ec-
cl. lib. 9.c.7</sup> sectas, quemadmodum itidem ^o Porphyrius. Hisce accedant Ora- <sup>o apud Theo-
dore. The-
rap. lib. 1.</sup> cula illa Apollinis.

Πολλεῖς καὶ φοίνικες ὁδὸς μακάρων ἐδάσσουσι,
Ασύριοι, Δυσοῖτε, καὶ Εβραιῶν γῆς αὐδρῶν.

Plurimas etiam Deorum vias cognovere Phœnices, ^{9.c.10.} Assyrii, Lydi, & Ebrai. Scilicet præter Ægyptios; quibus initia is tribuit paulò ante theologiae atque viæ ad felicitatem ducentis. Eam τὴν μακάρων ὁδὸν, id est, Deorum seu felicium viam ipse & τὴν τεχνὴς Θεῦς ὁδὸν ad superos viam appellat, dum oraculum explicat, Porphyrius. <sup>Apud Euseb. -
um Prep. Ec-
angelic. lib.</sup> ^{9.c.10.} ^{Porphyrius} ^{Ibidem.} ^{Quin} in altero etiam Oraculo ^q idem Apollo solos Ebraeos cum Chaldaeis, pro eis, apud quos solum olim viguit vera sapientia, memorat.

Μάνοι Χαλδαῖοι Σοφίαν λάχον ἡδὺν ἀρέποντες,
Αυτογένεθλον αὐτακτία σεβαλόμενοι Θεὸν ἀγνῶσι,

Soli Chaldaeis atque Ebraei sapientiam sortiti sunt, eternum Numen sanctè venerantes. Idem etiam Ebraeos alio in Oraculo vocabat ἀειγλάντες, utpote qui sapientiae famâ per celebres fuere. Aut igitur plurimi estimanda sunt heic veterum Ebraeorum placita & disciplina, aut non solum Christianorum juxta antè dicta, sed & Paganorum antiquorum, quibus tanti fuere, etiam tunc, cum maximè in

Græciâ floruit sapientia studium, iudicium ea de re planè rejiciendum. Neque mirum est, expressiora in philosophorum Græcorum Scriptis doctrinæ Ebraicæ vestigia non ita multa reperiri, immo nihil fermè ibi occurtere, quod puram putam originis Ebraicæ naturam satis retineat. Adeò enim tum commiscebantur in Græcorum disciplinâ Barbaricæ Philosophiæ scœtæ (quarum primaria erat Judæorum) tiam ipsa philosophia Græcorum tot in partes, velut à Bacchis Pentheus, discripta est, atque in opinionum factiones distracta, ut tam quæ ex ipsis hausta sunt fontibus, quam quæ velut per rivulorum alveos ab eis deducta sunt, in tam multiplicis disciplinæ Oceanum recepta hujus naturam plerumque induerent, suam minimè fatis servantia. Tamen si sint etiam viri magni, qui in philosophiâ Platonicaâ, ac Pythagoricâ sententias aliquot haberi animadvertunt, quas ex Ebraicâ disciplinâ desumptas esse non magis dubitant, quam egregius

^{1. Begr. VII.} seculi nostri Theologus ac Mathematicus¹, universam Architecturæ rationem perfectiorem per Græcos in Romanos, & demum in ^{halpandus in} ^{Ezechielem} Tom. 2. pars. Vitrivii libros, ab Ebræorum in Templi Salomonici aliisque ejus 2. lib. 5. disp. structuris, proportionibus omnino manâsse. Veltuti Justinus Mar. 1. cap. 13. ^{2. & 3. &} tyr., Clemens Alexandrinus, D. Ambrosius, Joannes Philoponnis. ^{in apparatu} Sed & ea de re optimè Tertullianus²; ^{Yrbus ac Tc-} Si etiam ad ipsos prophetas, in 3. cap. 15. ^{3. cap. 15.} quid, adisse, credibile est, indagatorem quemque sapientia (de philosophis illis loquitur) ex negotio curiositatis, tamen plus diversitas

^{1. Lib. de A-} ^{2. Lib. de A-} ^{3. Lib. de A-} ^{4. cap. 47.} ^{5. cap. 2.} tis invenias inter philosophos quam societatis, cum & in ipsa societate diversitas eorum deprehendatur. Siquidem vera quaque, & consonantia Prophetis, aut aliunde commendant, aut aliorum subornant cum maxima injuria veritatis, quam efficiunt aut adjuvanti

^{6. Apologetic.} falsis aut patrocinari. Atque alibi idem, Nec mirum, ait, si vetus instrumentum ingenia philosophorum interverterunt. Ex horum semine & nostram hanc novitiotam paraturam (Christianissimum tunc nuper natum innuit) viri quidam suis opinionibus ad philosophicas sententias adulteraverunt, & de una via obliquos multos trahentes & inextricabiles sciderant. Dictum quod notatu dignissimum, velut commentariolus etiam est in illud Platonis, ubi à Barbaris sive Orientis populis disciplinas accepisse Græcos, agnoscens, quic-

quicquid, inquit^u, sic acceptum est! κάλλοι τὸν εἰς τέλος ἀπεργάζοντα^u In Episo-
præstabilitius tandem effecerunt, id est, suo more mutarunt, ornarunt,^{mide.}
nec originis faciem seu vestigia satis manere siverunt. Idein affir-
mavit *Anonymous*^x vitæ Pythagoræ scriptor; unde γόλ' ἐπίστουχος, ^x Apud Pbo-
inquit, ἐστιν, ως ἐπαῖν, η παγδεῖα ἡ τῆς Αθηναῖς, ἀλλὰ ἡ Φύσεως ἡ πά-
χος, adventitia, ut ita dicam, non est in Athenis eruditio sed na-
tiva. Reapse quidem & ex origine adventitiæ erat. Sed ideo Nati-
vam dicendam esse voluit ille, quia adeò ab origine deviārat. Tan-
demi verò, quod ad Tertium ac postremum heic attinet Argumentum,
è veteris Orientis Rerum, Morum ac Disciplinæ Notitiæ penu-
ria adductum; illud est in primis in mentem revocandum de Ori-
entis seu Asiae interioris, quacum jungere licet Ægyptum, Rebus, Mo-
ribus, Disciplinâ; quamplurima scilicet olim extitisse volumina,
quæ multis abhinc seculis prorsus, si fragmenta paucula apud scripto-
res eosque plerumque Europæos servata excipiæ, periæ. Id satis
indescimus, quod de Rebus Arabicis, Syriacis, Phœniciis, Chaldai-
cis, Babylonicis, Persicis, Indicis, Ægyptiacis, id genus illius plagæ
aliis, autorum nullibi, quantum scimus, nunc repertorum nomi-
num seges ampla occurrat apud scriptores Græcos, Athenæum, Stra-
bonem, Plutarchum, Laertium, Stephanum de Urbibus, veterum
poetarum scholiastas, alios. Eorum etiam, qui res ipsas Ebraicas
datâ operâ codicibus integris Græcè antiquitùs contexuere complu-
rium, velut Eupolemi, Artapani, Alexandri Cornelii Polyhistoris,
Hecataei Abderitæ, Demetrii, Aristobuli, Justi Tiberiensis, aliorum
ejusmodi (quorum nonnulli forsan ipsam, quam ostensuri sumus,
philosophiam Ebraicam seu Jus Universale atque Naturale & Gen-
tium expressius complexi sunt) opera ante plurima secula delevit tem-
poris injuria. Tametsi Flavium Josephum & Philonem, qui huc
magnoperè non faciunt, neutquam nobis invidit. Sed de horum
utroque, statim plura. Et impensè dolenda est, dum nomina sola
serè sic occurunt, tanta rei literariae jactura. Jam verò, cum decan-
tatissimum sit illud Soloni ab Ægyptio Sacerdote dictum (Saiti-
cum sacerdotem Pateneit Ægyptiacè nominatum hunc fuisse, con-
jectatur Proclus^y) Gracos διὶ μῆδας εἴρει Gracos semper pueros^z In Platonic
fuisse, Timaeus la.

fuisse, id est, discipline Orientalis tantum candidatos nec satis edoctos; Cum etiam velut Sapientiae omnimodae, sive Mater, sive Officina prima semper Europaeis habita sit olim illa Orientis plaga, atq; in Occidentem doctrinam omnimodam inde manasse & succrevisse, sit palam in confessio, nec omnino interea extant scripta; unde Gentis alicuius, seu scholae Orientalis, praeter Ebraicam, seculis illis vetustis florentis philosophiam Moralem & Civilem seu Jus, quo nemini juxta ejusdem scita carendum erat, satis edisci possit, adeo ut ceterorum maximâ laboremus penuria; Cum, inquam, haec ita se habeant, fieri arbitror non posse, quin recte intuenti summo etiam ex hac ratione habenda fuerit in pretio Philosophia illa, seu Jus Ebraeorum, velut thesauri ingentis, id est, totius fermè Philosophiae in Oriente Barbaricæ, pars optima solum superstes. Atque ea idèò majoris forsan jam aestimabitur, quia sic sola superstes est. Non aliter fermè ac libri Sibyllini illi tres ex novem (quorum sex sub ipsam auctionem, eò quod licitatio omnium simili parvo nimis facta est, ab-

¹ Varro apud Laetan. lib. i. cap. 6. Dionys. Halicar. nass. l. 4. &c.

anu. cremati sunt): superstites in historia illa ² Herophiles & Tarquinii notissima. Pars reliqua velut desperditæ pariter atque sui pretio forte sic ab aliquo heic taxabitur.. Neque verò adeò miretur interim quisquam, apud superstitem Judæorum bigam illam, quæ Græcæ non solum res aliæ Ebraicas conscripsit, verum etiam de Philosophis aliquot & Philosophia: non unius generis apud Ebraeos in usu expressius & diligentius egit; (Josephum dico & Philonem) nullam omnino universalis hujus Juris aut philosophiae, qua pariter, juxta receptam Gentis, aut eorum, qui ejusdem disciplinæ (quod idem heic est) præerant sententiam, ad universum genus humanum attinuit, in numerato aut disertis verbis Capitum mentionem occurrere; sed omnia heic, quæ communi hominum observationi designantur, ex autoribus & libris solum ferme Talmudicis, ut infra liquebit, peti, id est, è Corpore Talmudico aliisque Scriptis cognominibus, quæ in studiis Ebraicis serio institutis pariter se habent, at-

³ Halof. lib. 2. que in Romanis, Juris Cæsarei Pandectæ & Codices. Scilicet *τρία*, cap. 12. &c. inquit Josephus⁴, πολλοὶ Ἰudeῶν εἰδη φιλοσοφίας tria hominum Archaeolog: sunt genera apud Iudeos, qui philosophantur. Pharisei, Sadducæi, Esseni.

Esseni. Dogmatum etiam eorum aliquot & instituta singularia per-
 sequitur. Et Philo ^b multis itidem ea quæ fuere Essenorum; qui-
 bus Essenis ipsi dictis Philosophiam disertè tribuit *διχα φιλοσοφίας*; quod Euseb.
Εὐλυκίων ὀρομάτων Gracorum nominum pompā & ambitione caren- ^c
rem. Atque horum ex eisdem, philosophorum nomine, ac disci-
 plinæ eorum, nomine philosophiæ, similiter meminere Eusebius ^c, ^d *διχα φιλο-*
 Porphyrius ^d, veterum alii. Et dogmata eorum habentur etiam apud Epiphanius ^e. Quin & fusè de eis seculo nostro est disputa-
 tum, à Cæsare Baronio ^f, Joanne Drusio ^g, Nicolao Serrario ^h, Jo-
 sépho Scaligero ⁱ, Isaaco Casaubono ^k, aliis. At verò adverten-
 dum est, Philosophorum & Philosophiæ nomen, quantum ad hanc
 rem attinet, dupliciter sumi solere. Interdum scilicet sectas tantum.
 Singulares eo venire, ut Stoicam, Peripateticam, Academicam; in-
 terdum nec raro Generale Sapientiæ ac Pietatis Jurisq; cuique mor-
 talium observandi studium ac disciplinam intra sectarum areolas
 non omnino coabitam. Id est, philosophiam Moralem ac Ci-
 villem Simplicem accuique genuinam, nec in particulas ('ut de veste
 ejus loquitur Boetius ^j) seu factiones distractam. Et simplicitati e-
 jusmodi, sectæ, ea quæ sibi singularia fuere, ambitiosius, etiam man-
 gorum instar, illinere atque superstruere, ut in aliis fieri etiamnum
 amat, solebant. Hoc animadverso, satis liquebit, tam Josephi
 quam Philonis, dum de Philosophis illis Ebraorum; ac singulari-
 bus eorundem dogmatibus loquuntur sunt, institutum fuisse, celebrio-
 res tantum gentis suæ Sectas seu Factiones Philosophicas earumque
 dogmata, non generalem illam ac Simplicem, quæ omnium urpo-
 tem mortalium juxta disciplinam Ebraicam communis, forsitan & sectis
 ipsis, quorquot erant, pariter aut plerumque est recepta, philoso-
 phiam seu juris Universalis Capita indicare. Capita dixi. Nam disci-
 plinam ipsam, de quâ loquimur, generatiū sumtam, nec in Capi-
 ta aut partes distriburam, satis est verisimile, non semel à Philone in-
 nui. Quoties nempe Philosophiam, non hanc vel illam à ceteris
 discriminatam, aut jus *τέλος δαι* ^l *δαινός θυηρίου* ^m *χαρισμάτων* ⁿ *σύλλαγος αὐλυχοις αἰλυχοις*, ^o *τελονέαταις Φύσεως αὐθερνήσι* ^p *την* ^q *αθανάτῳ διανοματικῷ* ^r *ab hoc vel illo mortali*, ideoque ^s *bum omnem ipsum liberum esse.*
 D 3.

ipsum mortale, in chartulis aut rippis inanimatis, ipsum pariter inanimatum, sed immortale ab immortali natura in mente seu anima humana immortali exaratum, hominibus universis querendum, amplexandum, exercendum, in libris de Mundi opificio, de Congressu querendæ eruditionis gratia, de Nomini mutatione, suadet inculcatque. Inde nimis Probus & Pios fieri homines. Id quod non omnino intra professionis Judaicæ cancellos coercet, ne dum sectarum dogmatis assignat, sed generalis illius philosophiæ severioris, id est, omnium mortalium, sine ritibus institutis Judaicis, atque ante illa, in sæculis quæ Moses antevertunt, communis effectum pariter non semel facit. Quod verò ad Josephum attinet, qui Judæus Hierosolymitanus Philone Alexandrino Judæo rerum Ebraicarum erat proculdubio multò scientior, utcunque Talmudicis nimis sit interdum dissonus; haud magis sancè mirum est, eum disciplinæ hujus universalis Capita simul cum singularibus illis philosophiæ sectis non tradidisse, quam si Historicus Christianus Presbyteros ac Ordinem sacerdotalem, qui Secularis est, cum Franciscanis, Dominicani, aliis qui sunt id genus Sodalitiis, ipsisque quibus invicem subinde discrepant, institutis interscribendum adnotaret, nec interea sive Religionis Christianæ horum omnium cum ceteris Christianis communis, nec philosophiæ moralis ad universos pariter spectantis Capita simul explicaret, aut omnino ulterius tangeret. Quam rem nemo non videt esse satis obviam. Atqui & hoc apud Josephum observatu est hec forte non indignum. Scilicet admodum hactenus adolescentem se, aitⁿ, sectarum illarum trium gustum aliquem primò capere sibi instituisse, per omnes transiisse, Bano Heremitæ adsueuisse, tandem verò undeviginti annos natum Pharisaicæ se addixisse, ἦ ταχεῖται οὐτοὶ Ελληνοὶ σωμὴ λεγερῶν que similis est, affinis, aut proximè accedit ad sectam Stoicam Gracis ita

^{• D. Marsh. dict. am.} Phariseos, quibuscum Scribas coniunero, ceteris tum ^{cap. 23. 2.} & dignitate civili tum autoritate præluxisse^o, certum est, & avitas di- ^{3. & vide 10-} sciplinæ traditiones ita penes ipsos esse servatas, ut ceteræ, quæ fuere ^{scip. 1. 18.} sectæ, aut pro schismaticis aut pro eis, qui strictius sive ex arbitrio sive ^{cap. 2.} & ^{17.} ^{cap. 3.} voto genus vitæ selegissent, essent habendæ. Et de seipso D. Paulus^{P;} ^{26. 5.} ^{xvii. 18.}

τούτων ἀπειλεσάτω αὐτοῖς τῆς ἡμετέρας θρησκείας ὡς Φαρισαῖοι
secundum certissimam seu accuratissimam sectam nostra religionis
vixi Phariseans: Unde & Josephus [¶] τῶν ἀποστόλων & ἀποστολῶν id est,
diligentiam accuratam seu subtilitatem eis non semel tribuit. Sy- ^{1 Lib. 17. cap.}
rus autem in citato de D. Paulo loco habet רישׁתְּנָא יְלֹפָנָא. discipli- ^{3. Holof. lib. 2.}
نَعْلَمُ الْقَرْبَيْسِيلِينَ الْغَائِقَ ^{cap. 12. Et Gia-}
disciplinam seu sectam praeclaram, uti & Arabs ^{deſis Nic. Ser-}
Phariseorum illam excellentiorem. Avitas autem seu ^{varium Tr.}
Majorum traditiones omnes, quotquot sive legem scriptam, aliter ^{baref. lib. 2.}
atque ipsa verba sacra simpliciter sumpta, interpretarentur, sive su- ^{cap. 5. Et a.}
perinducta observationis ex more Majorum additamenta contine-
rent, rejiciebant Sadducei. An itidem eam, quæ erat de Jure ac disci-
plina hac omnium mortalium communi, haud satis didici. Eam
vero semper retinuisse, idque ut ab ipsis rerum initiis per posterita-
tem continenter propagaram, Phariseos, palam est ex eis, quæ è
Talmudicis libris assertius in sequentibus. Jam autem quid cedat
illud Josephi, sectam Pharisaicam, id est, primariam & fermè solam,
quæ disciplinæ autoritate viguit, Stoicæ philosophorum sectæ pro-
ximâssæ? Si de doctrina aliqua, quatenus Judaica erat, seu Judæis eo-
rumve legi, quæ corum erat, propria, rem sumamus, nihil planè erit
absurdius. Quid enim omnino ejusmodi in sectæ Stoicæ dogma-
tis aut disciplinâ? A ritibus Judaicis & Juris Pharisaici, quantum
nempè Judæis erat proprium, apicibus erat ea planè alienissima. Nec ^{Consulas}
eatenus simile aut affine quid intercedit. Nonne igitur de eo, quod ^{Lip. in Ma-}
utrisque commune erat, est necessariò intelligendas Josephus? Et ^{nudus. ad}
videtur quidem de communibus aliquot tam contemplationis, ^{Stoicam Phy-}
quam actionis dogmatis? Quænam autem illa? Certè in Stoica ^{lophium.}
disciplina occurrit de Deo, de Fato, de Anima, de humano arbitrio ^{Ioseph. Ha-}
quæ Phariseorum sententiis per quam sunt affinia. De Virtutis ^{log. l. z. c. 12.}
præmio, ac vitiorum poenâ, etiam alia. Hac item Manibus post ^{Seneca de}
mortem infligendâ, illo tunc accipiendo. Quæ planè Pharisaicæ ^{Vita Brata}
seu Talmudicæ disciplinæ consona. Et quemadmodum apud Stoi- ^{cap. 3. Et 8.}
cos, uti etiam alios aliquot, obtinuit illud secundum Naturam & ^{Et Epist. 5.}
Rationem, id [¶] est re vera secundum Naturam, atque Rationis Humanae ^{Videlicet eti}
^{Epist. 65. Et}
^{lib. 4. de Be-}
^{parentem, neficiu cap. 7}

parentem, seu *Deum* vivendum, ita etiam apud Phariseos seu Talmudicos, secundum normam ab ipso Naturæ parente humano generi sive inditam sive indicatam, juxta ea, quæ inferius sequuntur, vitam mortalium cuique ex obligatione esse transigendam. Quod sanè dogma ipsam, quam tractamus disciplinam & Jus omnium commune generatim complectitur. Nimirum non solum Judæos, quorum reipublicæ tot Mosaica accesserunt, ut ipsis singularia, instiruta, Probos ac Pios ex eorundem institutorum observatione fieri asserebant, uti & ex violatione Improbos & Impios, verùm etiam reliquum genus humanum ex observatione atq; violatione Juris universalis, & politiâ & ritibus Judaicis immunis, atque disciplinæ nemini non mortalium præscriptæ, pariter Probum ac Pium, seu Impium & Improbum fieri, ac futuri seculi sive præmium sive pænam mereri.

¹ *Maimonid.* Unde fit quòd in libris Talmudicis ² המות העולם memorentur Halach. The suba c. 3. ³ *Pii è Gentibus mundi*, eisque similiter ut Israelitis הַלְקָה לְעוֹלָם הַבָּא. ⁴ *Side Obs. ad Bartenor. ad Misra. 111.* feu Sors in futuro seculo, id est, virtutis seu vitae bene transactæ, præmium assignetur, uti & ejusmodi impiis sortis illius negatio. ⁵ *Quem-Sanhedrin. c. 10.* ⁶ *Ma-nasse Ben Ioseph. de Re-sarre. Mor-tuorum lib. 2. cap. 9.* ⁷ *G. modi è Gentilibus, plura, juxta Ebraeorum sententiam, infra libro lib. 3. cap. 11.* Septimo. Adeo demùni ut, tametsi ipsa Juris hominum juxta Ebraeos universalis nullibi recenseat Capita Josephus, id nihilominus ⁸ *Prater Clem. Ale-xandrinum.* quod generatim Jus istud complectetur, aut signaret, tunc forsitan Strom. lib. 6. obscurius indicari vellet, cum disciplinam Stoicam seu in qua de vir- ⁹ *Side sis Ro-bert. Holk-hum ad sent. lib. 3. que st. 1.* tute & vitio eorumque præmiis & poenis, quæ genus spectant hu-manum, disputari solet, ita Pharisaicæ, id est quidem Talmudicæ, ¹⁰ *Francis. Col-lum lib. de animabus Paganorum &c.* affinem fuisse scribebat. Quodnam igitur sit Jus illud, quænam item ejusce Capita, scitu non indignum esse, ex argumentis jam al-latis, puto, sit satis manifestum. Veruntamen nec sine Monito hæc dicta, aut accepta sunt. Absit, ut rerum quis æstimator iniquior existimet, Disciplinæ hujusmodi (qualisunque ea fuerit) Ebraorum Præstantiam heic ita prædicatam esse magnive faciendam nos velle, perinde

perinde ac si eo nomine in ulla*ris* rerum Christianarum discussionibus vim aliter, seu effectum sortiri debeat, quām ipsa sacrarum literarum verique Christianismi moruinque in illum receptorum ratio ac autoritas admiserit statueritve. Nam hēc, ut vitæ Moralis ac Civilis Cynosura, nobis sequenda observandaque. Capita quidem disciplinæ Ebræorum, quam exhibuti sumus, quatenus generatim tantū singula ex avitis eorum traditionibus, ac scriptis de-promuntur, Christianismo, Veritati Catholicae, & Moribus, quibus utimur, adeo sunt, quod inferius liquet, consona, ut si unicum, quod est de Membro Animalis haec tenus Viventis, seu, ut volunt etiam aliqui, itidem de Eſu sauguinis, excipias, non omnino ea dissona sic repellantur. Sed verò, illud ^a rectissimè olim dictum τοῦτο ἐστὶ τὸ ἀριστον τῶν καθηγών τῆς πατριαρχείας τὰς κοινὰς μὴ πιθετ. lib. 3. ἀνάστασις Φαρεμόλει τῆς Πτημέρας, Hac est causa hominibus omnium malorum, quod non possint anticipations seu notiones communes seu generales singularibus adaptare. Inde sanè Capitum eorumdem ex eisdem traditionibus sumptæ Interpretationes, Subtiliores Partitiones, Negotiosæque Scrupulositates, tametsi sāpiùs quidem Christianismo & Rationi, quam sequi solemus, aut consonæ sint, aut non adversæ, subinde nihilominus sunt, uti & aliæ apud Ebræos non paucæ, planè dissonæ, nec à viro Christiano admittendæ. Unde etiam de Traditionibus ejusmodi, uti itidem de Philosophia, Monita habentur in Federe ^b Novo; ne scilicet inde doctrina Christiana detrimenti quid capiat, ubi sine delectu, id est, sine Lydio Christianismi lapide, in vitæ normam sive hēc sive illæ adhibeantur. Atque eam ob causam Cardinales Inquisitores reipublicæ Christianæ generales sub Julio tertio Pontifice Maximo, in corpore Talmudico adversus Naturæ, inquiunt ^c, Et Honestatis leges ea concedi, quæ humana aures audire perhorrescant. Quod, opinor, potissimum sumendum de interpretationibus aliquot, quibus concubitus nonnulli nefandi, idque maximè ex naturalis, quæ ex sanguine pendet, relationis admisso interdum abolitione civili (qua de replura libro ostendetur secundo & quinto) nefariè permittuntur. Quin inde aliasque ob causas igni damnabant Cardinales Corpus illud; quod & non

^a Arrianus Ep. cap. 26.^b Epist. ad Cor. Cap. 2.8.^c Decret. 1563 in lss. Apo-

stol. Directo-

rio Inquis.

subsecuens fol.

120.

• In His. semefantea, idque tam ab aliis^d quam à Pontificis^e factum. Lectio
 1539. Contr. item ejusdem & possessio à Pontificibus summis est aliquoties^f in-
 das Hisseru terdicta. Idemque interdictum, opinor, etiamnum vim Romæ ob-
 Indiaorum c. tiner, cuius autor postremus Clemens octavus^g. Sed antea ex Pii
 6. Et Videfis quarti de libris purgandis, prohibendis, tolerandis constitutione,
 Steidam. C. ment. lib. 2. Thalmud Hebraorum ejusque glossa, annotationes, interpretationes
 & Sexti. Senens in expositiones omnes, si tamen prodierint sine nomine Thalmud &
 ea sanct. l. 2. sine injuriis & calumniis in Religionem Christianam, tolerabantur.
 Et 4. Videfis La. Quæ quidem permisso per Pii quinti, Gregorii decimiertii, Sixti
 ers. Chera- quinti, Urbani septimi, Gregorii decimiquarti, atque Innocentii no-
 bin. in Bull. ni tempora pariter mansit. Sed simul ac in Pontificatum evectus
 62. Et 716. est Clemens Octavus, ita permissioni illi derogatum est, ut omnino
 20m. 2. p. 452. libri damnarentur, nec lectoribus jure pontificio ultetius patarent.
 tom. 3. pag. 25. Addit. Profe- Utut autem se res ei habuerit, nemo, puto, interea est hominum cor-
 sum Farina- ditorum simul atque doctiorum, qui Traditiones atque Interpre-
 etationes de He- tationes, quæ in Talmude & Jurisconsultis Talmudicis reperiuntur,
 reb. quæst. adeoque eas, unde disciplina, quâ de loquimur, est conflata, pensu-
 180. 6. 10. Et morie. in Di- latius in liberarum indagine, & cum delectu prudenti consideratas,
 secto. In quis. l. 2. In lucem saepius præbere seriò studiosis variam ctiam & maximi facien-
 dic. Expiug. dam, non libentiùs concesserit. Appello heic Paulum Fagium &
 Madriti. Sebastianum Munsterum, hunc in Ebraici, illum in Chaldaici Penta-
 1612. 1593. Bullar teuchi & Capitum Patrum versione, alia item eorundem opera, Jo-
 tom. 3. p. 25. sephum Scaligerum in libris de Einovatione Temporum, ubi de
 Et Vide Frac. Magdalenu Ebraicâ temporum ratione, atque ritu agit Paschali, in Elencho Tri-
 en Elencho li- brorum pro- hæresii, Diatriba de Decimis, Animadversionibus etiam Eusebianis
 bibit. Roma & Canonibus Isagogicis, Isaacum Casaubonum in Exercitationibus
 1632. Jacob. Baronianis, ubi de Proselytis, Jure Regio, alia aliquot disputat, Joan-
 Gressor. de. more nenii Buxtorfum maximè in Bibliothecâ Rabbinicâ, & in Tiberiade,
 prohibendis. Gulielmum Schikardum in libro de Jure Ebræorum. Regio, aliis
 bros lib. 1. c. ejusdem lucubrationibus, Petrum Cunæum in libris de Republica
 16. Et Nicol. Serrarius in Hebræorum, Joannem Drusium passim, Jacobum, & Ludovicum
 Rabbinus. c. Capellos, hunc in Spicilegio, & Diatriba de Jephitis voto, illum in hi-
 33. Et Bel- larm. de mē- storia Sacra & Exotica, Joannem Cameronem, in Myrothecio, alibi,
 loris Ecclesia. Sixtinum ab Amama in Antibarbaro, Samuel Petitum in variis
 3. cap. 20. 3. cap. 20. lectioni-

lectionibus, & Eclogis Chronologicis, Joannem demum Cochium, Constantimum L' Empereur, quorum uterque integros etiam aliquot Misnarum Tractatus & Gemararum fragmenta non pauca in sumnum rei literariae commodum verterunt, edideruntque. Atque in horum primariis habendus est Hugo Grotius, qui in eximiis illis de Jure Belli ac Pacis libris (à sacra Indicis congregatione, quemadmodum & sunt plerique jam citati, ante annos aliquot^h etiam prohibiti) ipsam Ebraeorum, quam exhibuti sumus, disciplinam è Talmudis tangit, aliaque ex eorum scitis ad augendam etiam nonnullis Christianismi rebus lucem prudenter adserit. Plures scriptores sat celebres ex eis, qui per invasionis Romanæ non sunt, heic in candem rem jam memoratis adjicere, facile satis esset. Nec verò in Pontificiis defunt, qui similiter suppetias sibi in rebus gravissimis è Talmudis latas voluere. Sic Cardinalis illustrissimus Baronius^k ubi de ritu Paschali, de Sanhedrin, seu synedrio Magno, de manuum Pauli artificio, & de corpore Christi in sepulchro novo ponendo differit.

Sic Gilberdus Genebrardus^l, Nicolaus Serrarius^m, Joannes Morinusⁿ, Dionysius Petavius ubi de anno, & mensibus Judaicis ad Ephphanius agit. Quales quantique viri sanè universi! Nec quidem interdicta, quæ memoravimus, librorum Talmudicorum rerumque inde cum delectu sumtarum, & ritè perpensarum autoritatem qualunque magis minuunt, quam olim edictum illud in Aristoteli Physics & Metaphysics libros, quoniam tum Theologis illius ævi tum aliis displicueré, eis dignitatem omnino sustulit, quam passim & à multis seculis meritò sunt sortiti. Ante annos scilicet CCCXC. aut circiter, id est, sub ipsum quo institutum est Sorbonnae collegium, prorsus damnati sunt ejusdem libri illi, ut Christianismo nimis dissoni, quod à Rogero Bachone Franciscano, qui paulò post id tempus floruit Philosophus & Mathematicus summus, didici. Verba faciens ille de variâ hominum seculorumque in libris rejiciendis admittendisque sententiâ, Theologi, inquit^o, Parisius & Episcopus & omnes Sapientes jam ab annis circiter quadraginta damnaverunt Clem. P.P.s. & excommunicaverunt libros Naturales & Metaphysicæ Aristote- lis, qui nunc ab omnibus recipiuntur. Et alibi^p idem; Scimus enim^q Mf. de Viris l.i. Scientia- quod rum.

quod temporibus nostris Parisius diu fuit contradicuum Philosophia Naturali & Metaphysicae Aristotelis per Avicennam & Averroym expositis, & ob densam ignorantiam fuere libri eorum excommunicati & utentes eis per tempora sat longa. Summa demum est; ut in ejusdem aliorumque, quibus assuetiores sumus, veterum (sive Philosophi illi fuerint sive Poëtae, sive Oratores, aliive) Libris, Disciplinis, Sectis plurima occurruunt homini Christiano & lectu jucundissima, & per quam utilia, quorum alia, sed non contra Christianismi morumque receptorum amissim, in vita sive normam sive exemplum, ritè adhiberi solent, aliis interea, nec quidem paucis iis, planè explosis, ac, cum ceteris Gentilismi fæcibus, damnatis; ita pariter Disciplina hæc Ebræis universalis, pro singulari gentis indole, more, genio, prærogarivâ, alia atque alia habet Christianismo plerunque consona, alia haud parùm dissona, quorum nihil seclusi neutra sunt adeò rejicienda contemnendave, quin aut pro receptarum aliquot in Christianismo sententiarum sive Confirmatione sive Explicazione sint meritissimò interdum recipienda, aut singularem saltem in liberrimâ, nimirum Veritatis, nimirum Errorum disquisitione, ac contemplatione, sicut & reliqua philosophorum, sive Barbaricorum, sive Graecorum, sive Latinorum, sententiae æquè non raro Christianismo dissonæ, locum qualemcumque debeant sortiri. Ut fermè poëtæ veteres variaque Deorum hominumque in eis gesta legenda sunt, juxta ea quæ de eis prudenter olim monuere Plutarchus & D. Basilius, in tractatibus ea de re singularibus. Quale itidem de Juris Ebræis, atque aliis gentibus Intervenientis interpretamentis, ac apicibus inferioriis suis in locis sparsim ostensis est dicendum. Si cui verò heic dubium forsitan occurrat, utrum Corpori & Scriptoribus Talmudicis pher Cozzi hujusmodi in rebus quatenus historicæ sunt, id est, quatenus in eis Part. 3. S. 65.

<sup>1. R. Iebuda
Levitina Sc.
pher Cozzi
Part. 3. S. 65.</sup> pro Jure qualicunque Ebræis veteribus recognito atque usitato tramoniades in duntur, fides sit habenda, eò scilicet quod Corpus illud, quâ jam prefas. ad T. betur contextum, scriptoresque illi ceteri seculorum sunt Templi Moyses Mi-Urbisque excidio recentiorum (quâ de re consularis autores imprimis, fias. ad Pre- qui de Misnarum & Gemararum conscriptione diligentius, & data capitorum, R. Abrab. Za-operâ q' egerunt) næ is forsitan etiam dubitabit de Justiniani seu Triboniani

boniani fide, dum Modestini, Papiniani, Florentini, Alpheni, Pro-
culi, Celsi, ejusmodi alionum, qui trecentis aut circiter sunt Justinia-
no annis vetustiores, sententias atque scita Juris alibi non reperta, cu**shian in Se-**
nedum quando leges duodecim Tabularum, quæ plurimis etiam pber Iucha-
hosce seculis antevertunt, in Digestis alibive enarrat, memoratve. **lis Ben Is-**
Parilis sanè fidci detrahendæ, atq; depretiandi ratio sequeretur, quo-**chae in Se-**
ties in Catenarum autoribus Pattrum aliquot priscorum nomina, **nymus de-**
quoram opera ac lucubrationes ipsæ alibi non extant, occurrunt; **santhafide in**
seu quoties similiter apud Galenum, medicorum veterum, veluti **Hebraoma-**
Archigenis, Asclepiadis, Philoxeni, Critonis, Lamponis, aliorum **Sigel. 2. Sist.**
ejusinodi, qui ipso multò vetustiores alibi non habentur, medica- **Senensis in**
menta ac opiniones affruntur. Simile in re Mathematica dicen- **Biblioteca**
dum de Eucltemonis, Metonis, Calippi, Eudoxi, Attali, aliorum id **sancta lib. 2.**
genus complurium observationibus ac scitis, quæ à recentioribus **Orr. Simonis-**
nuptote Aristotele, Hipparcho, Ptolemæo, Proclo, Pappo, Vitruvio, **des in Calen-**
aliis ejusmodi soluminodò traduntur. Simile item de autoribus **dario Pale-**
prischorum seculorum innumeris, quorum sive fragmenta. **Plino, arg. ibi**
sum beneficio recentiorum, veluti Athenæi, Laertii, Stobæi, Strabo- **Iacobus**
nis, Plinii, Plurarchi, Scholiastrarum Gracorum, Agellii, etiam & Li- **Christmann-**
vii aliorumque aliquot historicorum tantùm debemus. Et ratio- **mus, Josephus**
nem dubitandi, sive in Jure, sive in Theologia, sive in re Historica **Scaliger de E-**
sive uspiam alibi ex hac sola causa (rebus ceteris, quæ circumstant, fi- **mend. Temp.**
dei neutiquam refragantibus) admittere, nihil aliud est, quam uni- **lib. 7. p. 518.**
versæ fermè antiquitati ipsique historicæ rerum veritati periperam **Et 614. Iacob-**
nimis & morosius reluctari. **fines in Bi-**
blioteca Rati-
comme no-
bra ad libel-
lum de Suc-
cessoribus,
C. lo. Mori-
ni promissa
ad Calend.

C A P . III.

Officiorum Humani generi Communium seu Juris Naturalis, atque Universalis
Morum Philosophiæ, quatenus in Ebræorum politiâ, & disciplina locum
babhit, Designatio Generalis, cum Difficultate eam inde eliciendi.

NT qualenam Jus illud Naturale, ac qualia Officia homi-
num omnium communia, seu Philosophia Morum aliquot alios
universalis, quam intelligunt heic Ebræi, fuerit, genera-
li consideratione, antequam ad singularia Capita deve-
nimus, Ebraicas.

nimus , ritè capiatur , nec difficultas , quâ implicari necesse est , quotquot suo Marte Jus hoc Philosophiam , atque Officia è corpore Juris Mosaici , seu Pentateucho secernere contendunt , prætermittatur ; illud est in primis animadvertendum , contineri quidem in sacro illo Corpore , seu Pentateucho , inter alia , quæ Ebræis ipsis fuere propria , veluti Civilia ac Ritualia , seu Judicialia & Cæremonialia , etiam & Naturalia seu Moralia Jura seu Officia non magis ipsis , quâm Hominum universitati perpetuò observanda . Quemadmodum & de

^{¶ L. 9. ff.} ^{de} ^{Iustitia} [¶] ^{Iure.} [¶] ^{populis omnibus} , rectè Gaius [¶] & Justinianus [¶] ; *Omnes populi qui legibus, & moribus reguntur, partim suo proprio, partim communis*

^{¶ Inst. sit. de} ^{omnium hominum jure utuntur.} Neque , opinor , an Jura ac Officia Naturalia seu Universalia inibi quidem utcunque contineantur , dubitabit mortalium , quibus Juris illud corpus innotuit , quisquam , præter alastores illos , atque Humani generis pestes , quibus , nec sine

^{¶ Aristippus apud Laert. 2. Carneades apud Laertium l. 5. c. 17. ¶ c.} *philosophorum aliquot veterum patrocinio , Naturalia seu Hominum Communia nulla sunt Jura , nihil naturâ , aut per se justum , aut injustum . Turpe aut Honestum habetur , sed Arbitrio , ac Virium humanarum , spropto omnino Juris nomine , Potestate , omnimoda sicut dicta tantummodo subniti videntur . Ceterum cum illis agendi locus heic non est . Alii autem nunc integrum Decalogum , nunc tantum partem ejusdem , nunc pro multipli ingenii ac pietatis discrimine , alia atque alia in corpore illo Mosaico reperta , sive Naturalia sive Universalia semper fuisse , sive in horum classem recipienda volunt . Aut scilicet quatenus ibi scriptis mandata sunt , aut quâ in se vim seu indicem rationis complectuntur . Consilium est quidem*

^{¶ Confus. A. postol. lib. 1. c. 6.} *gravissimum vetus illud [¶] de Federis veteris lectione , ἵσω Κοινωνίᾳ φεστοι. τι νόμος Φυσικὸς καὶ πατρὸς δοληποτώσεως , sit tibi ante oculos propositum , ut cognoscas , quid sit lex Naturalis , & quid Deuteronis , quo vocabulo ibi planè ea , quæ Judæis singularia fuerint , nec omnium communia denotantur . Verum , cum in Corpore illo legum Ebræis in deserto præscriptarum , Naturalis seu Universalis nomine verbis expressioribus & apertis nullæ appellentur , atq; in historia , quæ scriptarum hanc legum lationem præcedit , seu Genesim , Diluvium & sequentia continet , interdictum habeatur , præter illud in paradiso*

paradiso primis parentibus datum, unum tantum & alterum (de quibus infra) quod integræ hominum Universitati traditum est, atque è yirorum sanctorum, quæ ibi occurunt, exemplis jura cetera, quæ in universum obligent, indicare (quod ut faciant perquam anxiè sunt aliqui solliciti) sit plusquam difficile; fieri sanc nequivit, quin Jura, seu Officia illa Universalia ac Naturalia, atq; Philosophia illa, quam tractamus, Barbarica non aliter fermè in Corpore illo Mosaico atque inter Civilia illa, atque Ritualia scriptis mandata latuerit, quam auro purum in coronâ illâ Diis vovendâ, quam ex solùm auro puro locârat faciendam Hiero.* Historia notissima est. Fuisse certè in ^{Vitrina Regia}
lib. 9. c. 3. C5
 ea aurum, argentum etiam fuisse, non omnino dubitabatur. At ^{Proclus ad L.}
1. Euclid. lib. 2. cap. 3.
 quantum auri, quantumque argenti ab artifice simùl commistum
 esset, res erat perquam difficilis, dignoscere. Ea quidem res summo
 Archimedis ingenio tandem est deprehensa. Hominis scilicet, qui
 ponderum, magnitudinum ac proportionum, id est, rerum, circa
 quas frustâ de quantitate auri in corona, nisi denuò liquata fuisset,
 quæ fierat quis, erat callentissimus. Absque Mathematico ejusmo-
 di fuisset, tale est verisimilius tunc evenisse Syracusis, quale dudum
 Romæ. Admisi monetae argenteæ nimii æris accusabatur Moneta-
 riis. Is ab iis, qui rebus præterant, impetravit, ut duo constituti ^{1. I. Bap. B.}
Villapandorū
in apparatu
Vrbis C Tē-
pli pars. 2. l.
2. diff. 2. e.s.
 Juges scorsim causam attentius examinarent, sententiamque seorsim
 proferrent. Id ipsi juxta facere, atque eodem pie uterque ex eisdem
 actis causâ, atque libellis cognitis, & confessione rei auditâ, senten-
 tiā quidem protulit; sed prorsus absolvitoriam alter, alter eosque
 damnatoriam, ut plurima aureorum millia recipublicæ, adulteratæ
 monetæ nomine, à reo refundenda censeret, & tum bona ejus cetera
 fisco addicenda, tum capitale insuper infligendum supplicium. In-
 gens heic discriminem. Et à vero forsan uterque, licet pariter diligens-
 simius, immane quantum recessit. Alterum, manifestò scimus.
 Atque aliis in rebus discernendis simile non raro accidit. Perplexa
 ritè extricare, Confusa invicem distinguere, Veri ac Falsi confinia,
 horumque sinuosos anfractus satis habere exploratos, & demum ex
 eis, quæ superstruuntur, de Fundamentis seu Principiis restè conjecta-
 re, res est perquam ardua, pœnè inaccessa, & mortalium paucissimo-
 rum. Id

rum. Id quod in quaestione, de Jure Naturali ex Civilis aliquo simul, & Naturalis Juris corpore secernendo, jam memorata in primis etiam obtinet. Assumatur exemplum, sive ex Athenis, sive è Roma veteri. Tām heic, quām illic leges fuēre XII. Tabularum, aliæ. Atque ob popolorum, qui eis usi sunt, singularem prudentiam, doctrinam, fortitudinem, ceterosque virtutum apices, maximi eas passim facimus. Neque, quin Naturalia seu Universalia saltem aliquot jura intra earum cancelllos designentur, solemus dubitare. At verò hæc ex illis secernere, atq; ad amissim juxta autorum, atque eorum, qui illis usi sunt, mentem disteterminata ob oculos studiosis ponere, id quidem plusquam Archimedéum est, nec facilius forsan, quām Ancile illud è cælo delapsum à ceteris, quæ Mamurii artificio adeò ei similia facta sunt, olim distinxisse, aut Ægypti singula cujusque post Nili inundationem, jugera, ante Geometriæ inventionem, internovisse. Ceterūm disquirentibus circa Jura Naturalia seu Universalia in legibus illis, sive Atticis, sive Romanis comprehensa, nihil, puto, fuisse prius in votis (si modò omnino sperari potuisset) quām ex ipsis, quos tanti faciunt & qui, legibus eis usi, conditores nominis amplissimi ostentant, scitis atq; disciplina ediscere, quid in illis quantumque sigillatim pro Naturali seu pro Officiis omnium hominum Communibus, seu Philosophia Universali, & quid quantumque seorsim pariter pro Civili tantum, ac Rituali, seu Gentium, cui præscriptum est proprio ac peculiari, esset sumendum. Neutiquam quòd inde res sic prorsus definita foret, ut in eorum verba quis statim juraret, sed ut liberè nihil seciùs philosopharentur omnes, ac quid statuendum, pro viribus undiqueaque, ut in discussionibus ceteris, porrò quærerent. Veruntamen, sive scientiæ sibi præeentes, in hujusmodi disquisitione, interim disquirentem quempiam habuisse illos, qui & tantâ sapientiæ scientiæque gloriâ alios excelluerunt, ipsasque, de quibus sic quæritur, leges ad posteritatem transmiserunt, sive adversa eorum ea de re aut dissona placita, atque rationes certò rescivisse, tum iucundum, tum per quam utile fuisse scriò contemplanti facile, opinor, concedetur. Id quod manifestò agnorunt, quotquot diversissimas philosophorum, qui in populis jam dictis florentes de

tes de Jure Naturali, atque Officiis omnium hominum communibus disputarunt, opiniones diligenter venati ac perpendentes, suis iuxta Capite primo ostensa, interseruerunt. Scilicet etiam lacera distractarum nimiūm opinionum fragmenta magni æstimarunt, cum nec Theologorum, nec Philosophorum, nec fere Scholæ eorum cuiuspiam, nedum populi integri ex aliqua eorum disciplinâ edocti hâc in re definiendâ consensum reperirent. Et sanè, quale de Atticis, ac Romanis legibus diximus, eorumque philosophis, ac moribus, tale de Gentibus, quantum scio, universis aliis est dicendum, præter Ebraeos unicos. Nullibi scilicet ex aliis cuiuspiam gentis instituto, seu Philosophy, seu Theologia, seu Jurisprudentia in eâ recepta, certa haberi, atque subtilius sic definita Juris Naturalis seu omnium mortalium communis Capita, ac seorsim à ceteris sic consensu publico distincta, ut ejusdem veluti Corpus Singulare, Simplex, & perpetuò sibi Simile tum Nomine, tum Usu per se tamen autoritate dignoscatur, quām disciplinâ publicâ, & in publicâ rerum administratione sigillarim ac solūm, atque eo nomine à ceteris distinguitum, adhibeat. Commissentur passim, in libris, quos vulgo terimus, Capita, qualia quinque sunt ea, cum Civilibus, è Mosaicis translati, Evangelicis, Ecclesiasticis, Gentium. Et de distinctione perquām diversimodè à scriptoribus agitur. Quin habetur quidem in titulis aliquot, tum Juris Cæsarei, tum Pontificij Jus Naturale; quod tamen in incerto nimis in eis relinquitur. Et quanquam in aliquot Capita Juris, etiam Naturalis adeoque Universalis nomine, consensus interdum scriptorum vulgo reperitur, id tamen interea advertendum est, ut numeri alicuius aut magnitudinis incognitæ pars nulla, quā pars & quota est, satis cognoscitur, sic nec Juris cuiuscunque Generis capitum aliquid satis, atque, ut oportet, undiquaque internosci, nisi etiam, quot fuerint, & quænam ejusdem generis cetera, pariter dignoscatur. Nam alteruni alterci sèpiùs temperamento est, & interpretis vicem non raro supplet. Ebraei autem Juris Mosaicici, quatenus Mosaicum est, atque in Federe Veteri solūm Cozzi part. 1. conscriptum, corpus integrum sibi peculiare², faciunt. Ceterūm S. IOI. Et Tal mudicis paf- quasi in numerato seorsim habent ipsi, idq; non è disciplina sua tān-sim.

tum umbratili, seu Scholarum institutis, verum etiam ex publica eaque vetustissima rerum, quoties cum Gentibus seu Gentibus aliis eis erat agendum, administrationis ratione, Jura quædam certa ac definita, quæ omnium hominum, tam Gentilium, quam Judæorum, esse volunt communia נָצֹר בְּנֵי נָצֹר eis dicta, id est, *Præcepta*, seu *Jura Noachidarum*, seu *Filiorum posterorum ve Noachi*; quo nomine universum genus humanum, post diluvium, venire palam est. Hæc scilicet volunt tum ad tempus illud מִן seu *vacuum* eis dictum, id est, totum illud, quod rerum conditum, & legis scriptæ rationem intervenit, tum ad sequentia sectula attinere; ita ut legis scriptæ datione partim esset hortum iteratio, partim ceterorum, quæ ipsis propriæ accessio, & superstructio. Atque ex hisce conflantur Officia illa universalia, ac philosophia Moralis, ac Civilis, quâ genus humanum ab ipsis rerum initii teneri pariter, tum invicem inter se, tum erga Numen sanctissimum, docent; at in sequentibus fusi ostenditur. Nihil quidem in Officiis eis reperitur, de quo in scriptis Mosaicis item non cautum est. Sed Mosaica conjuncta simul immistaque habent, quæ Republicæ suæ propria, eique tantum Civilia fratre plurima. Noachidarum autem Juris capita seorsim exhibita, & Simpliciora interdum faciunt, & aliis, quam Mosaica sibi adeò singulariter aptata, interpretationibus non raro explicant. Naturale autem id, ad eorum mentem, appellamus nos atque universale, quoniam οὐ μὴ φύσης αἰνόντων καὶ ταραχῶν τὸν αὐτὸν ἐξ διάφορων, πάρεστι τὸ τέλος καὶ τὸ Πέρας καθίσταται (quod dicit Aristoteles^a, de Jure Naturali obligativo verba faciens) quicquid est ex natura seu *Naturale immobile* seu *Immutabile* est, & nullibi non eandem virtus obtinet, quemadmodum ignis, & heic, & apud Persas pariter urit. Unde & rectissime

^a Nicomach. 3. cap. 10.

οὐδὲ φύσης αἰνόντων καὶ ταραχῶν τὸν αὐτὸν ἐξ διάφορων, πάρεστι τὸ τέλος καὶ τὸ Πέρας καθίσταται (quod dicit Aristoteles^a, de Jure Naturali obligativo verba faciens) quicquid est ex natura seu *Naturale immobile* seu *Immutabile* est, & nullibi non eandem virtus obtinet, quemadmodum ignis, & heic, & apud Persas pariter urit. Unde & rectissime

Rhetoric. I. 1. cap. II. &
13. & Vide-
fisi Alex. A-
phrodisiā de
Anima lib.
3. cap. 42.

ipsi alibi^b aliisque Græcorum, Jus hoc dicitur ὁ νόμος Νόμος seu *Ius commune*, & semper vim eo nomine etiam passimque sortiri. Neque enim, si Obligationem ipsam solùm species (nam diffusissimæ morum pravitatis rationem hac in re præfiniendâ habent nulam Ebræi) minus censem immutabile Jus hoc, seu minus vim suam ubique gentium semperque obtinere, quam ignem ubique urere. Sed hâc de re plura in sequentibus. Juris hujus apud eos Capita Illu-

striora

striora seu Majora sunt, de quibus satis inter cunctos eorum convenit. Alia item Obscuriora, seu minorum veluti gentium accedunt. Singula inferius cum Partibus, in quas distribuuntur, cum Appendixibus, quas perpetuas, ac necessarias habent comites, & demum cum exegesi Talmudicâ trademus, simulatque de Variâ hominum, adeoque & Singulare Ebraeorum ipsorum, & à compluribus aliis dissonâ, in Generali Juris Naturalis seu Universalis, qualiacunque fuerint vera ejusdem Capita, Designatione definitioneque, ratione summationi viderimus.

C A P. IV.

Jus Hominum Naturale seu Universale ex Aliorum Animantium actibus, ac usu non omnino elicent Ebræi, neque Jus aliquod Hominum, ac Brutorum commune agnoscunt, nec poenâ sic proprie dicta Bruta affici. Interseritur de Libertatis, Juris, Obligationis, Poenæ, Permissionis, & Actuum, sive hominum, sive Brutorum, Notionibus, quatenus eorum heic usus necessarius, Dissertatio.

In designatione, atque definitione Juris Naturalis, quæ apud scriptores solet diversimodè occurrere, alii ex Aliorum Animantium actibus, ac usu Jura hominibus aliquor Naturalia petunt; alii Juris Naturalis Corpus è Moribus omnium, seu plurimarum Gentium communibus; ex Naturali Ratione, seu recto ejusdem usu alii; & demum alii è Naturæ, adeoque Naturalis rationis Parentis, id est, sanctissimi Numinis Imperio, atque Indicatione. Quod ad Animantia cetera heic attinet; obvium est apud Jurisconsultos, tam Orientalis^c, quam Occidental^d Imperii, *Ius Naturale esse, quod Natura omnia animalia do-<sup>2. Harmeno- pul. Prechr.
lib. I. tit. I.</sup>suit, atque jus istud non humani generis esse proprium, sed omnium animalium, que in terra, que in mari nascuntur, avium quoque com-<sup>4 L. I. De de-
mune esse.</sup> Unde etiam habent illud, hinc descendit Maris, atque <sup>Iust. Et Iure,
Et Instir. de</sup> fæmina conjunctio, quam nos matrimonium appellamus, hinc libero-^{Iure Nasar.} rum procreatio, hinc educatio. Videmus enim, cetera quoque ani-^{F 2} malia, sicas etiam istius juris peritia (scilicet nonnullis, legitur perita) ^{censeri.}*

censeri. Accedunt, quæ in sui tutelam Bruta faciunt, atque in posté-
rorum conservationem, Apium item respuplicæ, Columbarum con-
jugia, id genus reliqua. Hæc scilicet dum similitudinem quandam rei,
quam pro jure Normaque vivendi accipiunt homines, id est, *μημά-*

* Lib. 9. de *Τριτοπίνας των ζωντανών* vita humana imitamenta, ut habet Aristoteles^c,
Hist. Animalium cap. 7. seu *Virtutum Simulacra*, ut Cicero^f, exhibent, etiam & Juris, adeoq;
lib. 2. de *Finibus.*

hominum, ceterorumq; simul animalium communis, ac naturâ in
ipsis brutis pariter subnixi nomen subinde induunt. Nec raro tâm a-
pud Theologos Christianos, quam Jurisconsultos, aliosque, mentio
fir Juris Naturalis velut ita hominum, ceterorumque animantium
communis. Atque ex horum actibus de illorum jure etiam statuitur.
Quâ de re plura item capite proximo. At verò usus seu actuum alio-
rum animantium ratio ab Ebræis nulla est omnino heic habita, nec
jus esse aliquod hominum, ac brutorum commune, seu utrisq; natu-
rale ullenus agnoscunt. Neque ex iure aliquo, (quod totum recte
versari volunt circa *איסור ותירח* seu *licitum atque illicitum*,) sed è
propensione, ac inclinatione tantum, animantium ceterorum actus,
evenire. Ut verò, tum eorum, tum aliorum Rationes, tâm ea de
re, quam de aliis aliquot, quæ in qualicunque hac de Juriis Naturalis
seu Universali, sive Ortu, sive Sedibus originariis indagine prævia,
mox sequuntur, facilius intelligantur, nec interea, aut obscuritate
laborent, aut perplexitate, præmittere visum est, atque compendiò
explicare quasdam Rerum simùl, atque Vocabulorum notiones, sine
quibus ritè conceptis, frustrâ nimis de Juriis cujuscunque, quod sive
ad Hominum, sive ad Brutorum actus spectet, propriæ dicti naturâ
agitur. Easunt, præter Jus ipsum generatim, quâ sive hæc sive il-
los respicere omnino videatur, sumtum, LIBERTAS, OBLIGA-
TIO, POENA, PERMISSIO, & demum ACTUS Brutorum pa-
riter ac Hominum. Horum scilicet omnium notiones, quatenus
earum heic usus est necessariæ, resectis ac sepositis, quibus intricari
solent, appendicibus, & circumstantiis huc non attinentibus, velut
in tabellâ satis apertè, & distinctè conabimur depingere. LIBER-
TATIS nempe heic notio, aut Absoluta est, ac Simplex, aut Restri-
cta, & Temperata. Absoluta; velut in priore illa Florentini, ac Ju-
tiniani

stianiani Libertatis definitionis ⁸ parte, qua dicitur *Naturalis facultas* ^{L. s. D. de}
cuius, quod cuique facere lubet, seu Φυσικὴ ἐνέργεια συγχωνεύονται ^{Statu Hominis,}
τε τὸν ἀπόλετον naturalis facultas cuique permittens facere, que velis, ^{Inspir.}
de Iure Por-
ut verit Theophilus Antecessor; seu, ut melius in Basilicis, ἐπί την ^{See. 5. C. li-}
ἐπέ της βάσιτης ejus faciundi, quod cuique facere lubet. Juxta quod
& illud apud Dionem Chrysostomum ^b; *τὸν ἀπόλετον την παραδίδοντας οὐτοῦ* ^{Orat. 14.}
τον, ἀπό την παραδίδοντας την παραδίδοντας οὐτοῦ ^a *Libertas est nemini ob-*
temperare, sed simpliciter facere, quæcunque sibi placuerint. Et Ci-
cero ⁱ; *Libertati proprium est, sic vivere, ut velis.* Hac quidem no- ^{De Officiis}
tione libertas pariter in Brutis, atque Hominibus concipi potest; ^b
nullo nimirūm accidente Jure, quod, sive horum voluntatem, sive
illorum appetitum, ac propensionem, quæ voluntatis planè instar
satis agit, omnino cohbeat. Concipi dico. Nam necessariam de
interminatā utrisque hujusmodi libertate, atque dissertationi inser-
vientem conceptionem tantum ejusmodi supponimus, ut fere geo-
metrae demonstraturi quid lineam sæpius in infinitum excurrentem.
Restrictæ autem Libertatis notio est, cum Libertati, quam ita suppo-
nimus, adjicitur id, quod in memoratâ definitione sequitur tempe-
ramentum, nisi si quid vi, aut Iure prohibetur. Ad hunc locum
Vis, quatenus injuria in ea contineatur, non spectat. Jus autem
quod, qualem jam concepimus libertatem absolutam, sic temperare
potest, qualicunque id fuerit nomine, sive Naturalis, sive Civilis alio-
ve aliquo appellandum ὡς τὴν περιμάτων κανών εἰσι δικαὶοι rerum ^b *Dio Chry-*
gerendarum est ipsa regulajusta, seu Norma, & amissis, iuxta quam ^{sof. Orat. 75.}
Libertas sic concepta adeò præscripto ejusmodi iure (quisquis ejus-
dem autor fuerit) minuitur, ut non solùm Jussa, atque Interdicta
inde superinducantur, sed etiam simili indicentur Permissa. Un-
denam autem Jussis, ac Interdictis, quæcunque demum Naturalia seu
Universalia fuerint, autoritatem accedere velint Ebræi inferiùs ostendimus.
Nam sufficit heic, ut de Effectibus duntaxat generalioribus
Juris qualiscunque, atque undecunque constituti in rem præsentem
videamus. Neque est quod de Causis Juris (quas infra juxta Ebraeo-
rum mentem damus) simus hoc in loco sollicitiores. Tām vero
Jussa, quam Interdicta illa unico satis nomine prohibendi in memo-

rato Libertatis absolute temperamento illo , nisi si quid iure prohibetur, nemo non videt, comprehendendi. Nam & Jussum violari prohibetur, uti & Prohibitioni obtemperari jubetur. Ex Jussis ejusmodi, ac Interdictis evenit, ut designata habeantur quædam Bona non tantum Utilitatis causâ, sed etiam Honestatis simul, & Officii ex obedientiâ debitâ præstandi nomine, secundum Jubentis (sive is Numen sit, sive Homo, cui legitima potestas) mentem amplexanda observandaque, quædam itidem Mala ac Turpia sic fugienda evitandaque. Unde planè Jus conflatur Obligativum. Atque ex Jure ejusmodi Obligativo, juxta varios ejusdem capitum sensus atque actus, circa

^{1. Inq. C. D.} ^{tit. de Obligacionibus l.} ^{2. C. C.} quos illa versantur, oritur OBLIGATIO, quod *Iuris vinculum*¹ est, quo necessitate adstringimur alicujus rei faciendæ, observandæ, præstandæ, fugiendæ. Adeò ut, quemadmodum ex Jure hoc ipso efficitur in Rebus, seu Actibus discrimen Boni ejusmodi & Malis seu Turpis & Honesti, sic in Personis nascatur inde ad officium exequendum Obligatio & Debitio, quæ primaria est inter eas & Jus Relatio. Nam Obligationes singularium, quæ ex Contractu singulari, seu delicto nasci solent, ideò inde nascuntur, quia ex generaliori Jure præcunte (qualemunque id fuerit) præstitutum reperitur contractus generatim servandos, delicta vero fugienda. Quemadmodum ex præmissis universalibus nascuntur conclusiones singulares. Ex Obligatione autem ejusmodi, seu eo, quod est, necessitate sic adstringi, haud concipi potest, quin POCNA aliqua, idque ex præstituto, sive expressim, sive tacite violationi immineat. Nam quatenus facultas faciendi quod velis ipse, seu libertas absoluta, ex Jure quocunque, sive tollitur, sive temperatur, eatenus faltem necesse est, ut in Restrictam ea transeat & cohibitam. Ex Jure autem cohiberi, & obstringi quemquam (qua in re Obligationum substantia ^m consistit) citra Poenam aliquam alicunde violationi imminentem, quæ scilicet Obligationi inserviat, ne comminisci, si recte intuemur, quis potest. Unde Ebrais etiam בְּנֵי quod obligatum denotat, *pœna obnoxium esse* patiter significat; uti & ἀνοχὴ & ἐποχὴ quæ Jurisconsultis Græcis Obligatio sunt, & Obligatus, etiam id quod est poenæ, seu Juri minis obnoxium esse, signantiūs interpretantur. Et appositè ad temperamen-

^{• L. 3. D. tit. de Obligatio- mibus.} piam (qua in re Obligationum substantia ^m consistit) citra Poenam aliquam alicunde violationi imminentem, quæ scilicet Obligationi inserviat, ne comminisci, si recte intuemur, quis potest. Unde Ebrais etiam בְּנֵי quod obligatum denotat, *pœna obnoxium esse* patiter significat; uti & ἀνοχὴ & ἐποχὴ quæ Jurisconsultis Græcis Obligatio sunt, & Obligatus, etiam id quod est poenæ, seu Juri minis obnoxium esse, signantiūs interpretantur. Et appositè ad temperamen-

mentum illud Libertatis nisi si quid Iure prohibetur, Constantinus
Harmenopulus, Judex olim Thessalonicensis; νόμων inquit, ὅτι προ-^{o Prohibit. leg.}
μεριανάς απειλαῖς εὐχομη τρέψειν ἡ βελοφει Iure; nam supplicio-^{ris lib. i. t. m.}
rum mina impedimento mibi sunt, quo minus faciam, qua volo. At-^{18.}
que ad eandem mentem interpretes ibi recentiores. Neque sanè
Juris Obligatio sine Pœnae alicujus violationi imminentis ratione
(quā contineri nemo non videt, pro vario scilicet rerum ac perso-
narum genere, Liberationem, Remissionem, Novationem, Accepti-
lationem, & si quæ cetera, sive perimunt, sive differunt pœnae irroga-
tionem, non præstanti seu violanti alijs debitam) mortalibus magis
potest fangi, quam in Relatis paternitas sine filio. Actiones autem
& Coercitiones forenses, quæ inde sequuntur, veluti exactiones, &
quæ alia sententiis latis non obtemperantes cogere solent, pœnis
seu eorum rationi, merito adnumerantur. Neque omnino adver-
fatur, quod apud Jurisconsultos Cæfareos^o, etiam ex veterum men-
te, de diversis Obligationis Naturalis & Civilis effectibus occurrit.
Nimirum Obligationem Civilem semper parere Actionem, & cum
Naturali conjunctam etiam Exactiōnem; Naturalem autem, quam-
diu simplex fuerit, plerunque neque Actionem parere, neditum Exa-
ctionem, adeoque nullam inducere violationi Pœnam Pœnæve
umbram. Sed tantum producere Exceptionem, atque impediare
Soluti repetitionem, quæ ad pœnae rationem non attinent. Natu-
ralis tantum obligationis ex contractu exemplum habent, ubi quis^{P. Mysinger.}
Pupillo credat pecuniam sine Tutoris autoritate, atque is earn male
consumat, aut si frater credat fratri, dum uterque in Patriâ poretate.^{ad Inst. i. st. de Obligatio-}
Obligationis ejusmodi item memorant ex testamento^q, minus so-^{1 gl. L. 1. D.}
lenni, seu quod solennitatibus à jure civili præscriptis caret. Scilicet
tametsi legatario ex jure civili actio non competit, naturaliter ni-
hilosecius obligati hæredem, seu in bona successorem legata præsta-
re. Ex delicto itidem; veluti si filius nondum emancipatus aliquid
furripiat patri, aut servus domino. Quas inter personas scilicet actio
locum non habet. Nudum etiam pactum, si vis, adjicias. Sed hæc,
inquam, nihil adversantur eis, quæ de Obligatione, & qualicunque
simil & perpetuâ ejus comite Pœnam aliquandie imminentे diximus.^{3. quæst. 90. n. 1.}

Etcetera

^{1. Infr. tit. Iure.} Etenim Jurisprudentia definiebatur tam ¹ Divinarum quam Humanarum rerum notitia, justi atque injusti scientia. Ea autem olim viguit maximè in Pontificum collegio, quod de Jure respondebat, ut ex Livio ¹, & Pomponio ¹ scimus. Hinc siebat, ut tam Jus Divinum, quam Humanum adeoque omnimodum docerent idem. ^{2. Lib. I. L. 2. S. 6. ministrum D. Origine Iuris.} ris seu Justitiae utriusque antistites, adeoque de Jure, ac Officiis tam erga Numen, quam erga Homines, sive Naturaliter, sive Civiliter observandis, ac de Poenâ, quæ violationi immineret sive à Numine, ut Naturæ totius parente, & Rectore, sive ab Hominibus infligendâ monerent. Unde Ulpianus juxta mentem ceterorum, qui ex illo Collegio in posteritatem sunt propagati Jurisconsulti, *Institutam*, in-

^{3. L. I. D. de Iure S. 1.} quit ¹, colimus, & boni, & aqui notitiam profitemur eorum ab initio separantes, licet ab illicito discernentes; bonos non solum metu poenarum, verum etiam premiorum quoque exhortatione efficeremus cupientes; veram, nisi fallor, philosophiam non simulatam affectantes. Quæcum ita fuerint, mihi sane satis est persuasum, ex hac ratione evenisse, ut, dum à naturæ parente, seu Numine Jura aliquot Obligativa præstitui agnoscebant, adeoque naturalia appellitabant, (qua de re plura inferiùs,) sed nihilo secius ex obligatione solum naturali Exactionem & Actionem, quæ Coercitionis & Violationis poenam suppleret, sic negabant, hoc interea tantum innuent; Civilem nempe, seu forensim obligationibus simpliciter naturalibus ejusmodi Poenam, seu Coercitionem quidem inservire nullam. Veruntamen imminere nihilo secius poenam qualemcunque aliunde, scilicet à Rectore Mortalium supremo, id est, à Numine seu Naturæ totius parente expectandam. Ob ea nempe violata, ad quorum observationem ex Obligatione, quam ita vocabant, Naturali, qualisunque ea fuerit, seu ut Christiani dicimus ex Nexus Conscientiæ, seu Conscientiæ Foro, is qui violârat propriè esset adstrictus. Unde ^{4. Lessons de Iuris. & bene Theologi interdum x obligationem Jurisconsultis Cæsareis} & benè Theologi interdum ^x obligationem Jurisconsultis Cæsareis ^{5. lib. 2. c. 19. & Vide} Naturalem dictam, eandem cum nudo conscientiæ nexus, seu eo, quo sis Franciscus ad iussa Numinis implenda tenemur, faciunt. Quemadmodum Suarez, L. 2. de legibus c. etiam philosophi veteres expressim ⁷ Curiosos aucto Conscientiam ipsam pro Naturalis officii, ad quod quis obligatur, mensurâ sumunt.

Utrvi-

Ut videre est in primis in præstantissimo illo ad carmina Pythagorica Hieroclis commentario. Et nisi Obligationis apud Jurisconsultos Naturalis interpretatio huiusmodi admittenda fuerit, quorsum cedò de æquitatis vinculo, ut de eo, quo solo sustinetur obligatio naturalis, loquitur Papinianus^y? Qualenam in Jure vinculum ejusmodi (quod & conventionis æquitate, ut ait ille, quandoque pariter dis-solvitur) singi potest, nisi juris alicujus, sive Humani, sive Divini coercionem seu poenam alicunde inservientem, & violationi debitam velis itidem substitui? Neque sanè aliter voluere veteres illi. Etenim non solum in Christianismo, Judaismo, & Mahumedismo, verum etiam in Theologiâ, ac Jure Græcorum, & Romanorum veterum, (apud quos scilicet viguit illud de Obligatione Naturali,) aliarumque ferè gentium, seu in Paganismo, & Numen esse sive Unicum^z sive Plura, & Numinis vindictam Officii, Jurisquenecessariò, seu ex vinculo, aut obligatione observandi violationem consequi, id est, Deum esse & remuneratorem, credebatur. Quorsum alias tot victimæ, ac februa, quæ peccata diluerent? Obvium est illud Virgilii^a de Manibus.

*Ergo excentur pœnis, veterumque malorum
Supplicia expendunt; alia panduntur ianæs
Suspensa ad ventos &c.*

Pariter etiam de vivorum pœnis cælitùs irrogari solitis, ubi de Di-^b Aeneid. 12.
ris loquitur^b, quæ ad Jovis folium apparent.

*— acuntque mesum mortalibus agris
Si quando lethum horrificum, morbosque Deum Rex
Molitur, meritas aut bello territat urbes.*

Et Cicero^c; Perjurii Pœna Divina exitium, humana dedecus^c De legibus esto. Quin obligationem esse naturalem, quâ juramenta servare homines adstringerentur, dum de poena sic locutus est divinâ, existimat, nullus dubito. Et Agrippinæ umbra, ex receptâ de vindictâ divinâ sententiâ, apud Senecam^d, ultrix Erinnys impio dignum patrat Letum tyranno. Innumera sunt ejusmodi alia. Et Gentilium heic sententiam maximè scimus, tum exegrediâ illa Plutarchi de his, qui serò à Numine puniantur, dissertatione, tum philosophiâ apud

¹ L. 95. 81.
² char. D. sit.
de solus. Cf.
liberas. 5. 4.

^x Aeneid. de
Cato lib. 1.
sect. 22.

^c Metellum a-
pud Agelliū
lib. 1. cap. 6.
infine.

^d In Octavia
ad. 3.

Hieroclem Pythagoricâ, Platonis Phædone, Phædro libris de Republica^c, & de Legibus^f, ut quamplurima de Adraſtea, Nemesi, Minoe, Rhadamantho, Eumenidibus, Tartaro, aliis, nunc ad mortuorum, nunc etiam ad superstitionem delicta, & scelera, atq; poenas eo nomine à Diis irrogatas attinentibus, quæ apud Tragœdos, aliosque passim occurunt, prætermittamus. Vide in primis, quæ ea de re ex Græcis

^b Eccl. Phy. collegit Joannes Stobæus^g. Neque erat sanè, quod Jurisconsultus
fīc. lib. 1. cap.
^c Sermo-
me 15.

^d Franciscus
Contra Iu-
ris Civilis L.
z. cap. 3.

Cæsareus Clarissimus negotium sibi de obligatione Naturali facessens negaret, eam, si naturam vocabuli spectemus, rectè appellari Obligationem, Quia tum demum verè, ut inquit^h, est hujusmodi, cum necessaria est, & in invitum satis habet firmitudinis. Quam ei inesse negat, quippe cui deest Civilis coercitio ac poena. Etenim tametsi in invitum non habebat satis ex jure Civili, seu in Civili foro firmitudinis, modo nihilominus, quem memoravimus, eoque Paganorum sententiae de poenâ violationi imminentे receptissimæ per quam consono, firma habebatur planèque Obligatio. Quemadmodum & apud Christianos, tam Obligatio solius Conscientiae, quam Civilis firma habetur. De Obligatione Naturali, quam propriè sic dicta verè obligare statuerunt veteres, veluti in exemplis allatis, aliiisque id genus, semper loquimur, non de Obligationis Naturalis vocabulo per abusionem interdum usurpatō de eo, quod naturā quidem honestum est, nec tamen interim debitum nuncupandum; velut beneficio vicem rependere, etiam & beneficium ritè collocare. Cujus generis esse quamplurima, nemo non videret.

^e Vide si Hn-
gen. Grossum
de Iure Belli
ac Pacis lib.
z. cap. 4. §. 6.

Atque distinctio hæc in primis est heic advertenda. Ex inducto, juxta jam dicta, qualicunque jure Obligativo, Actus, quotquot eorum, quos ante omnino liberos, seu omnimodo & Jussu & Interdicto solutos, in libertate absoluta, notionis causâ, supposuimus, nuncre stricti sunt, in Malum culpæ, seu Turpejuxta constituentis, quisquis ille fuerit, mentem transeunt; tum existente inde Obligatione ad id, quod sive Jubetur, sive Veratur, secundum constituentis itidem mentem, nomine Boni ac Honesti, ut dictum est, ex officio Observandum, & ad Violationem, nomine Mali ac Turpis, Fugiendum; tum Violationi imminentē Malo Poenæ, non sub ratione Damni tantum,

tantum, aut Incommodi (quo nomine veniunt qualescumque molestiae, seu infortunia) sed etiam sub ratione Meriti, quod respectu Violationis, seu non servatae Obligationis, id est, Culpæ, sequitur, irroganda. Nam ex ratione, & essentia Poenæ propriæ dictæ est, ut pro peccato ^k seu culpâ aliquâ impendatur, idque sive ea Satisfactione ^{D. Augus.}
Retract. lib. 2.
c. 9. 8. Thom. dicatur, sive Expiatoria, sive Purgatoria, quemadmodum Satisfactionis, Expiationis, & Purgationis ipsa, aliaque ejusmodi satis in- ^{1. secundo}
quasi. 87. 87. dicant nomina. Omnigena enim est partim saltem Retributiva, ^{7.}
8. Thom. 2. tametsi simul etiam fuerit Medicinalis, ut in scholis loquuntur, seu ^{2. secunda quæ}
66. art. 6. ad emendationi sive ipsius peccantis sive aliorum adhibita. Neque sa- ^{secundum eum}
ne Platonicum illud, Neminem m' prudentem punire, qui a peccatum est, sed ne peccetur, verum satis esse potest, nisi intelligas excessum ^{108. art. 3. Cf.}
4. Seneca de quidem modosque, & temperamenta poenæ singularia ejusve singu- ^m
Ira cap. 15. lares species, quæ tales, veluti capitalem, corporalem, pecuniariam ^{Lactant. de}
(quæ etiam perquam diversimodè se habent) variatim apud homi- ^{Ira Dei cap.}
nies, & lege præstitui, & infligi tantum ne peccetur, seu emendationi 18. Cf. place
societatisque publicæ inde conservationi, pro alia atque alia perso- ^{lib. 11. de le-}
narum, locorum, temporis ratione adhiberi aptarique. Sed verò & quæ ^{gib. D. An-}
species has, quæ Poenæ universim dictæ genere continentur ejusve ^{Dei lib. 21.}
naturam induunt communem, atque ira ipsum, qui jus violavit, re- ^{cap. 13. Ad-}
spiciunt, non solum ne porrò peccetur, sed & quia antè peccatum ^{de Hugonem}
est, & promalo actionis præteritæ irrogari. Exempli causâ; Fur- ^{Grotius de}
tum capitali interdum, interdum corporali, pecuniariâ interdum pœ- ^{Iure Belli ac}
nâ lui scimus. Poena, qualibet hac in specie, quæ generatim poena ^{Pacis lib. 2.}
est, planè est Retributiva, seu nomine Meriti irrogatur, & quia pec- ^{cap. 20. 5. 4.}
catum est. Quatenus autem hæc vel illa species singularis præstitui- ^{&c.}
tur infligiturque, Medicinalis est; juxta legislatoris scilicet arbitrium, quo sive excessum necessarium, sive temperamentum satis
idoneum emendationi, ac societatis publicæ conservationi fore, is
statuerit. Formalis enim poenæ causa certè in hoc maximè con-
sistit, quòd sit *μηνεία*^a, seu *vindicta*, atque satisfactoria, seu purga- ^b Vide sic A-
toria, seu expiatoria aliterve scelus, seu peccatum commissum respi- ^{petitum lib. 6}
ciat, unde & poenæ rectè dicuntur interdum λύσις *μηνεία* ^c ex- ^{cap. 14.}
Arystot. Po-
piationes seu liberaciones à lege præstituta, quod nomen planè id, ^{lsic. 2. cap. 2.}
&c.

quod commissum est, non emendationem futuram, quæ in finalibus tantum poenæ causis habetur, respicit. Atque hac de re etiam plura' mox. Actus autem Residui, seu qui in Jussis, qualia diximus, Interdictive non continentur, adiaphori fiunt, seu permittuntur. Atque ad hos etiam ex inducto, quod ad alteros illos spectat, Jure Obligativo, tam spectat jam P E R M I S S I O atque Jus Permissivum, quam ad istos Obligatio seu Obligativum Jus. Nam prescriptum Jus Obligativum ex ipsius constituentis autoritate (cujus sanè in absolutâ, qualem supposuimus, libertate ratio, nomine ejusmodi, haberi nequit) tam actus residuos, seu ad quos nolit ille Obligationem attinere, Permissos designat, seu licitos esse indicat, quam alteros istos pro Juris superinducti formularum discrimine illicitos. Ita fermè, quennadmodum perpetuus limitis in finibus regundis distin-
minantis rigor indicat tam extraclusam, quam assignaram agri partem, seu ut diameter seu linea, sive segmentorum, sive sectorum circuli utramque pariter, quæ circumiacet aream arcuisque divisos. Nec magis in Actibus, qui Juris sunt Obligativi, poenæ violationi imminentis seu meriti, adeoque ad officium ex imperato præstandum Obligationis ratio habetur, quam in actibus Juris Permissivi, quoties nimurum licitum, ac illicitum, seu Jus consideramus, habetur ratio Permissionis, id est, Obligationis nondum præstitutæ, adcoque Poenæ absensis. Ubicunque autem desunt hujusmodi rationes, Juris ullius propriè dicti, scilicet quod liciti, atque illiciti, justi ac ini-
qui amissis aliqua mortalibus esse possit, nomini locus, opinor, ex-
 cogitari quidem nequit. A C T U S demum omnimodi, sive Ho-
minum, sive Brutorum concipi etiam possunt, aut quatenus ex Vo-
luntate, Appetitu, seu naturæ propensione tantum emanent, atque,
sive utilitatis solum, sive delectationis causâ à singulis sic, sive fiant,
sive omitrantur, aut quatenus ad eorum: alios, Boni ac Honesti, ex
Officii Debitione, non permittendi nomine, præstandos servandos
que juxta jam dicta obligentur, ad alios itidem ex debitione pariter
fugiendos, nomine Malii ac Turpis, poenâ meriti nomine contrâ fa-
cientibus adjectâ expectataque, adstringantur; Residuis interea ex
ipsius Juris Obligativi amissis indicatione omnino Permissis. Jam
verò

verò hisce sic breviter oftensis, nemo non videt modo quidem priori Aëtus humanos, atque aliorum simùl animantium invicem esse non raro persimiles, atque eiusdem generis. Quales sunt, nunc Sexuum conjunctio, nunc Coelibatus, seu coniunctionis ejusmodi abstinentia, fœtus educatio, tutela sui, damni illati ultio, cædes matruæ; qui utrisque sic interdum communes, quatenus singulis, sive Utiles tantum sunt, sive tantum Jucundi, nullâ, ex officio præstituto, sive Obligationis sive Permissionis, qualē diximus, nedum Pœnæ, velut meriti, ejusve absentiae ratione habitâ. Ceterum modo secundo, quā, sive ad dictorum actuum aliquos, sive ad alios, sive nomine ejus, quod ad juris undecunque superinducti mentem Bonum est, ac Honestum, officii, ac obedientiæ debitæ nomine præstandos & sequendos, sive nomine ejus, quod Malum est & Turpe, pariter fugiendos, Obligationis aliqua, atque Pœnæ; seu Permissionis ritè (juxta jam dicta) habeatur ratio, nihil eis inesse volunt Ebræi Brutis cum Hominibus commune. Id quod satis cernitur ad Legem illam;

*Vir p qui posuerit concubitum suum cum Bestiâ, interficiatur, & Be- L. 4 ff. 20:
stiam quoque occidetis. Mulier verò qua accesserit ad quamcun- 15. & 16. cap. 18. 23.
que Bestiam, & succubuerit ei; occides mulierem atque bestiam. Mor-
te interficiantur. Sanguis eorum sit super eos. De Bestiis omnimo-
dis, tam feris, quam cicuribus, etiam de avibus, legem hanc indiscri-
minatim capiunt. Quemadmodum & in Jure Cælareo, ex lege si
quadrupes pauperiem fecerit, actio utilis competit, etiamsi non q' L. 4 ff.
quadrupes, sed aliud animal fecerit. Quin & bestiam lapidandam quadrupes
(nam de lapidatione mortem, quæ hæc innuitur, intelligunt) sine pauperiem.
Genuar. Ba-
ullo ætatis sua discrimine, quod tamen observandum in utroque bylon. ad tit.
sexu humano, volunt; adeò ut, si puer novennium non excederet, Sanhedrin. c.
aut puella non triennium, neque ipsis, neque bestiæ qualiscunque 7. fol. 54. Eg
ætatis, ex hac lege mortem infligendam aiant. Nam ante homi- 55. Masmo-
num ætatem illam, coitum in lege interdictum, nec fieri admittunt. Ituri Bia cap.
Non minus quidem bestiam quam hominem, sive masculum, sive 1. Moys. Ma-
fœminam, è medio tollendum vides. Sed homini mortem; ob ju- horza Pra-
ris, cui obstrictus est, violationem, pœnam heic faciunt, non itidem copr. negari.
bestiæ; tametsi etiam jus violatum ipsum esse hominibus Naturale,*

scu perpetuò universale, quo cuncti tenemur, non dubitent; qua de
 1. re in sequentibus¹. Cum verò, nefando commisso scelere, non so-
 lum personæ ipsæ, quæ rex sint, ex lege interdùm aliàs puniantur,
 verùm & res etiam inanimatæ in loco sceleris commissi repertæ ex
 eadem lege sint igne comburendæ simul cum brutis, quod tamen,
 nec in horum, nedum illarum poenam, præstituitur (nam in illis ne-
 singi quidem potest obligatio, aut juris sive violatio, unde poena se-
 quatur) sic in exemplo hoc de bestia, quacum concubuerit homo,
 occidendâ, rem definiunt. Nempe quemadmodum urbis apostas-
 iæ rex non solùm incolæ, utpote apostatae, gladio erant ob scelus

² Deuteronom. admissum plectendi, sed etiam jumenta² ac pecora gladio itidem
 13. 15. & 16. delenda, & bona cetera comburenda, uti pariter Cananæorum scul-
 " ibid. 7. 5. ptilia³ & luci diis Gentium dicati, idque non ob culpam ab jumen-
 & 25. & 12. tis aut pecoribus, nedum à bonis, sculptilibus & lucis admissam, sed,
 ut ab apostasiâ, etiam bonorum amore, posteritatis gratiâ, ducti ma-
 gis deterrentur aliarum urbium Cives, scelerisque, tum memoria,
 tum novandi ejus, quantum fieri potuit, ansa demeretur; sic etiam

³ Gemar. Ba- bestiam ex lege jam allatâ è medio tollendam volunt, tum ratione⁴
 bylon. ad tit. Sanhedrin. c. 7. fol. 55. a. hominum atque exitii, in quod per eam incurret forsan
 homo cum ea concumbens, (nempè ne conspecta alium quempiam
 in nefandam libidinem fortè irritaret) tum ratione קָלְוִי⁵ seu ignomi-
 nia, quæ hominis, postquam pœnas luerat, nomini, quoties ante ocu-
 lo bestiam haberet vulgus, necessariò rectudesceret. Ratio autem

⁷ Tir. San- jam adducta utraque legitur in Misna⁶; אַת אָדָם חֲתָא בְּהַמָּה מֵה
 hedrin cap. 7 החטא אלא לְפִי טבאות לאדם תקלה על יְהָה לְפִיכָךְ אמר הכתוב
 חיסקל ר' לא טלא תחא בהמה עזבורה בשוק ויאמרו זו היא טנסקל פלוני
 Licet peccaverit sic homo, quid peccavit jumentum? Ce-
 terum quoniam evenit homini offensio per eam, atque exitiis

⁸ Pesiktha causa, ideo dicit Scriptura lapidandam eam esse; seu, ut vo-
 Zoterha fol. lunt etiam, ne, quum Bestia per plateas agitur, dici vulgo posse;
 26. col. 2. & Vide si Glos. hec est Bestia illa cuius causâ lapidatus est N.N. Alibi item⁹;
 מפנִי מה אמרה ה תורה להרוג את הבהמה טלא תחא בהמה עזבורה
 Legistic. 20. 15. & Baala- quamobrem precipitatur ruchim¹⁰ in legi etiam bestiam (quacum concubuerat quis) occidendam esse?

Nec

*N*e eā per plateas transeunte dicant homines, *Hac est bestia, cuius causā aut propter quam lapidatus est N. N.* Quod ad hominis plexi ignominiam attinet. Interdum etiam bestiam ex hac lege occiden-
dam aiunt^a, in poenam domini, quia majori eam diligentia non custodierat. Adeò ut poenam ob jus aliquod violatum ad bestiam attinere nequit, ulla tenus admittant, nec jure aliquo eam teneri. ^{Maimonides in More Nebochim part. 3. c. 40.}

Unde etiam evenit, ut extra legem illam Israëlitis, in poenæ genere præstiuendo ac bestiā lapidandā, civilem (tametsi interea circa juris illis planè Naturalis caput versaretur) bestiam, quacum ejusmodi commissum est scelus, occidi noluerint, nec, quantum video, aliud quid pati, quod poenam simulet. Scilicet de Noachide seu Gentili, qui eorum reipublicæ Pars, seu Proselytus Justitiæ nondum factus apud eos reus heic esset, aiunt ipsum quidem ultimo supplicio ob jus Naturale, seu Noachiārūm sic violatum puniendum esse, non verò bestiam occidendam; quippe quæ juris violati rea esse nequivat. Nec rationes jam antè memoraras, ac legi sibi Civili proprias ad jus Noachiārum seu Naturale spectare censebant. Maimonides^b de Halach. Me lacim cap. 8.

הוּא נָהָר לְבָרוֹ וְאַנְהָרָג אֶת הַבָּהָמָה לְאַנְחָח ipse solus est morte affiendus. Neque enim bestia occidenda. Etenim praeceps de bestia occidenda Israëlitis solum civile est. Qua de re etiam D. Augustinus^c, In Lætitia. 19. quæst. 74. & apud Gra- modo locutionis, qua Gracè appellatur Metaphora, ab animali ad inanimale? sicut dicitur improbus astus, vel iratum marc, ira & heic translatum est rationale ad irrationale? Nam Pecora inde credendum est jussa interfici, quia tali flagitio contaminata refricant factū memoriam. Ipsam de Ignominia, Magistrorum rationē jam ostensam indicat; poenam aut culpam in pecore non agnoscit. Consoni sunt D. Thom. 1. secunde qu. D. Augustino Radulphus Flaviacensis, Lyranus, præter Theologos 105. art. 2. ad recentiores passim. Nec aliis quidem est Philonis^d sensus, ubi ratio- II. &c. nūm, quas de pecore heic occidendo afferit, primatim facit ὅτι τούτους γεν. speculatōs οὐδέποτε τονίσματα quoniam probris seu facinoribus hujusmodi ne- de Adulterio fandis operam dedit. Neque enim ex culpæ merito id dictum est, dicitur. Homeric. seu ex

scu ex jure à pecore violato, sed ex eo quod tam infame ex hominis scelere pecus redditum sit iuxta quidem jam memorata, quemadmodum, quæ ibi sequuntur, etiam apud Philonem fusiùs ostendunt.

¹ Exod. 21. 28. Simile dicendum de bove cornupetâ^f, qui hominem occiderat. Lapidandus quidem erat. At non juris ab eo violati nomine, sed aut ideò ne quid, hominis causâ, denud ab eo parile fieret, aut ut dominus in re sua puniretur, quia negligenter custodisset. Maimonides^g,

הַעֲתָה הַבְּהִמָּה נָהָרָת כְּשַׁתְּרוֹג אֶתְנָה לְקֹחַת דֵין נָכָנָה כִּמו שִׁיחָיָקוּ עַל יָנוּ הַצְדָּקָה אֶבֶל הוּא לְקֹחַת הָרִין מִבְּעָלָה וּמִפְנֵי זֶה נָאסר לִיְהֻנּוּת בְּבִטְחוֹת מִפְנֵי טִיפְלוֹג בַּעַל הַבְּהִמָּה לְשָׁטוֹמָה

^{Quod Bestia occidi debuit,} quando Hominem interficiebat, id non siebat ad pœnam ab illa exigendam, quemadmodum improperant nobis Zaduc ei, sed ad pœnam exigendam à Domino. Atque inde erat, quod prohibebatur ei usus carnis bovis hujusmodi, ut scilicet etiam Boum domini majorem in eius

² Archael. & custodiendus diligentiam adhiberent. Et Flavius Josephus^h; Lapidetur, inquit, bos μὴ δὲ εἰς τροφὴν ἐχεται εἴναι κατηγορεῖται quem nec in alimentum sumi (unde scilicet in domini commodum cederet) aquum existimabatur. Legem de bove cornupeta, etiam bestias ceteras, feras, volucres, quoties in cædis humanæ causâ essent,

Neque erat, qui tantas potuit componere lites. Sectæ erant per quam multiplices, & tam foecunda dogmatum seges, ut philosophia, quæ accuratissimâ, pro disquirentium viribus acingenio, ratione nitebatur, ad CCLXXXVIII sectas, non quæ jam essent, sed quæ esse possent, adhibitis quibusdam differentiis, facilimè perveniret, quod observavit olim togatorum doctissimus Varro ^q. Et philosophiam ipsam de veteribus illis adeò, dum suis singuli rationibus, veluti veris & cogentibus subnixi, eam sibi solum cessisse ostentabant, dissidentibus conquerentem eleganter inducit Boëtius. Epicureum, inquit ^r, vulgus

vulgus ac Stoicum ceterique me reclamantem renitentemque velut¹ in partem præda trahebant, & vestem, quam meis texueram mani-piscis Pyr-bus, disciderunt, abreptisque ab eapanniculis totam messib[us] cessisse cre-
 dentes abiēre. In quibus, quoniam quadam nostri habitus Vestigia² 24. &³ 25. &
 videbantur, meos esse familiares imprudentia rata, nonnullos eorum aduersi. Ma-
 profana multitudinis errore pervertit. Ita qui ex professo Principia⁴ 10. Epiba-
 bene vivendi universalia quæsierunt, in diversissimas abiēre senten-
 tias, suas singuli optimas judicantes; aliorum ferè sive damnantes si-
 ve reprehendentes. Quid quod nonnullis etiam majorum gentium⁵ Diogenes
 Philosophis adeo singularis heic erat ratio ejusque usus, ac dictamen⁶ Laerti. in Gi.
 (nam de pravitate locus hic non est dicendi,) ut quædam certe ra-
 rò apud homines non pro Juri Naturali planè adversis habita,⁷ Hesychius Il-
 omnino ex eodem jure permisā ac probata esse auderent asserere. piphanus in
 Sic Zenoni & Chrysippo, quemadmodum etiam Persarum Magis,⁸ Comp. de Fide
 μηρομητία seu concubitus maternus, atque etiam filiæ, uti & masculi⁹ Carbolica.
 li licitus¹⁰ habebatur; ut Theodoro philosopho¹¹ Furtum, sacrile-¹² D. de
 gium, adulterium. Quæ tamen Ulpiano¹² Jurisconsulto, qui nec¹³ Minutius
 Christianus, aliisque paganis naturâ turpia expressim esse dicuntur. Felix in Orla.
 Theodorus etiam & Diagoras Melius aliquique satis celebres, nullos¹⁴ De Repu-
 Deos asseverando, timorem omnem, quo Humanitas regitur, vene-¹⁵ blic lib. 5.
 rationemque penitus¹⁶ sustulerunt. Hisce adjice Platonis, philoso-¹⁷ Epiphanes
 phorum cunctorum divinissimi, uxorum communionem¹⁸, coitum pudclement.¹⁹ Alexander.
 fermè promiscuum, aliorum²⁰, rerum universarum perpetuam velut²¹ Laerti. in
 ex lege imperante communionem. Accedant Archelai²² item, Ari-²³ Sita ejus.
 stippi²⁴, Carneadis²⁵ placita, quibus nihil omnino ex naturâ Justum²⁶ Idem in Gi.
 admittitur, sed omnia, quæ illa induunt nomina ex legibus scriptis,²⁷ Laertii eti-
 hominumque arbitrio, aut utilitate pendunt. Alii etiam tantum-²⁸ tam capite proxime su-
 dem²⁹ acriter propugnârunt. Quin & id genus innumera alia, pro-³⁰ periori.
 diversissima disquirentur ac docentium ratione, in veterum scriptis³¹ Callicles a-
 occurunt. Personat quidem ubique ὡροῦ ἐστὶν λόγος ὁ ὄρθος lex, pud Platone³²
 maximè naturalis, est recta ratio, in quod unanimes satis consen-³³ Aris. Elench
 tiunt, etiam qui de recta ratione immane quantum, sicut de gustu so-³⁴ lib. 1. cap. 12.
 lemus, interim dissident. Perinde ac si de mensura nomine ratione de Re-³⁵ & Vide Pla.
 quidem tenuis, veluti pedis mlnæve, satis essent concordes, de publica lib. 2.³⁶ ubi de Gygiis
 M utrius-annulo.

utriusque interea quantitate mirè discrepantes. Et sanè ubi verbis etiam expressissimis pro firmamentis, quibus innitantur homines, præcepta atque interdicta sive à Numine, sive à Principibus, sive ab aliis, qui rebus præfunt, conscripta habentur, in horas inibi etiam videmus non sine ingenti Rationis, tametsi habeat ea ibi palam quo subnitatur dirigaturque, usus discrimine in alias atque alias, imò ceterrimè in contrarias discdere sententias interpretes, utcunque pol-

^{• In Phædro} lentes admodum ingenio. Summa est, quod habet Plato^c; ^{Et Gidephis} S o c. ^{Galen. de} Cum quis Argenti, aut ferri nomen protulerit, nonne universi idem ^{Hippocratis} intelligimus? P H A E D. Id verum quidem est. S o c. n d' ὅταν δι-^{Et Platonis} placitus lib. καί γε η ἀγεθή; τὸν ἀλλοτρόφετην Ε αὐτοφιστέρῳ διάλογος π 9. cap. 2. Ε ίμεν αὐτοῖς; Quid vero cum Iusti aut Boni nomen usurpaverit, nonne alius alio fertur, & tum inter se ipsi & à nobis metipsis dissentimus? Alii etiam omnia ita in dubio posuere, ut assensum perpetuò retinerent. Veluti Pyrrhonii, Sceptici, id genus alii, qui sta-

^{* In Veterum} ^{antiquorum} Rationes (ut de eis Lucianus^f) trutinantes, indeque ponderis æquals esse comperientes, Veritatem nullibi haberi existimarent. Se-
Etis suis scilicet adeò addicti, ut nec communibus, quæ sic dicuntur, notionibus, cum aliis, crederent. Cautius igitur utendum est, nec temerè innitendum liberrimo, ac simplici solùm Rationis disqu-
rentis usu, qui adeò multiformis, atque etiam ita in incerto passim est positus, ut quod alteri maximè, in hac potissimum indagine, sive pro Principio evidentissimo, sive pro Conclusione principio non impari habitum est, id alteri, nec imparis ingenii, planè rejiciendum ac falsissimum, aut pro vero saltem non admittendum non raro vi-
sum fuerit. Nam sic crebrò evenisse apud illos disciplinæ Heroas, qui de Boni ac Mali, Turpis & Honesti Naturâ, libero, nec aliunde coercito rationis usu disceptârunt, nescit nemo eorum scriptis par-
lò versatior. Unde est quod de Gentium philosophia Tertullianus,

^{¶ De Anima} ^{cap. 2.} id est, de rationis, quæ Rectæ nomine ostentari passim solebat, usu, nihil divinæ, inquit^g, licentia servat, Leges Natura Opiniones suæ facit, quibus si Scholarum, ac Sectarum spectes varietatem, nec incertiores, nec invicem magis adversas ullas in re compieres. Quod vero ad Obligationem hec attinet, quæ velut juris est anima; Homines,

mine, in rem quæ præ manibus est, considerari possunt, aut quatenus ipsi universi æquales naturâ (citra scilicet Imperiorum ac Regum publicarum constitutionem) philosophis^h ac Jurisconsultisⁱ habitus sunt, aut quatenus in unicam coaluisse societatem Civilem seu ^jArif. Pol. cap. 32. ^kV. p. l. 32. ^lD. de dñ. r. f. ^mReg. Juris. quæ in plures Gentes seu Imperia distribuuntur, capite considerantur proximè superiori. Quatenus homines universi æquales naturâ quomodocunque habitus sunt, seu ut singuli tantum considerantur; concedatur si placet, non solùm philosophos, sed etiam homines universos ita solo ac simplici, qualem diximus, Rationis usu in Honesti & Turpis definitionem aliquam rerumque singularium, quæ sub eis nominibus veniunt, designationem consensisse, eamque planè Naturalem esse, opinatos, adeò ut nec sententiarum discriminem restaret ullum. Scilicet ut hoc rectius intelligatur, singamus cum veteribus aliquot^k, tempus quoddam fuisse, cum in agris homines paucissimi bestiarum more vagabantur, & sibi victu ferino vitam propagabant nec ratione animi quidquam^l; sed pleraque viribus corporis administrabant. Atque ferinam hanc vivendi libertatem diligentiori Rationis tandem usu, coque simplici nec superioris autoritatem omnino respiciente sigillatim ductos fingatur eos exuisse, ac unanimes, nec tamen ab æqualitate recedentes, vitae secundum Juris qualiaunque, Naturalis nomine, capita formulæ in posterum retinendæ nomina dedisse. Ar quid cedò hoc simpliciter ita sumtum ad Naturalis Obligationis seu Officii debitio[n]is non violandæ, atque Permissionis sive Causam sive Effectum propriè, juxta capite quarto ostensa, dictum^m aut ad naturalem Licitu[m] atque Illicitu[m] disternitatem? Quale de constitutione atq[ue] observatione Gentium sui seorsim planè singularium juris invicemq[ue]; æqualium capite dicitur superiori, tale etiam heic de philosophica observatione seu scholastica, ut cunq[ue]; universali, ex nudo rationis liberae, sine expressissima præeunte autoritate, usu nata est pariter dicendum. Quin Ratio, quatenus talis solùm & simplex, suadet & demonstrat, non jubet aut ad officium, nisi superioris eo, qui jubetur, accedat simul autoritas, obligat. Quod legis datæ proprium est. Alterum hominum sic singulorum parisque invicem

invicem juris ex alterius solummodo Ratione, seu unum aliquem
L. 51 D. 11. sive ex sua (neque enim imperare sibi, neque se prohibere¹ quisquam
de Receptis
qui arbitrii. sive è ceterorum omnium sic obligari, aut juberi, ut suam pro-
ut sibi ex arbitrio videbitur, idcò duntaxat rationem ac sententiam
etiam in contrariam postea mutare nequeat, ne admitti quidem po-
test magis atque ceteros universos ex ipsius unici sic obligari. Nam
undenam Obligationis causæ reperitur disparitas, ubi universi, ut
diximus, habentur pariter sui juris & æquales nec in civile aliquod
corpus sociati? At verò universos illos etiam, id est, totam gentem
Humanam in civile corpus fingatur coaluisse; ac dealiqua non so-
lum vivendi, sed etiam imperii formula consensisse, adeo ut jam
inter eos, Principes subditis præfessent, pœnaræ insuper jus, quod sic ex
nuda natum eis est ratione, violantibus præscriberetur. Certè nisi
superior etiam & heic accedat autoritas atque jus, ratione qualicun-
que singulorum superius, quo fides sic inita servanda, quo Principi-
bus parendum, quo pactis standum, quodemum universi simul, ut
vinculo singulorum arbitrio, ac vaga ratione pollentiori, constrin-
gantur; quifcier potest, ut Naturalis aliqua, aut quæ à singulis, pro
libitu & variante ratione, naturaliter solvi nequeat, Obligatio refra-
getur, quo minus à fide, imperio, pactis, pœnarum præscriptione,
omnibus tandem in quæ sic consenserint, liberè quisque & pro ar-
bitrio recedere queat? Quæ scilicet Turpe & Honestum, Licitum at-
que Illicitum, Officii debitonem & Jus, non per homonymiam ut
assolct, Utile & Inutile, aut Vim Obligatio spectat, quod semper heic
advertisendum. Ut enim paris in parem imperium esse nequit, ita
nec qui pares fuerint, ii ex jure aliquo sibi inter se prescripto, officiis
que debitonis inde solùm nomine, adeò impares fieri possunt, ut cui-
libet nihilominus eorum non sit societati, quam inivit juriique, in
quod consensit, par renuntiandi semper libertas, nisi velut ab ex-
terno seu aliunde, quam à se ipsis accedat simul quod Pacta, con-
venta deditiones, Jus illud & officiis, & quæ cetera sunt, quibus so-
ciates humanæ, respubliæ atque imperia nasci conservarique so-
lent, obligando, cum imperio, firmet.. Incoibiles planè alioquin
sunt invicem Homines, dum Jus tantum & Obligationem commu-
nem ut

nem ut heic spectamus. Quin & in quicquid simul Omnes etiam se obligari quacunque ratione velint, eo pariter & Omnes se solvere ritè posse nemo videt, nisi etiam superior aliqua homine autoritas ipsos ita velit manere obligatos. Rem se aliter habere, sive de hominibus singulis sui pariter, ac seorsim juris sive de eis in corpus civile sociatis loquamur, ne facilius quidem potest excogitari, quam Duabus lineis rectis, sine Alia, quæ utramque pariter terminet, spaciūm qualemque comprehendendi, aut Extrema invicem continua fieri sine Medio, quo conjungantur, aut demum Numeros, qui Pares sunt, sine Unitatis aut Imparis velut ab externo adjectione, crescere posse in Impares. Unde etiam evenit, ut in Paganorum disciplina veteri, nec Diis ipsis obligatio aliqua ad pactum promissumve servandum, qualē scilicet ritè satis violare nequirent ipsis, superinduceretur nisi palude Stygia, superioris in hanc rem Numinis nomine, invocata^m;

Dii cuius jurare timent & fallere numen.

Ambrosiæ item & Nectaris Deorumque consortii interdictio temporalis, pro poena violationi immittebat. Ne quidem inter Deos supremos Obligationem invicem admittere quibant circa Numinis ipsis supremis superioris fictione. Qualisnam autem revera fuerit atque undenam petenda Juris Naturalis Obligatio (quæ etiam jura omnimoda Humana, quæ positiva sunt, consequenter firmet) capite sequenti ostendetur, ubi, quæ huc itidem attinent, alia habentur.

*Hesiod. in
Theogon. Ho-
mer. Odys. 5.
Virgil. Aeneas.
necd. 6.*

C A P. VIII.

*Ex Naturæ Parentis seu Numinis sanctissimi Imperio atque Indicatione orta
bominibus esse Jura Naturalia seu Universalia, cum Philosophis aliquor, pa-
tribus Christianis, & Iuris consultis etiam nonnullis Cæsareis, statuere E-
braeos. Et de Obligationis inde a Permissionis ortu, ac effectu.*

Planè igitur rejecto, in disquisitione de Jure Naturali in-eunda, Animalium aliorum usu, nec aut Gentium quantumvis usitatissimis Moribus aut Solâ, ut dictum est, Ratione humana, eorumque opinionibus & con-
M 3. sensu

sensu ex ratione ejusmodi per se nuda ac simplici pro amissi seu mensura ritè heic judicandi definiendique admissis; restat ut de quarto illo modo, quo Jura Naturæ indagantur, & designari velut à Causa efficiente solent, videamus. Id est, de Naturæ Parentis seu Numinis sanctissimi Imperio, Autoritate atque indicatione. Nimirum docent, tum Philosophi magni, tum Patres Christiani, quemadmodum etiam Jurisconsulti nonnulli expressim, Deum, ut Naturæ Parentem universique Rectorem, hominum animis inservisse, indicasse, imperasse, alia quædam, sigillatim etiam designata, Boni & Honesti nomine observanda, alia similiter nomine Mali ac Turpis perpetuò fugienda, atque inde conflari jus Naturale seu ejusdem velut in ursum corpus partes coalescere singulares. Atque ex hisce solùm qualiscunque intercà pullulaverit è nudo rationis humanæ usu ac operatione absque admissa ejusmodi insitione, indicatione atque imperio, Sententiarum seu Opinionum seges) Obligationem eam, quæ Naturalis est, uti & Permissionem pendere. Adeo ut alia eosque Turpia esse, alia eosque Bona & Honesta illinc designentur, ut ex imperio Naturæ Parentis ejusque autoritate, quâ universi obligamur, sic nunquam esse desinant, atque insuper poena consequatur Violationem ejus, quod ita ex imperato observari debeat, uti & Observationem præmium. Quod ad Philosophos attinet; Hanc video;

De Legibus inquit Ciceroⁿ, Sapientissimorum fuisse sententiam, legem (De Naturali planè loquitur, è qua ceteras, quocunque designentur nomine, pendere cunctas, nec immerito voluit; qua de re etiam plura mox) neque hominum ingenii ex cogitatam, neque scitum aliquod esse populorum, sed aeternum quiddam quod universum mundum regeret imperandi prohibendique Sapientiā. Ita principem legem illam & ultimam, mentem dicebant omnia ratione, aut cogentis, aut vetantis Dei. Et paulò post; Nec si regnante Tarquinio nulla erat Roma Scripta lex de Stupris, iccirco non contra illam legem sempernam Sextus Tarquinius vim Lucretie Tricipitini filiæ attulit. Erat enim ratio profecta à rerum natura, & ad recte faciendum impellens & à delicto avocans, que non tum denique incipit lex esse, cum scripta est, sed tum cum orta est. Orta autem est simul cum mente

mente Divina. Quamobrem lex vera atque Princeps apta ad iubendum & ad Vetandum ratio est recta summi Iovis. Idemque alibi^o, Est quidem vera lex, recta ratio Naturae congruens, diffusa in omnes, constans, sempiterna, que vocet ad officium iubendo; vetando à fraude deterreat: que tamen neque probos frustra jubet aut iustum lib. 6. vetat, nec improbos iubendo aut vetando moveret. Huic legi nec pro-^{cap. 8.} pagari fas est, neque derogari ex hac aliquid licet.¹ Neque tota abrogari potest. Nec vero, aut per Senatum, aut per populum solvi has lege possumus. Neque est querendus explanator, aut interpres ejus aliis. Non erat alia lex Romæ, alia Athenis, alia nunc, alia posthac. Sed & omnes Gentes & omni tempore una lex & sempiterna & immutabilis continebit, unusque erit communis quasi Magister & imperator omnium Deus. Ille legis bujus inventor, disceptrator, lator, cui qui non parebit ipse se fugiet & Naturam hominis aspernabitur. Hoc ipso luet maximas pœnas, etiam si cetera, que putantur, effugerit. Et Hesiodus^P:

τὸν δὲ αὐθεώπιον νόμον δίταξε Κρονίων

^P In Egy. ^{Egypt}
Gedesis Cle-
ment. Strom.
a sub finem.

Legem Hominibus constituit Iupiter, seu Naturæ rector. Et secundum Deum vivere & Deum sequi idem non raro habetur cum eo quod est vivere secundum Naturam, etiam & secundum Rationem, apud Ciceronem, Senecam, Plutarchum, alios. Unde cum Hierocles in egregio illo ad carmina Pythagorica commentario, de eo, quod est Rationi parere, verba facit, Λόγῳ δέ ορθῷ, inquit, πείθεσθε Θεῷ, τωντὸν ἐστι. τὸν δὲ λογικὸν δύνατον τὸ οἰκεῖας ἐλλάμψεως τῶν βελετῶν ἀδιάθετον θεῖον ορχίδην νόμον. Εγίνεται σύμβιφθεῖον οὐκ ητεῖον Θεοὺς Διοχετεύοντος φυχὴν, Επειδὴ τὸ θεῖον Επειδὴ λαμπεῖν διποθλέπυσσα περιττή ἀδιάθετην. Est vero idem Rationi recte parere atque Deo. Natura enim, que rationis est particeps, illuminationem sibi sortita, ea amplectitur, que præfinivit lex Divina. Nec discrepat à Dei sententia animus, qui secundum deum se habeat, sed divinitati atque fulgori (à quo illuminatur) intentus ea facit, que facit. Adeò ut Deum ipsum, quatenus indicando rationi imperat, seu imperando indicat, ἀπε μονῆς τῶν καλῶν σδῆμης velut solius bonorum, seu officii debitionis, adeoque obligationis, mensura seu amissis nomen habere etiam

etiam velit. Illinc est quod passim Jura Naturalia seu omnium hominum communia interdum quidem communes notitias sed saepissime τὰς θείας νόμους *Leges Divinas* seu à Numine datas appellat. Atque ὁ παράδειξ ἀριθμός αὐτὰς λογισμὸς δικαστὶς ἀρχευτὴς εἰωνος γίνεται *Leges eas*, seu jus ita indicatum imperatumque, *suscipiens Ratio sibi vigilantis* efficitur *Index*, quod itidem ille. Quibus sanè verbis id quod ipsi philosophique etiam paganis aliis non raro τὸν οὐνεῖδος in vita peragendae ratione seu *Conscientia* dicitur, optimè designatur. Scilicet ex indicatione atque imperio, qualedictum est, *Conscientiā* sic velut conjungi Numen Hominemque cuius *Ratio* nisi indicatum imperatumque est, ut revera homo in Juris Naturalis seu nunquam non observandi capitibus sic indicatis imperatisque discernendis Numini sit conscius, uti & consequenter *Obligationis ex auctoritate illa, humanā superiore, sibi superinductæ poenæque pro violationis comite præstitutæ.* Nam conscius heic est ita cum alio sciens, quemadmodum de vocabulo illo Nonius. Illinc est quod apud Homerum θεῖοις seu *Iura*, quibus genus humanum carere non debet, non semel ⁹ Jovi tribuantur ut auctori. Et Scepturn Minois apud Homerum σδεν ἄλλο εἴναι dicit Plato^r, ἡ τῶν παραδίκας ἐπί Δίος *nil aliud esse quam doctrinam seu disciplinam à Iove acceptam.* Scilicet *arbitria Principum, qua principio rerum*, ut ait Justinus^t, erant pro legibus, Jure illo communi seu naturali, quod violari noluit Jupiter, coercabantur. Ex hac causa itidem Demostheni *Jus generatim*, id est, omnimodi juris apud homines positivi fundamen-

⁹ *Iliad. a. & l. & Odysse. In Minos.*

¹⁰ *Hist. 1. Orat. i. ad Versus Aris- & donum Dei, & Dionis Chrysostomo^u Δίος θεός Iovis sanctum.*

¹¹ *Orat. 80. In Ixiliaco.*

¹² *Videsis Sto- paucā apud poëtas^y veteres, aliosque philosophia hac sacra satis*

*Physic. lib. 1. cap. 7. plenos. Quin Platonici^z, Νόμον ὁ Νόμος^o 21ερομὴν *Mentis seu Dei**

¹³ *Proclus in est distributio lex seu Ius.* Atque inde est quodd Aristoteles, ubi pauca

Theolog. Plat. de eo quod est, utrum *Jus Naturale* sit mutabile, loquutus, non nullis

lib. 5. cap. 9. ait^a mutabile videri, quoniam apud alias atque alias gentes variatim

Ethicorum Nicom. 5. cap. 10. se habeat, τὰν δὲ subjicit, τοὺς ἐστὶ γένης ἔχον, ἀλλ᾽ ἐστὶ τοῖς καὶ τοῖς

in nos omnes iros uideris addes. *Ex ea, Hoc verò non ita se habet, sed quodam modo.* Quanquam apud Deos forte nullo modo se aliter atque alicet habet. Scilicet, tametsi ob depravatos hominum mores ipsa Juris Naturalis capita, dum observationem ipsaque observationis sive praecepta sive permissiones apud Gentes non satis secundum Naturam instituta habentes, aliter atque aliter agnoscit mutarique videntur, nihilosecius ipsum auctorizingor seu *quod per se atque ex sui natura justum est*^b ex Deorum praescripto, perpetuo manet sibi simile parvilenique semper & parem obligationis vim obtinet. Id est, planè pfectum ad est immutabile. Neque aliunde evenisse fingi posse videtur rece-^cptam illam, maximè apud Græcos & Romanos sententiam, de Sce-^cletum poenis apud inferos dandis. Amphitryo^c ad Thescum in-^d de lege luto
de reducem^e cap. 16. §. 16.

verane est fama, inferis
Tam sera reddi jura & oblicos sui
Sceleris nocentes debitus penas dare,?

^b Vide his M.
chelone E.
pfectum ad
5. Ethicoru.
C Alberti
Bolognetum
^d cap. 16. §. 16.
^e Apud Bo.
nac. in Herc.
turente. ad.
2.

Cui ille

*Quod quisque fecit, patitur: autorem scelus
Repetit, suoque premitur exemplo nocens.*

Eiusmodi occurunt infinita, quoties de nefandis & horrendis contra instituta scilicet Naturæ seu Jura communia commissis sceleribus loquantur. Qua de re etiam plura habes capite suprà quarto. Putandumne est non tam jus ipsum Naturæ seu Commune, quod violatum est, quam poenam, quæ ob violationem sic infligitur, à Numinе præstitui ipsos existimasse? Sexenta sunt in scriptoribus paganis, quæ hoc faciunt. Sed plura adjicere supersedemus. Illud verò non prætereundum, Legislatores illos celeberrimos seculorum priscorum, Minoëm, Solonem, Draconem, Charondam, alios, legibus suis autoritatem seu obligationem conciliari nequissime, opinatos esse, nisi eas Numini alicui acceptas ferrent; quod pueri in historia sciunt. Quid verò patres Christiani- heic senserint, ex eorum Scriptis pariter liquet. Fuisse nempe etiam in Intervallo illo quod rerum creationem & legis scriptæ in Reipublicæ Ebraicæ usum primarium dationem, Jura Naturalia, atque Universalia à Nu-

mine generi humano lata, indicata, imperata, quæ postmodum inter compluria alia in corpore illo Mosaico locum itidem habuere. Tertullianus de interdicto Arboris scientiæ Boni & Mali loquutus, ^{In} ^{adversus} ^{adversus cap. 2.} ^{bac lege, ait} ^{d.}, *Ad e data, omnia præcepta condita recognoscimus, quæ postea pullulaverunt data aper Mosem, id est, Diliges dominum Deum tuum (ea innuit, quæ in Mosaico corpore scripta etiam pro Naturilibus seu Moralibus, adeoque Mose ipso multum vetustioribus vulgo sumuntur) de toto corde tuo, & ex tota anima tua; & diliges proximum tibi tanquam te, & Non occides, Non mæchaberis, Non fraudaveris, Falsum testimonium non dices, Honora Patrem tuum & Matrem, & Alienum non concupisces.* Atque hanc primordialem legem appellans, Matricem quasi esse scribit omnium præceptorum. Et post, *Ante legem Moysi scriptam in tabulis lapideis, legem fuisse contendo non scriptam, qua naturaliter intelligebatur, & a patribus custodiebatur. Nam unde Noe justus inventus, si non illum Naturalis legis iustitia precedebat? Vnde Abraham amicus Dei deputatus, si non de aequitate & iustitia legis Naturalis?* Quod autem dicit, naturaliter esse intellectam legem illam; id antè ex ipso citata ostendunt ita capi debet, ut ex imperio Parentis Naturæ seu Numinis à primis parentibus accepto, atque ad posteros propagato, observanda intelligatur. Disertè etiam Origenes^c Naturæ legem vocat eam, qnam generi humano fancivit Deus. Ad illud item

^a ^{adversus} ^{Celsum lib. 5.} ^{Cap 24.5.} *Esaïæ^f, qui a transgressi sunt legem, mutaverunt jus, dissipaverunt fedus sempiternum, quod ad alias gentes præter Judæos attinet, S. Hieronymus^g, audiant, inquit, Iudei, qui se solos legem accepisse Domini gloriantur, quod universa primam gentes totiusque orbis Naturalem acceperit legem, ac i cirkopœia lex data sit per Moysen,*

^b ^{In Orat. 12. ad populum antiochenum.} *quia prima lex dissipata est. Quin S. Chrysostomus^h; ἐξ ἀρχῆς ταῦταν ὁ Θεὸς τὸν αὐθῷοπον, νόμον αὐτῶν Φυσικὸν εὐχαρίστηκε, Εἰ τοῦτο οὐ νόμος Φυσικός; τὸ συνεῖδος ἡμῶν διέρθρωτο καὶ αὐτοῦδακτον ἐμάνετο τὸ γνῶσιν τὸ καλῶν καὶ τῶν τὸ πιστῶν, Ab initio rerum, cum formavit hominem, Deus ipsi frondidit legem Naturalem. Et quid est lex Naturalis? Conscientia nobis explicavit, & ex se notam fecit notitiam rerum, sum honestarum, tum earum, quæ ejusmodi non sunt. Unde etiam*

etiam adnotat legislatorem cum interdicta homicidii, adulterii, furti, Decalogo insereret, corum causam aliquam non omnino adieciisse ut nec aliorum ibi quæ à principio, ut Juris Naturalis capita, data sunt coque nomine fuere notissima; sed simpliciter tantum de eis breviterque statuisse. At verò præcepto de Sabbato, quod ex vetustis illis esse negat, atque particulare fuisse & temporaneum asserit, causam obseruat adjectam ex eo quod sanctificata est septima dies post rerum creationem absolutam. Sic ille, ubi plura habet in hanc rem egregia. Ipsam Conscientiam ejus, quod per se honestum est, à Numine hominibus inditam palam vult. S. item Ambrosiusⁱ; *Lex vera, sermo rectus; lex vera non insculpta tabulis, nec are incisa, sed impressa mentibus atque infixa sensibus; quando sapiens non sub lege, sed ipse sibi lex est, opus legis in corde suo continens naturali sibi stylo & quadam inscriptione formatum.* Stylus ille & inscriptio à Naturæ parente; qui & mentibus impressit & sensibus infixit ut generis humani totiusque naturæ rector & moderator, cuius est imperio parendum. Idcirco autem sermonem rectum proculdubio vocavit, quoniam tum apud philosophos Græcos, tum apud Patres Christianos, qui Græcè scripsérunt, toties legem generaliter, cum eo nomine Naturalem seu Universalem, ut sàpè, intelligunt, vocari legerat λόγον τὸν ὄφθον. Nam λόγον nemo nescit tam verbum & sermonem, quam rationem denotare. At interea id certius^j simum est, cum Patres Christiani aliquot sic Græcè loquebantur, *Ver. in D. 10. utcunque vocabula ipsa à Philosophis accepissent (& de Philosophorum sententia, quæ de nudo, simplici ac merè libero, absque Numinis mentis imperio, rationis usu intelligatur, capite satis dictum est superiori) salas Christofor. Helioc. non. Exercit. 1. cap. 1. cōfess. C. 1. Et Deus erat ὁ λόγος seu Verbum. Exercit. 1. cap. 1. C. 1. De Parab. Chal. 1. D. 1. apud D. Johannem, οὐ Θεός λύτρον λόγος. Et Deus erat ὁ λόγος seu Verbum, quod & apud veteres & recentiores interdum Sermo redditur. D. Daniel. Heinr. in A. pridem viri doctissimi non raro. Ceterum de λόγῳ sic sumi- ristarcho sa- cro cap. 3. p. 72.*

indicatione petitur, nec à scitis nuda ratione humana ortis emanasse dicitur lex illa; unde etiam Νόμος καὶ νόμος Lex & verbum simul, Numen, à quo jura naturalia edoceri, atque cum imperio indicari volebant, nuncupabatur; quemadmodum in Concione D. Petri,

¹sermones. 6. ut non semel observatum est à Clemente Alexandrino¹, qui no-
² & in Elogiis prophetis.

³ Ad Roma. Etat illud D. Pauli^m, Cum gentes, quæ legem non habent (ut Judaei nos 2. 14. libris scriptam) naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt; legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum. A Numinе

⁴ D. Hieronim scilicet inscriptum indicatumque. Unde & Patresⁿ interdum le-
nym. ad E-
pist. ad Galat. gem naturalem loqui in cordibus nostris aiunt & similia. Et per
ser cap. 3. quæ hanc naturalem legem, inquit D. Hieronymus, & Cain cognovit
& crudeliter in peccatum suum, dicens, Major est causa mea, quam ut dimittar; Et
Epist. 151. 11. peccatum suum, dicens, Major est causa mea, quam ut dimittar; Et
genit. quasi. Adam & Eva cognoverunt peccatum suum, & propterea absconditi
sunt sub ligno vite. Pharaon quoque, antequam Lex daretur per
Moysēm, stimulatus lege Natura sua crimina confiteatur & dicit, Do-

⁵ Exod. 9. 27. minus^o justus est, ego autem & populus meus impii. Ideò etiam apud Jobum, cuius historia antiquior plerunque scripto Mosaico habetur, saltē non intra Rempublicam Ebraicam seu Mosaiacam conscripta, legimus^p; vestigia ejus securus est pes meus, viam ejus

⁶ Job 23. 10. custodiri, & non declinavi ex ea. A מצות שפטין Mandatis labio-
& 11. εγιν.

⁷ Genes. 18. rum ejus non receperit, & in sinu meo abscondi אמר פ' verba seu di-
19. cēta oris ejus. Sic Custodia via Domini^q dicitur tempore Abraham

⁸ Alexander Alensis part. id quod cuique ex officio præstandum erat. Jura Naturalia seu 3. queſt. 26. Universalia ita Numinis Vestigia, Via, Mandata, Verba seu Dictata art. 4. S. sunt. Atq[ue] apud Theologos item recentiores quam plurima oc-
Thom. I. se-
cunda q. 19. currunt, quæ Juris Naturalis originem Numinis tribuunt, ejusque in-
art. 2. Sud-
niz. de legi-
bus lib. 1. cap. duplex: Alterum Naturale seu Humanæ naturæ coævum; Alte-
3. & lib. 2. rum Positivum seu à Numinе postmodum adjectum. Secundige-
cap. 6. q. 13. neris pleni sunt libri Sacri. Primum autem aiunt esse participatio-

⁹ Tract. 1. de nem Legis aeternæ in rationali creatura, adeoque divinum. Et ad Injustitia & hanc rem appositi Ludovicus Molina^f; Cū Natura à Deo O. M.
institu-

instituta sit, Natureque legem, quâ bonum à Malo discernimus, ipse mentibus nostris impresserit, ut vel experientia ipsa constat, colligaturque aperte ex illo Psalmi 4. Quis ostendit nobis bona? signatum est super nos lumen vultus tui Domine, quod sane lumen aliud nō est, quām vis ipsa intellectus, qua ea, que ex se & natura seu bona sunt, ab iis, que ex se mala sunt, secernimus, ac disjudicamus: consequens profecto est, ut Ius Naturale à Deo O. M. sit mentibus nostris inditum naturisque ipsis rerum impressum, atque adeò ut sit Ius Divinum à Deo ipso datum. Et Alphonsus à Castro^c, *Ius Naturale* est illud, ^{De Lopera-}
 quod ex ipsis *Natura* institutione provenit, & hoc est omnibus com- ^{nato lib. 2. c.}
 mune. *Et hoc etiam est Ius Divinum*, quia Deus ipse, qui *Naturam* condidit est *Iuris Naturalis* autor & institutor. Si igitur *Ius illud* ad conditorem referas, *Divinum* dicetur; si vero ad tempus sui or-
 tus illud comparare velis, *Naturale* dicetur; quia simil cum ipsa ^{Controver-}
 oritur *Natura* & non postea per aliquam sive humanam sive *Divi-* ^{Illustr. lib. 1.}
nam legem. Tantundem apud theologos alios non paucos. *Quod* cap. 29. §. 4.
 ad Jurisconsultos demùm heic attinet; *Fernandus Vasquius*^u, *omne* ^{Ad Diffr.}
Ius Naturale, inquit, *est Ius Divinum*, licet ex diverso non omne *Ius* ^{in princ. rit.}
Divinum sit *Naturale*, cum in multis sit supernaturale (quale est in ^{de Iure Nat.}
Sanctis sacramentis ecclesie,) sicque *Ius Divinum* & *Naturale* diffe- ^{Naturaha.}
runt inter se tanquam genus & species. *Et Joachimus Mynsinge-* ^{Marij. Wc-}
rus^x, *Ius hominum Naturale* potest sic rectè definiri. *Ius Natur- ratus. rit. de*
ale *est*, quod *Natura* adeoque *Dens* ipse *omnes homines in creatione* ^{Infr. & In-}
(velut) prima quadam præcepta & formulas Honestatis docuit. Atque ^{In Prolog.}
alii ^y *Causam Juris Naturalis efficientem Dcum rectè nuncupant.* ^{D. rit. de}
Similiter in opere illo Juris Consuetudinarii Regni Hungariae à Ste- ^{Infr. & In-}
phano de Werbewcz ^b *contexto, ab Jurisconsultis Regni celebriori-* ^{Fernand.}
bus ^{Vasquiu Il-} *bus* ^{Consu-}
*recognito atque approbato, & regia autoritate confirmato, *Jus** ^{Ius. Consu-}
Naturale dicitur^z *incepisse ab exordio Naturalis creature, à solo Deo* ^{Gers. lib. 1. c.}
institutum. Certè diu est, quod glossa ad illud *Ius* ^x *Naturale* est, chael Vleury
quod Natura omnia animalia docuit, per Naturam Deum voluit in- ^{29. §. 14. Mē-}
telligi, sicut & recentiorum aliqui^b; tametsi eo nomine reprehendatur ^{ius de Regi-}
datus glossa à Bartolo, qui Naturam Naturatam, non naturantem, non naturantem, ^{mone Mundi}
seu Deum ibi denotari velit. Quin & ipsum Deum Juris Naturalis ^{part. 1. quatt.}
N ³ *autorem.* ^{3. §. 1. &c.}

autorem expressim etiam facere videtur Justinianus, ubi de Jure simul
*Inst. iur. de Civili & Naturali loquutus, palam est autem, inquit, vetustius esse
 rerum deois, s. singulari, jus Naturale, quod cum ipso genere humano rerum natura prodidit,*
*quod Theophilus vertit ὡς ἀμα τῷ ψίχει τῷν αὐθεόπων εἰς Φῶς η
 Φύσις προγένεται, quod simul cum genere Humano in lucem oduxit ipsa
 Natura.* Quod id ipsum innuit Gaius, à quo summis Justinianus, ubi

*E.I. D. de ait^d, antiquius Ius Gentium cum ipso genere humano proditum esse.
 adquir. rerū dominio. Prodere heic, in lucem emittere, seu educere denotat. Et quod gen-
 nus humanum in lucem emisit simul cum Jure Naturali, id aliud
 quid esse præter rerum omnium parentem Rectoremque summum
 seu Numen ne quidem posse satis intelligi existimo. Atque hoc*

*Inst. De Iure Nat. S. spectat etiam illud Justiniani^e, Naturalia quidem jura, quæ apud
 sed Naturā omnes gentes per æquè observantur, divina quadam providentia con-
 stituta semper firma atque immutabilia permanent. Jam vero
 hanc ipsam amplexi sunt semper sententiam eamque, dum hac de re
 decernunt, solam Ebræi. Unde quoties de Juris Humani generis
 pariter communis capitibus loquuntur, dicere eis solenne est וְאֶת
 imperabantur Noachidis seu Noachi posteris, id est, generi
 Humano & נָצֹתָה אֶת הָרָאֹת precepta illa accepit Homo pri-
 mus seu Adam, à Numine scilicet, quæ בְּנֵי נֹחַ precepta Noachi-
 darum sexcenties nuncupantur. Quadere mox. Nimirum à San-
 ctissimo Numine in ipsis rerum primordiis homini imperata indi-
 cataque fuisse Jura volunt quædam Naturalia, quæ ex imperio divi-
 no nunquam non obligarunt. Unde pro eo quod est in sacris li-*

*Genes. 5. 22. Et 6. 9. teris ambulavit cum Deo dictum de Henocho^f & Noacho, qui jure
 vixerunt Naturali, substituitur in paraphrasi Chaldaica Onkeli
 "הַלִּיךְ בְּדָחֲלָתָה דָּמָן" ambulavit in timore Domini, atque in versioni-
 bus, Saadiæ Gaon, tum Judæorum Mauritanicissimum Arabicis am-
 bulavit طَاعَةً لِلَّهِ in obedientia Dei. Justos scilicet fuisse ut-
 troisque, quod & de Noacho expressim dicitur, sic indicari volunt,
 quoniam Imperantis præcepta simul cum ipsa rerum natura orta &
 per genus humanum propagata observabant. Illinc scelus erat
 Caini fratricidium, aliorum adulterium, ejusmodi alia quæ in Pen-
 tateuchō*

etenim ante Mosis tempora seu legem tabulis scriptam, illicita fuisse constat. Unde etiam ad illud Abraham & plantavit nemus in Bersabee, & invocavit ibi nomen domini Dei eterni paraphras ^{Gen. 21.} Hierosolymitana adjicit convivium ibi Abraham celebrasse, nec convivas locos suos reliquisse. עד זמן דרכו מגיד יתרון ומליות יתרון ואורה נטה נטה donec eos proselytos fecisset, & viam seculi illos docuisset. Id est, donec in Juris Naturalis ex imperio Numinis vim obtinentis observationis professionem eos reduxisset, jus illud hominum sociale explicatus docendo. Neque enim tunc temporis aliud significare potuit *proselytos facere*. Alia huc spectant in Genesis atque Exodi libris obvia. Sic tandem admissio juxta Philosophorum, Theologorum, Jurisconsultorum scita, Jus Naturale seu generis Humani commune ex Imperio a dictatis Numinis sanctissimi pendere, consecutarium habemus manifestum de Obligatione haec tenus in præmissis quæstâ. Nimirum Jus propriè dictum omnimodum est, aut Divinum, aut Humanum. Divinum seu ab ipso Numinis immediate indicatum, præstitutum, imperatumque, aut Naturale est, quale jam memoravimus, ipsique hominum initii coævum, aut Positivum seu recentius ac postea in utroque federe adjectum. Et utrumque est aut Obligativum, id est, sive Affirmatione sive Negatione expressâ præscriptum, aut arbitrio humano Permissum, adeoque Permissivum dici solitum. Humanum appellamus quicquid ab Hominibus, quatenus Divinum sive quod Naturale est sive quod Naturali postmodum adjectum permittit, variatim superstrui additive solet. Jam verò de Obligatione Divini utriusque generis (rite scilicet & juxta modos ac limitationes ejusdem ad legislatoris sanctissimi mentem intellecti) adeoque de Naturalis Obligatione nemo dubitabit, nisi qui simùl Rectoris universi Potestatem & Imperium nequaquam agnoverit. Ipse enim ut rerum omnium moderator summus & Bonum & Malum per se indicat, & hoc fugendum, illud amplexandum imperat, adeoque ex sui natura & pro libitu obligat, ut nil possit excogitari suprà. Atque illinc planè habenur Causa Efficiens Juris Obligativi tam quantum Naturale est, quam quantum Naturali in factis literis adjectum. Unde & Jura Naturalia secundum

lia semper firma & immutabilia permanere, quæ scilicet divina quædam providentia constituta sunt, rectè pronuntiavit olim Justinianus^h. Tametsi non desunt etiam Jurisconsulti, qui Rationem humanaam, quæ simplicitè sumta in objectis Juris Suasoria tantum est, nec potestatem hominè superiorem, quæ est Imperatoria, respiciunt.

^{i Petrus Gre-} aiunt quidem generatim *Ius Naturale esse immutabile, sed adjiciunt*,
^{gerius dicitur} *quamdiu Ius remanet, hoc est quamdiu ius illud naturalem habet tra-*
^{ragum. Ius} *universitatem & aequitatem, quibus justum dicitur. Veruntamen & mu-*
^{u. cap. L. 5. 2.} *tabile erit quando subductis columnis Rationis & aequitatis justum*
dissolvitur, quod accidit, quando Rationes, quæ aequum statuebant,
alii suborsis causis novis, incipiunt minui & superantur alia majori
equitate. Sic Petrus Gregorius, sic interdum alii. Quod sanc*de Juris Naturalis Obligativi capite aliquo dictum, rationi per quam*
est dissonum. Nam quatenus ejusdem Juris capita obligant, id est,
quatenus eorum obligatio intelligitur juxta id, quod voluit Deus
legislator, omnimodam planè superant hominum potestatem nec
Rationis eorum incerto omnino subjacent. Quod nemo non vi-
det. Quod verò ad Permissivum ius Naturale attinet, ad que ad
Sanctiones Humanas aliter atque aliter in ejusdem objectis indies
habentes, & demum ad Obligationem, quæ ad eas, quatenus Divi-
nis non adversantur, observandas pro vario rerum publicarum mo-
deramine, homines obstringuntur; Status hominum bifariam
consideremus. Aut in seculis illis, quæ leges à Numine adjectas
antevertunt, aut in eis quæ sequuntur. Prioribus illis in seculis, cum
jus aliud non habebatur præter Naturale, quicquid in obligativo Ju-
re Naturali non continebatur, id ut ad permissivum spectaret necesse
est. Permissivi autem Juris Naturalis Actus, quæ huc spectant,
duplicis erant generis; aut qui hominum singulis arbitrio natu-
raliter seu à Numine relicti, humana aliqua constitutione, pa-
sto, moribus aliterve ab hominibus coerciti non sunt, aut qui sic
ex ratione & consensu inito coerciti sunt ac illiciti facti, tametsi
tum singulis antea pariter liciti essent, tum postea, pro diversa ho-
minum potestate, ratione & consensu fieri possent rursus liciti. Pri-
oris generis universos palam est liberè ex sui natura alicitè exerceri à
cunctis

cunctis potuisse. Atque inter hosce nemo non videt Constitutio-
nes ferendi, Pacta incundi, Mores ac Regiminum formulae introdu-
cendi atque haec omnia pro hominum, quorun intererat coetum
arbitrio temperandi, rescindendi, revocandi actus similiter permis-
sos. Quod verò ad Posterioris attinet generis; simulatque ex ejus-
modi permissione, quid ab hominibus sociatis coercitum, vetitum
seu constitutum est, ad illud in quod sic consenserant ipsi (sive pacto,
sive ditione, sive aliter) & quicquid civiliter ita est novatum, juxta
modos & temperamenta, quibus præscriptum est, observandum ob-
ligatos esse quotquot & quatenus civiliter consenserant universos,
esse solet in confessio. At undenam Obligatio ista? scilicet à Na-
tura parente actus ejusmodi antea permitti sunt. Atqui Obligatio-
nem ex simplici hominum ratione & consensu, absque superioris
imperio, nasci nequire in antè^k dictis ostenditur. A Numinis igi-
tur, id est, homine superioris imperio etiam in hisce petendus est ob-
ligationis ortus, adeoque ex capitibus aliquibus Juris Naturalis Ob-
ligativi. Nam permitti erant hominibus actus, de quibus loqui-
mur, tum pro libitu exercere, tum ex consensu mutuo inhibere suam-
que, sive pacto invicem pariter inito, sive principibus, qui res mode-
rarentur, constitutis, minuere libertatem; quod ne quidem satis in-
telligi posse videtur, dum, ut hec semper, Jus & officii debitio-
nem spectamus, nisi & adjicias etiam ex ipsis, qui ut homine superior per-
mittit autoritate ac Imperio, inhibitioni ejusmodi ac libertatis dimi-
nutioni Obligationem accessisse. Sic Obligatio, qua obtempe-
randum est decretis aut senatus consultis, ex permissione decurionib-
us seu corporis alicujus sociis invicem hactenus paribus à principe
indulta, latis, est ipsis principis autoritate ac imperio pendet, qui
dum permittit pro eorum libitu decreta legesque tum ferre tum re-
scindere, æquè etiam in ipsa permissione rescindantur, observari; id
est obligationem inducere. Juris autem Naturalis Obligativi ca-
pita, quorum in hanc rem erat tunc usus, fuere *Pactis ac Regiminum*
formulis civiliter initis standum, Fidem servandam & quæ simili-
ter sonant. Quomodo autem ea in capitibus Juris hujus juxta
Ebraeos sint reperta, in sequentibus videbimus. Ita pactis & legi-
bus ho-

bus hominum positivis seu civilibus inerat Obligatio quidem Naturalis, id est, planè Divina, si causam ejusdem efficientem juxta jam dicta respicimus. Quæ tamen etiam Civilis rectè dicitur, dum ab objecto civili, cui accedit, denominatur. Resumere heic paululumque ampliare liceat similitudinem illam, quam viri aliquot maximè in schola celebres habent, capitum Juris Naturalis obligativi seu Principiorum practicorum, & Principiorum theorematumque ipsis principiis non minus certorum in demonstrativis, veluti in Mathematicis. Ipsa Principia ac theorematata ejusmodi in Mathematicis perpetuò vera sunt & studiosi seu artificis assensum etiam extorquent, adeoque quasi obligant. Ceterū quasi etiam permisum est ea construere, quæ in Problematis designari solent. Atqui Problematum diagrammatumque juxta ea tandem constructorum veritas & certitudo, quæ Obligationis perpetuæ item satis heic instar est, ex principiis illis ac theorematatis nunquam non est demonstranda. Quemadmodum & heic Obligatio ad ea attinens, quæ ex Jure Pernmissivo (ante legem divinam aliquam aliam Naturali adiectam) ab hominibus constituta sunt, ex principiis & capitibus petenda erant Juris Naturalis Obligativi. Jam verò in Seculis, quæ legem scriptam seu Mosaicam sequuta sunt, aliæ accesserunt quidem Obligationes in utroque federe repertæ. At interea quicquid ex Permissione diversimodè inter homines civiliter ac ritè juxta varias regiminum

^{¶ S. Thomas}
^{1. secunda q.}
^{95. art. 2. &c.} formulas, ab ipsis solum sic per modum determinationis, ut in scho-
lis loquuntur, constitutum est, ut nec Naturali nec Positivo, quod
Divinum est, Juri aduersetur, id etiam ex ejusdem Juris, quod tum
Naturali est, tum in Numinis positivo seu scripto repetitur capitibus,
Obligationis, secundum multiplices constitutionis modos ac tem-

^{¶ Ad Roma-}
^{nos cap. 13.1.} peramenta, vim sortitur. Juxta illud Apostoli^m; *Non est potestas nisi à Deo.* Et quæ potestates sunt, à Deo ordinatae sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Sed hac de re consulendi scriptores, qui de legum Civilium seu Humanarum ex permissione, quam diximus, latarum Obligatione earundemque observandarum ex conscientia debitione accuratiùs egerunt; ut præter eos, qui ad dictum locum & ad S. Thomam scripsere, & Casus explicant ex pro-
fesso

fesso Conscientiae, Franciscus Suarezⁿ, Ludovicus Carbo^o, Adamus^a *De legibus*
 Contzenus^p, Claudio Carninius^q, Azorius^r, id genus alii. Et Car- *lib. 2.*
 ninus expressim, *Nunquam violatur lex humana* (ritè lata & quæ *De legibus*
 revera lex fuerit) *quinsimā infringatur illi implicita annexa & in-* *lib. 6. diss. 16.*
voluta lex illa p̄fata Apostolica, Naturalis, Divina & Evangelica. *Elib. 7. diss.*
Scio quidem non deesse viros gravissimos, qui legibus inesse *1. Eccl.*
interdum civilibus obligationem conscientiae negant, tametsi vim *lib. 5. cap. 18.*
retineant, ne Juri Naturali seu Divino sint omnino aduersae. *In Oppu-*
quæ hacten dicta sunt, & autores jam citati id, ni fallor, satis re- *gnatione Tur-*
fellunt. *ris Babel* *part. I. cap. 18.*
Eg. seq.

C A P. IX.

Quomodo Juris Naturalis seu Universalis Capita Humano generi, ex imperio
ac indicatione Divina, innotescere velint Ebræi. Eorum uenuti & Pagano-
rum atque scholæ, tum Mahomedanæ seu Arabicæ, tum Christianæ de In-
tellectu Agente, quæ huic spectet, sententia recepta. *Pontifice lib.*
4. cap. 20. *Vito Na-*
Garr. in Ma-
nualis cap. 23. *Eg. lib. 1. Cap.*
sil. 3.

Dicitur namque autem Capitulum Juris Naturalis, iuxta jam
 dicta, adeoque juxta sententiam Ebræorum, à Numinis
 ne præstituti singularium designationem inimus, institu-
 to consonum esse duximus, ut de Modo, quo homi-
 nibus Jus illud, qualecunque demum fuerit, innotuisse volunt illi,
 videamus. Rerum scilicet initii coævum fit. Necliteris mandatum
 esse aliquod Jus ante Mosis tempora omnino reperitur; nisi fabel-
 lis de Razieliis libro Adæ tradito^t, atque id genus aliis credere velis.
Zohar in
Berelith fol.
Quomodo igitur velint ut generi Humano patefacta sint capita illa
Juris Naturalia seu Numinis rerum creationi coæva placita (utcunq;
postmodum sacris literis inter alia mixtum conscripta) indicandum. *fol. 55. editionis*
Solenne est in libris eorum Juridicis, quod & suprà memoravimus, sanhedrin c.
imperata esse Capita hæc Noachidis^u (quo nomine genus huma- *7. fol. 56. b.*
*nūm universum eis venit) ac imperata esse Adæ^x seu primo parenti. ^{Eccl.}
Maimonid.
Unde & hæc nunquam non volunt obligare. Hoc autem bifabach. Mela-
riam concipi potest. Aut scilicet intelligere eos ejusdem Juris capita, ^{cim. cap. 9.}
tum in ipsis rerum initiis, tum in ea quæ fuit post diluvium instaura- *Eg. c.**

tione Humano generi, ipsa Sanctissimâ Numinis voce, fuisse imperata, atque ad posteros per Traditionem solum inde manasse; aut tum fuisse Humano generi in ipsa creatione præstituta, tum Animæ simul cuique Rationali facultatem ejusmodi inditam naturaliter esse ut homini cuilibet mentis non depravata nec male se habenti ac diligenter satis & ritè intuenti, ea quæ sic imperata sint, necunquam sint non observanda, sicut & in demonstrativis principia ac theore-

^{7. Lib.} *Quod* mata, indicentur, & fiant manifesta. De modo juxta eos priori, si nil ^{omnis Pre-} aliud obserat, non obscurè videtur liquere ex ipsa locutionis genere, ^{bus liber.}

^{8.} *Aben Tyb.* dum de Imperatis sic verba faciunt. At & illa habent ipsi quæ etiam ^{boni in Ruach} posteriorem simul admittunt. Philoni Judeo ⁹ lex Naturalis ^{ח'.} hachen c. 6.

^{10.} *R. Simeon* ἀγαπάτος Φύσεως ἡ αγαπάτων Αγαπώντας ab Immortali Natura ^{in Logica c. 8.} in mente immortali exarata dicitur. Sed & Præcepta Naturalia

^{11.} *Aben Tyb.* ^{12.} המצוות שנתפרנסמו בכל אומות ^{boni in Ruach} interdum vocant ^{13.} præcepta quæ magna hachen c. 3. nifesta sunt apud omnes gentes, מצוות טכליות ^{14.} præcepta intellectus. Cf. Vide *de R. Etiv'a.* Nimirum ex debita Intellectus humani operatione & assi-

Sepher Coz dual Intellectus Agentis (qualisnam is illis sit, statim ostendimus) ope-
ri part. 1. cap. & auxilio ea, quæ sic imperata sunt, seu naturaliter habentur obser-

87. part. 4. c. 25. Cf. 5. cap. vanda, uti & principia cetera omnia & conclusiones, circa quas ver-

10. 12. Cf. 14. satur intellectus humanus, indicari, dignosci & veluti intus legi (qua-
Add. Mof. tenuis scilicet dignoscuntur) innuunt. Intellectus autem Agens, id

in More Ne- est, ה' פועל, illis est, aut Numen ipsum aut (juxta disciplinam eis
bochim ^{15.} recentiorem) Intelligentia omnium postrema, quam ^b האחדון

^c R. Israel Ben שבחילם הנפרד ^d Interpretatio separatarum Intelligentiarum postremam
Moses Indisp. ^e Cibalis sc. de nuncupant & ministrum intermedium faciunt qui, vi atque aurori-

^f Anima cap. tate à Numine derivatam, mentem humanam in actu intelligendi illu-

7. 21. Cf. 23. minet. Sibi autem ipsum Numen sine Intermedio esse interdum ajunt
Cf. Vide *de R. Etiv'a.* ^{16.} Intellectum hunc Agentem, velut ex prærogativa gentis; ceteris,
1. u. ^{17.} Moses Interpretatio illam, quam diximus. Et de utroque pariter capiunt

^{18.} P. sal. 36. 9. ^{19.} More Ne- illud ^d In lumine tuo videbimus lumen quod Moses Maimonides ^c
bochim ^{20.} interpretatur שֶׁר יְתַפֵּע מִמֶּנּוּ הַשְׁכָל per influentiam Intelli-

2. cap. 4. 6. Cf. 21. gentia, quæ à te influit. Et R. Aben Tybon ^f de Intellectu agente
12. Cf. part. 3. cap. 52.sic extra hominem ipsum posito, מִן הַכָּה אֵל

^{19.} Ruach ha- ^{22.} תְּכַל הָאָרֶץ כְּמוֹ שְׂגִיצֹן הַשְׁמָט אֲשֶׁר
chen. cap. 3. דברים

וְבָרִטְמַאֲוִירִים יְצִיאָה חֹתֶן הַעַזְן אֶל הַפְּנֵי efficit, ne intellectus humanus è potentia in actum educatur, asque est principium intellectus ejus in actum educti, quemadmodum radii Solares vel aures lucidae educunt sensum visus in actum. Similitudinem quidem hanc radiorum solarium & Visus in re intelligendi, etiam ubi Intellectus Agens ipsius animæ pars esse admittitur, in scholis crebrò adhibitam nemo nescit. At verò Ebraeorum mihi heic sensus est hujusmodi. Sive Numen ipsum sive Intelligentiam, quam vocant Postremam, ut ministrum Numinis, non aliter ritè intelligendi actum menti humanæ semper præstare, quam Solem seu corpus Lucidum Oculo videndi actum. Atque ut in lumine claro &, quemadmodum oportet, incidente, oculo nullo modo se malè habent, nec incommode posito objecta rectè satis internoscuntur, quod non sit in tenebris, aut obscurò lumine, aut oculo ægro aut malè sive habente, sive collocato, ita etiam menti seu intellectui humano non depravato ac diligentius intuenti Intellectus Agentis oper illuminante, Imperata illa, quæ ex Naturæ parentis instituto sunt observanda, uti & cetera etiam intellectus objecta (tam scilicet Vera ac falsa quam Bona & mala) indicari; Depravatam autem mentem, etiam & Intellectum Humanum qualem cunque citra ejusmodi operem, in Imperatis illis ceterisque ritè discernendis planè hallucinari. Nimirum ut Oculo à Sole seu ex radiis solaribus in Horologio alterve horæ ad amissim demonstrantur, ita velut in appensa ob Intellectum Humanum perpetuò tabula seu libro expanso indicari ei ritè disposito (ex Intellectus, qualem diximus, Agentis subsidio, quo phantasmata ritè intelligibilia fiant) Praecepta illa seu Jura Naturalia, ut perpetuò Obligantia, quemadmodum etiam cetera quæ humano arbitrio Permissa. Neque verò Principia Generalia tantum, qualia sunt, Bonum amplexandum, Malum fugiendum, Honestè vivendum, sed & Conclusiones, & Propositiones quibus quænam particularius Bona, quænam Mala ex natura sui, id est, ex Naturæ parentis placito ac imperio, habenda fuerint, hoc modo hominibus primis seculisque sequentibus, juxta jam dicta, indicari atque imperari afferunt. Quod ex sequentibus facile constabit. Nec quod societati

^{8.} Apud Cle-
mentem. prom.
^{9.} Et Enjeb. termittere sibi videntur. Atque ita demum ex perpetua Indicatio-
ne simul, atque Imperio Numinis præcepta Juris Naturalis haberi vo-
lunt, non aliter atque objecta visus à luce indicari, quæ tamen cœcu-
l. 13. c. 13.

^{10.} Epiph. 66. Et
videlicet Iosan.
Barbarorum mis-
cernuntur. Sanè quod habent sic de Intellectu Agente, eum
in Metalogi- nempè non omnino esse animæ humanæ potentiam seu partem
co lib. 4. cap.
magis atque ipse Sol est Oculi, sed sive Numen ipsum sive ministrum

^{11.} De Virtus sua Numinis (quod heic in idem recidit) separatum, vclut Angelum seu
lib. 5. cap. 26.

^{12.} Vide Sist. Empiricum Intelligentiam generi humano affilientem, novum aut ipsis singu-
larē non esse scimus omnes. Nam tum inter Paganos atque Ma-
humedanos, tum etiam inter Christianos olim tantundem obtinui-
s. Et c. se comprimus. Certè admodum affine est illud Epicharmi s;

^{13.} De Repub- O οὐ τὸν αἰθέρα πων λόγον πεφυκτὸν τὸν δὲ θεῖον λόγον
lic lib. 6.

^{14.} Lib. de Ipsaque humana ratio nata est ex ratione Dei. Et Seneca^h; Ratio
Phantasia nihil aliud est, quam in corpus Humanum pars divini spiritus me-
sa.

^{15.} Et Inelle- Antoninus item imperator & philosophus, vivere cum Diis, seu ut

^{16.} De Anima hominem oportet, animam dicit ποιεῖσθαι ἐπιβλέποντα δάμων ἐν σκά-
lib. 1. cap. de Intellectu αὐτῷ περιέστη καὶ ἡγεμόνα ὁ Ζεὺς ἑδωκεν, δοκιμασμα ταῦτα. ὅτι δὲ
genus Et lib. εἴτινα ὁ ἔργος τοῦ λόγου agentem ea que Genio seu dæmoni, quem lu-
2. cap. 15. 20.

Et c. piter in præfictum & ducem unicuique dedit, placeant. Is autem

^{17.} Apud Io- est Divina Natura particula, scilicet uniuscujusque Mens & ratio.

^{18.} ann. Philo ponum ad A- Ejusmodi alia non ita raro occurunt in paganorum^k scriptis. Sed
rof. lib. 3. de expressius adstipulantur heic Plato^l, Priscianus Lydus^m, Alexander

^{19.} Animac. 5. Aphrodiseusⁿ, Marinus Neapolitanus^o. Quin & Aristoteles^p ipse

^{20.} De Anim. 1.3. text. 20. in partes interdum transiit. Proximè etiam huic sententiae accedit

^{21.} De Anima Themistius^q. Neque ita diversum innuit ille quisquis fuerit Pi-

^{22.} De Anima lib. 3. cap. 25. mandræ Hermeti tributi autor, dum de cratero & præconio divino

^{23.} cap. 10. Et loquitur, quo ritè accepto adhibitoque, homines cognitionis parti-

^{24.} Metaphysic. trati. 9. c. 4. cipes fieri ait; sine eo autem, planè mancre nescios ὅτι πίγμονας καὶ

^{25.} Ad 3. de A- τῶν τίνων ad quid geniti sint & à quibus. Consonam Arabum sen-

^{26.} nima Com. 5. tentiam habemus ex Avicenna^r, Averroë^s, Algazele^t, aliis; qui,

^{27.} Et Metaphy- sc. tract. 4. tametsi de ipsa Intelligentia ejusve gradu, quæ Intellectus Agentis

^{28.} apud Alber- rum Magnū juxtam dicta hominibus officium præstet, minimè satis consen-

^{29.} sum. part. 2. tiant,

tiant, separatum tamen quid ex Numinis ordinatione & præscripto id facere uno dicitur ore. Nec formam humanam illud esse ejusve partem aliquam, sed divinus quid, statuunt. Unde & ad calcem tractatum aliquot accephalorum de Dialectica & Metaphysica inter codices quantivis pretii Arabicos complures Mss. quibus nuper, ut pro summa sua munificentia assolet, Bibliothecam Oxoniensem donavit Reverendissimus ac Præstantissimus præfus Guilielmus Archiepiscopus Cantuariensis, haberi memini hexastichon rhythmicum.

مَرْ يَصُعُ الْمَنْطَقُ بِالْأَسْبَانِ
وَلَمْ يَكُنْ يَرْمَعُ بِالْبَنْدَانِ
لَحْدَ مَنْ حَمَدَ الَّذِي هَدَنَا
فَضْلَ التَّصْدِيقِ الَّذِي هَدَانَا
إِلَى سَيْلِ الْحَقِّ وَالْمَلِيسَانِ
بِأَوْصُنْ لَحْتَةَ وَالْبَنْدَانِ

Quod sonat, locum non habet Ratiocinatio in homine, neque intra ejusdem structuram formatur. Sed à Deo O. M. qui dirigit nos, venit disciplina illa, qua nos vocat in viam veritatis & certitudinis per illuminationem probationis & demonstrationis. Atque idem est, quantum ad id, quod jam de Intellectu humano consideramus, sive Numini ipfi, ut heic, sive ministerio angelico à Numine præstituto, ut Arabum plerique, intellectus agentis officium tribuatur. Utroque enim modo pariter animi partem seu facultatem negatur illum esse. Sed plane manationem solummodo seu irradiationē afferritur esse divinam. Tām verò de Arabum, quām Paganorum sententia, si quis plura cupiat, adeat Joannem Philoponum Albertum Magnum¹, Bonaventuram², Jacobum Zabarellam³, & qui ad caput quintum tertii de Anima scribunt. Sed ante alios, Fortunium Lyte Humanæ⁴ et ceterum, qui datā operā atque copiosius ea de re disputat. Quod gaudi Agentū⁵ verò lib. 2.

¹ In sent. 2.² Lib. de M. diff. 24. q. 4.³ Sūm. part.⁴ De Intellec-⁵ humine.

verò spectat tandem ad opinionem hac de re Scholarum Christianarum ; ea cernitur aut in illis , quæ quadringentis aut circiter abhinc annis floruere, aut in illis, quæ recentiores sunt. Non partem animæ seu ejusce facultatem fuisse Intellectum Agentem , sed ipsum Numen sanctissimum, quod immediate illuminaret , statuere vetustiores illæ scholæ. Saltem ita statuerunt Oxoniensis & Parisiensis Academiz viri quadringentis abhinc aut circiter annis perquam celebres adversamque sententiam tunc invalescentem velut planè novitiam acriter impugnârunt. Robertum dico Episcopum Lincolniensem, Guilielmum Arvernun Episcopum Parisensem , Adamum de Marisco , id genus alios. Qua de re etiam egregium Rogeri Baconi philosophi, Theologi & Mathematici summi testimonium attexere

^b In lib. M^c. visum est. *Quia à Deo est tota Philosophorum illustratio (sic ille^b) de scientiis ostendo, quod intellectus agens est Deus principaliter & secundariò Visilitate ad angelis, qui illuminant nos. Nam Deus respectu Anima est sicut Sol 4. cap. 28. ita respectu Oculi corporalis, & angelis sicut Stelle. Et non solum ostendo eum in lib. istud propter meam intentionem heic, sed propter evacuationem ueroque Im- nius maximi Erroris, qui sit in Theologia & Philosophia. Nam pedimenius persuas. l. Omnes Moderni dicunt, quod Intellectus Agens in animas nostras & parti. 2. cap. 5. illuminans eas est pars anima, ita quod in anima sint duas partes, a- gens scilicet & possibilis. Et intellectus possibilis vocatur, qui est in potentia ad scientiam & non habet eam de se; sed quando recipit spe- cies rerum & agens influit, & illuminat ipsum tunc nascitur sci- entia in eo. Et hoc est verum. Sed falsum est, quod Agens sit pars An- imae. Nam hoc est penitus impossibile, sicut ibi (de alio loquitur O- pere quod Minus vocatur) ostendo per autoritates & rationes suffi- cientes. Et Omnes Sapientes Antiqui & qui adhuc remanserunt, usque ad tempora nostra dixerunt, quod fuit Deus. Vnde ego bius au-*

^c Consulat eu^m divi venerabilem antistitem Parisiensis ecclesie, dominum Guiliel- mi Vorsepart. num Arvernensem (Guilielmum Arvernun Episcopum Parisien- 3. cap. 3. sem cuius opera prostant, innuit) congregata universitate coram in Poffr. A- eo, reprobare eos & disputare cum eis. Et probavit per alias ratio- nes, quas pono, quod omnes erraverunt. Dominus verò Robertus cap. 1. Vene- Episcopus Lincolniensis^d & frater Adam de Marisco majore, clericu- ein 1504 de mun-

demundo & perfecti in sapientia divina & humana hoc idem firmaverunt; unde quando per tentationem & derisionem aliqui minoris presumtuosè quæsierunt à fratre Adam, quid est Intellectus Agens, responderet Corvus Helie. Volens per hoc dicere quod fuit Deus vel Angelus. Sed noluit exprimere, quia tentando & non propter Sapientiam quæsiverunt. Vides heictum tenacissimos fuisse viros tunc in scholis Christianis eximios sententiarum illius de Intellectu Agente Ebraorum supparis, tum eam pro antiquissimam tunc habitam & retro seculis receptioni. Floruit Rogerus Baconus sub annum Christi MCCXC. Illi, quos memorat, paulò vetustiores, sub annum MCCL. Desincre autem seu minui tunc coepit, ut ex Baconi verbis liquet, sententia illa quæ &, post Guilielmi Episcopi Parisiensis tempora, à successore ejus tantum non proximo, Stephano II publicè Parisiis anno MC CLXX. damnata est, cum aliis inde pendentibus dogmatis. Scilicet inter Errores tunc damnatos numerantur hic de Anima & Intellectu; *Quod Intellectus non est forma corporis,* nisi sit natura navis, nec est perfectio essentialis hominis. Item quod intellectus est unus numero omnium, licet omnino separetur à corpore hoc, non tamen ab omni; Item quod nos pejus vel melius intelligimus, hoc provenit ex intellectu passivo, quem dicunt esse potentiam sensitivam. Error est, quia hic ponit unum intellectum in omnibus, aut aequalitatem in omnibus animalibus. Adcò ut inde magis invalescere coepit sententia altera, nempe Intellectum Agentem esse partem Animæ seu naturalem ejusdem facultatem, aut non formam separatam seu assistentem, sed informantem, ut in scholis loquuntur. Ea de re videsis cum primis Albertum Magnum^f, & discipulum eius S. Thomam, cum in Summa^g, tum in opusculo de Unitate Intellectus contra Averroistas alibique^h, uti & Alexandrum Halensem ac ejusdem discipulum Bonaventuram^k præter horum sequaces ævi citerioris. Et Henricus Gandavensis postea expressim de Intellectu agente, inquit^l, plurime erant opiniones; sed in summa quo ad duo. Quoniam quidam dicebant, quod erat intelligentia separata alia à possibili. Alii verò communius, quod agens & possibilis sunt due potentiae animæ. Sed demum ne præberet sententia illa veterum

^e Hibentur ad calcem E. ditionum alterius quorū Petri Lenbardi, ^f En Bibliothec. Patrum Edit. Paris. ^{2. ff. 3. 10m.}

^{1. In Cōpend. Theolog. l.}
^{2. c. 46. &c.}
^{In summa part. 2.}
^{3. i. prime, q.}
^{29. art. 4.}
^{4. Contra Gen- tiles lib. 2. c.}
^{59.}

^{1. Summa. p. 2.}
^{9. 69. membr.}
^{2. art. 3.}
^{1. In sens. 2.}
^{diss. 24. q. 4.}
^{1. Quodlibet.}
^{8. quæst. 12.}

^{• Vide si Col-} stior ansam propagandi Hæresin, qua negatum est substantiam ani-
^{leg. Conim-} mæ rationalis seu intellectivæ verè ac per se humani corporis esse
^{briç. ad lib. 2.}
^{do Anima c.} formam, aliaque de unica duntaxat generi humano anima intel-
^{197. art. 2.} lectrice assistente placita ^m afferendi, ideo, opinor, è scholis Chri-
^{Clementin.} stianorum fermè summota est. Hæresis illa damnatur in Concilio
^{de sum-} Viennensi ⁿ, utpote quæ ex Græcis & Arabibus de sumta seculo jam
^{& porro.} indicato invalescere cooperat. Et qui sententiam illam de Intellectu
separato rejiciunt sunt passim obvii in Commentariis de Anima.

^{• hoc. Zabu-} Tametsi sint etiam nuperi seculi philosophi celebres ^o, qui eam ve-
^{solla lib. de-} lint revocatam. Cæterum & qui animæ humanæ partem esse faci-
^{Mense agen-} unt, ipsi assistentem seu perpetuo indicantem intellectum Deum iti-
^{te c. 13. Car-} dem esse volunt, à quo lumen intellectuale ea participat, ut Tho-
^{dous apud} mas ^P verba sunt; qui item, inde, quemadmodum & alii, legem Na-
^{Tul. Scaliger.} turalem participationem legis æternæ in rationali creatura (ut capi-
^{Exercit. 307.} ann. 30. In-
^{Theatr. Na-} te superiori etiam occurrit) appellat. Unde, inquit, cum David
^{tura l. 4. A-} dixisset, sacrificare sacrificium Iustitiae, quasi quibusdam quarenti-
^{li apud For-} bus, quæ sunt iustitiae opera, subjungit, multi dicunt, quis ostendit no-
^{tunus. Lice-} num de Intel-
^{bus bona? cui} questioni respondens dicit, signatum est super nos lu-
^{lectu agente} men vultus tui Domine; quasi lumen Rationis Naturalis, quo disser-
^{l. 2. c. 1.}
^{• prima qu.} nimus, quid sit bonum, & quid malum (quod pertinet ad Naturalem
^{79. art. 4.} legem) nil aliud sit, quam impressio divini luminis in nobis. Atque
^{• Secunda} ad hunc modum intelligi solet illud D. Pauli ^f de lege naturali in cor-
^{g. 91. art. 2.} dibus hominum scripta & consimiles ea de re locutiones; quæ apud
^{I. psalm. 4.} Patres occurunt. Quomodounque autem physicè circa hæc fuc-
^{• Ad Roma-} rit statuendum, certè in idem satis recidit, quantum ad rem, quæ præ
^{nos cap. 4.} manibus est, sive Numen ipsum sive Ministrum aliquem ex ejusdem
autoritate intermedium, sive Animæ Humanæ Partem seu Faculta-
tem Intellectum Agentem facias; cum scilicet etiam qui partem
seu facultatem Animæ illum faciunt, ipsi à Numine velut Oculo à
sole Lumen intelligendi affulgere decernant, adeoque quæ natura-
liter Bona sint, quæ Mala, ab ejusmodi illuminatione divina Ratio-
ni ac Intellectui humano ritè disposito per Indicationem cum Im-
perio insinuari. Atque is sanè sensus est Ebræorum; unde & supre-
mam illuminationis qualis dicta est maximè clarioris & perfectioris
causam

causam seu divinitatem, qua huc spectat sexcenties in commentariis ^{Videfis V.C.}
 id est, praesentiam seu majestatem divinam (verbum sonat ac ^{Daniel. Hem-}
 si diceres habitationem^t Dei in homine) non raro etiam רוח הקדש ^{suum in Ar-}
 Spiritum Sanctum^u (uti & Mahumedani^x) appellant, graduumque ^{f. arch. sacro}
 ejusdem discrimina faciunt. Atque per intervallum illud, quod re- ^{e. 15. C. 18.}
 rum conditum & tempora Mosaica intervenit, praesentiam illam di- ^{Gemar. Ba-}
 vinam, seu Juris naturalis Lumen Sethianis in posteris Adæ & Semia- ^{bylon. ad res.}
 nis in posteris Noachi præ aliis maximè volunt affulsiſſe. Scilicet in ^{Sanhedrin}
 illis טבנלוּ^r seu successionem peculiarem & populum וְאֶתְנוֹת seu ^{cap. 1. fol. 11.}
 יְהָדֵרְתָּם id est selectum, seu ut dicere solemus, ecclesiam visibilēm, ha- ^{a. Cf. Et Gi-}
 bitum. Hisce etiam accessisse ex aliis gentibus ^{de S. Hiero-}
 prophetas aliquot seculo in illo docuisse אַוּמָות הָעוֹלָם popu- ^{nym. ad E. fas-}
 los seu gentes Mundi. Septem nempè enumerant. Bileamum seu ^{am l. u. c. 40.}
 Balaamum ^z ejusque patrem, Jobum, Eliphazum Temanitem^b, ^{2. Et in O-}
 Baldadem Schucitem^c, Tzopharum Namathitem^d, & Eliam Bar- ^{pasculus Ara-}
 calidem Buzitem^e quos omnes sub Mosis ævum collocant nonnul- ^{b. c. 15. Cf. G.}
 li. De sequenti autem tempore dictum habetur מִמְשָׁה וְאֵילָךְ לֹא ^{de. Averroem}
 שָׁרְתָה טֻכִּנָה עַל אַוּמָות הָעוֹלָם ^{in epist. Me-}
 presentia seu majestas divina (solennis est loquutio, ubi ejusdem ^{Iacobam in}
 absentiam seu illuminationis, qualem diximus, negationem innuunt) ^{Iebedam in}
 genibus Mundi seu Paganis. Nimirum raro affulsiſſe eam postea Sepher Coe- ^{Num. 22. 5.}
 aliis præter seipſos volunt. Quid autem senserint de Paganis, qui ^{c. 1. fol. 15. a.}
 jura Naturalia Lumine Naturæ parentis adjuti cognoverint observa- ^{b. Job 4. 1.}
 verintque, tum ante tetigimus, tum libro septimo plura dicemus. Et ^{c. Ibid. 8. 1.}
 ad Capitum tandem designationem transimus, ^{d. Ibid. 11. 1.}
^{e. Ibid. 32. 2.}

C A P. X.

Singula Juris Naturalis seu Universalis, quod & Noachidarum dicuntur, juxta ^{Videfis Ge-}
 Ebraorum disciplinam Capita, que Majora sunt seu Illustriora, generatim ^{maran Ba-}
 indicantur. Et de Nomine Noachidarum. Tum item de horum Silentio, tum ^{bylon. ad res.}
 de Mentione obvia apud Scriptores Christianos. ^{Aboda Zara cap. 1. fol. 3. a.}

 Apita Juris Naturalis seu Universalis, juxta Ebraeos, de-
 signaturo subit in mentem illud S. Ambrosii; Lex^g Na- ^z In Epist. ad
 turalis Tres habet Partes, cuius Prima hac est, ut agni- Romanos c. 5.
 cus honoretur Creator, nec ejus Claritas & Majestas a-
 licet

dicui de Creaturis depuretur. Secunda autem pars est *Moralis*, hoc est, ut bene vivatur, modestia gubernante. Congruit enim homini habenti notitiam creatoris vitam suam lege franare, ne frustretur agnitus. Tertia vero pars est *Docibilis*, ut notitia Creatoris Dei & exemplum morum ceteris tradatur, ut discant, quemadmodum apud Creatorem meritum collocatur. Certè hujus heic sensui quām pro pè accessisse Ebraeos, sequentia luculenter satis ostendit. Juris Naturalis seu omnium hominum Communis, juxta eos, Capita sunt alia, ut superius memoratur, Majora atque Illustriora, alia Minora seu Obscuriora. Majora atque Illustriora numero continentur septenario. Horum bīa sunt בֵּין אָדָם לְמִקְוֹתָם seu *inter Hominem & Numen sanctissimum*; quibus scilicet agnoscatur honoreturque Creator. Quatuor בֵּין אָדָם לְהַבְּיוֹן *inter Hominem & proximum suum*; seu ad hominum inter se invicem mores spectant. Septimum denūm immanem erga alia animalia crudelitatem interdicit. Ordine hujusmodi recenseri plerumque solent.

I. עַל עֲבוֹדָה זָרָה *de Cultu extraneo.*

II. עַל בְּרִכַת הַשָּׁם *de Maledictione Nominis sanctissimi seu Numinis.*

III. עַל שְׁפִיכוֹת דָמִים *de Effusione Sanguinis seu Homicidio.*

IV. עַל גִּילּוֹי עֲרֵיות *de Revelatione Turpitudinum seu Turpitudine ex concubitu.*

V. עַל גַּנְזֵל *de Furto ac Rapina.*

VI. עַל הַדִּינִים *de Iudiciis seu Regimine forensi ac Obdientia Civili.*

VII. עַל אֶבֶר מִן הַחַיִ *de Membro animalis viventis non comedendo.*

Priora Sex in ipsis rerum initiis homini imperata à Numine esse a*Maimonid.*
bilach. Melachim. c. 9.
Adversus Iudeos cap. 2. iunt^h, velut primordiale legem & matricem omnium præceptorum Dei, quemadmodum ea, quæ primis parentibus imperabantur, vocat Tertullianusⁱ. Adeoque pro Naturalibus seu Universalibus sumunt

sumunt & nunquam non obtinentibus. Id quod pariter etiam de Septimo dici quidem posset. Sed quoniam cum Christianis non paucis existimant itidem ipsi, ante Diluvium, Carnis esum non omnino homini permisum esse, ita ut interdictum singulare de Membro Animalis viventis planè supervacaneum tunc fuisset, quod tamen postea clicant ex carnis cum sanguine esu interdicto Noacho & filiis ejus, ubi ^k carnis esus expressim indulgetur; Ideò hoc à No-^{t Genes. 9. 3.} achi tempore tantum solent auspicari, utcunque esset generali lege, ^{¶ 4} qua carnes in escam non permittebantur, ante involutum. Sed ca-^{1 Lib. 7. cap. 1.} de re plura alibi¹. Nuncupari autem simùl omnia hæc ad genus hu- manum sic attinentia מצות בני נח Praecepta Noachidarum seu filio-^{reppromo.} rum aut liberorum Noachi aliquoties jam diximus. Hoc verò no- minel licet etiam ipsi pariter atque alii omnes palam, si genus species, contineantur, nihilo seciūs, ut scipios velut populum Numini pecu- liarem à ceteris segregent, præceptorum interim corpus scripto Mo- saico insertum velut sibi peculiare habentes, Gentes tantum ceteras signantiūs ita vocare solent, quemadmodum etiam אוכות simpliciter, id est, populos seu gentes aliquoties ^{אוכות העולם} gentes seu populos mundi atque ^{נווים} id est Gentes seu Barbaros; uti etiam in sacrī libris ^m οἰνοι seu Gentes passim occurrit pro aliis præter Ebræos Gentibus, sicut etiam Gentium Nomen apud Romanos invaluit pro ceteris præter Quirites populis, tametsi pariter & hos idem comple- Et eretur. Quin tam singulare nomen illud ^{נח} seu Noachidarum (quod nihil reapse universalius est) faciunt Ebræi gentibus seu paganis, ut nec ipsos se eodem velint, ex vi phrascos, comprehendendi. Legitur in Misna ^m; קונים שאיני נהנה לבני ישראל ואסור Tit. Nida- Si quis votose damnaverit, commodum se nullum Noachidi ^{rim cap. 3. fol. 31. a. in Talm.} seu Noachifiliopræstiturum, interdictum ei inde non est, quin Israeli- Babylonie. tæ id præstet. Sed ut Gentibus seu Paganis aliquibus illud præstet, pla- ^{¶ 5 Maimo-} ne illicitum est. Fatentur שבל הארץ יראו מבני נח ^{nid. halach.} universos pa- ganos seu populos mundi Noachidarum esse propagines. Sed non sine hac exceptione seu temperamento de nomine; Israelitas exem- ptos esse כיוון דaicdש אברהס איתקרן על שםיה (ut verba sunt Gemaræ Babyloniae) ex universitate seu communi filiorum

Noachi, quoniam scilicet ex eo, quod sanctificatus est Abraham, non mensibi inde peculiare sortiti sunt. Quod solùm de Abrahamidis interim sumunt, qui divina sequuti sunt instituta; non de Esau post-ris seu Edomitis, nec de Ismaelitis. Summa est; על ישאל טמיה דאברהם ולא על חס בני נח Nomen sortiti sunt Israelita ab Abraham nomine, & minimè à Noachidis. Tametsi nemo non videt Abrahamum ipsum etiam Noachidem fuisse, quo etiam vocabulò non rarò in commentariis eorum nuncupatur, quatenus nimirùm ante legem Mosaicam datam floruit numénve coluit. Sed ex illo circumcisionis ejus tempore, intercisionem ejusmodi nominis seu avitæ originis talem in locutionibus suis haberi voluere, ut non solùm posteri ejus, seu ipsi, Noachidæ non sint dicti, sed etiam aut Abrahamidum aut Israelitarum, uti & tandem etiam Judæorum nomine à Noachidis cunctis voluerint, velut è prærogativa, discrimi-

* *Ad stir. San nari. De præceptis autem jam dictis legitur, in Gemara Babylonia;* ח' ר' שבע מצות נצטו בני נח דינן וברכת השם ע' ז' גilioי עריות טפניות fol. 56. a. *Be- resith Rabba Traditur דמים גזל ואבר מן הח' חנינה בן גמליאל אמר אף על דבר מ' רבנן Septem Præcepta imperata esse à Noachidis; de Iudicio, Moses Mitzvot præcepit Turpitudinum, de Sanguinis effusione, de rapina seu Furto, de 122. R. Be chais in Biur Membro animalis viventis. Etiam, ex sententia Rabbi Chanina Tora fol. 37. Ben Gamaliel, de Sanguine. Et in Beresith Rabba; על ז' דברים נצטו בני נח על ע' ז' ועל גilioי עריות ועל שפיכות דמים ועל ברכת השם וע' Videbis Gemar. Ba bylon. ad iiii. ה' דם מן הח' De septem Rebus mandata acceperunt Noachide; de cultu fol. 67. b. extraneo, de Revelatione Turpitudinum, de Homicidio, de Maledictio ne Nominis Divini, de Iudicio, de Rapina seu Furto, de Membro anima lis viventis. Rabbi Chanina F. Gamaliel dixit etiam de Sanguine a- Halach Me. nimalis viventis. Maimonides autem; על שעה דברים נצטו אדים; Jakim cap. 9. הרשון על ע' ז' ועל ברכת השם ועל שפיכות דמים ועל גilioי עריות ועל הגזל ועל הדין ע' פ' שכונין ה' קבלה בידינו ממשה רבינו והדעת נוטה להן; מכלל דברי תורה יראה שעל אלו נצטו הוספה לנו אבר מן הח' שנ' אך בשר בנפשו דמו לא תأكلו נמצאת ז' מצות וכן היאת הדבר בכל העולם עד אברם בא אברם נצטו יתר על אלו*

אלו המילה ונ' *De rebus sex mandata accepit Adam seu primus homo, de Cultu extraneo, de Maledictione Nominis, de Homicidio, de Revelatione Turpitudinum, de Rapina seu Furto & de Indiciis;* tametsi *hac cuncta apud nos sint recepta à Moše Magistro nostro atque ejusmodi sint, ut sententia humana in ea præceteris, quæ legis corpore habentur, prouis inclinet.* *Liqueret etiam prater hac Noacho mandatum traditum esse de membro animalis viventis, juxta illud, Carnem in anima sua sanguine suo non comedetis.* Ita sunt septem ^{Genes. 9.} precepta. Atque ad hunc modum se res habuit per universum terrarum orbem usque in Abraham tempora. *Insuper autem illi præceptum datum est de Circumcisione &c.* Tantundem Moses Mikorzi ^{9.} ^{9. Præcept.} alii item obiter. Unde fit etiam, ut cum Magistri, distinctius subinde loquendo ^{Affirm. 122.}, *Jura Naturalia*, seu quæ perpetuò obligare volunt, ^{vide si Mo-} מצוות מטבחים ^{re Nebochim pars. 3. cap. 26. Et Hug.} id est simpliciter *Iudicia, Iura, præcepta, seu Mores* ^{Gros de Iure Belli lib. 1. c. 1. §. 9.} universo generi humano præscriptos uti & ^{מצוות והענין} *Præcepta scientia* seu nemini rectè intuenti ignota appellantur, *Jura vero cætera, quæ à Numine ipsis singulariter imperata sunt, Ritus seu ritus* aut statuta nuncupent; in prioris generis exempla, capita Juris Noahidæ afferant velut ea quæ non scripta à rerum initii obtinueret, & in exempla generis posterioris, ritus aliquot reipublicæ Ebraicæ primò scriptos propriosque. Quadere animadvertisendum est, quod habet Gemara Babylonica ad locum illum legis ^{Levit. 18.} ^{ארת} Sacra מטבח העשו ואות חוקותי תשמרו ללכת בהם אני יהוה אלהיכם Indicia seu Iuramenta facietis atque statuta mea (vertunt aliqui Ceremonias meas; Judæi Hispaniensis ibi mis fueros) custodietis ut in eis ambuletis; ego ^{Tir. Ioma cap. 6. fol. 67r.} Dominus Deus vester. Scilicet Gemara illa; ^{קון} תננו רבנן את מטבח תעשׂו דברים טאלמלא לא נכתבו דין הוי שיכתבו ואלו זה עז' זוגילוי ערחות שופיכות דמים וגוזן וברכת השם את חוקותי תשמרו דבריהם מהשטן משיב עלייהם ואומות העולם מטבחן עליהם זאילו זה אכילת חזיר ולביבשת טעתנו וחולצת יבמה וטהרת מצורע ושער הנטהלה ופעמאת האמר מעשה תוויה הם תל' אני ה Tradition est Rabbinica, illud, Iuramenta facietis, intelligendum de rebus ejusmodi, quæ, tametsi Scriptis nondum mandarentur, mandari tamen per se debuerant; ^{velut}

veluti de Cultu extraneo, Revelatione Turpitudinum, Homicidio, Rapina seu Furto, & Maledictione Nominis; Illud vero, Statuta mea custodietis, intelligendum de rebus, quas non solum mens humana proterior, verum etiam Gentes mundi impugnabant; quales sunt ejus porci, amictus heterogeneorum, mos calcei in fratriæ renuntiatione exuendi, uti & leprosum mundandi, hircus apopompeus. Ne verò objiceret quis, res hujusmodi esse inanis, expressim adjicitur, ego Dominus, ego Dominus constitui eas. Unde nec tibi licet eas in controversiam revocare. Hinc est quod quæ sunt generis Prioris

^a Glossa T. il- vocitent "דברים המישרים" Res, in quibus rectitudo est manifesta. ^b stior, utpote nemini ferè non agnita, secundi verò generis res, qua-

^c Iomac. אַנְתֶּם אֱלֹהִים גָּזְרָתֵךְ לֹא non est alia præter decretum regium.

^d fol. 67. b rum ratio מלך non est alia præter decretum regium.

Aim Israel Sic mandata hæc discriminari volunt; non quòd genus utriunque

^e part. 1 fol. 107 non ex decreto Regis universi, id est, Numinis pendere voluerint

deſis Salom. (nam ex eius autoritate & sanctis ipsum Jus Naturale manasse passim

Iacob. ad Le- docent juxtam ante ostensio) sed quod à legibus Regum mortalium

^f fol. 18. 4. Nachmanid. autoritate Juri naturali superinduci solitis, locutionis formulam de-

in Pausli sumiserint. Sed interdum quidem in eorum libris recentioribus

Tora fol. 198. b. hac de re (ut fit de aliis) verba ita male transponuntur, ut ^g מִשְׁפָטִים & hujs pariter illud perperam occupet.

^h Pesiktha Ex contextu verò Talmudico, quem citavimus, sunt corrigenda. Septem

Zoteraha fol. 23. col. 3. autem Præceptorum, quæ diximus, Naturalium fuisse Ebræis ipsis

instaurationem in Mara paulò post exitum ex Egypto, vetus est apud

eos traditio. Seder Olam Rabba de statione eorum illic;

יב נחתנו in Israel עשר מצות שבע מזרן שצצטו עלייהן בני נה ונ' והוסיפו עלייהן

ⁱ Pesiktha Ibi tradita sunt decem præcepta Israelitis, quorum septem imperata fuerant Noachi-

dis &c. &c. (recensitis quæ diximus septem) : dixerunt tunc temporis

Israelite Sabbathum & Iudicia & Honorem Parentum. Tantum

^j Adrit. San dem etiam habetur in Gemara Babylonia cuius hac dere verba af-

hedrin c. 7. feruntur infra, ubi de singulari ipsis Sabbathi jure, nec ad alias Gentes

omnino juxta eos attinente agitur; libro nempe tertio. Nam ubi

^k Exod. 15. 25. de statione in Mara verba sunt sacra, adjicitur ibi posuit ei קָרְבָּן וּמִשְׁפָט Statutum & Iudicium, quod de Sabbatho, & aliis aliquot inter-

pretan-

pretantur. Lex verò adjecta heic de Judiciis, quomodo ab ea, quæ antea Noachidis data erat, discreparet, atque in denario hoc præceptorum numero locum eorum sententiam sortiretur, in sequentibus ostendimus, ubi Caput Juris Noachidarum de Judiciis tractamus. Quod ad Parentum verò attinet Honorem; etiam ea de repræceptum ex eadem in Mara statione petunt. Unde illud in Repetito decalogo, *Honora^a Patrem tuum & Marrem tuam, sicut^b Deo. cap. 5. præcepit tibi Dominus Deus tuus*, intelligunt de præcepto in Mara^c. antea dato. Rabbi Jehuda^b *כִּי שְׁרֵךְ צָוֵק בְּמַרְהָה* *sicut præcepit tibi*, ^b*Gamar Ba- scilicet in Mara*; uti etiam ad eundem locum adnotat Salomon^b *bylon ad iis. Sanhedrin cap. 7. fol. 56.* Jarchius, qui tamen ad memoratum in Exodo de statione in Mara locum, in Mara, inquit, tradita est *בְּהַס מִקְצָת פְּרִשְׁתַּת תֹּווֹת שִׁיטְעָסָקָנוּ* ^b*בְּגִדְפָּס Thosiphtha ad Gemaram* ^b*Babylon 112. Sabbath 4.9. fol. 87. 8.* *par sciprum legi, qua se exercearent, nem-* ^b*Vide si præ- ter Lyranum ad Exod. 15. Dionys. Car- ribus. in Exod. Enarras. 31. Abulens. ibi quaq. 9. Cap. 2. 16.* *pe de Sabbato, de Vacca Rufa, de Indiciis.* Honorem Parentum heic prætermittit, legem^c de Vacce Rufæ sacrificio substituens, quod etiam^d ut primatiō tunc traditum ab aliis memoratur. Sed^e *Num. 19. 2.* & de Parentum honore plura libro septimo, ubi de Minoribus seu obscurioribus Juris Naturalis capitibus agitur. Ut verò Præcepta illa illustriora Septem, sacro veluti carmine designata, memoria facilius retinerentur, atque in rerum primordiorum aliquatenus historia inde tum lectori agnoscerentur, tum auditori, ideo ex veterissimo instituto fiebat, ut comma hoc è Genesi^e desumtum in usum ejusmodi adhiberetur, *Et præcepit Dominus Deus ipsi Adam dicens de omni ligno horri comedendo comedes.* Rabbi Jehuda Ben Samuel verba faciens de commatis sacri sermonis in res hujusmodi adhiberi solitis^f שָׁמְעוּ פָּסָוק וַיֹּצֶא הָאֱלֹהִים עַל הָאָדָם לְאמֹר, *In Sepher Cozri part. 3. 5. 73.* סִמְןֵנִי לְטַבֵּעַ מִצּוֹת טְנַצְּטוּ בְנֵי נְחָה וַיֹּצֶא אָלוֹ הַדִּינֵין הָאֱלֹהִים זֶה עַז עַל הָאָדָם זֶה טְפִיכּוֹת דְמִימֵת לְאמֹר זֶה גִּילּוּי עֲרֵיות מְכֻל עַז הַנּוּ זה גָּזָל תָּאֵל זה אָבָר מִן הַחַי כַּמָּה הַזּוֹק בֵּין אָלוֹ הַעֲנִין וּבֵין פְּקָדָה אָךְ אַצְלָה עַבְדָּת קְבָלָה בְּטַבֵּעַ המִצּוֹת הָאֱלֹהָ סְמִכָּן אָוֹתָה בְּפְסָוק quemadmodum cum auditur commailld, & præcepit Dominus Deus ipsi Adam dicens &c. signum est seu indicatio septem præceptorum, que Noachidis imperata sunt.

Q

Et

Et P R A E C E P I T sic denotat Iudicia, seu Praeceptum de Iudiciis (quoniam in eis praeceptio est atque imperium) DOMINUS, praeceptum de non maledicendo Nominis seu Numinis sanctissimo; Deus, interdictum Cultus Extranei seu Idololatrie; IPSI AD AE seu HOMINI, interdictum Homicidii; DICENS, interdictum Incestus (quia scilicet dicit dominus alibi^g increpationi de scortatione subjungitur) DE OMNI LIGNO HORTI furtum (quia Bona quædam vocabulis illis etiam denotantur) COMEDENDO COMEDES, Membrum animalis viventis. Sed multum discrepat comma hoc à rebus hisce. Attamen habetur vulgo Cabala seu Traditio de septem jam dictis præceptis perinde ac si ipsa hoc commate subniteretur, quod in faciliorem eorum memoriam ut signum adhiberi solet ac subsidium.

^{a R. Dof Ben Chilperba in Seder Olam. Babba cap. 5.} Alii^h item hac de replura. Horum quidem Capitum mentio occurrat subinde apud scriptores Christianos doctrinæ Talmudicæ asuetiores, eaque satis interdum Ebræorum commentariis consona. Scriptores dico, tum qui seculo nostro studiis Orientalibus uberioris scaturiente, cordatores inexploratam sibi noluere prætermitti veterem Ebræorum disciplinam, tum qui non ita diu postquam literæ Orientales sub centum abhinc annis in Occidente renascebantur, commentariis suis placita de Jure interspersere Rabbinica. Neque enim in Christianorum ante illud ævum scriptis mihi comperta est expressa horum mentio omnino aliqua. Delituere scilicet in libris Talmudicis, qui paucissimis præter Judæos ipsos intellecti olim letive. Neque è Scholasticis, puto, quisquam omnino eis usus est. Citatur quidem interdum S. Thomæ Rabbi Moses, scilicet celebrissimus Ægyptius ille, Rambam dici solitus, ut etiam Joanni Bacono in Sententias, tituli aliquot Talmudici. Sed hic, uti & alii superioris ævi id genus nonnulli, Talmudica seu Rabbinica sua Hicronymo de Sancta Fide & Nicolao Lyrano Exiudeis planè debuit; & S. Thomas sua ex R. Mose desumpta veteri versioni libri ejus More Nebochim dicti, in quo nec Jus hoc omnino tractatur. Seculo autem nostro, non mentio solùm Juris hujus capitum apud scriptores, quales diximus, satis obvia est, velut eorum, quorum ratio in no-

in nobiliori, & libera rerum disquisitione est habenda, verùm etiam
in argumentis de Jure Naturæ gravissimis, eorum aliquot apposi-
tissimè interdum usurpantur. Id quod etiam maximè liquet ex in-
comparabili illo viri Amplissimi Hugonis Grotii opere ^{lib. 1. cap. 1.} de Jure Bel-
liac Pacis; ut minorum Gentium commentarios mittam. At verò ^{5. 16. cap. 2.}
prætereundum non est, Theologos nonnullos, qui etiam, puto,
nunc, id est, in hac literarum Orientalium luceflorent, viros alioquin
eruditione singulari, septenarium quidem eorundem numeruni vel-
ut ex Ebræorum monimentis haustum, in scripta sua nuperimè
transtulisse; sed intrea ab autoribus, quos citant ipsi, adeoque ab eo,
quod res ipsa est, nimirum discrepare. Alter enim de Judæorum My-
steriis agens ^k, sic; *Neque verò contemnendum arbitror, quod Hebrei* ^{Io. Filefacus}
Doctores tradunt, si quis Gentilium Iudaicam religionem amplecti ^{Seleborum.}
vellet, variis præceptionibus velut quibusdam gradibus institueba ^{lib. 2. Tit.}
tur, antequam lex Mosaica illi explicaretur. Primum enim illum ^{10.}
docebant Septem Præcepta filii Noe à Deo data, ut aiunt, qua erant
eiusmodi. 1. Non colere Idola. 2. Benedicere Deum. 3. Cavere
*ab Incestu. 4. Quodvis aliud peccatum carnis vitare. 5. Non fun-
dere Humanum sanguinem, 6. Non rapere aliena. 7. Non tollere*
membrum de animali vivente. Alter dum de Jobi pietate atque
observatione præceptorum divinorum, quæ ante Mosaica scripta
ab ipsis rerum initiis obtinuerant, verba facit, his addam inquit^l, quod^l ^{Abb. Bonal-}
R. Abraham Ben-Ezra, Rab. Levi Ben-Gerson & alii scribunt, Gen- ^{ducimus in lo-}
tiles non admitti solitos ad religionem Iudeorum, id est, verum Dei ^{23. 6.} ^{ib. cap. 23. 6.}
Cultum, nisi prius promitterent se servaturos Septem Præcepta, qua
ante legem Noe morti proximus filius suis tradiderat. Idem afferunt
Talmudista, unde & in libro, quem vocant Seder Olam ^m, *scriptum* ^m *Cap. 5.*
habetur, quod Noe dedit filiis suis Septem Præcepta. Primum, serva-
*re Ius Gentium. 2. Fugere Idolatriam. 3. Fugere incestum adul-
terium & nefandum coitum. 4. Non occidere. 5. Non blasphemare*
nomen Dei. 6. Non furari. 7. Non absindere membrum de
*vivo animali. Confirmatur hæc doctrina (sic pergit) ex iis, quæ post-
ea docet per modum examinis sua conscientia per totum caput trige-*

simum primum, ubi sigillatum discurrit & ordine quodam per omnes peccatorum species, qua ad septem predicta capita facile reduci pos-

^{a Lib. de Ec-} sunt. Idemque alibiⁿ; *Hebrei & R. Salomon tradunt à Deo data clavis possit Noe precepta numero septem: 1. Non colere Idola, 2. Benedicere*

^{gem. cap. 8.} *Deum. 3. Servare ius publicum. 4. Cavere ab illegitimo Concubitu. 5. Non fundere humanum sanguinem. 6. Non rapere. 7. Non tollere membrum de animali viventi. Quae Christus generaliter quidem, quantum spectat ad Proximum, expressit, iterumque pro-*

^{b Matth. 7, 12} *mulgavit in Evangelio, sed sub affirmativo mandato, Omnia^o que-*

cunque vulnus ut faciant vobis homines, & vos facite illis. Hæc est enim Lex & Propheta. Sic ille. Horum autem Prior heic caput il-

lud De Iudiciis omnino prætermittit, & nescio cur quartum facit, quod plane Capitis de Revelatione Turpitudinis seu Incestu pars est.

Posterior pariter illud de Iudiciis non memorat, nisi in eo quod ei altero in loco primum est, scilicet servare ius Gentium; aut in altero loco tertium, servare ius publicum, id forsitan contineri velit. At in-

terea servare ius sive Gentium, sive publicum nullibi apud Talmudicos seu Rabbinos, quos ipse affert, aut totidem verbis aut sensu, qua-

lem verba illa exhibent inter præcepta, hac enumeratur. Nequeis sensus est eis Præcepti Naturalis de Iudiciis, ut infra suo loco fusiū demonstramus. Quod verò Prior uti etiam altero in loco Posterior

enumerat in hisce caput illud Benedicere Deum, quemadmodum sa-

^{c Schindlerus} ne & alii viri linguarum etiam peritissimi^P Orientalium interdum Lexic. pag. faciunt; id ex eo evenit, quod verbum בָּרוּ (unde in enumera-

^{1530. Et Gud.} ratione nostra pro Maledictione) tum benedicere denotat, tum

^{schikardus} ubi de Iure quod prorsus contrarium est maledicere, ut fusiū ostendetur, ubi Regio. cap. 5. theorem. 17. inferius interdictum Maledictionis Numinis explicatur. Quin & in aliis.

hisce prævit fermè Gilbertus Genebrardus Archiepiscopus Aquen-

fis literis Ebraicis certè apprimè eruditus & Rabbinicis. Septem, in-

^{a Chronologia} quicq^u ille, præcepta dantur, qua Hebrei partim præcepta filiorum Noe,

^{lib. 1. ann. mundi 1656.} partim Præcepta Nature appellant, & obligare etiam Gentiles scri-

bunt isto ordine, 1. Non colere idola, 2. Benedicere Deum, 3. Ser-

vare ius publicum, 4. Cavere ab Incestu alioqui nefando concubitu,

^{s. Non}

5. Non fundere humanum sanguinem, 6. Non rapere, 7. Non tollere membrum de animali viventi. Daris sicilicet septem hæc præcepta anno primo diluvii ait, atque autores affert R. Salomonem & Seder Olam. Sed instaurata tunc temporis fuisse ea, atque cum rerum initius incepisse juxta superius dicta ex Ebraeorum mente statuendum. Neque aliter verum est, quod toties occurrit, sive Noacho; sive à Noacho, sive filiis eius ea esse tradita, eorumve præcepta esse. Ceterum quod Theologorum binorum, quos antè memoravimus, tam Posterior, quam Prior habet de horum præceptorum usu in Gentilibus ad religionem Judaicam admittendis, id immane quantum doctrinæ Talmudicæ atque Ebraeorum magistris refragatur. Nullus enim omnino caput horum in ejusmodi admissione usus; sed tantummodo in *Profelytis domiciliis* quos חַוְשָׁבִים appellant, id est, Gentilibus ad incolatum seu pacem in territoriis ditionis Israeliticæ fruendam, tametsi *Profelyti Injustitia* non fuerint seu religione Mosaiica non omnino imbuerentur, admittendis. Quotquot enim sicutantum admitterentur, eos in Capitum horum ritè explicatorum observationis futuræ professionem adigebant; florente scilicet eorum statu. Id quod explicatiū suo infra loco etiam demonstratur. Et quoties *Profelytus Injustitia*, id est, הַצָּדָקָה fiebat, ipsa legis Mosaiicæ professio cum circumcisione aliisque aliquot ritibus (de quibus etiam inferius nos fuse) initia fuere, quibus admittendus erat; nullā omnino Noachidartum Juris capitum, quā Noachidarum, ea in re habitā, Christianis autem scriptoribus accedat etiam hic Manasseh Ben Israel Judæus, Archisynagogus (id munus ni fallor gerit) Amstelodamensis, qui & Latinè & Hispanicè de rebus aliquot Rabbini-cis scripsit. Septem, inquit ille, *Præcepta ut traditur in Gemara Sandhedrin* omnes Gentes observare tenentur, quæ iccirco vocata sunt. Cap. 7.

Septem טבע מצות בני נח præcepta filiorum Noachi. Ex his (quemadmodum in Seder Olam cap. 5. & apud R. Mosem in iad Chazaqua legimus) sena Adamo data sunt; Nimirum ut abstine-ret ab idolatria, 2. Maledictione nominis divini 3. Cade, 4. Ad-ulterio, 5. Furjo, 6. Ut Indices institueret, quorum effeturare, Sepher Me-lakim cap. 9..

Q. 3.

ut illa

ne illa precepta observarentur. Super hac Noacho septimum additum fuit, ne membrum vivo animali amputatum comederet, his verbis Carnem cum anima & sanguine suo ne comedas. Hac sunt precepta ob quorum violationem, ut ex sacra Scriptura ibidem in Sanhedrin probatur, etiam Gentes Mundi à Deo punitas constat. Sic ille

** Quod. 2. in Conciliatore¹. Nec alio sensu in libris² de Resurrectione mortuorum; nec diffono ab eo, qui Talmudicis recipitur, si tum Adulterii nomine omnimodum coitum ex Jure Noachidarum homini illicitum, id est, tam masculorum ac brutorum (ut infra patebit,) quam ex sanguine incestum contineri admittas, tum Judiciorum Praeceptum nil aliud complesti, praeter id, quod est Judices instituere, quorum esset curare, ut illa observarentur. Qua de re libro videbimus septimo. Sed de generali apud Scriptores numerandi expri mendique Praecepta Noachidarum Majora atque illustriora ratione, haec tenus. Capita juris hujus, juxta Ebraeos, Minora seu Obscuriora infrafuso in loco seorsim habentur. Singulorum autem, tam eorum quae Majora diximus, atque Illustriora, quam quae Minora, uberiorem, juxta Talmudicorum, id est, tam Theologorum, quam Jurisconsultorum apud Ebraeos mentem, explicationem, (quam quidem vix aut ne vix quidem attigit scriptorum, quantum scio, qui Latinè prostant, aliquis,) libris sequentibus una cum Juris Gentibus aliis, atque Ebreis simul, sive ex praescripto Numinis Imperativi, sive ex moribus seu arbitrio eorum qui rebus praeerant, Intervenientis Capitibus Apicibusque satis vulgo etiam doctorum incognitis exhibemus.*

Libri Primi

F I N I S.

DE

DE
JURE NATURALI
 ET
GENTIUM
 Juxta Disciplinam
 E B R A E O R U M,

L I B E R S E C U N D U S;

In quo *Interdicta Noachidarum seu Naturalia bina Priora, Cultus nempe Extranei seu Idololatrie atq; Maledictionis Nominis Divini seu Blasphemia explicantur*, unà cum Jure Ebræis simul atque aliis Gentibus tum *Imperativo tum Interveniente*, quod ad interdicti utriusque in ditione Israeliticâ observationem firmandam , priorisque in primis violationis ansam qualemcunq; etiam Noachidis præripiendam superinductum est. Accedit, ut hisce cæterisque sequentibus necessariò præmium , *Proselytorum Justitia, Proselytorum Domicili, Libertinorum designatio*; aliorum item ad *Jura Gentium*, juxta eorum mores , attinentium.

C A P. I.

De Cultu Extraneo seu Idololatria, quod eorum que Juris Noachidarum seu Naturalis Majora seu Illustriora sunt, Caput est Primum. Interdicti bujas violationis Noachidi, in ditione Israelitica, poena erat pterunque capitalis. Obster & com-

& compendio de Idololatria Judæorum, & ut aliqui volunt ipsius Synedrii Magni. Quam grave crimen hanc faciant Magistri. Magia infamis species aliquot Idololatriam esse statunt.



Ultus Extranei nomine (quod Primum est Juris Noachidarum seu Naturalis Illustrioris, juxta libri superioris capite postremo designata , Caput) Noachidis seu Universo humano generi, secundum Ebræos , interdictur non modò Saxorum , Stipitum , Statuarum , Imaginum , sed etiam qualiscunque Angelorum , Corporum cœlestium , Elementorum , aliusve cuiuscunque creaturæ Cultus , sive quæ pro Numine supremo ipsa habeatur , sive quæ , veluti Intermedia , ad Supremum collenti placandum , invocetur . Imò ut Intermedia tantum Numina , coli solitas fuisse à Gentilibus Creaturas sic credebant , ut nec aliter à quoquam eorum aliquam cultam crederent fuisse ; quod ex sermo-

^a More Nebochim. part. l.c. 36. ne etiam sacro eliciunt . Egregius est ad hanc rem Maimonidis locis , ואתה יודע כי כל מי שעובד עבודת זיהה לא יערדה דעת טאן אלה בלעדיה ולא רמה מעולם כלל מן העובדים ולא ידמה מן הבאים טהצורה אשר יעשה מן המתרכות או מן האבניים והעצים שתהצורה ההיא היא אחר בראה הטמיֹת והארץ והיא הנזהם אבל אמנים יברוחו על צר שהיא אדמיון לדבר שהוא אמצעי בינם ובין האלווה יתברך כמו שבאר ואמר מי לא ייראך מלך הגוים וכו' ואמר בכל מקום מוקטר מוגש לשמי וכו' רומו אל הסבה הראשונה אצלם וכבר ביארנו זה בחבורינו הגדול וזה מה שלא יחולק בו אחד מבני חורנתנו *Noſti* , quicunque fueris extraneo cultui affuetus , cum non eā ſententiā eo cultu uti ac ſi Nāmen non effet aliud prater id quod colit . Neque enim ſive ex ipſis , qui olim colebant , cuipiam venit in mentem , ſive ex eis , qui colent imposterum , in mentem veniet , ſiguram ſive ex metallo , ſive ex ſaxo , ſive ex ligno confectam , fuisse ipsum Cœli & Telluris Creatorem gubernatoremque . Sed ita eam colunt , quatenus imaginem induit rei alicuius , que velut intermedia ſit inter ipſos , & Deum Benedictum ; ^b Jeremias 10. ſicut & ipſe explicat , ubi ^b ait ; Quis non timebit te ô Rex Gentium ? R. David . Tuum enim est imperium . Etiam apud omnes sapientes Gentium & Romachium . in omni imperio eorum non est ſimilis tui . In uno autem (באחת) ubi ^c aua

qua seu pariter apud Hellenistas & in vulgarate substituitur) despiciuntur & sunt doctrina vanitatis (eorum) lignum est. Atque alibi^c, Malachias. in omni loco incensum offertur nomini meo atque oblatione munda, ubi vide ad hanc eum quoniam magnum est nomen meum in Gentibus. Vbi causa prima, ex Salomonis corum sententia indicatur. Atqui hac de re jam egimus in Opere^d chiius & David Kenochi nostro Majore. Neque sane de ea quispiam ex Legis nostra Magistris um. dissentit. Hactenus ille; qui receptam etiam Talmudicorum heic^e In Iad ha- de Cultus Extranei discrimine, qua ad Noachidas attinebat, senten- Jacob Iefudi Thora. & tiam breviter sic est^f complexus. בן נח שעבד עז' חיב והוא שיעבוד ר' Sanhedrin בדרכו וכל עז' שבית דין של ישראל ממיתין עליו אין בן נח נהרג עליו ואפ' על פ' שאין בית דין של ישראל ממיתין עליו אין בן נח נהרג עליו ואפ' על פ' טאיינו נהרג אסור בכל ואין מניחין אותו להקיט מצבה ולא ליטע אשורה Gemar. Ba- bylon. ad ist. cap. 7. fol. 56. & 57. Noachides qui cultu utitur ex- Halach. Me- tranceo reus est, modo scilicet juxta assuetum ritum colat. Nam ubi- lakim cap. 9. cunque ultimo supplicio punitur in foro Israelitico Cultus Extra- newus, ibi Noachides, ob similem cultum, gladio plectendus erat. Et ubi cunque in foro Israelitico morte non punitur ejusmodi cultus, neque ob similem, gladio plectitur Noachides. Ceterum tametsi gla- dio non fuerit plectendus, interdictum ei nihilominus omnimodus cultus extraneus. Neque permittitur ei sive Statuam erigere, sive Lucum plantare, sive Imagines facere, sive que sunt id genus alia, ne quidem etiam Ornatus causâ Loquitur de Noachide seu Gentili Hierosolymis alibive in Ebreorum veterum ditione reo. Israelita autem ultimo supplicio, minimè ob Cultum Extraneum puniebatur, nisi sive propalam ac disertis verbis Deum sibi Novum invocaret, sive^b Accidiba במשחה Adoratione, sive immolatione, sive suffimen- (unde Mai- monides bal. ro, sive Libamine, sive cultu qui peculiaris erat Aboda Zara Numini^g commentatio, sive cultu Nu- cap. 3. & 4.) מיזחתה לטס cap. 5. Misra. 15. mini vero proprio, illum, idque saltem velut Numen, coleret. Cui- cunq; igitur factio Deo sive expressa invocatione Divinitatem apud^j Gemar. Bi- Ebreos tribueret Noachides, sive ex illis quatuor prioribus ritu aliquo^k bylon. ibi fol. 60 b. Obads- ficeret, sive cultum aut Numini Sanctissimo, aut Idolo ipsi^h peculia- as Bartene- rem atq; proprium adhiberet, ultimo puniendus erat supplicio. Idq;ⁱ vides^l partim ex Jure ipsis aliisque Gentibus interveniente, seu ex more Dens. 12. 30.

majorum superinducto, partim ex Imperativo; non autem ex Naturali seu ipso Noachidartum per se jure, quo Pænatum species apud homines forent has vel illas in universum præfiniri neutiquam docent. At vero si quis, præter Osculum aut Amplexum, Saxy jactu Basal Peor, accorporis denudatione Mercolis seu Mercurium coleret, mortis rucus non habebatur. Nam huic peculiaris erat Saxy jactus, illi denudatio corporis. Neutri vero sive Osculum sive Amplexus. Quod de ceteris diis fictis itidem dicendum. Non quod impunè omnino Cultum qualemcumque Extraneum fieri, nedum licet fuisse putarent, sed quod ultimo supplicio, ex judicio forensi, illum aliter puniri nolent. Nulla erat Cultus Extranei species, circumstantia nulla, nullæ fermè appendices, quæ fuere *באותה ר' in Monito* seu *Cautione*, id est, quæ non ita etiam pro interdictis haberentur, ut non in modo earum gravius commoneficeret populus, verum etiam, sive ex lege sacra, Excisionis poena (quam נרת nuncupatam in sequentibus fuisis explicamus) sive poena qualiscunque *בגד טמיין calitus infligenda*, sive Verbera, quibus pro vetustissimo reipublica instituto culpæ frequentius castigabantur, sed id genus poenæ alia, quoties contraria heic communissimum, nec ultimo supplicio locas erat, sequerentur. Sed de Poenis ac Judiciis, quæ Noachidas spectabant, libro agitur maximè septimo; aliis nihilominus ea de re subinde, pro re natâ, aliis in locis, ut heic nec intempestivè intersperfit. Summa heic est, voluisse eos à Noachidis seu genere humano, et precepto hoc, ita Universi Creatoris Rectorisque Majestatis Divinæ Unitatem Simplicitatem ac Ponestatem insociabilem perpetuò esse agnoscendam, ut nec Creaturarum alicui, ne quidem ut mediorum, cultum liceret exhibere aliquem divinum. Ita nempe se habuit disciplina eorum sacra pura atque intaminata ut volunt Magistri, quam in Theologiae & Jurisprudentiae Pandectis suis docent. Ceterum hanc nemo nescit moribus perquam adversis saepius interpolatam esse fœdatamque. Ante Templi primi maximè excidium. Seculis enim illis, pro vario hominum perversorum affectu atque dominantium libidine, ita idolatria seu Cultus extraneus subinde apud eos recruduit ut nullum fermè ejusdem genus non sit etiam

etiam publicè admissum. Id quod passim in federe veteri liquet. De Baalim, Astarte, Lucis sive cultis sive cultui inservientibus, Militia Cœli, Thammuz, ejusdem farinæ ceteris mentio est obvia. Et præ aliis est illud Ezechielis in primis observandum; & ingressus vidi, & ecce omnis similitudine reptilium & animalium abominatio, & uni-versa idola Israël depicta erant in pariete in circuitu per totum. Et septuaginta viri de senioribus domus Israël & Iezonias filius S. ioh. 13¹ Dicitur R. K. stabat in medio eorum stantium ante picturam, & unusquisque habebat ^{ibidem.} Numer. ii. bar Thuribulum in manu sua: & vapor nebula de thure consurgebat.¹⁶ & Deut. Ubi nec illud planè negligendum Magistros aliquos ^k septuaginta^{17. 10.} M. ioh. 13. hoic memoratos sumendos velle pro rotundo Synedrii Magnis seu ^{S. ioh. 13.} Septuaginta unius-viralis numero, iis scilicet quorū ex dictatis de- ^{cap. 10.}cretisque, juxta divinam in Pentateuchō institutionem, ^{G. mar. 13.} ^{erofolym. ad}egreditur^m seu traditur lex universis Israëlitis. Deut. Succa c. ^{4. fol. 54. col.} quibus item saepius dicitur ^{2. ad 13. Sche} כל דבר טנוונין בְּ נפשׁם עליי כ' סופוⁿ ^{7. ad cap. 3.} ^{de Subba.} Id quod interea sic interdum temperatur, ut pariter aiant^o ^{10. fol. 3. col.} כל גזירה ^{4. ad cap. 8.} שבד גזרין על הצבור ולא קבלו רוב הציבור עליה אינה גזירה^p ^{iii. Cethu.} Quodcunque decretum tulerit synedrium (Magnum) à populo obser- both fol. 32. vandum, id neutquam vim sortiri nisi si populi pars major id in se ^{col. 3. halach.} suscepas. Sed hoc obiter. Et de hujusmodi decretis, Synedrii Ma- ^{Gemar. Hi-}
gnis Dignitate & potestate partisque heic majoris ratione, fusiūs in li- ^{erofolym.}
bris de eodem conscriptis agimus. Tandem vero post Templi pri- ^{ad 13. de Subba.}
mi excidium gens toties ista eosque sapuit (Judaicam dico ita pro- ^{bato c. 1. fol.}
priè dictam, ut Samariticam colluvionem excludam) ut nihil magis ^{3. col. 4.} ^{P. Concio D.}
atque cultum extraneum idque ex majorum disciplina, quam mali ^{ta ap. Clem.}
temporis anterioris mores nimium sape obumbrarant, sed delere ^{Prom. 6.}
nequibant, velut pestem gravissimam ante alias execrandam fuge- ^{D. Hieronym.}
rent. Occurrunt quidem subinde apud scriptores veteres ^{P. de Ju-}
daico Angelorum & Astrorum cultu aliquo etiam post secundi ^{Epiſt. 151.} ^{ad Algasiam}
Templi excidium testimonia; sed quæ conjecturæ potius sunt nec ^{quest. 10} ^{videlicet Baro-}
temerè admittendæ. Et quod è Concione, quam nescio quis D. ^{num Ann.}
Chr. 60.

in illo nomen aliud innuit quam id quod est Judæus ex Peregrinis seu Proselytis, non Judæus simpliciter, seu Judæus civiliter ex Judæis, aut Ebræus ex Ebræis, ut se vocavit D. *Paulus*^t. Et tametsi in לְהָקֵר בָּאָרֶת Cætum seu Ecclesiam Israëlitarum seu originariorum ingrediebatur (ut solennis erat locutio) Proselytus, nihilominus ea multis nominibus sanctior atque alia semper habebatur, etiam & fuit, à סְנָגָן לְהָקֵר rætu seu universitate Proselytorum scorsim sumpta. Id quod aliter sane se habere nequivisse liquet etiam ex eo, quod jam dictum est de eis à Dignitatibus, Magistratibus & Praefecturis arcendis, atque Connubii aliquot eis interdictis, quæ Originariis permisæ, aliisque eis permisæ quæ vetita Originariis. Nam à Peregrinitate perpetuò retenta & Originis exteræ non deletæ ratione hoc discrimen. Finge Romanæ Ecclesiæ sacris initiatos quoque exteros neque ex Romanis familiis oriundos dici ex more Romanos, nec tamen in urbe seu regionibus suburbicarii dignitatum seu munium capessendorum jus illis permitti. Alia aliquot peregrinæ originis nomine eis denegari. Pleraque interim ibi concedi. Ipsissimum sic haberetur Proselytorum Justitiae apud Judæos exemplum seu specimen. Denominarentur quidem illi à Roma, quam velut novam etiam sic induissent patriam, quatenus scilicet ex initiatione Romani sic fierent ac quam plurimis, quæ Numen, quæ Hominem spectarent, privilegiis novisque sibi iuris generibus in territorio Romanogauderent. At verò quia alia originariis permissa (juxta quod diximus) eis sic negarentur, idque ex eo quod è Peregrinis essent, necessum foret, ut perpetuâ Peregrinitatis discriminarentur notâ. Nimirum ut nunquam nō haberentur quidem Romani, sed nihilominus ex peregrinis seu peregrini ac homines novi, qui Romanum induissent nomen; non verò civitate plenè essent, sed quadam tenus tantum donati. Adeo ut Proselyti hi, retentæ peregrinitatis huiusmodi nomine, iastar fermè essent Cumaniorum, Acerranorum, Atellanorum, qui ea conditione olim Cives Romani erant ^u, ut semper Rempublicam separatim à populo Romano haberent, & in legione mererent, sed dignitates non caperent, seu municipum quibus jus civitatis honorarium ^x, sed sine suffragiis aut magistratum capessendo-

*Possunt in
Municips.*

*Apell. No. 8.
Attic. lib. 16.*

cap. 13.

fendorum jure. Adeò ut iuxta Aristotelem⁷, cui Civis ^{όνομα τῶν} ^{Policr. 3.c.}
 ἀλλοι οἱ ἔτει μᾶλλον τοῖς μετίχειν καὶ ιούσιν καὶ αρχίσιν nulla re alia ma.^{1. C. 3.}
 gis explicari definiri que potest quām Indiciorum & magistratum
 communione, Proselynus Justitiae, utcunque novato patriæ nomine
 Judeus diceretur, non tam quidem Civis Judaicus simpliciter cen-
 sendus esset, quam Peregrinus semper cui jura quamplurima inter
 Cives. Ceterū, quod obiter non prætereundum, ex eo quod
 jam dictum est de Judæi nomine adquisito, Pristina ex Regeneratio-
 ne Cognitione omnimoda Deleta & Peregrinitate nihilominus
 Retenta, ritè sumendum est illud Taciti², cui Proselyti Justitiae recte^{Hibor. 5.}
 dicuntur transgressi in morem Judæorum. De quibus inquit, *nec*
quidquam prius imbuuntur, quām contemnere Deos, exuere pa-
triā, Parentes, liberos, fratres, vilia habere. Horum demum
 Posteri, quotquot ex Parentibus utrisque proselytis geniti cādem
 cum parentibus perpetuò conditione fuēre. Neque magis aut aliter
 Cives Israelitici erant, quam parentes ipsi seu qui primò sunt iniciati.
 Exemplum fermè est in legibus moribusque Hispanorum de Mahu-
 medanis ac Judæis, qui Christianismo nomina dederunt eorumque
 posteris. Peregrinitatem enim tam hi, quam illi ejusmodi semper
 retinenter, ut à dignitatibus officiisque civilibus non paucis, idque ori-
 ginis seu status pristini unde exibant nomine, arceantur. Ut fusiùs
 videre est apud Ludovicum à Peguera³, Joannem Escobarum^b, a⁴ *Decis. Grati-*
 lios Hispaniæ Jurisconsultos. Sed verò, non aliter atque Israelitæ^b *min. 13.*
 ipsi, filii Proselytorum circumcidendi tantum erant, nec quemad-^{Tract. de}
 modum parentes sive illi sive filiæ baptizandæ. *Nunquam enim* ^{Part. 1.} *probando*
solennis Proselyti baptismus ille iterandus erat; nec in ipso, qui pri-^{Quæst. 1. C. 2.}
 mò baptizatus, (tametsi apostata factus in ritus Judaicos rediret,) *nec in posteris.* Et patris conditionem sequebarur proles ex foemi-
 nis, quarum conjugia Proselytis hujusmodi jure permissa sunt, à
 Proselyto suscepta, extra quam ubi ex Israelitide eorum aliquis pro-
 lem genuisset. Ea enim matris, ob gentis dignitatem, sequebarur
 conditionem, & civis optima lege erat Judaicus. Proselyti autem
 filius ex foemina Gentili suscepitus planè Gentilis censebatur, ut ex
 Ancilla natus, Servus. Horum enim nuptiæ ei, ut in sequentibus

dicitur, quemadmodum & Israëlitis interdictæ. Proselytarum autem proles patrum, quibus ritè nubere possent ipsæ, conditione semper fruebatur ; alias in profanam^c, veluti cum sacerdoti Proselyta per sepe erat, transibat, aut in Proselytis item habebatur, ut ubi à Genitio. cap. 2. tili aut Servo genita. Sed hæc regulariter dicta exceptiones aliquot subinde admittunt, de quibus uti & de non paucis huc spectantibus libro quinto, ubi de conjugiorum iure adeoque proli conditione fusiùs agitur. Hisce heic tantum subjungere nonnulla sufficiat de

^a Geminus Ba-
bylon. ad 111.
^b De Succos;
one in Ponsi.
^c מְעוּבָרָת שְׁנַת גִּיְרָה וּטְבֵלָה אֵין בְּנָה צָרֵיךְ טְבֵילָה,
אֲסִיסְמָנוֹנִידֶס halach v'ida fiat proselyta, adeoque Lavacro suscipiatur, proli ejus baptismus
Isuri biacap. opus non est. Nimirum ex eo, quod nata est בְּקִדּוּשָׁה seu in San-
13. Shulcan Aruch lib. Sanctitate matris aut in ejus Iudaismo (nam hisce sic utuntur
Iore Dca et. vocibus) Proselyti seu matris conditionem in duebat. At verò 2-
268. 6. nimadvertisendum, tametsi ex ipsis solùm natalibus ita conditionem
Proselyti Justitiæ adquiri volunt, nihilominus consanguinitatis seu
fraternitatis rationem inter Proselytæ binos, verbi gratiâ, filios no-
lunt haberi undiquaque plenam, nisi pariter concepti fuerint utri-
que, nec solùm sicuti, in Sanctitate, id est, postquam mater est ba-
ptismo initia. Nimirum inter præceptum de fratria leviro du-

^d Deut. 25. 5. cenda, defuncto sine^e prole fratre, & interdictum de fratria^f extrail-
^e Levitic. 18. lam speciem non ducenda distinguunt heic Talmudici. Nam ver-
16. ^g Ex Mifna
11. Iabimoth ba facientes de fraternitatis jure, quo fratri sine prole defuncti uxor
אָחָד מֵהֶם הַוְתוֹן שֶׁלֹּא בְּקִדּוּשָׁה ex lege ducenda, ואפילו, inquiunt g Aruch. Iebom Wechaltza
Iab. Aben ha-
cap. 1. Shul- etiam ubi frater alter non concipiebatur in Sanctitate sed in
can Aruch sanctitate nascebatur, alter verò tam concipiebatur quam nascea-
zzes. cap. 157. tur in Sanctitate, fuere invicem velut estranei. Quod item dicen-
5. 1. dum de Geminis in Sanctitate natis. Nam neque inter eos Fraterni-
tas habebatur nisi tam conciperentur, quam nascerentur in Sancti-
tate. Adeò ut ex illa lege nec fratriam duceret, nec ei ritu solenni
renuntiaret. Ceterum מִשּׁוּם אֲשֶׁר אוּ� seu interdicto de non ducen-
da alias

de alias fratribus uxore seu de eius uice concubitu fratres ejusmodi teneri volunt. Sed haec ad Effectus Secundi heic generis, qui fuis sparsim occurunt infra locis, potius spectant. Et de Proselytorum Justitiae eorumque posterorum Qualitate, ac Conditione hoc in loco haec sufficient.

Maimonid.
hal. Ifuri bis
cap. 14. Shul-
can Aruch
lib. Iore Dei
cap. 269. s.
4.

C A P. V.

De Libertinorum eorumque posterorum Qualitate & Conditione. Libertini generis Judæi apud Tacitum quinan fuerint. Synagoga Libertinorum in Apostolorum Actu. De Servorum Iudaismo, circa manumissionem, initiatorum, item Proselytorum domicilii, uti & qui horum seculis recentioribus instar fuere, Conditione & qualitate. Gentilium omnimodorum confuetudine Ebræi, seculu recentioribus cum sui iuris non erant, ipsis sibi interdixere. Jus & Mores ea de re variis, pro locorum ac etatum diversitate. De Samaritanis. Publicani nomen unde adeo invitum. Titulus olim singularis in Talmude Hierosolymitano, De Proselytis.

X eis quæ de Proselytis Justitiae capite ostenduntur proximè superiori, difficile non est Qualitatem & Conditionem Libertinorum pariter ediscere. Præter ipsum Libertini nomen, ovum non ovo similius quam in cunctis Libertinus Proselyto. Omnia de Judæi nominis adquisitione, Regeneratione adeoque cognitione pristinâ deletâ, Juris Judaici participatione, Peregrinitatis retentione & Conditione posterorum jam antè dicta, in eundem similiter ad amissim conveniunt. Adeò ut reverè Libertinus in Judaismum cooptatus, id est, ut monstratum est, in ipso cooptationis actu Libertinatus donatus, undiqueque ejusdem esset Conditionis & Qualitatis cum Proselyto Justitiae, qui tempore cooptationis è Gentilismo in Judaismum erat ingenuus seu liber. Qui primò manumissus etiam, & postmodùm circumcisus & baptizatus erat, Proselytus Justitiae non Libertinus dicendus. Quoniam autem in ipso actu transitionis in Judaismum, Servus baptizatus est in nomen Ingenui seu liberi seu *לֶטֶם נִירָמֵן בְּנֵי שִׁמְךָ* in nomen Proselytismi libertatem necessariò ex more majorum consequebatur, idèo in pristinæ conditionis seu Servitutis memoriam, Libertini seu libertate donati nomen retinuit ipse posteriorque ejus, quem-

quemadmodum origine Liber seu Proselytus Justitiae nomen, ut di-
ctum est, Proselyti in Peregrinitatis, quam nec totam exuerat, memo-
riam. Ita nomine tantum hi discriminantur. Et solenne est Tal-

¹ *Maimonid.* *מִנְחָה וּמִשְׁׁחָה רַיִם* *Proselytos & Libertinos &* *תְּלִבְּטִים*
halach. Ifuri

² *Bia cap. 13.* *וְעַבְדִּים טַנְשָׂתָה רֹרֶה* *Proselytos, qui proselytantur (verbo venia datur)*

³ *C. 14. Mis. & Servos, qui libertate donantur seu Libertinos modo, quem indi-
na sit. labi-
moth cap. 8.* *cavimus, factos conjungere velut par cui jus non omnino diversum,*

&c. *tamen si nomine ita disparent. Occurrunt quidem apud scrip-
tores, Judæi Libertini generis, quod nomen aliud omnino, si notio-
nem spectes, ab eo quod jam tractamus significat; licet veri sit fatis*

simile in personis eo nomine designatis etiam & Libertinos, quales

⁴ *Annot. 2.* *diximus, repertos. Legitur apud Tacitum* ^k; *Actum & de sacra*

*Aegyptiis (sub Tiberio) Iudaicisque pellendis factumque patrum
consultum, ut quatuor millia Libertini generis ea superstitione in-
fecta, queis idonea etas, in insulam Sardiniam veherentur coercen-
dis illuc Larrocinis, & si ob gravitatem cœli interiissent, vile da-
mnum: ceteri cederent Italia, nisi certam ante diem profanos ritu-*

¹ *Origin. lib.* *exiissent. Quatuor haec millia Judæos expressim vocat Josephus!*

^{18. cap. 5.}

^m *Lib. 3. cap.* *Et eadem de re Suetonius* ^m, *Iudaorum juventutem, per speciem*

^{36.} *Sacramenti in provincias gravioris cœli distribuit (Tiberius) reti-
quos Gentis ejusdem vel similia sectantes urbe submovit, sub pena
perpetua servitutis, nisi obtemperassent. De Aegyptiis sic distributis
nihil ait. Adeo ut manifestum sit, Tacitum loqui tantum de Judæis
Libertini generis, quanquam verba ejus simpliciter sumta Aegyptios
pariter atque Judæos respicere soñan videantur. Sed vero hi uni-
versi posteri fuere Iudaorum bello Pompeiano in Judæa sub annum
ante octogesimum ac postea in Sosiano sub Augusto Cæsare aliás-
que captorum, qui in servitutem abducti dein à Romanis dominis
libertate donati sunt, atque ita Libertini Romani facti. Unde Li-
bertini generis dicti, quæ jura Manumissionis Romana nomen illud
spectat, non omnino quæ Manumissionem ex Jure, quod anteex-
plicatum est, Gentium Judæis in usu. Ita in hisce esse potuere, & vix
dubitandum est, quin sanè fuerint, tam Proselyti Justitiae atque Liber-
tini, quales ex iure hoc Gentium descripsimus, quam Judei Origina-
rii. Nam*

iii. Nam omnes pariter Judæorum nomine veniunt, ut ostensum est, & non minùs ex illis, quam ex his captivos è Judæa bello captos, atque abductos est existimandum. Ita autem se rem habuisse satis discimus ex Philone, ubi de regione Transtiberina Judæorum sedibus Augusti indultu assignata verba faciens⁹, Ρωμαῖοι Ἰ, inquit, "Lib. de Legione ad Casum.
 οὐαὶ τοῖς ἀπελθερίτες. αὐχμάλωτοι γένοι ἀχθέτες εἰς ἵτα-
 λαν τὸν τῶν κληρονόμων ἡλθερίθηκον, σὺν τῶν πατερίων παρεχ-
 ραγέται βιασθέντες, Romani verò erant eorum plerique quibus li-
 bertas donata, seu Libertini. Nam bello capti & in Italiam ab-
 ducti à dominis sunt manumissi, nec ritus patrios violare coacti.
 Sensus ab interprete Philonis curte nimis redditur. Nec Roma-
 norum aut Italiae apud illum mentio. Hi igitur Judæi etiam Ro-
 mani fuerunt Cives; id est, Libertini optima lege facti. Quorsum
 alias à Philone signantiūs dicti Romani? Et civem Romanum si-
 mul & optima lege Judæum, etiam extra territorium Judaicum na-
 sum, quempiam esse potuisse manifestum est ex D. Pauli exemplo;
 qui ex Ebræis. Nam is Tarso Ciliciæ¹⁰ natus & Judæus erat & civis¹¹ Romanus. Quod verò ad Libertinos hosce spectat; scimus qui-
 dem ex jure Cæsareo vetustiori Libertinos fuisse alios qui aut p. testa-
 mento aut in Ecclesia seu concione (æde sacra volunt aliqui)
 aut ante Consulem manumitterentur, alios qui per Epistolam, aut
 inter amicos, aut convivii adhibitione, alios qui quovismodo ma-
 numissi sunt, postquam poenæ infamiam insigniorem subierant.
 Secundum & tertium Genus Latini & Dedititiū nuricupabantur,
 nec civitate fruebantur. Genus autem primum Cives erant Ro-
 mani seu Quirites quales una vertigo, ut est apud Persium¹² fecit.
 Atque illis eadem competebat libertas, quam habebat manumissor,¹³ Satyr. 5.
 nisi quod scilicet Libertinus esset, qui manumitterebatur, licet manu-
 missor esset Ingenuus, ut loquitur Justinianus, qui discrimen illud
 Libertinorum sustulit¹⁴, atque omnes pariter civitate donatos vo-
 luit. Generis igitur Libertini quod Romani juris erat, non omni-
 ño quod Judaici, Judæi sic apud Tacitum denotati sunt censendi.
 Id est, Judæorum, Proselytorum & Libertinorum, qui juxta mores
 & titus Judaicos superius ostensos facti, in servitutem postea à Ro-
 t. Vnic. C.
 tit. de Dede-
 taria lib. toll.
 & C. tit. de
 Latina lib.
 sol. & Inflit.
 tit. de Liber-
 tinis. Liber-
 tinorum.

manis redacti sunt , posteritas. Qualis quidem Servitus , aut Libertinitas Romana obstatne nequibat , quo minus , quā Judaicam rem publicam spectabant , pristino nomine & conditione pristina , profus etiam absque postliminio frui possent . Utrum Libertinorum huiusmodi Romanorum in patriam reducum , an Judaicorum , qui nomen scilicet illud ex ipsa è servitute in Judaismum simul & libertatem cooptatione jam ostensa nacti fuerant , Synagoga illam Novo federe memorata conflaretur , viderint acutiores . Verba sunt ,

^{1. Ad. 14. 9. 8.} surrexerunt autem quidam ἐκ τῆς συναγωγῆς τῆς λεζορδῆς Λιβερτίνων , &c. Ex synagoga qua appellatur Libertinorum & Cyrenensium & Alezandrinorum , & eorum , qui erant è Cilicia & Asia disputantes cum Stephano . Non nescimus , inter veteres non deesse , qui Libertinorum nomen ibi sumant pro eo quod regionem , Gentem seu populum pariter ut cætera quæ sequuntur , significet ; id est , Judæos dispersionum , ex gente seu populo sic dicto apud quem nat sunt , atque unde in terram sanctam velut reduces confluxerant , pro more denominatos . Et Suidas , Λιβερτῖνοι , ὄνομα εθνες , Libertinos , ait , *Gentis nomen esse* . Quin & ecclesia Libertinensis in Africa habetur in Collatione Carthaginensi . Quin ex Aegypto nomen hoc , qua sectam , nescio , quam designet , petitur ab aliis . Atque ab aliis

^{2. Th. Beray.} aliter . Sunt verò interea non pauci ex doctissimis ^u qui de Libertini Cornelius à generis Judæis , qua libertate utcunque donatos verbum illud è Larinio , Ludec. in sermone Hellenisticum receptum atque tum Syro , tum ab Arabe retentum indicat , locum interpretantur , Chrysostomum ^x lecuti , cui Romanorum ἀπελλήγοι Libertini vocantur , qui eo hec

^{3. Att. 6.}

^{4. Homil. 15.} fruuntur nomine . De vocabuli notione , qualibetatem nuper acquisitam complectitur , assensum libentissime præbeo . At verò an non potius Libertinorum sic ex Jure Ebraico juxta jam narrata ditorum , id est מושחרין seu qui è servitute in libertatem ac Judaismum migrarent , quam eorum qui ex Jure tantum Romano sic dicebantur , notio eo in loco obtinere debeat , subdubito . Certè id quod apud Tacitum de juventute Judaica generis Libertini in Sardiniam à Tiberio missa habetur , spectat ad annum , quo Marcus Silanus & Lucius Norbanus fuere Consules seu decimum nonum , juxta vulgi compu-

computum, à Christi natalibus annum. Et sub annum inde quintumdecimum, seu sub Stephani martyrium manifestum est, Synagogam hanc, neq; tunc primum ut videtur, Hierosolymis floruisse. Ita in congruum non est de Libertini juxta iura Romana generis sodalitio aliquo synagogam illam intelligere. Nec sàne rationi disfidet, si de Libertinis juxta ritus Judaicos factis capias. Nam & hosce suos habuisse seorsim uti & Prosclytos Justitiae sodalitia & synagogas, vix aut nevix est cur dubitemus. Et tametsi Libertinatus nomen tempore illo, quo ita imperarunt Cæsares tam Hierosolymis, quàm Romæ, potuit quidem locum tam Hierosolymis, quàm Romæ obtainere, quà Servitutem in Libertatem ex jure Romano muratam innuit'; nihilominùs vero propius in conjecturâ statera accedere videtur, Libertini nomen, licet è Latio deductum, Hierosolymis tunc temporis, in Synagoga seu collegio ejusmodi, Judæos eos posterosve eorum denotare, qui Libertini dici ex ipsa in Judaismum è servitute cooptatione solebant; idque ex Jure Ebraico seu Hierosolymitano jam ostensò ejusve tunc temporis reliquiis neque sàne ex Romano jure, quod à Judæis ipsis neutiquam nominetemus, nedum re aliqua in synagogarum proculdubio disciplina receptum est adhibitumve. Porro haud ita ambigendum videtur, quin Judæi generis Libertini apud Romanos, postquam Hierosolymas redierant, non Libertinæ ibi conditionis sed planè Ingenuæ atque Originariæ, veluti ex jure quodam Postiliminii, haberentur. Apud Syrum autem legitur, surrexerunt homines ex synagoga, quæ dicitur Libertinorum, Cyrenai & Alexandrini, & qui erant ex Cilicia &c. Omisâ copulâ illa post *Libertinorum* è qua ceteri, qui sequuntur, ab illis sic distinguiuntur, ut pro aliarum synagogarum sodalibus sumendi videantur. Neque aliter, ut videtur, apud Arambem, quem transtulit Junius. Nam in Erpeniano copula habetur uti & in Latina versione, atque Aethiopica, ut adnotat præstantissimus Vir Ludovicus de Dieu, qui ad illud de copula in Syro omissa sic, inquit, unum indigeratur collegium Libertinis Iudeis consecratum, cujuscunque tandem gentis essent, sive Cyrenai sive Alexandrinis sive Cilicis sive Asiatici. Quod valde nobis arrideret si lectio

comprobaretur. Certe nil ita mihi videtur ostendare, quo minus etiam dum copulam legimus de unica tantum Synagoga eaque Liber-

^{Cap. 6. pag.} ^{387.} tinorum dicta, sed cuius sodales gentium quae insequuntur nominibus distinguuntur, locus capi possit. Atque ita cum olim intellexit Cajetanus. Et consulas quae de hoc nomine pridem scripsit Aegidius Bucherius in tractatu de Paschali Judæorum cyclo^y. Sed de Libertinis satis superque. De Servis, ut superius monstratum est, Circumcisio & Baptizatis, seu Judaismo retentâ servitute initiatis,

<sup>Gemar. Ba-
bylon. ad sit.
Sanhedrin
cap. 4. fol. 58.
b. Maimonid
Babac. Isruti
bis cap. 12.
C. 13.</sup> aiunt צְא מִכֶּל הַגּוֹם וְכָלֵל הַיְהּוּדָה בָּא בָּא² stimate seu numero Gentilium, nec tamen universitati Israeli (sicut profelyti Justitiae ac Libertini) accedunt. Veluti medium quid inter Gentilem & Judæum seu Prosclytum Justitiae habebantur.

Quod pariter de Ancillis baptizatis dicendum. Nam Servus ex baptismo ejusmodi quo quidem eatenus Judaismo initiatatur quatenus servi, qui ab alio inter bona possidetur, conditio ferret, desiit esse Gentilis, quia Judaismi institutis nomen ritu solenni dederat. Nec tamen habebatur Prosclytus Justitiae quia libertate cœluit, nechui omnino erat juris. Unde adquisivisse eum aiunt מִקְצָת partem Prosclytismi, sed qualis eum inter bona potius quam in hominum censu collocabat. Cognitionis autem servilis ratio erat eis nulla. Posteri ejus ex ancillis è Gentilibus suscepiti, uti ancillarum è Gentilibus sic adscitarum perpetuo parentum sequabantur conditionem. Quamprimum autem libertate, juxta superius dicta, non sine alio baptismo donabantur, Libertini sibi postteri, quam ipsi qui primò Judaismo nomina dederant. Aliud omnino erat Servitutis genus Ebraica illa, quam serviebant Ebræi originarii ipsi, in sacris literis non semel memorata. Eam libro Sexto ubi de servis etiam hisce plura, latius, ut de utroque genere simul constet, explicamus. Ita demum tam apud Ebraeos, quam Romanos, aliosque illud, quod de hoc hominum ex iure Gentium discrimine apud

<sup>Instit. tit.
De Liberti-
bus.</sup> Justinianum^a habetur, obtinuit. Postquam jure Gentium, sic ille, servitus ingenuitatem invasit, securum est beneficium manumissionis. Et cum uno communi nomine omnes homines appellarentur, Iure Gentium tria hominum genera esse cœperunt; Liberi & bis com-

fratrum

trarium Servi & tertium genus Libertini, qui deserant esse Servi. Profelyti autem Domicilii Qualitas & Conditio satis quidem videatur manifesta ex eis, quae de eo jam suprà sunt dicta. Aut Liberet nempe, qua rem publicam spectavit Ebraicam, aut Servilis erat conditionis. Utrique sedes in territorio Israelitico eorumque ditione, juxta qualitatis discriminem, permisæ. Sic tamen ut Hierosolymis ob singularem urbis sanctitatem habitationis locus eis assignandus non esset. Maimonides ^b מוקם נר הוות בחוון *Locus*

Profelyto domicilii intra urbem Hierosolyma assignandus non erat. ^{b Heschach a.}
Alibi autem, ut dictum est, permisæ Profelytis ejusmodi sedes; id-

que citra Judaismi professionem, ad quam neminem mortalium adigebant. Sed aut Judaismus amplexandus, aut futuræ Septem Noachidarum seu omnium hominum communium præceptorum observationi nomen dandum erat Gentili cuique in eorum potestate degenti, dum sui juris erant, ut ostensum est. Aliter velut pro hoste habitus. Cognatio omnimoda apud Profelytos domicilii manebat. Et Posteri non minus atque ipsi, opinor, in hujusmodi professionem adigi soliti. Quo autem foro uterentur, & quomodo tum ob Juris Noachidarum seu Naturalis, tum ob Gentium Juris Imperativi ac Intervenientis violationem puniendi essent, suis in locis obiter in sequentibus docetur. Nec dubitandum puto, quin Profelytis ejusmodi, dum sui juris erant Ebræi, id est, seculis quibus, juxta superius dicta, admissio hæc in usu fuit, consuetudine tum Israelitearum, tum Profelytorum Justitiae, aliquamque qui in eorum mores transierant, pro arbitrio, exceptâ sacrorum communicatione (qua de-

re plura inferius) uti posset. Atq; illuc spectat illud Josephi ^c Ταῦτα δι' ^{contra A-}
^{pionem lib. 2.} ταρέχει ταρσίοντας ἀναμύννει ταῖς σωτηρίαις σὸν οὐγέλεον. τ' ἀλλά
ταρεύεικεν, ὃν ἔτιν ή μετάδοτος απαγγεῖσα, πάσι ταρέχει τοῖς δευθύνοις,
πέρι, ὡδῷ, τροφῇ, ὁδὶς Φεράντιν, ἀπαφον μὴ τείσεσσεν, Eos autem, qui
obiter adveniunt, seu non ad Iudaismum suscipiendum, id est, Profelytos domicilii seu advenas in mores nostros non transeuntes (nam de
Profelytis Justitiae proximè ante locutus est) misceri solennitatibus
scilicet sacris noluit (Moses.) Cetera tamen indigentibus universis
exhibenda constieuit, quorum scilicet participatio communicatio
necessa-

neoeffaria est, veluti ignem, aquam, alimentum. Itineraria item indi-
cari, nec in sepultum quempiam relinquere. Ita is veteris seu Mo-
saicæ de Proselytis domicilii institutionis sensum explicat ex majori-
tati traditionibus, quæ ad tempora anteriora, quibus sui fuere juris,
spectant. Seculis autem in sequentibus, seu cum plerumque partim
sui juris (solum fermè in rebus sive sacris sive ad sacra seu singularem
Gentis sanctitatem necessario attinentibus; idque ex dominan-
tium indultu, quo nec semper ita fruebantur) partim alieni fuere, ne-
que eis integrum satis relinquebatur Proselytos domicilii ritu solen-
ni, ac more majorum admittere, utpote quos coercere jam nequibant,
sed tantum Proselytos Justitiæ, Libertinos ac Servos in Judai-
simum eo nomine, ut ostensum est, cooptare, quorum omnium ini-
tiationis, nempe quæ ad sacra ferè omnino jam spectabat, neque ius
neque usus unquam desit; seculis inquam illis in sequentibus, do-
micio fœpè commissos fuisse illis, nemo non videt, Gentiles pro
exterorum, qui dominabantur, libitu, quibus reluctari nequibant.
In hisce autem palam est, fuisse tum qui Idololatriam aliosque Gen-
tium, qui Noachidarum juri adversantur, mores retinuerint, tum qui
נָבָעַ רְמֵמָה יְהוָה וְיְהוָה et p[ro]p[ter]ius seu religiosus ex Gentilibus, seu qui, tametsi
Proselyti Domicilii nec fiebant, nec jam ex more publico fieri qui-
bant, Proselytorum tamen ejusmodi instar fuere, tantum non rite
admissi. Qualis Cæsarea Cornelius ille cohortis Italicae centurio,
^{¶ 10. 22.}
qui non solum vir religiosus erat & timens Deum sed etiam μαρ-
τυρεύματα τοῦ οὐλαζόντος τὸν ιδεῖν, testimonium habens ab uni-
^{¶ 3.}
versa Gente seu multitudine Gentis Iudaorum, quales item alii supra
memorati. Ceterum quoniam, quinam jam essent in iis idolola-
træ, quinam juxta Noachidarum iura pii, ex professione aliquâ publi-
ca, & quæ sub poena obligaret, resciri nequibat, & adeò moribus avi-
tis adversum fuerat consuetudinem cuiuspiam in solo Judaico ad-
mittere, nisi idololatriæ ritu solenni renuncians cetera Noachida-
num juris capita in se suscepisset observanda, atque ut Proselytus do-
miciilii esset admissus, ideò quod ex imperio in Gentiles adeò minu-
to seu penè deleto præstare non potuere, id, quantum in ipsis erat,
ex imperii in suos reliquiis volebant præstitum. Scilicet ex superin-
dumento

ducto à sapientibus jure Interveniente, quo Judæi, quatenus Gentes respiciebant, inter se, atque ad Judaismum ejusque ritus sartos testos conservandos essent regendi, mores inolevere de Gentilium omnimodorum, qui in Judaismum non transirent, non solum, quatenus commode fieri posset, maximè in solo Judaico, consuetudine, societate ac familiari consortio, sed etiam contractuum commerciorumque generibus pluribus fugiendis. Ratio quâ Jus ita superinductum nitebatur, velut sola, saltem obtenditur, ne ex eorum, quibus per Jus Israelitarum in solo Judaico ne sedes tenere liceret, consuetudine, consortio ac commerciis, idololatriâ rebusve aliis idololatriæ causâ fugiendis (ut fusiùs infra ostendit) ipsi inquinarentur. Maimonides de interdictis ejusmodi cum Idololatris consortiis, pactis commerciisque ; ^{הזהיק הזאת מפני ע' ; והוא שג'} Et ^{Halach a} omne id ^{Aboda zara} cap. 9. ^{Exod. 34.16.}
 quod sic diceretur de non admittendo Idololatrarum consortio & commercio, idololatria causa introductum est, ^b ^{Legit. cap. 7. & cap. 15.} juxta id quod habetur in sacra Lege ^b, ne vocet seu inviter te, edasque de sacrificio ejus & accipias de filiabus ejus filii tuis & fornicentur &c. Nimis ob ipsam quæ in sacris literis non semel assertur de septem populorum consortio commerciisque evitandis rationem (unde & de eis Jus Gentium imperativum seu à Numine præscriptum habetur) aliarum item Gentium, quarum non dissimilis ratio, ex Jure Gentium sibi, maximè in solo Judaico quantum fieri potuit, aliisque Gentibus Interveniente seu ab ipsis superinducto, consuetudinem, consortium & commercia aliquot verabant. Quod ut facilius effectum sortiretur, etiam Gentiles omnes pro immundis, seu qui contactu Judæum nunquam non contaminaret, statuere habendos. Cum enim ^b ^{halach Isuri} sacras haberent leges, tum de Puerperæ, tum de viri seminis & mulieris sanguinis profluvio laborantis immunditie, quæ contactu personarum contrahebatur, neque leges eæ, Israelitis nempè peculiares, ad Gentiles attinerent, superinductum est sapientum decretum, quo nunquam hujusmodi immunditie seu ejus effectu, quantum ad Ju- ⁱ ^{Maimonid.} ^{halach Isuri} ^{7. & cap. 15.} ^{vide Mis-} ^{dgos, carere Gentiles constitutum est. Scribunt enim הגויים אין ח"בין עליהם משות נדה ולא משות יולדת והכמ"פ נזרו} ^{mamis. Nid-} ^{da cap. 4.}

נָא וְלֹא כָל הַגּוֹם הַנְּרָם וְהַגְּקֹנוֹת טִיחַו כְּבֵיס חֲמִיד בֵּין רָאוּ בֵין
Leges sacra de muliere menstruis aut sanguinis profluvio laborante, aut de puerpera, ad Gentiles quidem non attinent; id est, ex ipsa lege sacra immundi ex causis illis non sunt. Sed sapientes decreverē omnimodos Gentiles, tam masculos, quam feminas pro eis, qui perpetuo sanguinis profluvio laborant (sive eadē re constet, sive minimè) habendos, quoties de munditiae & immunditiae questio fit. Id est, ex eorum contactu immunditiam contrahi. Eos enim qui sacrâ immunditiae lege non tenebantur, ipsi eis, qui eā tenebantur, semper immundos haberí, jam ex superinducto hoc atque interveniente jure volebant, ut facilius sic eorum consortio, quantum fieri posset, arcerentur Judæi. Quod & tempore

¹ Gmar. Ba-
bylonia ad
111. Aboda
zara cap. 2. נָא
fol. 36. b Se-
pher a Iau-
chafia. fol. 15.
non introierunt in Pratorium Pilati ministris qui Gentiles erant refertum ut non contaminarentur, sed ut manducarent Pascha intaminati.

² D. Iam. 18.
28. Atque ex superinducta Gentilium immunditie manavit
³ Ag. Apof. & illud D. Petri ⁱⁿ; Vos scitis quomodo abominatum sit viro Iudeo con-

20. 28. jungi, aut accedere ad alienigenam. Græca sunt, οὐδὲ μητέρα ἐσ-
αύδει ισδαιώ, καλλάδει τοποιόχειδεις αὐλοφύλω, quod illicitum sit
viro Iudeo adhærescere seu advenire ad alienigenam, ubi Syrus
habet לְאַנְשָׁא נָכְרִיא דְּלָא הוּא בֶּן שְׁרַבְתָּה ad hominem extra-
neum, qui non sit filius generationis sue. Sed mihi ostendit Deus, ita
ibi statim Petrus, neminem communem, aut immundum dicendum
hominem. Quod de adventu ejus ad Cornelium Italum dictum est,
& immunditie qua Gentiles universos pollutos esse, ex more Judaeo, existimabatur. Unde etiam ad Petrum viri aliquot ex circum-

⁴ Ag. Apof. Quare introiisti ad viros præputium habentes & mandu-
casti cum illis? Nimirum eousque tunc illicitum erat atque infame
Gentilem convenire & familiarius consuetudine ejus uti, ut tum
contra majorum morem quo absque publica Proselyti domicilii
professione in solo Judaico Gentilem sedes habere non permitte-
batur,

batur, iniquius commissum esse videretur, tum aut immunditatem lacro, velut poenam simul & purgatione solvendam, aut ejus non levem saltem suspicionem contraheret, quisquis id ficeret. Hinc & illud apud Justinum historicum^o; *Quoniam metu contagionis pulsos*^o *lib. 36.*
se ab Aegypto meminerant, ne eadem causam invisi apud incolas forent,
caverunt ne cum peregrinis communicarent: quod ex causa factum
paulatim in disciplinam religionemque convertit. Hinc illud Apollonii Molonis^P, Judæos recipere noluissent ex aliis Gentibus quempiam diversa de Numine sentientem, μη δικαιωθεῖν τοῖς καθ' ἐπέγαν συνθετούσις θεοφράστοις, Nec consuetudine eorum uti, qui aliam, ^{Iosephus cōtra Apionem.}
præter Iudicam, vitæ rationem sequebantur. Quod & verum fuisse palam asserit Josephus, dum rem ipsum ex Græcorum aliquot de peregrinis more pluribus defendit. De Commerciis autem & humanitatis Officiis aliquot, instituta habuere, pro locorum diversitate, alia atque alia, uti & proculdubio seculorum. Huc etiam spectat illud de Samaritanis, qui nunc se sanguine Judæos junctos profitebantur, nunc ibant inficias ipsi, sed perpetuo Judæis exosissimi. *Quomo-*^{9.} *do τοι τοι Iudeus cum sis, bibere à me poscis, que sum mulier Samaritana?*^{Ibid. Vers. 8.} *εὶς τὸν οὐρανὸν ἵδαιοι Σαμαρεῖταις, non enim contunduntur Iudei Sa-*^{40.} *marianis, seu ἡγεμόναις οὐκέτι Non habent commercium*^{48.}, ut Syrus.^{Videsis Dæ-}
Verba sunt Samaritanæ ad Jesum Christum aquam poscentem, un-^{uel. Heinrici}
de propter consuetudinem hanc cum muliere illa uti eriam cum aliis^{um in Ari-}
Samaritanis atq; ex eo, quod discipuli ejus cum Samaritanis com-^{ſtarcho sacro.}
mercia habuerunt, convitum illud Judæorum ei impactum est, Sa-^{cap. 7. iuxta}
maritanum illum fuisse, id est, Judæum Apostamat^{um in Aris-}, *se, qui ex con-*^{ſtarcho sacro.}
fortio illo Judaismo renuntiâsse videretur. Et sanè gentem Samariti-^{cap. 7. iuxta}
cam, utpote quæ Cuthæorum & Judæorum colluvies verum cul-^{ſtarcho sacro.}
tum diversimodè adulterarat, habebant sibi præ aliis invisissimam &^{Mos. tit.}
veluti Gentiles. Atque, ut alias fieri solet, quò angustius post defe-^{Aboda zara}
& tionem erat vicinitatis interstitium, cò gravius utrinque odium. In^{ca. 1. Et Mai-}
vicitis autem jam erat ædes^u agros vein solo Judaico Gentili cuicun-^{monid. ha-}
que vendere uti & agros locare. Sed ædes ibi locare ei fas erat mo-^{lach. ejusd.}
do non in habitationem; nec, ut opinor, Samaritano. De habita-^{tit. cap. 10. Et}
tione autem aiunt, תְּבִנָה פֻחַת מִשְׁלָשָׁת habitatio non est dicen-^{Mikotzæ}
48.

da nisi tres simili inhabitarint. At in Suria (sic vocitant Aram zoba, regionem solo Judaico vicinam à Davide subactam) eis locare fas erat, etiam & agros in culturam. Alibi locorum & aedes & agros pariter vendere. Commercia alia eis etiam intra solum Judaicum ex majorum institutis cum Gentilibus permissa; sed ea tantum, quæ nec Gentilium omnino cultui extraneo adjumento, nec libertatis Israelicæ reliquis ipsorumve cultui sacro detimento, sive reverâ si- ve existimatione forent. Qua de re quam plurimæ occurunt sub-

^a In Misrah. Et tilitates^x. Eas autem, quoniam potius sive ad tempora locosque,

^b Gemara iis. Aboda zara quibus post urbis templique Excidium per orbem terrarum dispersi

^c cap. 1. Et 2. sunt Ebrai, sive ad ejusmodi statum, tempora & locos ante Excidium

^d Maimo- spectant, prætermittimus. Et fieri nequit, quin pro re nata, alia atque

^e nido halach. ^f ejusmodi cap. 9. alia de rebus hujusmodi ab iis, qui exulantibus Babylone, Aegypto,

^g Et 10. alibique per Asiam, Europam, Africam, Judæis præerant, diversimo-

^h L. 3 S. 3. D. rit. de Decu- dè superinducerentur instituta. Nam munera civilia inter Gen-

ⁱ rionibus L. 5 tiles ac Christianos, veluti Decurionatus, alia seculis, quæ Templices

^j Et 10. C. 11. de Iudeis. L. cedium proprius secura sunt, necessariò subinde ^k y ambitiosius obi-

^l 3. 11. cod. Cod. bant, interdum nihilominus immunes etiam nec ^m admittendi. Un-

ⁿ Theodosiani de diversitas, puto, etiam ipsis juris, de aliorum consortio fugiendo,

^o Et vide ibi 1. admittendo. . . Et vide hac de re plura capite hujus libri postremo.

^p L. 19. C. 11. de Iudeis. Et Ex jam dictis autem satis, opinor, constabit de causa, cur adeò invi-

^q C. Theodos. sum esset Ebrais Publicanorum nomen, id est, eorum qui vestiga-

^r lib. 16. 111. 8. lia ac censum Romanis ab eis solvendum conduxerant. Eorum

^s L. 13. Et vide auferens bec planè Gentiles alii, alii Judæi. Qui Gentiles erant eo nomine satis

^t cap. 9. odio habiti, utpote Idololatæ, aut saltæ sic censi. Qui Judæi,

ideo invisi, quod cum ejusmodi Gentilibus in terra Israelicæ degen-

^u D. Marth. tibus, velut Præsidibus, Quæstoribus Legatisque Romanis, nec Pro-

^v 9. 11. II. 19. 21. 32. D. felyti domicilii professione, quæ tunc non in usu, obstrictis con-

^w Marc. 2. 15. ductionis ejusmodi contractum, consortium ac consuetudinem

^x D. Lyc. 7. 29. contra morem atque instituta majorum, idque palam velut Gen-

^y D. Marth. 18. 17. Vide sis tiles, alieni nempè imperii ministri, inierant. Cum peccatoribus

^z Tertullian. igitur ac meretricibus signantiū censemur interdum in Evangelio.

^{advers. Mar-} aduers. Mar- lii ^a locutionibus Publicani; interdum pari cum Gentilibus con-

^b II. ditione. Si ecclesiam ^c non audierit, sit tibi tanquam Ethnicus seu

Gensi-

Gentilis & Publicanus. Atque cum bis repetatur in Græcis Mat-^{c Cap. 5, 46.}
thei^c editis, nonne & Publicani hoc faciunt? Posteriori in loco tum^d Rob. Ste-^{£ 47.}
 nonnulli codices Græci^d, tum versio vulgata habet veluti synony-^{phan. ibid.}
 mum, nonne & Ethnici hoc faciunt. Quod verò habet Tertullia-^{£ Theodor.}
 nus velut ex Deuteronomio^e, Non erit vestigal pendens ex filiis^{f Cap. 23, 18.}
Israël, perinde ac si Publicanus ex ipsis inde non fuisset admittendus;^{De Pudici-}
 id manavit ex versione Hellenistica quâ πλεσφόρος & πλεσκόμενος^g ^{iota cap. 9.}
 usurpantur sive pro eo, quod est scortum sive masculum sive foemi-^{h Que. 28.}
 neum vestigalia seu pretia sive pendens sive accipiens sive pro eo^{b Epist. 146.}
 quod est mysteriorum gentilium præfetus seu initiatus, ut vult^{i Baron. An-}
 Theodoretus^g. vide hacdere item D. Hieronymum^h, præter recen-^{nal. 31. num.}
 tiores aliquot. De Proselytorum autem, quos jam tractavimus, ^j Cf Isaac.
 jure quod sparsim in corpore, quo utimur Talmudico, & apud Ma-^{Casabon.}
 gistros traditur nec sibi, quantum scio, in Talmude, sive Hierosoly-^{Exercit. 13. 5.}
 mitano, sive Babylonio ullo quod typis editum est, aliisve Misnæ e-^{36. Caspar.}
 ditionibus titulum sortitur proprium, habetur aut olim saltem habe-^{Waserna lib.}
 batur apud Judæos Titulus ac liber singularis, qui etiam, ni fallor,^{i de Ami-}
 Talmudis saltem Hierosolymitani pars. Cum enim librorum cor-^{quis Hebra.}
 poris Talmudici utriusque quilibet מסכת^k dicatur, ut *Massechet San-*^{numm. c. 18.}
hedrin, *Massechet Iabimoth*, & qui sunt ceteri, citatur non semel^{ad Baba Ka-}
 Rabbi Jom Tob bar Abraham in commentario suo ad Maimoni-^{ma c. 10. §. 1.}
 dem^k *Migdaloz* dicto, מסכת גרים^l *Massechet Gerim* seu *Tractatus aut*^{h Ad Halach.}
liber de Proselytis, uti & דמסכת נשים^m *פרק טנ'* *caput secun-*^{I Isuria}
dum Libri de Proselytis in Talmude Hierosolymitano, atque id genus^{cap. 13. fol. 337}
 alia. Perquam mancam esse tam Venetam, quam Cracovien-^{l & b.}
 sem Talmudis Hierosolymitani editionem nemo nescit, utpote^{1 R. Gedaliyah}
 quamplurimis, qui in Babylonia habentur, titulis etiam ad ipsum pa-^{Ben Lebas in}
 riter spectantibus carentem, adeò ut iis, qui sic desunt, hic connu-^{Shalheleth}
 merandus esse videatur. Sed nec in Titulis Talmudicis sive ab E-^{fol. 35. £ 36.}
 brais^l sive à Christianis^m simul enumeratis hunc de Proselytis com-^{m Petrus Ga-}
 perio. Floruit Jom Tob sub annum Christi trecentesimum septua-^{Larinus, de}
 gesimum supra millesimum.^{Arcanii lib.}
^{1. Sext. Sé-}
^{nensis biblio-}
^{thec. 4. I. Bux-}
^{torf. in Bibl.}
^{Rabbinica}
^{£ c.}

C A P. VI.

Defacultate Statuam seu Titulum erigendi, Saxum adorationis ad illud causâ pro libitu dolandi seu figurandi, Lucum plantandi, Imagines formandi, (quales scilicet nec Ebrais formare fas erat) Noachidis seu Proselytis Domini ciliis ex Jure Gentium Interveniente, ob novanda Idololatria metum, negata. Et de Humanarum, Cœlestium, diarum heic discrimine Imaginum.

Defonarum, quarum obvia necessariò nec infrequens erit in commentariis his mentio, veluti *Proselyti Iustitiae, Libertini, Servi in Iudaismum cooptati, Proselyti domiciliis*, ejusque qui hujus *Proselyti* seculis recentioribus

^{• Supra cap. 1. &c. 2.} *instar erat, discrimine sic in superioribus explicato; redimus ad il-*

ludⁿ, quod habetur de facultate Statuam erigendi, Lucum plan-

tandi, Imagines aliaque id genus etiam ornatus causâ faciendi,

Noachidis in eorum ditione, id est, Proselytis domiciliis, ex jure

Gentibus aliis ipsisque Interveniente, negata. Quod ad illud atti-

^{• Deut. 26. 1.} *net de Statua non erigenda; habetur in sacræ legis° verbis interdi-*

ctum Israeliticum לֹא תִקְרַב מִצְבָּה non constitues seu eriges tibi

statuam. Sic enim vertit vulgata, uti etiam sèpius Titulum.

Hellenistæ verò στύλῳ Cippum seu columnam. Vocabulum hoc

sensu non raro in foedere Veteri occurrit. Neque dum Statua ver-

titur, id quod vulgo statua denotat, id est, figuram humanam, si-

^{• Iofua cap. 4. 9. & vndevis Abarbinel in Pirush Tora fol. 363. col. 2.} *gnificat. Sed ut volunt Magistri, qualecunque opus, velut etiam*

altare, seu id genus aliud, ideo constitutum erectumque (ultrò scilicet

neque ex mandatis de Tabernaculo aut Templo erigendo ornandoque) ut conventus publicus, ad sacra illic peragenda qualiacunque

^{• Halach. A. etiam vero Deo, fieret. Nam si Deo commentatio; tunc ex ge-}

boda Zara cap. 6. & vñ. generali Cultus Extranei seu Idololatriæ interdicto prohibitum est hu-

desis Leüs iusmodi opus, ipsis quidem Ebræis alias, ac sine aliquâ sacrorum cau-

^{• Gersonide ad Legis. 26. 1.} *לֹא תִשְׁעַר בָּתָורה[¶] מִתְקַבֵּץ אֶצְלָה וְאֶפְילָו לְעֹבוֹד אֶת הָרָם שָׁכֵן חַיָּה*

^{• Nachmanide ad Deut. 16. 22. Sepher Siphra col.} *דָּרְךָ עֲבוֹדָת זָהָה Statua seu Titulus interdictus in lege erat opus video*

constructum, ut publicus ad illud fieret conventus. Idque etiam si

alios ad fieret veri Numinis cultus gratia. Nam mos ejusmodi obtinuit locum utrumque apud Idololatras. Pro arbitrio scilicet statuas id genus Diis suis eri-

gendi. Quò spectat sàne & mos ille Græcorum apud Pausaniam^r. In Achæa-
 τὰ παλαιόπερ καὶ τοῖς πάσιν ἐλληνικὰς θεῶν ἀντὶ αὐτομάτων εἰχον ἀρ-
 γοὶ λθοι, Seculis vetustioribus apud Græcos quidem universos, rudes
 lapides pro simulachris divinos honores habuere. Quoniam igitur Ti-
 tulum ejusmodi erigi Israelitis ipsis inhibitū est à sacra lege, (quā pari-
 ter comprehensi sunt Proselyti Justitiæ, Libertini, & Servi in Judai-
 smū cooptati,) velut id quod in Idololatraru moribus erat frequen-
 tissimum, ideo, ne fortè idololatriæ ansam aliquam ex ejusmodi ope-
 re, sive arriperent, sive præberent intra ditionem Israëliticam Noachi-
 dæ seu Proselyti domicilii, id est, qui lege & federe Israëlitarum sa-
 cro non contenti ibi sedes haberent, ex Jure quod diximus Intervenien-
 te, eis pariter titulorum ejusmodi erekcio ibi interdicta est. Cum
 aliás Noachidi ex jure Naturali seu omnium hominum communis
 id neutiquam omnino vetaretur, sed planè & licet & cum pietatis
 laude fieret. Id quod satis liquet, tum ex Tituli ejusmodi à Jacobo
 Patriarcha^f ante legem Mosaicam tum ex altari & duodecim statuis^g
 ejusmodi, seu Titulis à Moysi ipso^t ante Tabernaculum constructum
 erekctis. Parilis ratio de ^{הַשְׁתָחוֹת עַל יְהוָה} משכית אֶבֶן Saxo formato, ut
 adoretur super ipsum. Nimirum libera ejusmodi saxa figurandi fa-
 cultas, utpote apud Idololatras in usu, verbis legis sacræ^u disertis, Is-
 raelitis extra templum negata est. Adeoque & ex Jure Intervenien-
 te, ac simili causa, Proselytis domicilii. Sequitur, neque Lucum^v
 plantare Noachidi permisum. Nempe Lucum, qualis in lege sa-
 crâ Israelitis citra cultum prohibitus est, plantare Noachidem seu
 Proselytum domicilii prohibebant. Verba legis sunt^x; Non plan-
 tabis tibi כִּי אֲשֵׁר לְעָמֵד ^y Maimonid.
 re juxta altare Domini Deitui, quod facies tibi. Id sumunt de Lu-
 cis^z seu arboribus qualitercumque sive juxta altare, sive in atrio, sive in da Zara cap.
 monte Templi plantatis seu collocatis ^{לְנוּ לְמִקְדֵּשׁ וְלִיְפֵי}^g 6. Moses Mi-
 zum^h pulchritudinem Templi. Causam autem interdicti afferunt; ^{44.} ^z Gide-
 quoniam ritus is erat Idololatrarum. Arboresⁱ San-
 scilicet juxta Altaria sua plantare, ut ibi conveniret populus. Ne-
 que igitur Noachidi permisum, sive juxta Tabernaculum, sive Tem-
 plum

plum Hierosolymitanum , sive, ut videtur , in loci ubi adoraret ipse qualiscunque ornatum , Lucum plantare seu arborum ordines conscrere . Quin nonnulli legem sacram ita capiunt , ut nec cuiquam apud eos fas esset sibi Lucum utcunque plantare , nec opus ligneum sive juxta altare , sive in monte Templi construere . Quod si ita fuerit , nec sanè Noahidi Lucum sibi omnino in ædium ornatum suive commodum intra territoria Israëlitica plantare licuisse , par est ut existemus . Sed de permissa extra loca sacra & cultus rationem arbores sive frugiferas sive steriles conserendi adeoque Lucum in pro-

^a Vnde Mai monid. testi- lech. Mel- kim cap. 7. Et hah. Bith habecchia c. 7.

misa quo vitæ usus plantandi facultate , luculentum etiam est alibi testimonium , quod , puto , potius amplexandum . Nec permisum est Noahidi seu Proselyto domicilii *Imagines facere* in territorio Israëlitico ; ne Ornatus quidem causâ ; splendoris scilicet seu magnificientiæ ; aut in majorum , ut apud Græcos Romanosque , memoriam . Quod itidem sic accipiendum , ut quales Imagines Israëlitæ nefas erat formare , tales pariter ex superinducto , quod diximus , Noahidis seu Proselytis domicilii jure , nec hisce omnino formare esset fas . Cum alioquin ex jure Noachidarum communi , seu quo genus humanum obstringi docent , Imagines qualescunque facere , id est , Picturam , Sculptoriam , Statuariam , Cælaturam , id genus artes alias pro arbitrio exercere , nemini interdictum esse velint . Ut verò quod de Imaginibus minimè apud ipsos faciendis habent , ritè capiatur ; de eis distinguendum . Alia ipsis erat Imaginis Humanæ , alia aliorum Animantium , ut Quadrupedum , Volucrum , Arborum rerumque quarumlibet , præter Hominem , terrestrium & aquaticarum , alia denique Cœlestium ratio ; veluti Solis , Lunæ , Siderum ceterorum . Humanæ rursus alia erat ratio in Cherubinis Tabernaculi & Templi , alia ubi aliæ sive Statua fieret sive sculptoris artificio promineret , alia ubi sive Pictura sive Textura planam sive Cælatura insculptam exhiberet . Distinctiones nimurum has faciunt doctiores cordatiocisque , dum Idololatriæ in Decalogo interdictum , aliasque leges congeneres ex more majorum interpretantur . Nec sine his ac sequenti explicatione intelligi volunt capita de non faciendis imaginibus in Scriptis Talmudicis breviusculè , nec adjectis quæ inter-

integrum sensum aperiant, subinde ^b concepra. Cherubinis, quorum ^a *Apud Mai-*
monid. ha-
*figurę genus heic primū est, facies fuisse humānas agnoscunt^c, & testa-*lach Sanhe-*
*tur Scriptura^d; alas item eis adjectas quatuor præter alia, unde forma
*drin cap. 19.**
corum erat, qualis^e in rerū natura alibi non omnino simul reperta.^f *alibi.*
*Jam verò, præter id quod de singularis Numinis, qui omnium præ-*Gloss. Lar-*
ceptorum dominus est, heic mandato, nemini non facile occurrit,^g *chis ad Exod.*
*aiunt interdicti de imaginibus verbis utcunq; aliás intellectis neu-*25. 18.**
*tiquam contineri horum formationem, quia nihil in eo interdic-*Vide Eze-*
*tur præter imaginem rei, quæ aut in superiori, aut in inferiori mundi
*parte reperitur. Rabbi Isaac^h Mosaides, à proavo etiam Arama di-*chiel. 41. 13.**
ci solitus, אֵין מַעֲשָׂה כְּרוּבִים בְּכָל שָׁהָר אֵין צוֹרָת נִמְצָאת בְּשׁוֹםⁱ צ 19. צ
Non comprehensa est formatio Cherubinorum in ^j Ioseph. Ar-
generali interdicto, quoniam scilicet eorum figura non reperitur in ^k chaolog. 3. c. 6.
re aliqua sive superioris sive inferioris mundi partis. Qua de re^l In Aqueda,
item videsis, quæ è Talmudicis habet alia Manasseh Ben Israel^m Shait, 45. fol.
Et de Cherubinorum figuris, præter commentarios magis obvios, Shair 48.
consule, si plura velis tum I. Baptistam Villalpandumⁿ tum Visorii &^o In Concilia-
Moncæi disputationes de Vitulo aureo. Quod verò ad Imaginem ^p ad Exodus. in
simpliciter humanam in Solido seu Statuâ, aut materie Prominen-^q dūquaſ. 30.
te expressam attinet; receptissima est eis sententia, talem facere non ^r Laisne 97.
omnino licuisse. Talmudici^s אָסָר לְעֹתוֹת צוֹרוֹת לְנוֹי וְעַפְשָׁאִין;
עַפְשָׁאִין בְּאֶבֶן צוֹרוֹת הָאָדָם בְּלִבְדֵּךְ אֵין מַעֲשָׂה יְתַעֲזֵזֶה. Expl. in
וְלֹא בְּאֶבֶן צוֹרוֹת הָאָדָם הוּא שְׁתֵּיהֶה צוֹרוֹת בְּוֹלְטָת גְּנוֹן הַצִּיר וְהַכִּיר^t Ezek. Tom.
עַזְנָא מָרֵל לֹא תַּעֲשֵׂן אֵת כָּלָמֵר צוֹרוֹת טַל כְּסָף וְזַהֲבָתָא אַלְמָנָה^u 2. part. 2. lib.
לְנוֹי כְּרֵי טַל אֵיתָעוֹ בְּזַהֲבָתָא וְיִדְמוּ טַהַת לְעַזְנָא וְאַיִן אָסָר לְצֹר^v 4. cap. 43.
etiam ornatus causâ, etiam si citra cultus Extranei rationem; juxta Aboda zara
illud, non facietis mecum seu coram me deos argenteos & deos au-^w Moses Mito-
reos &c. Videlicet Imagines argenteas & aureas etiam que non ^x Neg. 22. Ex-
fiant ob aliam quam ornatus causam. Ideo scilicet ne errant, qui in Gemara Ba-
errorem fuerint proniores, & existimant eas in cultum extraneum ^y 1. Aboda
factas. Ceterum illicitum non est Imaginem (rei terrestris alicuius) zara cap. 3.
aliam præter hominis tantum, ornatus causâ fingere. Vnde fit, ut Shulcan A-
scilicet ligno, nec calce, nec saxo Imaginem formarent humanam, quæ re Dea cap.
*scili- 41.*****

scilicet prominenter seu extarer, quemadmodum ornamenta & figura in tricliniis ponit solita, & id genus alia. Et, qui ejusmodi formaverat imaginem, verberibus puniebatur. Sunt qui heic integrantur tantum hominis figuram, non partem intelligunt. Pictas autem ita insculptas Figuras Humanas, ut non Protuberarent, sed aut in Plano tantum aut in Concavo viserentur, licitas habebant. Sic tamen ut ectypas, quae ex insculptis prominenter, formare nefas.

¹ Ex. eebiel. c. 2, 10. & 23. ipsos extraneum olim exhibitum quam imaginibus solidis doceamus. Sed regulariter jam dicta exceptiones aliquot pro seculorum

rerumque discrimine admittebant, quas suis in locis infra dabimus.

¹ Archeolog. lib. 18. cap. 4. Certe apud Flavium Josephum¹, exemplum est de iconibus Cæsal. & Halef. lib. 2. cap. 8. ris decurtatis, quae signis adesse solebant ab Hierosolymitanis non admissis. Pilatus, inquit Josephus, à Cæsareâ, Hierosolyma traducto in hyberna milite, ταῦτας καὶ οὐκ αἱ τοῖς ομέτοις περιποιοῦσσαι, Decurtatas Cæsarîs imaginis, que signis aderant, in urbem intulit. Id quod adjicit factum, ἤτι καθαλύσσει τὸν μὲν ιερόν τὸν δεῖπνον, In Legum Iudaicarum violationem; subjiciens εἰκόνων ποίησιν ἀπαγορεύει. Unde magnago agmine Cives Hierosolymitani, qui Legum suarum violationem ejusmodi ferre nequibant, eum adeunt, & demùm, ut Cæsaream reportarentur, nec sine tumultu ingenti, impetrant. Etiam ex hac causa, qui ante eum fuerant Præsides cum signis aliter insigniti urbem ingredi solebant, ut ibi memorat etiam Josephus. Vitellius item ad bellum paratus Arabicum, quum vellet per Judæam exercitum ducere, occurrerunt ejusdem principes^m deprecantes transitum;

^m Josephus. Archæolog. Ou γὰρ αὐτοῖς εἴναι πάτερον περισσῶν εἰκόνων εἰς αὐτὴν Φερομένας, neque enim mores permittere patrinos, ut inferantur Imagines, quales scilicet signa comitarentur, seu Cæsarîs. Et precibus horum flexus Vitellius propositum mutavit. Quin cum theatrum aliaque moris Romani Hierosolymitanis perquam inassueta in urbem induxerat Herodesⁿ Rex Antipatri F. atque, inter alia, gentium devictarum lib. 18. cap. 7. Trophæa, scilicet Arma humana auro & argento collucentia, nihil æquè atque hæc civibus molesta, invisa atque execranda fuere. Nimirum

mirum existimabant imagines humanas eis tectas fuisse. Atque Herode blandis alloquiis eos hac superstitione eximere conante, ὁμονυμαδὸν ἔξεβόων, εἰ τῷ πάντα δοκεῖν οἰστα, μὴ Φέρειν εἰκόνας αὐθεό-
παντας τῇ πάλᾳ, οὐ τροπαῖα λέγοντες. οὐδὲν εἴναι πάτερον αὐτοῖς, Vno ore
exclamant, etiamsi reliqua omnia ferenda viderentur, non permis-
furos se intra urbem Imagines Hominum. Sic Trophæa nuncupab-
bant. Patrium enim suum morem eis ad-versari. Postquam autem
detracto armorum ornatu Herodes, ut tumultum sedaret, nudos qui
sustinerent stipites non humanas subesse imagines ostenderat, ple-
nisque satisfactum est. Arque ex hisce Josephi eliciendum videtur
non solum Imagines in Solido Humanas, etiamsi decurtatas, non
fieri apud eos debuisse, sed nec omnino factas conspici, aut in usum
admitti. Ceterum juxta disciplinam Magistrorum, tametsi Facere
hujusmodi Imagines apud illos illicitum habitum est, tamen de Fa-
ctarum Uso aliter statuebatur. Et cautiùs intelligendus heicalibi-
que de Imaginibus Josephus. Nam aliæ planæ heic suberant & sin-
gulares rationes, ob quas adeò ex osse Judæis imagines illæ. Sed ea
de recapite proximo & octavo. Jam verò tametsi ornatus solum
seu Animî causâ imagines eiusmodi fieri illicitum habebant, nihil o-
mnis neutiquam habebatur nefas. Quod sanè evincitur ex eo,
quod mox dicetur de corporum Cœlestium imaginibus discendi
docendique causâ formatis. Incisas autem seu Cælatas, nec protu-
berantes effigies humanas quamplurimas à Judæis ipsis editas habe-
mus in Rituali illo Paschali ruper Venetiis typis mandato, tam Hi-
spanicè, quam Ebraicè. Nimirum res Patriarcharum atque alio-
rum gestas eorumque virtutum atque itinerum icones. Tantum abest,
ut in universum verum sit, nullius generis Imagines seu Figuras Hu-
manas ex Judæorum institutis licet fieri! Joannes Baptista Villal-
pandus ^o, vidisse se, ait, apud Fulvium Ursinum nummum pondere ^{Apparatus.}
drachmæ, qui ex altera parte refert Marci Antonii caput cum inscri-
ptione hujusmodi מלך שלמה, hoc est, Rex Salomon; ^{Vibis ac Tē-}
verò, rudem quandam & incongruam Templi formam cum inscri-
^{pis part. 2.}
^{tib. 2. diss. 4.}
^{cap. 27.}

ptione שלמה דיבָל Templum Salomonis. Nec dissentit ab Ursino, qui arbitratus est percussum esse hunc ab Herode, qui, ut Antonio assertaretur, ei Salomonis nomen & ædificati templi gloriam adscriberet. Quapropter, inquit tam hunc, quam alium quemcunque similem, si reperiatur, non Hebreorum habendum esse putamus, sed peregrinum. Percussum enim est ab Herode iniquo Principe, qui se Hebreum esse planè profiteretur, ac nihil minus curaret, quam Hebreorum legibus se subdere atque institutis, quibus impium habetur atque execrandum, Hominis Imaginem quacunque ratione aut causa efformare. Sed reclamant celeberrimi, quorum scita ex more majorum desumpta attulimus, Magistri, si de figurâ humanâ quaunque etiam depictâ aut cælatâ loquatur. Satis interea concordes, de protuberante in nummo alibive figura humana non efformanda. Quid igitur dicendum de nummo hoc æneo, Mosis figura & nomine insignito, idque velut ex disciplina Ebraica, apud Guilielmum Schikardū P., ad Tarich Regnum Persicorum p. 34. qui ex antiquaria Thomae Lansii supellestili illud depromisit? Certè institutis ac moribus Israëliticis planè est alienum. Literæ alterâ parte inscriptæ, sive à vetustate sive à Sculptoris incuria, qui primò incidit, vitiū nonnihil traxere. Sed id, quod volant, est, quod legitur in Decalogo פְנֵי אֱלֹהִים עַל לֹא תְהִזְבֶּה לֹא תְּנַזְּרֵן tibi Dii alieni eoram facie mea, Neque vero, quod affert idem Schikardus de numismate Abrahæ Sene & Vetula insignito, quidquam hec probat. Concedatur, si vis, Traditionem illam de Abrahæ numero veram esse. Certè ad instituta Israëlitica, quæ diu postea nata, moresque inde sequentes ritè dignoscendos nihil omnino ea facere potest. Nam Abrahæ ævo nullum de Imaginibus faciendis interdictum habebatur, sed tantum de non colendis; quod Noachidum faciunt universale. Quin nonnulli Ebræorum, qui legem Moysaicam

³ In Proptimo ad Tarich Regnum Persicum p. 34.

⁴ In Beresith Rabba parash 39.



saicam tot seculis postea ortam ad Abrahamum nefcio qua ratione retrotrahunt, adeoque & ipsum interdictis de Imaginibus humanis neutiquam faciendis teneri volunt, traditionem illam non de Senis & Vetus imaginibus, sed de vocabulis tantum ipsis in Numeo capiunt^r; quoniam scilicet אָסָר לְעַצּוֹת צְוָת אֱלֹהִים *interdictum est*, <sup>Thosipha
sic facere imaginem humanam.</sup> Habeo equidem ipse item Mosis <sup>in Baba Ka-
ma. cap. 9. §.</sup> <sup>Comment. ad
Bereshit</sup> icunculam antiquius expressam in Lamina æris rotunda, quam non ita pridem Shenæ, in agro Surreiensi circa nonum à Londino lapidem, inter rudera repartam accepi. Crassa est ea admodum & ponderis paulò amplius dodrantis uncia; id est, minoris quam Lansianum illud æs pendens unciam cum sextante aut paulò plus, quod ait



Schikardus. Crassitie parili protuberat mecum icon, qualema heic damus; parte altera non solum eadem ipsa præ se ferente verba sed eandem etiam ipsissi-

mam Scriptionis formam quæ in ære Lansiano. At vero in meo non tam crinis crispus, ut in Lansiano, quam cornu arietinum cernitur. Rem satis non intelligo. Nec capillum ejus an indumentum aliquod Capitis videamus. Num interea ratio insit aliqua cornutæ illius faciei, quæ Mosi tribui solet, viderint, qui operæ duxerint pretium. Sed in figuris ejus cornutis, erigi solent, ut Panum & Satyrorum aut capreolorum, non incurvari, tñ arietum atque Jovis Hammonis, cornua. In picturâ scilicet Christianorum, qui ex eo, quod in vulgata habetur de Mose, ignorabat^r, quod cornuta esset^r ^{Exod. 34, 29 § 35.} facies sua, & videbat faciem egredientis Moysi esse cornutam, bicornem Mosem pingunt. Rident autem cronua illa Judæi, quibus ibi, quod cornuta erat ei facies sonat in vulgata, sumitur pro eo quod est splenduit seu radiavit cutis faciei ejus. Nec alio sensu reddunt Judæi Mauritanenses, Hispanienses, præter paraphras Chaldæos. Nec sane alio Hellenistæ. Quin nec aliud meritò existi-

existimant viri docti fuisse interpretis vulgati sensum, utcunque pictores sculptoresque atque ii, à quibus docentur, illum interverterint. Nam Lucis radii cornua velut imitantur & Ebraicè tam hæc, quam illos denotat. Et radios illos faciei Mosis קָרְנֵי הַזָּרֶד cornua magnificentia vocat ibi Salomon Jarchius. Quin expref-

^{Ad Corin-} sim D. Paulus ^{την δόξαν της απωστολίας} Gloriam vultus ejus nuntiavit cap. 3, 7. cupat. Adjici verò insuper seu delitescere in Mosis hujus collari crucis videtur icuncula nomini subjuncta. Adeò demum ut Christiani alicujus potius opus esse suspicer, fortean ideo ante secula aliquot factum, ut officiosi muneri vice inferviret ad Judæos aliquos sive demerendos sive ad Christianismum civiliter invitandos. Nam quanquam à faciendis ornatus animive causâ hujusmodi imaginibus protuberantibus ex more eis abstinentem erat, factis tamen, modò in venerationē ncutiquam fierent, ex disciplina sua uti, adeoq; dono accipere ritè potuere, ut capite ostenditur proximo. Tantum autem abest, ut pro nummo aliquo, sive funderetur, sive percutetur æs hoc meum, ut vel ipsa tum laminæ tum figuræ extantis crassities satis mihi videatur id palam denegare. Certè & Moses figuram cum nomine adjecto à Christianis olim interdum fieri, idque velut in eorum gratiam facile concedet, quisquis fidem habuerit historiæ illi, quam, nescio, unde hauserint seculorum paulò anteriorum Judæi de Imagine Mosis eaque apud Anglos nostros jussu olim regio sic formata, pro insigni tentorii, in quod Judæi Anglienses recipierent, quotquot Christianismo nomina dare pertinaciter nolent. Ea de re narrationem legimus apud R. Gedaliam Ben Jechaia scriptorem quidem nuperum, (nam sub quinquaginta ab hinc annis floruit,) sed qui è vetustioribus multò ævi antiquioris mediique sui generis scriptoribus quamplurima nec sine industria summa edidit.

בשנת ה' אלף כ' כומר א' נימול באינגלילטרה כרי להנטה עס יהודית שנתלה באהבתה ויודע הדבר לבני העיר זהוי רוחץ לטופט אבל המליך בחר לעשות הנקמה בדרך אחרת וגזר כי

תוך ג' חדרים ימירו ואשר מלו הכומר בשépo ורביכם מהם המירו. ויקחו כל בניהם מוי' שנים ולמטה וויליכום לסתוף מלכותו למען שבחו מנוג אבותיהם היהודים וימת המליך זימלוך בנו תחתיו ותכף בא על

מלכוthon

מלכוטו דבר ורעב ויאמרו יוציאו כי לחטאתי היהודים שאינם מאמנים
היטב בא העונש להם ויעש טני אהלים על חוף הים על א' ציר צורות
פרעה ושם וועל אחר ציר מצרים ויקרא לכל האנושים בדבריהם
טובים ויאמר אליהם כי מטה להם להתיידך ולא ינראה שום מהם
לטומם דבר אמנס כדי להזכיר מי זיה יהוי. רצחה שחמת היהודים יכנסו
באחל מרעה וקבלו עליהם לעשנותו ורבים ננסו באחל מרעה ואחרי
הכנסת היו שם מרצחים אותם וכן ספו תמו כלם *Anno quinque
millesimo & vigesimo, Sacerdos quidam Christianus circumcisus est
in Anglia, ideo scilicet, ut uxorem duceret Iudaica gentis feminam,
quam effictim deperibat. Id quamprimum est loci civibus notum,
voluere illi eos vivi comburi opunire.* Ceterum alio modo ultio-
nem futuram statuit Rex; editio nempè promulgato, ut intrarem-
pus trimestre Iudaorum commune Iudaismo renuntiaret, & qui Sa-
cerdotem circumciderant comburerentur. Et eorum perplurimi
sane Iudaismo renuntiarentur. Liberi autem eorum universi Sexen-
nii etatis & minoris in extremos regni limites misi sunt, ut ibi
disciplina avite seu Iudaica obliviscerentur. Mortuo autem
regi huic successit filius ejus. Nec diu post cum & pestis & fames re-
gnum ejus invasit, monuerunt consiliarii ejus, pena hujus causam
esse peccatum Iudaorum non recte credentium. Frebant igitur jussu
regio duo tentoria iuxta littus marinum, quorum super alterum ef-
formabatur figura Mosis Magistri nostri, super quem sit pax, uti &
Nomen ejus; super alterum autem figura Christi eorum. Mitiori-
bus dein verbis cum eis in angustias has redactis Rex agens, denun-
tiavit cuilibet eorum licitum fore Iudaismum amplecti & retinere, ^x Lib. 3. pag.
nec omnino ad rem quampliam eos iri coactum. Id tantum se velle ^{219.} Edit.
dignoscere sat is, quis nam revera Iudeus esset, quis non. Imperavit ^{Lugdum. 1525}
igitur, ut qui revera Iudei essent, atque esse vellent, ingredierentur ^{& pag. 169.} Edit. Norim-
tentorium Mosis Magistri nostri, super quem sit pax. Conditione ^{berg. 1494.}
accepta, quamplurimi illud ingrediuntur. Ingressos autem occide-^{Videsis An-}
runt & in mare projecterunt. Atque sic exitus erat universorum. ^{ron. Posse. Gen.} in Biblioth.
Ita Rabbi ille Gedalia. Et tantundem, de tentoriis ac Judaeis An- ^{selectt. lib. 9.}
glicensibus trucidatis ac in Mare projectis, ferè habetur apud autorem ^{cap. 3. & 1.} Molanum in
Christianum Fortalitii ^x Fidei, sive cis ^y Guilielmus Totanus sit, sive ^{teriarum.} Biblioth. Ma-

Bartholomaeus de Spina. Sed pro eo quod legitur apud Gedaliam de Imagine Mosis & Christi super tentoria, in Fortalitio dicitur Legem Judæorum in altero, in altero Crucem Christi positam; nullâ Mosis mentione habitâ. Et intrantes, inquit, papilionem (Legis) unus post alterum jugulabantur in secreto ex altera parte papilionis, & projiciebantur in mare; & sic purgatum est predictum regnum & continuo cessit plaga, nec amplius Iudeus ibi habitavit, sed nec habitat usque in hodiernum diem. Scripsit verò au-

^{a Editor No-} tor hic diù ante Gedaliae tempora, atque ut nonnulli^x volunt, anno ^{rimbergeniss} Christi 1459; sodalis scilicet Franciscanus. Id verò scribit ille velut ^{1494. in Pro-}logi fratre. ē Cronicis, ut ipse ait, Anglorum antiquis sibi relatum. Nondum quid in Cronicis nostratisbus ejusmodi mihi repertum. In iis quidem Judæos Angliā pulsos legimus sub annum Regis Edwardi primi decimum octavum, id est, Christi 1290. Neque ea de re dubitandum, cum sexcenties in Archivis illius temporis, tūm Cancellariis nostris, tūm Fiscalibus idem asseratur. Sed Occisos seu Tentoria, qualia memorantur sive apud R. Gedaliam sive in Fortalitio Fidei, posita esse inde non discimus. De tempore autem non satis liquet apud Gedaliam. Initium historiolæ collocat in Judaica scu Hilleliana, quā hodieque utuntur Judæi, periodi anno 5020, id est, Christi 1260. Occisos verò & in mare projectos tempore Regis, qui tunc regnanti filius successit. Id est, proculdubio Edwardi nostri primi; qui filius Henrici tertii, cuius annus 43 idem est cum Christi 1260. Quin eidem ipsi anno perperam tribuit Judæorum Anglicis exilium

^{b In Sebet Ie-} Salomon^a Ben Virga, qui avorum memoria calamitates atque adeo buda, fol. 19. variantia per orbem terrarum gentis sua discrimina operosius colligens. legit. De exilio Anglicano verba faciens ille, וְיָהִי שֵׁנֶת חֲמַת אֶלְפִ' וּשְׁרִיב לְטִירָה atque erat exilium illud anni 5020 à creatione, id est anno Christi 1260, scu Henrici nostri tertii 43; quod falsum esse scimus. Hallucinatum igitur eum fuisse existimo, aut ex eo quod historiolæ initium juxta id, quod apud Gedaliam habetur, alibi ipsi apud suos repertum (nam is Gedaliā verius est) pro ipso exiliū anno male sumpsērit, aut ex eo, quod numeros literis apud suos alibi juxta morem denotatos haud sedulò satis animad-

nimadvertisit. Nam ut אלפִיסָה denotant 5020, sic נְאַלְפִּיסָה pro נְאַלְפִּיסָה, elemento maxime in scriptione Rabbinis usitatori non raro simillimo, sumi uti & hoc pro illo tralitium est. Annus autem periodi Judaicæ 5050 exilio Anglicano satis respondet, id est, Christi 1290; juxta id quod plerunque in Annalibus nostris legitur. Nec carent Judæi etiam è suis testimonio omni exceptione majori, quo asseritur circa triennium antè non expulsos Anglia Judæos. Etenim Judæus Angliensis, qui tunc vixit, scriptum reliquit, anno 47 sexti millenarii (id est, periodi quam diximus Judaicæ 5047) prehensos adeoque in carcerem traditos esse universos per Angliam Judæos. Scilicet in cellæ arcis Wintoniensis subterraneæ, quæ proculdubio nonnullis eorum carcer erat, parieti Saxo huiusmodi habetur inscriptio

יּוֹם וְאָמֵר דָּיו
תְּפִיסִים בְּלִי יְהוּדִי
אֶרֶץ הָאָיֶן
מִזְלָפָת לְאַלְפִּים
שְׁשִׁית אֲנֵי אָשֵׁר
חַקְתִּי

quod sonat *Die* (utrum 'א מֶר', quod incisis proximat, id est, ii. Mar. sit ibi legendum nescio; & vocabulum, ut exaratum est, sonat & *dixit* aut quid simile cujas ibi sensui locus non est) prehensi sunt universi Iudei seu Iudeorum communites (quæ locutionis apud nos formula tunc temporis in usu) *Terra hujus*, anno 47 juxta sextæ millenarii rationem. Ego qui (seu potius ego *Asher*) incidi. Descriptam è cella ante annos aliquot mectum amicissime communicavit V. Cl. Patricius Junius Bibliothecarius regis, uti & I. Storans postmodum Henricus Jacobius. Certe & Annalium nostratium aliqui secundò Maii anni Christi 1287, qui ipsissimus est heic annus, ejusmodi *Judaorum* collocant prehensionem custodiamque.

Alii

^{c Hollinshead.} Alii anno 1286^c qui etiam facile in ipsum 47 sexti millenarii cadit,
^{ed. ann. pag.} siannorum variatim inchoantium apicumque temporis independentium quales heic prætermisimus ratio habeatur. Sed hæc obita.
283.

Ad Guilielmum Schikardum redimus. Quod adjicit ille de aliarum rerum signis in numismatis Ebræorum veterum protuberantibus, haud quicquam facit ad asserendum suum illud de humanâ in numero apud eos figurâ. Nam de ceterarum rerum in terra aquave imaginibus, receptior est sententia, nullam ex eis fuisse, quain formare ornatus seu animi causâ quomodolibetunque non licet.

^{d Maimonid.} Sic enim generatim Magistri celeberrimi נסח הבהמות ותאר נסח balach Abo- זהן מן דאודס וצורות האילנות ורטאים וכייצא בהן מותר לצייר da Zara cap. 3. Mof. Kos- אותם ואפלו היהת הצורה בולטת Imagines bestiarum aliorumque, Zafus Pra- præter Hominem, animalium, imagines item Arborum, Herbarum, cept. Neg. 22. ex Gen. B. 5. id genus aliarum rerum facere licet, idque etiam si prominenceant. Sed bylon. ad s. 11. excipiunt nonnulli Leonis, Bovis atque Aquilæ (quorum facies in Aboda Zara cap. 3. fol. 42. Ezechielis visione) figuræ; aliqui etiam Draconis, quippe cuius in Et 43. Idolis adeò frequens; aliqui etiam Draconis, quippe cuius in Idolis adeò frequens cultus. Sed nec desunt, qui non minus hujusmodi rerum Imagines, quam Hominum velint interdictas. Certè scimus Flavium Josephum Legatum à Populo Hierosolymitano ad Tibe-

^{e Infinita sus.} rienses missum, ut cum illis ageret^c de diruendo ταῦτα οἴκων Ηρόδει & περιφέρεις καποκολαιδέβι, ζώων μορφὰς ἔχοντι, τῶν νόμων στοιχείων καταγοντά δέ εἰν απαρούσιον, Palatio ab Herode Terrarcha extirpato, quod animalium habebat Imagines, cum ita quid extruere exlege esset interdictum. Quod & factum est. Sed ea de re vide quæ dicuntur capite proximo. Nam revera aliò planè spectat. Eousque etiam

^{f GUIL. SCHIKARD. in Pro-} detestantur Judæi nonnulli hodierni imagines omnimas, ut nec em. ad Ta- sigillis^f, quibus figura ceræ imprimatur illa, uti velint. Sed ad sen-

rich Regum tentiam illam de aliarum in terris præter hominem rerum imagini-

^{Perſia pag.} Persia bus pro libitu faciendis adstupendam, veluti nempè vetustioribus

^{43. Sidetes} Manass. Ben Ebræis receptam, haud parùm facit quod de Numismatis eorum le-

^{Israel in Ex-} ad. quæst. 30. gimus^g. Fuisse Numisma Josuæ altera parte Tauro, altera Monocer-

^{3 Berechib} rote insignitum; Davidi etiam, cuius מיכן מוגדר מיכן;

^{Rubba P.s.} rajb. 39. Baculum & pera in parte altera, altera turris visibatur; quin & Morde-

Mordecaeo , cui זְהַב מִכְן וְעַתְתָּה זְהַב מִכְן Saccus & cinis in altera , & corona aurea altera eminebat , non autem Regina Esther & cum ea ipse (ut hallucinati nonnulli ^h aiunt) quod ex Ebraeorum moribus ferendum , ut ostensum est , non erat . Finguntur forte numismata hæc . Necea de re contendō . At dum in libris eorum vetustissimis , viris illis sanctis ea utcunque tribuuntur , dubitari , opinor , nequit , quin ejusmodi rerum apud majores suos idque post Mosaica instituta , imagines non illicitas interea haberent ; saltem qui hæc scriberent . Nec sanè serpens æneus ⁱ sic aut formatus aut retentus , quasi ipsa simpliciter formatio ex jure communi non fuisset licita . Nummi autem Ebraeorum seu Sicli ac congeneres , quos sive ipsos sive apud scriptores depictos vidimus , animalium carent figuris , & sive virga Aaronis sive urna Mannæ , sive Thuribulo , Palma (quæ velut gentis symbolum in Cæsarum etiam Nummis subinde reperiuntur , veluti Augusti , Vespasiani , Nervæ) id genus aliis tantum insigniuntur . Horum figuras habes apud Antonium Augustinum ^k , I. Ba- ptistam ^l Villalpandum , Casparum Waserum ^m , Joannem Morinum ⁿ , ut alios , qui de eis obiter , prætermittant . Eorum par exhibemus , velut ceterorum omnium fermè instar . Nam tamen si plures apud jam citatorum aliquos habentur , binistamen hisce inspectis



quicquid eorum reliquum est ac genuinum , ad rem saltem , quam tractamus , statis inspicitur dignosciturque . Ceteri enim aut planè similes sunt aut proximè sive huic sive illi accedunt . De Numismate autem Census , Cæsaris in Evangelio imagine insignito , vide quæ habentur in-

Bb

^b V. Malpand.
Appar. Vr-
bu & T. m-
phi part. 2. lib.
2. dis. 4. cap.
27.

¹ Num. 21. 8.
² Reg. 12. 4.

^l Dialog. 2.
² Loco iam ci-
sato . & seqq.
^m Lib. de Au-
tig. Nummis
Hebraeorum .

ⁿ In Penta-
souch. Sama-
ritan. Exer-
cit. 2. cap. 10.
& Vide Mof.
Nachmann-
dem in Pi-
rush Tora.
e-fol. 342. b.

tur infra capite octavo. Binorum, quae jam depicta sunt, numisma-
tum. Prioris archetypum unum argenteum penes me habeo, cuius
altera pars urnulam Mannæ (sic credi solet) altera Aaronis virgam
ostendit. Hæc autem verbis hisce charactere Samaritano, id est, qui
יְהוָה קָדוֹשָׁה Jerusalem sancta; illa eodem item charactere, verbis hisce
שָׁלֵל מִזְרָחַל מִזְרָחַל Israel. Posterioris verba sunt eadem charactere Assyriaco,
seu qui post Ezram in usu. Partem alteram Thuribulum & Fumus
ascendens, alteram Palma, seu palmæ ramus occupat. Etiam & hu-
jus generis aliquot non semel vidi, figuris, ut in priori, prominentio-
ribus. Sed cum præstò jam non sit ejusmodi mihi ullum, ex Villal-
pando & Antonio Augustino figuram huc transtuli. Quod de-
mum ad Coelestium rerum Imagines spectat; quemadmodum ex
illo legis sacræ ⁹ Non facieris mecum seu coram me Deos argenteos
&c. aliisque legibus congeneribus, Humanam figuram existantem
seu prominentem adeoque statuam humanam formare interdictum
esse volunt, ita etiam exinde in universum quidem pronuntiant Tal-

¹⁰ Gemar. Ba- לא תעשן את, לא תעשן כדרמות שמשי המשמשין לפניהם ¹¹ mudici bylon. ad cap. במרום כגן חמה ולבנה כוכבים ומזרות ומלאכי השמים Aboda Zara ¹² Non facies sap. 3. fol. 43. b ¹³ meeum scilicet, non facies imagines instar ministrorum, qui ca-

ram me superius ministrant, veluti Solis, Luna, Signorum, Syderum,

¹⁴ Eulach. A- aut Angelorum ministrantium; unde Maimonides ¹⁵ alii que boda Zara c. אסור לוצר דממת חמה ולבנה כוכבים ומזרות ומלאכי שמי השמים ש' לא תעשנו il- 3. Moř. Mi- ¹⁶ את לא תעשנו כדרמות שמשי המשמשין לפניהם במרום ואפילו על הלויזcep. neg. 22.

¹⁷ Et si defia licitum est formare simulacra Solis, Lune, Stellarum, signorum, & Ang- Paraphras. torum; juxta id quod scriptum est, Non facies mecum; non scilicet fa- Vxieudi tri- citis instar Ministrorum, qui coram me supernè ministrant, ne qui- but. Exod. dem etiam si in tabula seu plano. Id est, etiam si non prominant, nec

existent, seu ut nonnulli, חם שקוועים etiam si non existet seu prominat earum figura. Nam ipsa sidera in firmamento immunguntur. Non prominere viden- tur. Adeò ut qui in plano sydera depingit, veram omnimodo, quantu- fieri potest, ipsorum figuram (ita proculdubio sensus est) exhibeat, quod fieri non debet. Sicilli. Et tametsi aliter atque aliter in- terpre-

terpretantur legem illam Exodi de Diis argenteis & aureis in hanc rem à Magistris, quorum verba attulimus, citatam, nihilominus, quantum video, Corporum Cœlestium Figuras sive planas sive prominentes Ornatūs causā velut in xystis, prothyris, parietibus, aulæis, alibive fieri apud ipsos illicitum unanimes habebant, si Talmudicis fides. At quid interea tum dicendum de pronai Herodiani velo illo pretiosissimo seu peplo Babylonio apud Josephum^r non solum ita coloribus hyacinthino, purpureo, byssino & coccineo variegato, ut ἀπό τοῦ ἑλέων velut omnium rerum imaginem, quæ scilicet sub Luna visuntur, uti per symbola præse ferret, verū etiam πάσου τῶν σεγένεον θεατῶν τὸν λιχωδὲν omnem Cœli rationem preter Signa, ut vertit Ruffinus, haberet in se perscriptam, id est, ipsam Cœli, si quid video, imaginem totam, modò Signa excipias; si ζῳδια pro signis seu Zodiaci illis duodecim, ut vulgo, solum hic sumenda. Cum autem vocabulum ipsum tam generatim Animalia denotet, quam Signa illa duodecim, quæ nec Animalia sunt omnia, fortè voluit potius Josephus omnem cœli rationem seu rerum cœlestium imagines in velo illo depictas, modò animalium figuræ, in quas tam Zodiaci sidera, quam quæ occupant cœlum, reliqua antiquitatis tributa sunt, excipias. Veluti Orionem, Cepheum, Draconem, Cygnum, Canem, Delphinum. Nam & Tabernaculi Mosaici velum (cujus heic imitatio) ipse alibi^f ait floribus omnigenis variegatum es. • *Origin. lib. 3. cap. 5.* Cf. *Vide I. Bapo.* *Explanatio-*
μορφῆς, Rebus aliis omnimodis intertextis qua ornamento esse pos- *Villalpandæ-*
sent, exceptis Animalium figuris. Adeo ut absonum non sit τὰ ζῷα in Mosaico *num in E-*,
illo. Ideonè verò innuit Josephus Stellarum ipsarum tam Zodiaci *Zech. tom. 2.*
quam reliqui coeli spatii, Solis, Luna, atque errantium ceterarum fi- *part. 2. lib. 3.*
guras sive in Mosaico sive in Herodiano velo depictas? aut cum hisce etiam Coronam Ariadnes, Deltoton, Lyram, Argo, Thuribulum, id genus alia. Nam in hujusmodi Partes ac Nomina cœlum diu ante Herodis Magni, id est, Augusti tempora ab Aegyptiis ac Chaldæis, uti etiam à Græcis distributum nemini non est in confessio. Sed, ut ex jam ante dictis vides, doctrinæ Talmudicæ omnino adversum est

sum est Figuras id genus Cœlestes depingere seu quovismodo formare; Ornatūs scilicet seu Elegantiæ tantum Aninive causâ. Quod ut signanter adjectum capias. Nam causâ Astronomiam aliave independentia Docendi Discendive , veluti in Globis cœlestibus conficiendis, Eclipsium diagrammatis designandis, Magnitudinum , Illuminationum, Motuum, aliorumque in theoria syderum id genus, quæ Mathematicis in usu, ob oculos demonstratione, etiam Figuras Cœlestes fieri apud veteres quidem haud video interdictum. Sunt factor in Magistris, qui nec sic figuras ejusmodi libenter admittere

^{1 Ad Exod. 20.22. seu in Decalogum.} videntur. Abraham Aben-Ezra , & ipse Astrologus summus² אין תמנות בטמיֹת רַק שְׁמוֹנָה וְאֶרְבַּעַמֶּת צְרוֹת וְחַכְמִי הַצְּרוֹת עֲשֵׂתִים דברִם אֲשֶׁר לֹא כַּן וּמַעֲשֵׂיהֶם קְרוּבִים לְעִבּוֹרָה זֹהָה non sunt imagines aut simulachra in cœlo præter quadraginta octo (constellationes Astronomis notissimas) & Pictores formare solent res quidem dissimiles. Sed dum ita faciunt, proxime accedunt ad Cultum extraneum. Nimirum Arietem, Taurum, Geminos & quæ sunt cetera, imaginum ipsorum syderum loco habent. Quin & religiosiores

^{3 In Proem. ad Tarich Regum Pers. pag. 34.} hodie Judæi, quod ait Guilielmi Schlikardus⁴, ne characteres quidem ☽(*) ant ♀ ♀ ☽ tolerant etiam in suis Lycoth, hoc est calendariis aut Astronomorū libris, neḡ, ceras quovis annulo signant.

At verò non solùm annulorum signatoriorum usus in libris Talmudicis ^{5 videlicet} licitus citra controversiam habetur, verùm etiam permisum Shulcan A- Ebræis utcunque non simplicis Ornatūs, tamen Discendi Docendi rach Chiam. que causâ, iuxta Maiorum suorum ritus, etiam Figuras rerum ipsa-

⁶ ead. 301. 5.9. rum Cœlestium facere; id quod tum ex virorum clarissimorum seculorumque priscorum recentiorumque in libris eorum Mathematicis exemplo, tum ex Talmudicorum scitis edocemur. Illustrè est exemplum illud Rabban Gamalielis. Is Princeps erat Synedrii Magni. Abesse autem sibi in supellectili forensi noluit quidquam, quo facilius in Mensium initii discernendis sanctificansque fidem probaret testium, qui ex more se Lunam nascentem vidisse assererent. Scilicet à phasi Lunæ noctis à præcedentis mensis initio tricesimæ, quoties ejusmodi phasis haberi quiret, ita suppeditabant ut ex prima hac Lunæ visione ratio eis penderet & mensium & anni initii.

Adcō-

Adeoque festorum quæ sive annua erant sive menstrua. Unde Syracides⁹ Lunam ait fuisse eis avâdeï¹⁰ οὐ χρόνος, ἀ τημένον αἰῶνα. ^{Ant. Cap. 34. 6.} οελύντι σημεῖον ἐργῆς, in ostensionem temporis & signum seculi; à Luna signum festi; ut quæ in Pentateucho alibique in federe vetere de ea in hanc rem occurrunt, præteream. Illinc igitur Menses finiebantur sivecavi seu dierum viginti novem, sive pleni seu triginta dierum. Nam quoties ex phasi¹¹, qualem diximus, per cœli nubila¹² Videsis Ioseph. Scali- aliterveres definiri nequibat, mensis qui præterierat plenus seu die- ger. lib. 2. de rum 30 siebat. Nequic ullus unquam admittebatur aut plurium sa- Emendata. nè quam triginta aut pauciorum quam viginti novem. Et ex pha- Temporum cap. de Perio- si tempore jam memorato habitâ vigesimus nonus præcedentis da Indorum Alexandria, mensis illum claudebat; proximo à phasi incipiente. Quam men- Canon. Isagor. sium rationem unâ cum integri mensis seu Adar secundi ex re natâ & grec. lib. 3. pag. pro Synedrii Magni libitu intercalatione incertâ, dum non discunt 278. Dionys. aut non advertunt Chronologi, de vero anno & die Passionis D. N. Petavium Epiphanius Jesu Christi, adeoq; de Natalium tempore inde disputantes, circa in- Hares. s. 1. pag. acceſſa fruſtrâ nimis ſudant. Nimirùm calculi ſolum Astronomici¹³ Samuel. apicibus tempora civilia perperam metiuntur. Etenim ex phasis fo- Pettiam Ec- lîm diversitate ac dicta mensium ſive cavorum ſive plenorū ratione, log. Chronolo- tum Synodi tum Plenilunia naturalia ſeu Astronomica civile mensis grec. lib. 1. cap. initium mediumq; ſeu primum & quartum decimum diem ſeudiem Paschatis (quem in primis heic intueri ſolent) biduo, triduo, quadri- duo, plus etiam idque incertissimè ut antevertebat necesse eſt. Sed hoc obiter. Jam verò manifestum eſt, Lunam novam, pro habitu- dine ſua ad Solem mēnſe quolibet poſt coitum aliter atque aliter mutante, diversimodè versus Occidentem primò in Cœlo fatis ſereno confſipi. Idque ſive partis nobis illuminatæ quantitatem, ſive cornuum pofitaram, ſive visionis primæ tempus locumque ſpeces. Nam pro Nodorum loci ſeu Latitudinis ab Eccliptica, longitudinis à Sole, motû ſive velocitatis ſive tarditatis, Zodiaci & Horizontis obliquitatis, adeoque defcensionum, poli altitudinis, & quæ ſunt id genus in calculo tum Astronomico tum Optico aliorum discriminē multipli, citius quandoque primò confſicitur, veluti die à coitu proximo ſeū etiam intra ipſum coitum diem; quandoque autem

tardiūs, veluti die tertio, etiam interdum & quarto. Unde major minorve partis nobis illuminatæ quæ primum conspicitur quantitas. Nunc instar tenuioris tantum arcus seu lincolæ curvæ lucis; nunc instar segmenti ferè circuli, pro temporis Lunæque loci varietate, angustioris ampliorisque. Easdem item ob causas cornua nunc inclinantur, reclinantur, erectiores apparent. Qua de re accuratiūs egere seculis vetustis Mathematici illi ex Arabibus egregii, Albategnius seu

^a *De Scientia Stellarum cap. 41.* Muhamedes Aracensis^a & Mahumedes ille alter Alfragamus^b præter Messahalam^c. Orientalium enim plerique, quemadmodum ferè

^b *Elementos Afric. c. 27.* Judæi, uti & alii aliquot Orientalium mores secuti, à prima Luna visione menses auspicari sunt soliti. Unde illis de primæ visionis

Son. Diff. 25.

^c *De Elementis Orbium Cœlestium cap. 9.* diversitate disciplina per quam erat necessaria. Et Albategnius,

in Cœlestibus Lunæ scientia, inquit, in mensum primordiis ac eorum extremitatibus inter præmissorum (eorum quæ de Lunæ motu præmisserat) *potissima numeratur, eo quod Taric* (Epocha ac computi ratio)

Arabum eorumque mensum initia secundum Luna visum discurrunt, & in hujus vera cognitione quadam multimoda difficultates habentur, quæ sunt Luna vicinitas ejusque à Sole remotio, &c. Quod de prima dicitur visione, quam diligentius persequitur, haud pariter

^d *Problem. scilicet 15. qu. 6.* tractatam apud Mathematicos Græcos, Ptolemæum, Geminum, Cleomedem, alioꝝ qui systematis quæ reliquere Astronomicis res

^e *Misn. Gemar. B. 4. bylon. 111.* Lunares ceteras fusiūs tradiderunt. Certè inter Veteres nemo, pu-

^f *Rosh Hashenah. Qui. na c. 2. Mai monides Ha- lach. Qui. cap. 2. maxi- na c. 2. fol.* Rosh Hashe- to, hac de re æquò expressim atque argutè ac Aristoteles^d, tametsi breviusculè. Sed & de ea recentiores aliquot nostri superiorisque

^g *Georgii Purbachii Passiones Planetarum & Joannes Keplerus in Padesb. &c.* feculi obiter agunt; ut Erasmus Rheinoldus & Petrus Nonnius ad doct. Hach. ralipomenis ad Vitellionem, seu Astronomiæ parte Optica; uti et me cap. 17.

^h *Talmudic. Qui. ma decernebat Princeps seu præses Synedrii Magni cum Collegis dosh hachō- aliquot, quibus hoc munus mandatum. Maimonides^f juxta ve-* ⁱ *בֵּית דָין מִחְשָׁבִין בְּדָרְכֵיכֶם שַׁה אַצְטָגָנוּן מִחוֹתָבִין;* ^j *5. 4. ex 111.* terum mentem;


^k *בְּהַנּוּן וַיֹּודְעֵן הַלְבָנָה כְּשֻׁתְרָאָה בְּחַדְשָׁ זָהָב אֲמִתְתְּהִיה בְּצָפֹן הַטְמָתָא* ^o *Talmudico*

^l *בְּזַהֲרָה וְאַמְתָּה תְּהִי רְחַבָּה אוֹ קְצָרָה וְלְהַיֵּן יְהִי רָאשֵׁי קְרָנִי נָטוּן וּכְשִׁבָּאָו.* ^m *Rosh Hashe- na. cap. 2. fol.*

ⁿ *הָעָרִי לְהַעַד בּוֹרָקֵין אַוְתָּס כִּצְדָּרָאִיתָם אֹתָּס בְּצָפֹן אוֹ בְּדָרוֹס לְהַיֵּן* ^o *22. Ge.*

היו קורני' נזוטות כמה הייתה גבוחה בראית עיניהם וכמה הייתה התבנה
אם נמצאו דבריהם מכוון למה שנודע בחשבון מקובלין אותן ואם
Calculo Astronomico לא נמצאו דבריהם מכוכב אין מקובלין אותן
*usi quis huic rei preerant (id est Praeses, quem diximus & collegæ) inde
sciebant, utrum Luna prima seu qua primò visa est (mensis scilicet
proximè futuri) Soli esset Septentrionalis an Australis, qualisnam
item esset ejus latitudo seu ab Ecclipsi sive distantia sive propinquitas,
qualis etiam inde cornuum inclinatio ac positura. Quories igitur
aderant testes (qui scilicet de Visione ritu solenni Principem
Synedrii ac Collegas, quando ipsi non viderant, certiores facerent)
ad testificandum, inquirebant ab eis quomodo Lunam vidissent; an
in parte Cœli Septentrionaliori an in Australiori; quamnam in
partem inclinarent cornua ejus; quanta esset oculorum eorum aciei
altitudo ejus, qualisnam latitudo. Horum responsa si calculo Astro-
nomico dissona non essent, pro testibus hac in re habebantur idoneis.
Sin vero, planè rejiciebantur. Siquidem pro diversâ Lunæ ad Solem,*

juxta antè
memorata,
configuratio-
ne, aliter atq;
aliter collu-
strari eam, lu-
minisq; cor-
nua variatim
nobis inde
inclinare, re-
clinare, erigi,
ex hac etiam
manifestum
satis est figu-
ra. Quò spe-
ctat quidem
& illud Festi
Avieni in Prognosticorum Arateorum paraphrasi.




Cynthia

*Cynthia cum primū cælo nova cornua promis,
Cautus utrinque Deam circumspice : namque reuecta
Nequaquam semper similis lux imbuīt ortum :
Sed species diversa trahit, varioque notatur
Formarum primi cum surgit luminis igne.*

Et de cornibus erectis, resupinis, inclinantibus, plura apud eum, atque ipsum Aratum. Quam interea positurae diversitatem intemperie aeris ventosæ, ventisve nunc his nunc illis imminentibus, tribui subinde etiam à viris doctissimis nequeo satis mirari. Id verum quidem est, pallorem, ruborem, albedinem, colores, quoniam in prognosticis usus solennis, alios, Lunæ, quæ nobis apparat, ab Aeris qualitate contrahi. Quod nec minus dicendum de figurâ cornuum plus minusve sive acuminata sive obtusa. Sed de istis simili & de ipsa cornuum inclinatione pariter ita loquuntur, ut tam hanc quam ista ab aëris velint intemperie pendere, aut veluti inter meteora habent. De Arato ipso, ac id genus aliis scriptoribus, qui non tam revera Astronomi aut Physici, quam Poëtae Astra ac meteora in carmen deducentes, haud adeò mirum est. Sed Theon ipse, Mathematicus quidem summus, in commentariis ^{§ εἰ μὲν ζεΦυρός}, inquit, ταῦτα σημ, τὸ δύσεως ἔμπειρος αὐτῷ διεθέματο τὸν αὔξενον φασιν ιμεῖν ταχέως. Τὸ δοκεῖν τὸ Σελήνης τὰ κέρατα αἱ ὅπται ἀναπολὺ ταχεῖν φέρεσθ, εἰσὶ ἀπελιώτης πνεύμον, πόπον ανάπολιν νενδυκόπε τὰ κέρατα φέρεται αἱ ταχεῖμα. Εαὶ τὸ Βορέας πνεύμον, τὸ ἐν κέρας τὸ βόρειον ὄπικα μπτὸν γένεται πάλιν εἰσὶ νότος, τὸ ταχεῖν κέρας καρπόδημον. αἱ τὸν εἴπομεν αὔξενα αἴπος. si flabit Favonius, quoniam ab Occidente in adversa aërem impellit, ideo in causa est, ut etiam Luna nascentis Cornua nobis videantur in Orientem inclinare. Si vero flabit Eurus, tunc conversò cornua videntur in partem alteram reclinare ac resupina. Si flabit Boreas, cornu alterum, seu quod Borealius est incurvari videtur; si Notus, pariter cornu illud quod Notum respicit. Quemadmodum igitur diximus, harum rerum Aer in causa est. Ex hujus-

<sup>¶ Lib. de si-
modi etiam ratione forsitan illud Theophrasti
genus Tempore-
Ratis.</sup> η μέχει τελεόδος καὶ εἰ ἔντυχον, χειράσθ μέχει διχοτόμη, Luna nova si fuerit directa (vertitur etiam Luna cornu alterum, si rectum stabit) usqne

usque ad quartum diem, & benè rotunda, hyemabit usque in partem dimidiā illuminatam. Varro ^{item}, ex veterum disciplina; si ^{Apud Plin.}
 quarto die Luna erit directa, magnam tempestatem in mari præsa- ^{H. B. Nat.}
 giet, nisi se coronam circa se habebit. Alii veterum id genus alia.
 Neque hæc recentioribus aliquot non admissa; perinde quasi ab ^{Andreas}
 acris interperie seu tempestatum imminētum diversitate cor- ^{Mironski in}
 nūm posituram oculis mortalium variatim ingeri non dubitarent. ^{Theoria Ven-}
 Ex ejusdem quidem latitudine varia, adeoque cornuum erectione, ^{orum s. 109.}
 inclinatione, reclinacione, tempestate olim, uti & nunc agricolis,
 solitas prædicti, ex Ptolemaeo ¹, Proculo ^m, aliis sequacibus scimus. Sed ^{Tetrabib.}
 varietatem illam Aeri, aut non motibus solūm cœlestibus tribuere, ^{lib. 2. cap.}
 planè Mathematici aut Physici non est. Quadre etiam olim mo- ^{πειρας &c.}
 nuit venerabilis Beda ⁿ nostras. Itaque Rabban ille Gamaliel, ut ^{In locum}
 fidei sollertiū probaret testium visionis, quam diximus, Lunaris, in ^{citatum.}
 tabulis & parietibus figuræ aptavit Lunares seu Lunulas ad cōvaria- ^{De Rat.}
 tim illuminatas, corniculatas, cornibusque hâc illâc inclinantibus, ^{Temp. cap.}
 redinantibus, erectioribus, ut, quite standi de visione gratiâ adcessent,
 inspectis figuris illis responderent, hâc an illâ vidissent nascentem Lu-
 nam figurâ. Nam si quis visionis suæ figuram in tabula aut pariete ele-
 gerat, sive calculo Astronomico ita alienam, ut reverâ sic conspici
 nequivisse ex demonstratione statuendum esset, sive figuræ ex more
 pro visione tantùm admittendæ adversam, ejus veluti falsò de visio- ^{Tir. Rosh}
 ne testantis fidei ratio habebatur nulla. Ex morè nimirùm admit- ^{hashana cap.}
 tendi non erant de visione testes, nisi partem nobis illuminatam ^{2. Talmud}
 sine nubium interventu integrâ à se conspectam affererent. Hac ^{Babylon. fol.}
 autem de re plenius multò in libris de Synedrio Magno agimus. Sed ^{24. d.}
 de Figuris, quas diximus, disertè Misna ^o; ^{De Emenda.}
 דמות צורות לבנות הי לו ^{Temp. lib. 2.}
 לרבן גמליאל בטבל ואכבותל בעלייתו טבחן ^{cap. de persi-}
 אורה את הדורות ואומר do Iudaorum ^{Alexandria}
 הכהה ראית הכהה Imagines figurarum Lunarium fuere Rabban Ga- ^{Et Canon. I.}
 maliel in Tabula & in Pariete in canaculo ejus, quas ostendens testi- ^{sagogic. lib. 3.}
 bus & vulgo rogabat hâc an illâ figurâ Lunam vidissent? Schema ^{pag. 278. Gi-}
 adponimus, quali usum fuisse Principem illum Synedrii, arbitror. chium in ^{des. lo. Co-}
 Atque id ipsum est, quod pro Lunæ ψηφοφορίᾳ, & ψηφοφορίᾳ ^{Tir. Sanber-}
 σκληριανῶν οὐνόδων Gamalieliana sumvit vir maximus ^{drin. cap. 1.} perinde ac si ^{pag. 13.}



Oriens.

Occidens.

per בנות *figuras Lunares* computi tabulæ seu Noviluniorum Computus esset intelligendus. Neque obiter id fecit, aut scimel. Nam in libris de Emendatione temporum ubi de visione, quæ jam præ manibus loquitur, cui rei etiam, inquit, fidem facit, quod in eodem capite Rosch Haschana (caput idem antè citavimus) Scriptum extat, *Iudices* (Principem quem diximus Synedrii Magni & Collegas) cum de neomenia speculatum homines delegarent ipsos in ante צורת הלבנה habuisse, id est figuram Luna quod intelligo ψυφοφορέας Σεληνιακῶν συνόδων ad quam nimirum consugerent, quoties nubila aut imbræ visionem oculis inviderent. Sane magna me hujus rei incessit admiratio, &c. Et in Canonibus Isagogicis diu post scriptis, Tempore ait nubilo, quod ipsi vocabant נִמְרָד יְמִינָה diem nubilum item רַסְתָּה יְמִינָה diem opacum, habebant Luna ψυφοφορέας, ut hodie, quam sequebantur. Ea in Talmud dicitur צורת הלבנה ωῆμα τῆς Σηλεύης, qualem ψυφοφορέας semper ante oculos scribitur habuisse Rabbi Gamaliel. Ita ille, adeò ut constanter affirmârit non figuræ nascentis Lunæ ejusque illuminationes varias, sed calculi Lunaris formam seu tabulas Lunares seu quibus motu Lunaris epilogismus indicaretur, duntaxat in jam citatis innui fuisse Gamalieli. Sed verò aut depravatum aliquod Talmudica Misnæ

Misnæ Exemplar virum præstantissimum fecellit, aut lectionem veram non satis animadvertis. Nam pro eo quod utroque in loco vocat ille צורת הלבנה Figuram Lunæ (quo forsitan nomine simpliciter sumto non ita absolum fuerit, tamen si opinor nondum compertum, ipsum calculum, quo figuræ Lunæ nascientis possint dignosci, per Metonymiam designari) legiturin Misnæ loco à Scaligero laudato, idque in editionibus, quas consuluimus, optimis, nec ita paucis, aut דמות צורות לבנות (ut superius citatur) *Imagines Figurarum Lunarium*, seu *Lunarum*, aut דמות צורות לבנה ut tam in Hierosolymitano, quam Babylonico Talmude, id est *imagines figurarum Luna*. Alio item in loco seu Gemara in Babylonia⁹ idem totidem affertur verbis juxta lectio-^{1 Ad rit. A.}
nem priorem. Sed verò lectio sive hæc sive illa nec Lunarem epi-^{boda Zara c.}
logismum, nec quidquam præter id, quod jam monstravimus, si quid^{3 fol. 43. a.}
video, ritè satis potest denotare. Id palam etiam assunt Magistri^{1 R. Obsidianus},
quibus explicatio est צורות לבנות שער הירח ולאיזה צד קרנין נוטות כ-^{Bartenorius}
figurae seu *Imagines lunares* denontant *Luna mensuram ac quantita-*^{ad rit. Rosh Hashena c. 2.}
tem, atque indicationem, unde dignoscetur, in quamnam cornua^{sc. & 3. Mai-monides ibid}
ejus inclinarent partem. Quin & ita rem capiendam, satis docet *Ge.*

Gemara in utroque, quem memoravimus, loco Babylonia. Dispu-
tatur quidem ibi, utrum licite ejusmodi figuræ, cum regulariter cor-
pora Cœlestia neutiquā juxta superius dicta depingenda. Sed tandem Lunularum has figuras licitas juxta cum Misna ait Gemara, quia factæ
sunt להתלמוד seu *docendi discendique causā*, ut expressim ibi dicitur.
Nec sanè è subtilioribus tantum calculi apicibus (qui planè nō ignaris
tantum, sed & inassisteris cruces sunt) aut nudo de Visione colloquio
potuisse testimoniū ex hominum vulgo sive discere sive satis enarrare fi-
guræ seu cornuum, de quibus respondendum esset, positurā, omnino
credibile est. Unde & R. Joseph Karo¹ צורות חמה ולבנה וכוכבים,² אסור בין בולטות בין שוקעת ואם הם להתלמוד להבini ולחרות כולם^{In Shulcan Aruch, lib. Iore dea cap. 141. §. 4.}
מורות אף אילו בולטות Figura Solis & Lune & Syderum tam plana, quam prominentes interdictæ sunt. At verò si fiant discendi, do-
cendi, resque dubias decernendi gratiâ, licita sunt Omnes, idq; etiam
prominentes. Ubi Omnes, opinor, tam ad figuræ refertur etiam huma-

humanas docendi quid discendive gratiâ simul & Cœlestium corporum qualescumque facere; tametsi Ornatus solum animique causâ hæ non omnino, illæ nisi in plano aut coelatura, textura, seu incisio ne fieri non dicerent. Certè & de Cœlestium figuris idem firmant Ritualia aliquot Judæorum ab ipsis typis edita. Hymnus scilicet interdum sacris Paschalibus adjicitur, in quo tum mensium duodecim tum Zodiaci signorum, quibus suo ordine respondent, fit mentio;

¹ Machzor
Iudeorum
Germ. part. 1.
fol. 171. f.

unde & typis etiam margine^t depictæ habentur signorum omnium, veluti Arietis, Tauri, Geminorum figuræ. Nisi si dicas has reverà non esse figuræ cœlestes, sed planè (sicut se res ipsa habet) adinventas, ut Stellarum in Zodiaco Spatia & Numerus aliarum rerum nominibus denotentur, Stellasque tantum ipsis esse corpora cœlestia, adeoque figuræ ipsis similes esse tantum corporum cœlestium imagines. Certè in Commentariis eorum de motu Solis & Lunæ, id est, de Annorum ratione etiam Talmudicis, Orbes Cœlestes uti Eccentricos, Concentricos, Epicyclos, alias quemadmodum apud Mathematicos sive Paganos sive Christianos, describi ab ipsis solenne est. Et adnotat R. Salomon Loria^u reperiisse se ad Calcem math Sheld. Gemaræ Babyloniae ad titulum de Sabbato codicis Rabbini celeberrimi צורת הגלגל ומלוחותיה Figuram Cœli seu Spherae & Signorum ejus. Quæ tamen, ut ipse ob oculos posuit, circulus tantum est, cuius aream circumcunt mensium nomina Ebraica; peripheriam vero, Signorum duodecim nomina citra aliam omnino figuram. Sed de hiscc satis superque. Ex jam dictis vero tandem sequitur, Prose lyto domicilii ex Jure, quod diximus, Superinducto seu Gentium Interveniente neutiquam permissum esse, Imagines in Solido seu Protuberantes Humanas, nec sive Protuberantes sive in Plano Cœlestes Ornatus seu splendoris gratiâ, sed tantum מחרללה השם seu docendi descendique causâ formare. Alias autem pro libitu formandi permisam ei libertatem, si receptionem spectamus sententiam, veterumque morum, ut par est, rationem heic habemus. Ut cunque vero ea se res habuerit, dubitandum vix est, quin pro variante eorum, quirebus ac disciplinæ præterant, opinione seculorumque discrimine, aliter atque aliter Permissio seu Interdictum hoc se habuerit Nam quod

quod Israelitæ ob Idololatriæ novandæ metum, de hisce variatim & juxta discrepantes hominum, ut fieri amat, sententias negatum est, id neque Nochidi apud eos permisum esse, eandem ob causam, secundum jam ostensa, æquum est ut existimemus. Et qui Statuam exeret, Lucum plantaverat, aut Imaginem aliter atque dictum est fecerat, verberibus ex sententia forensi^x, uti etiam qui alia id genus ju-^{* Maimonid.}
ris capita, quæ mox sequuntur, violaverat, pro more puniendus erat;^{Halach. San-}
atque ex jure Civili Judæus. Proselyti autem domicilii, juxta jus^{19.}
^{hedrin, cap.}
Gentium ad regendos eos Civili superinductum, id est, Interveniens
Gentium jus, sive verberibus sive aliis, pro rerum temporumque dis-
crimine, pœnis affiebantur.

C A P. VII.

*De Actibus aliis, à quibus ideo ex Jure Gentium Interveniente abstinendum Profelyto Domicilii, (uti ex Jure Civili Israelita,) quia ritus Idololatricos imitari videbantur. Item de Imaginibus jam factis Profelyto Domicilii, uti & Israelitæ (huic ex Civili suo, illi ex Interveniente, quod diximus, Jure) utendis, retinendis, abolendis. Imaginum ac Rerum idolis sacratarum, nisi si resecrarentur, possessio & usus omnimodus utrique interdictus. Scilicet prorsus erant abolendæ. Omnimodarum Imaginum Cultus gratiâ non factarum nec cultarum possessio & usus promiscuus eis licitus. Quid heic Resecratio. Quomodo Lucorum sive Cultus gratiâ plantatorum sive Fru-
ctis causâ, & postea cultorum usus seu possessio licita illicitave, ex jure j. am memorato. Quâdem ratione abolendæ res, quarum usus & possessio causis jam dictu verita.*

 N Verbis Maimonidis superius^y memoratis de Sta-^{* Cap. 1. 2.}
tuam ergendi, Lucum plantandi, Imagines formandi
libertate Proselytis domicilii ex Jure Gentibus aliis E-^{¶ 6.}
braisque Interveniente negatâ, occurrit illud **כִּי יְצַר בָּהּ לֹא**
nec quæ similia seu id genus sunt alia Ornatus seu splendoris
aut nitoris, id est, planè usus qualiscunque etiam qui sacer non fuerit
causâ. Adeo ut, ex Talmudicorum sententia, non solùm tria illa,
quæ jam explicata capite habes præcedente, sed & cætera, quæ ex E-
braeorum disciplina eandem aut parilem sortiuntur rationem, Prof-
e

elytis domicilii fuerint similiter interdicta. Non ex iure hominum communi, seu quod per excellentiam Noachidarum dici solet, sed tantum ex Intervenicente hoc seu Ebraeis atque Inquilinis ejusmodi seu in eorum ditione vitam transgentibus singulari, ut supra monatum est; quod in primis heic semper animadvertisendum. Designatio autem illa generalis partim, ni nimium fallor, Imaginum quarundam Possessionem & Usuum (nam de faciendis, non de Utendis seu Possidendis Imaginibus antea factis haec tenet solum agitur; saltet si excipias exempla superius ex Josepho adducta de Cesaris Iconibus & trophaeis, atque Animalium in Palatio Tiberiensis figuris, de quibus quæ jam facta in usum ab Herode, Pilato, Tiberiensibus aliisve apud Ebraeos qualemcumque adhibita sunt, mox plura) Imaginum, inquam, quarundam aliorumque bonorum sive ipsâ Idololatriâ sive ejusdem circumstantiis inquinatorum Possessionem & Usuum complectitur, partim Actuum abstinentiam aliquot aliorum quos, cum pro Cultu extranei seu Idololatriæ sive imitamentis, sive invitamentis ab Ebraeis, idque ex Lege Sacrâ cum Gentilium ritibus collatâ, haberentur, haud Proselytis Domicilii magis quam sibi ipsis (quos solos cum Proselytis Justitiae ex Sacrâ Legi scriptâ teneri heic censebant) permitti volueré. Actus, alias per se ac simpliciter liciti,

- ^a *Vide Legit.* quibus hoc nomine abstinendum erat^z, fuere, habitum sexuum e-
18. 3. [&] 20. mentiri seu sexum alterum alterius habitum induere^a (& magnope-
23.
^b *Dew. 22. 5.* re sanè mirandum, ut recte Dionysius Petavius, si modò verum est,
^b *Heres. 16.* quod tradit Epiphanius^b, γυναικεῖς ιπατίοις muliebribus palliolis usos esse Pharisæos ipsis, cum expressiinis legis sacræ verbis adver-
seatur, uti & doctrinæ Talmudicæ) vestimentum ex diversis generibus, veluti lanâ & lino, confectionum gestare, diversi generis animalia ad
^c *Legit. 19.* coitum seu ad^c aratrum simul admittere, fructusante annum quar-
19. tum comedere^d, in rotundum attondere comam, aut barbam ra-
^d *Ibid. 23.* dere, cutem incidere^e, alii id genus aliquot in federe veteri prohibiti.
28. Ideo enim hosce actus aiunt Israelitis prohibitos, quia solenniores
^f *Videsis Le-* anæa^f erant Idololatris sive Cananæis sive vicinis, & quoniam, tam-
Gittie. 20. 23. et si extra cultum fierent, propè nimis nihilominus ad Idololatriam ejusveritus, quibus verendum erat, ne verus Cultus forsitan iniquare-
tur, ac-

etur, accedebant. Ea de re fusiùs Moses Maimonides^g. Ecujus ^g More Ne-
item ^g More Nebochim versione veteri S. Thomas^h, alii. Ne-
que solùm conjecturâ nituntur, aut traditione majorum, dum ^{3. cap. 37. ¶} Halach.
actus ejusmodi Paganis, atque Idololatis Orientis vicinise in u- Aboda Zara
su solenniori fuisse scribunt, indeque vetitos. Nam illis in usu ^{cap. 11. ¶} in Numer
fuisse actus hosce simul cum aliis non paucis, qui ipso Idolo- [¶] Praecept. Ne-
latriæ genere per se contenti pariter in lege sacra prohibentur, [¶] 1. Secunda
expressim docent è libris Orientis vetustissimis, nullibi nobis re- ^{quæst. 102.}
pertis, de Zabiorum ritibus, seu de eorum, qui Orientem maxi- ^{art. 6. ad 6. 8.}
mè occuparunt, omnimodis sacris. Vocantur illi Maimoni- ^{9, 11. 2 Se-}
di ⁱ, ¹⁹² הִיא אָוֹמָה שְׁמַלְתָּה כָּל ^{cunda queſt.} gens Zabea, quæ, inquit, ^{196. art. 2. ad}
 הארץ erat Gens quæ implevit totum orbem. Zabiorum rituum ³ Ibid. ca. 29.
aq; superstitionum, seu, ut Saido Batricidi dicuntur, دین الصابئین

Religionis morumque Zabiorum origo tribuitur ætati Nachoris
Abrahæ avi, atque Zaredshatho velut authori. Verba ejus sunt
• وفي أيامه ظهر رجل فارسي يدعى زرادشت فاظهر
دين الصابئين وكان يغرس ملائكة يتعال في ظهور

Et in diebus ejus (Nachoris) Claruit Persia quidam nomine Za-
radshath (pro eo, ni fallor, quem Zoroastrem dicere solent; nam &
cum Zaradem ^k dictum sciimus) & publicavit seu propagavit reli- Agathias
gionem Zabiorum, regnante tunc in Perside Tecmuratho. Sed alias ^{lib. 2. ¶}
habet ille sententias, quibus è Græcia petitur disciplina Zabiorum. ^{1 In Epistola}
Videsis etiam de Zabiis responsa Josephi Scaligeri^l, ad quæsita ali- ^{Francof. 1612}
quot Isaaci ^m, Casauboni. Et de Zoroastre, quæ huc spectet, con- ^{pag. 341.}
sulas Laërtium ⁿ, Justinum ^o, alios. In libris autem illis, quos de ^{" Epist. 438.}
Zabiorum ritibus in hanc rem memorat Maimonides, primarium ^{¶ Lib. L}
obtinet locum is, qui inscriptus est הַעֲבוֹדָה הַנְּבָטִיה, quod nomen ^{¶ Lib. 30. ¶}
in versione sua Latinâ retinuit doctissimus Joannes Buxtorfius nec ^{¶ Lib. 30. ¶}
transtulit. Veteri autem versione Latinâ pro eo substituitur liber ^{¶ Lib. 30. ¶}
de Agricultura Aegyptiorum & liber de servitio Aegyptiaco. Un- ^{¶ cap. 18.}
de S. Thomas^P, aliquie heic sequaces de Aegyptiorum Veterum mo- ^{¶ Secundo}
ribus toties loquuntur, dum præcepta aliquot Mosaica explicant. ^{¶ 102. art.}
^{6. ¶ c.}

Certè

Certè vocabulum prius, tam cultum, quæ sacra respicit, quam quæ agrum denotat, & sacra Zabiorum agriculturam imprimis spectat;

⁹ More Nebochim part. monet etiam Maimonides ⁹. Quod verò ad vocabulum posterius attinet seu הַנְבָתִית thea gentis, ut interdum ex eo citatur, id Nabathæ-

^{3. cap. 30.} ¹⁰ In cōment. thea fortè seu Nabathæorum vertendum. Adeo ut de Nabathæorum, gentis Arabicæ Judeæ vicinæ, cultu ritibusque juxta Zabiorum Cozri part. 1. cap. 61. fol. 28. a. disciplinam congestis intelligatur. Nec ita mirum est, autorem

versionis vetustioris Aegyptiorum substituisse. Nam vix dubitandum, quin ex elementorum ו & כ cognitione, quæ in manu exaratis saepe est maxima, legerit ille הַכְבָתִית, quod pro Aegyptiaco capi posse manifestum est. Atque illum Ebraicam Maimonidis versionem quam R. Samueli Ben R. Jehudæ Aben Tybon debemus, non Arabicam ipsius autoris translusisse non ambigimus. De libris autem illis ritibusque Zabiorum in eis repertis, Maimonides;

דעת הדעות ההם והמעשים ההם הוא שער גודל מאר בנתינת עלה דמצות Cognitio disciplina in eis contenta rituumque juxta

eam solemniorum, portam magna est seu impensè facit ad reddendas praeceptorum causas. Summa demum est, actus omnimodos, qui viciniorum Gentium Idololatriam ejus veritus omnino saperent, aut imitari viderentur, tametsi Idoli cultus procul abesset, ex jure Interveniente, non verò Communi seu Naturali, Proselytis domiciliis, ut ex Civili Israelitis, interdictos. Quibus dubitari nequit, quin annumerandæ sunt Sortilegorum, Augurum, aliorum artes, quæ in sacra

^{Exod. 22.} lege morte non puniuntur. Nam Magiam infamem, morte punitam, ad ipsam Idololatriam referunt, ut capite primo diximus. Id est artes illas quibus creditum est Spiritibus, nescio, quibus cultum di-

^{17. Levitic. 20. 26.} ^{10.} ^{Deut. 18.} vinum seu divinitatem tribui. Ceteræ autem, veluti Augurum, Sortilegorum, Ariolorum, Praestigiatorum seu quæ citra ejusmodi

Idololatriam adhibitæ tantum interdicuntur, nullâ expressim in sacris literis nedum mortis ullibi poenâ adjectâ, nomine simplici

^{11.} ^{Vide Mai-monidē Mo-Nebo-} חוקות הגויים Statutorum seu morum Gentium veniunt; qui, tam- chimpars. 3. et si Idololatriâ carerent ipsâ, fugiendi nihilominus Ebræis erant, cap. 29. 30. quoniam apud Idololatras atque ex ipsa Idololatriæ non raro ratio-ne orti sunt fortique. Mores autem hi sic vetiti, adeoque artes,

quales

quales diximus, verberibus ex sententia forensi in Judæo^x punienda erant. Neque æquum est, ut existimemus Noachidem seu Proselytum domicilii artibus ejusmodi, utcunque ex Jure hominum communis seu naturali, juxta ipsos, non vctitis, impune ex Jure Interveniente uti potuisse; maximè si harum actus ac circumstantias cum ceteris, quæ nunc tractamus, ritè componimus. Quod verò ad Imaginum jam factarum possessionem & usum hic attinet; Triplex erat harum genus. Aut enim factæ sunt Cultus Causâ necdum cultæ, aut etiam Cultæ, aut Factæ tantummodo id est, in Ornatum, ut fieri solet, sive Rusticum sive Urbanum seu ejusmodi alium usum citra omnimodam Cultus Extranei rationem. Primi generis quæ fuere, aut à Noachide seu Gentili factæ sunt, aut ab Israelite. Imaginem qualecunque à Gentili Cultus Gratiâ sic formata, inter ipsos fuisse^y aiunt אסורה להנאה adeò illicitam, ut nec in Misne [¶] usum seu promiscuum vite Commodum ulla tenus esset adhibenda. Gemara 111. Idque etiam tametsi nondum à Gentili culta fuisset. Et distinctio- Aboda Zara cap. 2. Et 3. nem habent de præsumptionibus, quibus heic, ubi de re non aliter Maimonides Hal. Aboda liqueret, standum erat. Si in Gentilium villis seu oppidulis repe- Zara cap. 7. rirentur imagines qualescunque בהנאה מפניהם שוחקתם usus earum interdictus erat omnimodus, Hilcoth Ge- daloth fol. 120. a Moses quoniam præsumebatur eas in cultum extraneum esse factas. At Mikrah Præ- verò הנמצאות במדינה אם היו עומדין על פתח המדינה והיה ביד הצורא, cap. Negaroth. צוות מקל או צפור או כדור או ס"ג או עטרה ותבעת חוקתו שחויק re in Shulcan 45. Joseph Aruch, lib. ubi ubi Imagines repertas sint in Vrbe aliqua, si ad Lore Dea cap. portam collocatae haberent manu figuram baculi, spherule, aut globi, 139.

aut gladii aut Corona & annuli, præsumitur factas eas esse in cultum extraneum, adeoque usus earum interdictus est. Aliter præsumendum non erat eas Cultus causâ factas sed tantum in Ornatum urbanum. Temperamentum item adjiciunt, de Imagine ejusmodi resecrata, seu quæ anteà religione ita solveretur, ut Sacra esse planè desineret. Tunc enim usus ejus, ut bonorum aliorum, satis licitus. Sed de Resecrandis imaginibus plura mox. Ab Israelite autem Imago qualiscunque facta, si minimè omnino culta fuisset aut sacrata, ab מה בין עז שׁל גוי לעז של מִשְׁרָאֵל Dd

ישראל ע' טל נכרי אסורה בהנאה מיר שנ' פסיל, אלהים תשרוף
באות משפטו נעשה לו אלה וטל ישראל אינה אסורה בהנאה עד
שתעבד שנ' ושם בסתר עד שייטה לה דברים שבסתר שן עבורה

Quod ad discriminem spectat inter imaginem Cultus causâ ab Gentili factam, atque eam, quæ causâ parili fit ab Israelita; Gentilis Imago ejusmodi statim atque fit; ab omnimodo arcenda est usu, juxta id quod

² *Dem. 7, 25.* *dicitur in sacra lege, Sculptilia eorum igne comburetis. Simulas sculpsent, tribuitur ei divinitas.*

At vero Israelite ejusmodi Imago non ita omnimodo arcenda est usu priusquam colatur (juxta

^{• Ibid. 27, 15.} *etiam id quod in sacra lege habetur. & in abscondito posuerit) scilicet priusquam ea in abscondito seu clanculum faciat, quæ ad cultum ejus attinent.*

Tertii generis Imagines factæ seu repertæ, id est, quæ tantum factæ sunt, sive à Gentili sive ab Israelita, Ornatus gratiâ, aut in promiscuum sive in ædibus sive in vasis, tabulis, aulæis, velis, vestibus ornandis usum, nec postmodum dicatae, seu cultu extraneo inquinatae, habebantur planè licitæ (ut cunque illicite apud Israelites factæ, veluti cœlestes qualicunque formâ, & humanæ in solido seu prominentes) non aliter atque supellestis pars aliqua alia seu bona qualiacunque cetra. Nam pœnâ verberum quæ illicitas facienti infligenda, expiabatur ipsa faciendi culpa. Nec retinendo alia commissa est.

Unde & de imagine apud Gentiles repertâ, quam cultus gratiâ neutiquam factam esse, juxta jam dicta, præsumebatur, aiunt, הר' הוי הוא בחזקת לנו ומוثر præsumendum erat eam Ornatus tantum gratiâ factam, adeoque uti frui licuit. Quâ de re etiam pronunciant

הוּא בְּגָדֵי שְׁנִי אוֹ טְהוּרִי קְרֻבָּקִים עַל הַנוּזִים וְעַל הַחֲטָבּוֹת הָרִיאוּ אֶלְיוֹ אַסְרוּין וְעַל שָׂאֵר הַכְּלִים מִתוֹרִין מִפְנֵי שְׁחוּקָתֵן לְנוּ וּכְן שָׁאֵר הַצְּוֹרוֹת הַנִּמְצָאוֹת

fi quis repererit usensilia, in quibus figura Lana aut Solis aut Draconis, eaque fuerint aurea aut argentea, aut vestes purpurea, aut si fuerint figuræ ha in monilibus aut annulis, utensilia sunt ipsa illiscira. Attamen si utensilibus in aliis fuerint repertæ, ea licitas sunt, eo quod præsumitur Ornatus gratiâ tantum esse formatas. Quin & figura cetra in quibuscunque reperta usensilibus licitas sunt, quia præsumitur formatas esse ornatus tantum

zantum gratiâ. Quoties nempe de cultûs gratiâ palam non con-
stiterat. Atque huc sanè spectat illud Procli Polyzeli F. & Rabban
Gamalielis. Misna ^b טאל פרקלום בן פלוסלום את רבן גמליאל ; ^{Tis. Aboda}
בעבור שהוא רוחץ של אפרודיטי אמר לו כתוב בתורתכם אלה
ידבק בידך מאו מה מן החומר ומפני מה אתה זהוחץ של אפרודיטי
אמר לו אין משיבין במרחץ כשיצא אמ' לו אני לא באתי בגבולה הארץ
באתי בגבולי אין אומרים נעשה מרחץ נוי לאפרוד' אלא נעתית אפרוד' נוי
למרחץ ^{7. Et c. Shulchan Aruch} Interrogavit Proclus Polyzeli filius Rabban Gamaliel cur-
nam se lavaret in balneo Veneris (balnco, ut interpretantur Magistri, ^{lib. Ior. Dea} cap. 142. 5.
in quo figura habebatur Veneris, unde est denominatū) nam, inquit, ¹⁴
scriptum est in lege vestra ^c, non adhæribit in manu tua quidquam ^{c Deus. 13. 17.}
de anathemate: cur igitur tu te lavas in balneo Veneris? Dixit ei
Gamaliel, Respondendum non est in balneo (nudo scilicet, reverentiae
causâ, delege loquendum non est; quemadmodum apud Gentiles
in templis nudare se quempiam seu Vestimenta mutasse nefas ^d ha- ^{Plutarch. in}
hebatur) Simulac autem exierat (& vestem induerat) Ego, inquit, ^{Quaest. Re-}
huc non accessi figura Venere causâ, sed ea huc mei causâ advenit (id
est, causâ balnei & lavantium in eo.) Neq; quisquam dixerit balneum
in Veneris usum factum, sed Venerem hanc, seu figuram in usum seu
ornatum Balnei. Sensus est, & balneo utor, & in eo figuram hanc
collocatam non illibenter conspicio. Sed cum consecratio omni-
moda cultusque absit, & figura utcunque ejus, quod aliâs interdum
pro numine habetur, ornatus tantum causa locum heichabeat, non
est omnino cur violatæ legis nostræ hoc nomine incuser. Quâ
nempe earum quæ cultûs gratiâ tantum factæ sunt, aut diis dicatae
Imaginum, juxta majorum interpretationes, Usus omnimodus in-
terdictur. Sed verò non solum Imaginum sive Cultûs gratiâ fa-
ctatum sive cultarum, quales diximus, verum etiam Viestimarum,
Oblationum, & Instrumentorum ac Vasorum veluti Pollubri, Sim-
puli, Aræ, Mensæ (simulac in cultu adhibita fuerint hæc, uti illæ si-
mulac fuerint oblatæ aut in oblationem signatae, nec antè) & quæ
sunt aliorum id genus imò & הנעתה כל בשבייה universi appara-
tus Cultus Extranei gratiâ facti. id est, Idolo culto dicati, Usus omni-
modus pariter est interdictus. Excepto quod cultus cuius in Idolo-
latria

^cGemar. Ba- latria usus fuerat, non illicite in victima tantum mactanda, sed non
^bbylonia ad dissecanda, adhiberetur. Adeo ut ne quidem ex horum alicujus,
^{rit.} Cholin. cap. 1. fol. 8. a. aut possessione, aut venditione locupletiorem fieri apud Israelitas fas
^{Maimonid.} esset. Pretium, æquè atque ipsa, illicitum. Præceptum quidem sibi
^{Hab. Aboda} Zara cap. 7. civile habent ex illo legis¹. Non inferes abominationem, seu ut vul-
^{Shulchan A-} gata, quippiam ex idolo in domum tuam, nefias anathema sicut & il-
^{ruch lib. Iore} Dea cap. 10. lud est. Sed execrando execraberis illud & detestando detestaberis
^{& 142.} illud quia anathema est. Rationem etiam afferunt; ne aut ipsum
^{1 Deut. 7. 26.} Idolum aut vasa aliave ipsa ad illud spectantia possessorem in Idolo-
^{& Vide cap.} 13. 17. latram forsan invitarent, aut & reum dein ejus secundarum seu vitæ,
^{2 Vide ante} alios, Mai- quæ fortè sequeretur beatioris causam vulgus, cui in rebus maximè
^{monid. More} ejusmodi discernendis hallucinari solenne est, in hujusmodi Posses-
^{Nehochim} sione & Usu temere collocaret, indeque existimatio & honorcul-
^{part. 3. cap.} 37. tui extraneo accederet. Atque ex hac ratione consonum superin-
duxere Jus Gentium seu Profelytorum domicilii Interveniens. Sed
prætereundum non est, tam vasa & apparatum Idoli, quam ipsum
Idolum, si Resecrarentur seu Religione Solverentur, antequam in
Israëlitæ possessionem devenirent, non aliter atque alia bona in vir-
tutum & commodum licite adhiberi potuisse. Resecrandi faculta-
tem aiunt fuisse tantummodo Gentili; qui scilicet haec tenus esset
ipse Idololatra, non Gentili qui Idolatriæ renuntiaverat. Necta-
men omnigenas Imagines consecratas resecrandi ei fuisse facultatem,
sed eas tantum, quæ à Gentili etiam consecratæ fuisse ab Israëlia
nondum possesse. Nam nec Israëlita ipse resecrare potuit eiusmodi
sive imaginem, sive vas, sive apparatus sacri partem aliquam à quo-
cunque sacram. Nec postquam ipse possederat, quis alius mor-
talium, ut volunt nonnulli. Quod quantum ad Imaginem sacram
ipsam attinet, admittunt omnes. De vasis autem, & instrumentis
ita dissentunt, ut aliqui velint illa etiam postquam ab Israëlita possi-
derentur, potuisse ritè resecrari. Quod vero legitur in Misna Tal-

^{1 Tit. Aboda} נכרי מבטל עבדה זהה שלו ישראל^h Gentilis
^{Zara. cap. 4.} resecat tam consecratam imaginem seu Idolum quod suum est, quam
5. 4. quam quod est Israëlite, lapsus est, opinor, sive typographi, sive li-
brarii. Restituendum igitur של חבירו ושל חבירו quod suum est quam
quod

quod Gentilis est alterius. Nam Talmudis Babylonii Misna aliæque Misnæ editiones ita locum illum habent. Et Gemara utrique ibi non semel *שְׁעַבֶּדֶת יִשְׂרָאֵל אֲזַן לְהַבִּיטוֹל לְעוֹלָם* ^י *Idolum quod coluit Israelita nunquam omnino potest resecurari, seu religione solvi, quemadmodum & Magistri consentiunt passim.* Ubi & obiter advertendum nomine *Culūs extranei* seu *peregrini*, non solum venire ipsum cultum seu latriam, sed rem etiam ipsam, pro discrimine rerum de quibus verba fiunt, quæ sive ut idolum colebatur, sive Idolo sacrata est, veluti *ἀλισχύματα τῶν εἰδώλων inquinamenta idolorum & Idolothyta*, id genus cetera. Id quod apud Magistros est frequentissimum. Gentili autem, qualem diximus, non solum quod ipse fecerat seu sacraverat idolum, sed quod alius quis Gentilis, resecurandi facultatem tribuunt. Resecrato autem Idolo ipso, resecrata simul consequenter omnia, quæ ad id spectabant vas, instrumenta, apparatum asserunt, præter victimas atque oblationes, quæ nec Resecrationis capaces. Vas autem, instrumentis aut apparatu resecurato, non simili inde resecuratum est Idolum. Resecrare heic erat, non solum liquefacere seu resecurandi animo comminuere aut mutilare, verum etiam, ut liqueficeret seu confringetur, alienare, & usibus communibus palam addicere, juxta illud ¹ *Tertulliani*^k; *Domesticos deos, quos Lares dicitis, domesticā potestate tractatis, pignorando, venditando, demutando aliquando in cacobulum de Saturno, aliquando in trullam de Minerva; ut quisque contritus atque contusus est, dum diu colitur; ut quisque dominus sanctiorem expertus est domesticam necessitatem.* Quin & Idolum, quod tempore pacis coli desit, exinde resecuratum est; non item, quod tempore belli. Magistri, *שְׁהַנִּיחָה עֲוֹדִיה בְּשֻׁעַת טַלּוֹם וְעַזְבָּה בְּשֻׁעַת מִלְחָמָה אֲבוֹרָה מִפְנֵי שְׁלָא גְּנִיּוֹת* ¹ *Idolo, quod tempore pacis à colentibus negligitur, seu coli desinit, uti frui (interbona) fas est. Nam id resecurarunt. At verò si id fiat tempore belli, eo sic uti frui est nefas, quoniam non ob aliam quam belli causam coli desit.* Tametsi autem Gentilis tam alienum, quam suum idolum, juxta jam dicta, ita resecurare potuit, ut usus eiusdem rerumque ei antè sacratarum promiscuus inde licitus esset,

¹ Maimonid. esset, nihilominus rem alienam ita consecrare nemo ritè quibat, ut halach. Abo- inde ejusdem usus fieret illicitus. Quo spectat illud אֲנָא אֶרְךָ אַוְסָר¹ Zara cap. 2. Et Misn. נִמְוֹדָר שָׁאֵנוּ שָׁלֹן Gemar. potest. Quemadmodum verò imaginum in cultum extraneum fa- supracitata. starum rerumque aliarum eis dicatarum usus, secundum jam memo-

Misn. Et rata, illicitus erat, ita parili ratione etiam Luci ^m seu Arboris sive eo Gemar. ist. nomine ut coleretur ipsa, sive ut Idolum obumbraret, idoliumve Aboda Zara c. 3. Et Mas. ornaret, plantatae. Adeò ut nec umbræ proceritatis ejus seu trunc monid. ad juxta extensæ beneficio uti frui liceret; quam tamen à foliorum & dict. Misn. ramorum tegmine ita discriminant aliqui ⁿ, ut hujus nec interim il cap. 7. Shul. lius refrigerium licitum haberetur. Nec per Lucum ejusmodi transi can. Aruch lib. Iore dea cap. 142. refas, nisi alia non pateret via. Volucrum item in eo nidificantium, tum ova, tum pulli teneriores illiciti. Ratio adjicitur;

Vides Misn. Et Ge mar. Baby- ton. ist. Abo da Zara cap. 3. fol. 48. Et Maimonid. loc. citatu. עצמה שבראה מותר מפני שהעוף מביא עצו ממקומם aiunt, אחר Nidus ipse qui in ejus est summitate licitus est, quoniam virginas seu ligna è quibus conficitur nidus, avis ex alio loco affert. Ligna ex ejusmodi Luco non licuit; nec panibus in furno inde calcifato coctis uti. Adeo ut si forte panis sic coctus aliis ita commisceretur, ייך רמי אותה הפת ליב המלח כדי של ואינה preuum ejusdem panis projiciendum effet in mare falsum, ne ex eo Commodum fieret, & ceterorum usus (ut & jam hujus) licitus effet. Parilis ratio erat in cibis elixandis, assandique. Quin quoties radius textorius aut quid ejusmodi aliud è lignis luci, qualem diximus, fieret, vestis pannusve eo textus illicitus habitus; qui si forte aliis sic commisceretur ut nec quiret interno, similiter de pretio ejus, ut de panis jam memorati, statuendum. Nec in cuiusquam commodum ritè cedebat Luci combusti Cinis. Abi ciendus erat usibusque eximendus. Solum autem Luci ejusque Umbræ neutiquam ita interdictum, quin herbas, leguminas, olera, quæcunque in umbrâ feliciter crescerent, ibi serere fas esset, eorumque possessio & usus licitus. Ratio redditur, טהרה טצל הארץ, טהור עט הקרקע טaina נאסרת גורמים לירקות אלו לצמוח וכל טבר טהור טבון

אָסָר וְבַר מֹתֵר גּוּמְזִין לוּ הַרְיָה זוּ מֹתֵר בְּכָל מִקְוָת quoniam Umbra Lu-
ci que illicita est simul & Solum quod illicitum non est, in causa sunt
cur germinent crescantque olera haec. Et quoties quid rem licitam &
rem illicitam simul in causa sibi ejusmodi habuerit, id perpetuo in lici-
tis habitem. Scilicet ubi res id genus naturales, forte etiam contra
fas, committat. Unde ager sumo vi etiam marum idolis sacratarum sterco-
ratus ritè seminabatur, ut i & jumentum, quod pabulo, cuius usus ido-
lolatriæ nomine alias interdictus, pingue fiebat, ritè satis comedebat-
tur. Et similis de aliis id genus ratio. Quæ autem hactenus dicta
sunt, ad res attinent aut ideo ab homine factas, veluti Statuas, Ima-
gines, Lucos, ut colerentur, aut idolo culto oblatas aliterve sacratas
peculiareisque. Extra harum numerum fuere Res merè Naturales
seu, ut piicitur magistri, res שָׁאַן בְּהַז חֲפִיכָּס וְדַי אֶרְכָּס Quibus artifi-
cium humanum non omnino (cultus gratiâ) accessit, quæ interdum
ipsæ etiam ab idololatriis cultæ; veluti Montes, Luci item fructus
causâ primò non cultus plantati, Fontes & Flumina publica, etiam
& Jumenta & Pecora, modo quo apud Ægyptios Apis, & quæ sunt
ejusmodi alia. De hisce in Universum pronuntiant, כָּל שָׁאַן בְּזַחֲפִיכָּס Quicquid
אדָם וְלֹא עַשָּׂו אֶרְךָט אַעֲפָט טנערבר הרִי זה מוחר בהנהה Quicquid
artificio caret humano, nec ab homine factum est, etiam si velut ido-
lum cultum fuerit, ejus usus & possessio non interdicitur. Ceterum
Luci non in cultum extraneum plantati nec culti nec cultui extraneo
inservientis, possessio & usus non illicitus erat, tametsi, iuxta jam di-
cta, plantatio ipsa illicita; secundum eandem quam de Imaginibus
afferunt rationem. Quoniam vero usus ut in antè dictis omnino ex-
gatus, id est, quæcunque causis jam memoratis erant, בְּהַנְּאָה,
אָסָרִים בְּהַנְּאָה, nullibi locorum reponere aut retinere ea licuit. Sed aut igne com-
burenda erant, aut comminuenda, conterenda & projicienda sive in Videbis
aerem sive לִיְמָה in Mare salsum, sive in flumina, ut, quantum Exod. 32. 20.
fieri posset, nuspiam haberentur. Neque Cineris aut Carbonum
retum ejusmodi usus licitus. Et de Imaginibus, Idolis, eorumque va-
sis ac supellectili aliisque rebus cultis idolifve sacratis sive retinendis 1 Regnum 15. 13
sive abolendis sive sic projiciendis, ad hunc modum statuunt Tal-
2 Regnum 18.
4. 23. 4. Cf. 6.
2 Paralip. 15.
16. 29. 16. 30.

Vt qua de Jure Gentium Interveniente circa Imaginum usum superius adferuntur, rite capiantur, ea qua occurunt apud Fl. Josephum, Capite sexto ante citatis, de Iconibus Cæsaris aliisque figuris jam factis à populo Iudaico nec admis- sis nec permissis, una cum Josephi ipsius sententia de Imaginibus animalium omnino nullorum rite apud ipsos faciendis, expenduntur. Totius bujus rei apud populum Iudaicum rationem pendere, non ex eo quod Rerum seu Personarum Sim- pliciter figuræ essent, sed quod vererentur ne earum cultus, pro more seculi, divinus inde irreperet. Eadem re alia. Quamobrem Numismatis Cæsaris ico- ne cuius usi sint Judæi, apud Signa interea Romana aliterve sua in solo eam conspicinolentes. Nummis aliis Principum exterorum vultibus insignitis usos fuisse Iudaos. De Rhodio numismate Romæ & Parisis, veluti extri- ginta, quibus divenditus est Christus, ad servato. De eo quod veterum aliquis ba- bent, nec Pictorem, nec Statuatum apud Iudeos esse permisum. De Vite au- reâ tum que Pompeio ab Aristobulo donata, tum que suprafores Templi Heros i.n. Iudeorum hodiernorum de Imaginibus mores, uti & Mahumedianorum.

Tqui unde interea evenit tanto Ebræos habuissc odio Cæsaris icones & figuræ generatim humanas in exemplis capite sexto ex Josepho allatis? Nam non modò legi suæ omnino adversas eas esse clamitabant, sed nec intra ditiones suas conspici fas habebant. Quinetiam præaliis omnibus, quæ contra majorum disciplinam sub id ævum introduce rentur, eas habebant longè invisiſſimas. Imò in oœco Tiberensi τῶν ζώων μορφὰς *Animalium figuræ* ita detestati sunt, ut earum causâ occus ipse, solenni ea de re legatione peractâ, sit dirutus. Et de legibus suis Hierosolymitani Pacriter & conſtanter; ἀδελφοῖς τὴν πόλει δείκηλον πάθεις neutiquam ab eis permifſum, in urbe imaginem ullam ponī. Ita ſcilicet Pilato. Et poſtmodum Petronio, ex le ge afferunt & moribus Patriis, ἀδελφοῖς πάθεις πολεικηλον, ωχ' ὅπως αὐδίδος, εἴτε τὸν ναὸν μόνον ἄλλον ἀδελφὸν τὸν τόπῳ θεῖας θέμιστον, non Dei Simulachrum, nedum hominis, non ſolum in templo, ſed nec in pro phano aliquo loco fas ſibi locare. Immane quantum diſtare videntur hæc doctrina, quam attrulimus, Talmudicā, quâ non duntaxat omnimodis imaginibus ornatūs ſeu communis uſū ſolūm cauſa factis (utcunque factis illicite)uti frui licuit, verū etiam iſpis idolis, ante-

antequam ab Israelita possiderentur, refecratis. *Quin Josephus ipse,*
de Salomone Rege^q; ἀμαρτεῖν αὐτὸν ἔτυχε καὶ σφαλῆναι τὸν θεόν τους^{Archeol. 8.}
Φυλακὴν τῶν νομιμῶν, ὅπε τῶν χαλκῶν βωῶν ὄμοιώματα καποντάς^{cap. 2.}
*ποὺς ἦσαν τῇ Δαλάτῃ ἀναθέματα καὶ τῶν λεόντων τῶν τοῦ Θρόνου τῶν
 ἴδιον. A prescripto legum discessit, quando arcus boum effigies basi
 maris addiderat, sicut solito suo leonum post apposuit. Quibus adicit
 γένεται αὐτὰ ποιεῖν ὄπιον, Neque enim illa facere fas erat.* Adeò ut
 tum expressissimam habeamus de Imaginibus non omnino facien-
 dis Josephi Sententiam, tum alia ex eo & hcic & capite sexto, de eis
 citra legis violationem à Judæis non admissis. *Quod ad illius sen-*
tentiam attinet; novum non est, Talmudicam doctrinam, illius de
 rebus Ebraicis doctrinæ adversari. Ut heic, ita alibi subinde id ita
 se habet; quod non semel monuimus. Et non autumare sanè
 nequeo ea, quæ sic de Imaginibus apud Judæos suos non omnino
 admissis narravit, eum perperam sententiâ suâ, receptissimæ adeò dis-
 sona, inter narrandum velut incrustâsse. Jam verò quod ad ipsa,
 quæ hac de re narravit ille, spectat; sanè iniquum non est, ut existi-
 memus ea, quæ generatim in Judæorum rationibus, per se & absque
 Josephi præjudicio sumptis, sic impugnasse videntur qualescumque
 figuræ humanæ (nam de Tiberiensium palatio & Animalium in-
 eo figuris seorsim loquemur) eò tantummodo tetendisse, ut tum,
 quam compendiosissimè possent, assertione generali ac responso
 rotundo mores avitos tutarentur, tum ab Cæsarum irritatione ac of-
 fensâ, quantum fieri posset, procul abessent; rem ipsam, quam sibi
 obtrudi nunc palam viderent, nunc merito dubitarent anxiè intercà
 verentes. Scilicet in Romanorum votis in primis erat, ut Cæsarum
 icones Hierosolymis atque per Judæam alibique in eorum Proseu-
 chis, quemadmodum aliis in Orbe Romano locis, dicatae velut Nu-
 mina colerentur. *Quod quidem expressissimum habetur, tum in*
 rebus à Petronio gestis, qui, Caio Cæsare jubente, plurimum, ut id
 fieret etiam in Templo Hierosolymitano, instabat, tum in historio-<sup>Joseph. Ha-
lo/2. cap. 9.</sup>
 la illa de Judæis Alexandrinis, quam cum altera illa de Petronio at-
 que legatione sua ad Caium literis mandavit Philo. Id verum qui-
 dem est, neque ab Augusto neque à Tiberio, nedum à Julio, qui
 Ec omnes

omnes Judæis plurima indulserunt, iconum ejusmodi dedicationem omnino eis imperatam. Nempe à Cæsaribus illis permissum est ritus servare patrios, quos nihilominus dedicationibus ejusmodi violatum iri, maximè postquam in Divos est relatus Augustus, sumo perè suspicabantur. In Italia enim, Græcia, Ægypto, Asia pro-

^{¶ Videbis 10.} vincis non paucis, Augusto superstiti[¶] uti & Divo Julio divinos ho-
^{seph. lib. 16.} nores haberi, templa extrui, Statuas seu icones sacrari viderant. Quin

<sup>cap. 10. 1f. Ca-
saon.</sup> in Herodes[¶] Antipatri filius ipsorum Rex, licet in solo Judaico non au-

<sup>Monumentū
Augeanum,
E. i.</sup> deret, extrà nihilominus veluti Cæsaræ in Phœnicio alibique tem-

<sup>¶ Isæphus Ar-
ehol. lib. 15.</sup> pla Augusto erexit, atque Statuas sacravit colendas. Præterea, tam-

^{cap. 12. Et 13.} et si Tiberius, quia modicis contentum se honoribus simulare vo-

^{lib. 2. cap. 26.} luit, *Templa, Flamines*[¶], *Sacerdotes, decerni sibi prohibuit, etiam Sta-*

^{¶ Suetonius} *tuas atque Imagines nisi permiscente seponi: permisitque, ea sola*

conditione, ne inter simulacra Deorum, sed inter ornamenta eorum ponerentur, adeo ut nec ante turpissimum Caii fastum, quo Jovis no-

nmine per Judæam pariter atque alibi se coli imperavit, Imagines ex-

presso cultûs nomine Judæis omnino à Romanis obtrudcrennur;

attamen prudenter sanè opinor sub Augusto timebant, ne summâ

Herodis adulatione & nequitia, utpote qui extra solum Judaicum

templa & imagines ei dicaverat, uti & alii frequenter fecerant, forte

eveniret, ut, postquam tot discipline patriæ adversa alia intulerat, aut

sub armis humanis auratis (qualia fuere trophya illa, de quibus in

jam antè allatis Josephus) laterent Imagines, sive Cæsaris, sive Ro-

mæ cum illius imaginibus ex more interdum simùl dicatae, aut Cæ-

esaris Romæque nomine ipsa in cultum ab eo advehentur. Civi-

liter autem in humanas tantum clamitant figuræ, tum à Cæsaris no-

nmine cautiùs abstinentes, tum figuræ solummodo cultûs, quem

^{¶ Apologesis.} tantopere abhorrebant, gratiâ allatas, nō omnino rodas aliasve, si quid

video, initientes. Quid quod etiam trophya illa seu imagines ex

eo erant genere, quod & adorari solebat. Tertullianus^x; sed & vi-

ctorias adoratis cum in tropais crucestintestinas sint tropacorum. Non

ita dissimilis fane ratio locum habuit, sive cum Pilatus Tiberii imagi-

inem in urbem intulit, sive cum Vitellii exercitum ob ejusmodi apud

signa Imagines per Judæam transire nolabant. Scilicet Imagines

illas

illas seu vultus & pectore tenuis effigies clypeis exprimi solitas, Thoracidas item dictas, & ~~τεραποδίς~~. Quicquid enim incomparabilis simulandi ac dissimulandi artifex ille Tiberius de Imaginibus suis jussicerat, eas nihilominus proculdubio locis non incommodis co-huēc non pauci, ut honorem ei atque Augusto & Julio exhibere alii cubi saltem viderentur parilem. Et Aspendi, quæ Pamphyliæ urbs est, sanctissimas habitas & supra Jovi Olympio dicatas venerabiles etiam Tiberii Statuas legimus apud Philostratum ^y. Ut cunque ^{De Gita A-}
 verò, saltem imagines ejus, quæ apud signa militaria erant, quales ^{pollonis Ty-}
 hasce fuisse palam liquet, in castris cultas & adoratas esse ^{ne lib. i. cap.} ^z, non est ^{ii.}
 quod ambigamus. Etiam & ipsa Signa, quorum planè hæ veluti ^{Vegetius de}
 pars divinior habitæ, ^{re Militari,} *signorum præsentium & divinorum nomine* ^{lib. 2. cap. 6.}
 indigebantur, atque adorari solebant. Tertullianus ^a; *Religio ubi Vide Go-*
Romanorum tota castrensis Signa veneratur, signa jurat signa omni- ^{descalciū Ste-}
bus Dei præponit. Et Tacitus ^b; *irent, sequerentur Romanas aves,* ^{Apologetic.}
propria legionum numina. Adeò etiam ut signis μῆνι τοῖσιν ἐγέρμαντον, ^{cap. 16.} *Annal. 2.*
hujusmodi imperatoris effigiebus carentibus, quibuscum Hicrosoly-
mam ingredi solebant retrò præsides (idque ne cives conspectis a-
pud se, quas coli scirent, aut saltem dubitarent, imaginibus commo-
verentur) cultus quidem exhiberetur à castrensis divinus, qui ta-
men Judæis aut ignotus aut dissimulatus. Aliter existimandum est,
nec illa admittere ipsos voluisse. Scimus enim Pilatum etiam, non
tam in Tiberii gratiam, quam in odium populi, intra urbem in He-
rodis regia, θηρεύσας αὐτίδας auratos clypeos dedicasse μάτιον φίλῳ
εχέτας μήνι αἴλον τῶν ἀπεργοῦσιν nec imagine seu figurā aliqua
insignitos nec aliare quacunque ex lege vetita, excepto solùm quod
nomen dedicantis & ejus υἱῷ γῆν αὐτήν, cuius causā seu cui facta
est dedicatio, ut inscriptio necessariè adjicerentur, veluti, opinor,
TIBERIO CÆS. AUGUSTI F. PONTIUS PILATUS.
Rem narrat Agrippa in libello ^c, quem popularium gratiâ Caio ^d *Apud Phi-*
Cæsari exhibuit. Atqui quoniam Consecrationis Formula etiam ^{lonem, lib. de}
illa simplicior numen novum sine Imagine inducere (quod & res ^{legatione ad}
ipsa erat) videbatur, clamitant Judæi, ritus patrios eā violari, nec im- ^{castrum.}
pensiùs instare desinunt usquedum jussu principaliter tollebantur. Ideo-
 Ee 2 que in

que in Templum Cæsareæ Augusto sacratum erant inde translate.
Ita Cultum, Adorationem, Novi Numinis dedicationem seu præsentiam qualemcumque etiam sine Imagine, magis semper spectabant, quam simplices ipsas Imagines; tametsi ubi Imagines cultus gratiâ obtrudi existimabant, in illas, sed tantum quâ tales acerrimè insurgere solent. Sic & apud Tacitum ^d simulacri nomine generatim usurpati, id tantum ex rerum, quas narrat, circumstantiis inuitur, quod colitur seu pro Numine habetur. De Judæis ipsis, *Nulla simulacula urbis suis, nedium templis sunt. Non Regibus hec adulatio, non Cæsaribus honor.* Quod dici simulacris tantum cultus gratiâ habitis manifestum videtur. Tametsi paulo antè de Animalis effigie in Penetrali ipsis Sacrâ, (Asininum caput intelligitur,) nescio, cur verba fecerit ipse. Sed diu est, quode eo nomine à Tertulliano ^e est reprehensus. Eiusmodi generalis vocis simulacri usus etiam in C. Norbani Flacci ^f literis ad Ephesios, alibi. Ex hac ^g *Apud Philemonem de legatione.* notione etiam, puto, ritè capiendum illud de animalium figuris in oœco seu Palatio illo Tiberiade, id est, urbe soli Judaici, ab Herode Tetrarcha extructo. Tam urbem ipsam quam palatum extruxerat ille in Tiberii honorem. Templum, ob Principis interdictum, nuncupare neutquam est ausus. At verò, viderant Judæi ^h *Ioseph. Ori. Cæsaream ab Herode Magno Rege suo in Augusti honorem extra gen. lib. 15. c. 12. & 13. & in vita sua.* Solum Judaicum in vicino conditam aliasque etiam urbes uti & hanc Principi cognomines. Etiam templa & effigies planè Numinis Julii, Augusti, Caii dicatas. Sub Tiberio autem ejusmodi Consecrationes non quidem adeò palam fieri, nec tamen adulandi artes tunc minutias. Postea verò de divinis Cæsari honoribus exhibendis eoque pro Numine accipiendo non semel cum eis actum esse. Jam igitur verentes, opinor, ne & effigies illæ qualemcumque in oœco Tiberiensi, uti & oœcus ipsi, aut jam dictis congeneres essent, aut saltem haberentur, adeoque ipsi in Solo suo alienum viderentur Numen cultumque contra ritus patrios, quos tantopere servare illæfos studebant, admittere, oœcum ipsum dirui volebant. Non magis quod simpliciter oœcus esset. Sed quod neque hunc neque illas, si-nereligionis suæ violatione permittendas existimabant. Id est, in cultum

cultum extraneum ibi positas. Quale manifestò dicendum de Aquila aurea, quæ supra maximam Templi portam collocata, adeò Judæis execranda habebatur, ut legitur apud Josephum^h. Quid quod^b Holo. lib. 2.
cap. 21. & o-
rig. lib. 17. c. Murium quinque & Anorum totidem figuræ à Palæstinis vero Deo oblatis simùl cum arca non illibenter accipiuntⁱ Israëlitæ? Et Jose-^{s.}
phus^k ipse id, quod pro Anorum simulacris ibi sumitur, disertè nun-<sup>1 Samuel.
cap. 6.</sup> cupat ad eis statuas. Quâ sanè voce propriè denotantur sta-<sup>1 Origina-
lib. 6. cap. 1.
& 2.</sup> tuæ seu simulacra humana. Adeò demùm ut, ubi cultus ratio omni-
nò aberat, nullius imaginis Uſus illicitus haberetur. Et sanè absque temperamento ejusmodi minimè intelligenda esse Judæorum apud Josephum de iconibus Cæsareis responsa superius memorata, nec aliter ex sententia publicè recepta capiendam esse illam de animalium in Tiberiensium palatio figuris legationem, satis evincitur è diserto Evangelij^l testimonio, quod & Magistrorum de iconum etiam hu-<sup>1 D. Marth.
22. 17. Marc.
12. 14. Luc.</sup> manarum cultûs extranei gratiâ non factarum usū apud ipsos licito, scitis superiùs ostensis est, ni fallor, in primis consonum. Roganti-^{20. 22.}
bus Christum Pharisæis, utrùm censum liceret dare Cæsari, offendite mihi, inquit, numisma censùs. Oblato denario, ait illis *tiv* & *η* εἰ-
χώ αὐτὸν καὶ η ὁπῆ γε φῶν; cuius est *Imago* *hac* & *in scriptio*, seu *tiv* &
εξει *ειναι* &c. cuius habet *imaginem*? Dicunt illi, *Cæsar*is; Tunc ait illis, reddite ergo quæ sunt *Cæsar*is *Cæsar*is, &c. Numismata igitur illa censùs, parte alterâ præ se tulisse Cæsaris Vultum seu *Imaginem*, qualis in Cæsarum numimis haberi solet eamque prominentiorem, neutiquam dubitandum. Et ridiculum est quod somniant aliqui de Cæsaris imagine in Siclis Judæorum honoris causâ heic incisa. Certè Jus cudenda monetae etiam tunc Ebræis inter privilegia alia eximia mansisse, uti & antè indultum scimus sub Antiocho Demetrii filio Syriæ rege (nam in diplomate^m ejus Simoni Pontifici dato legitur *καὶ ἐπέτρεψεν* σοι ποῖσται κόμμα ἴδιον νόμισμα τῇ χώρᾳ σου &
permitto seu concedo tibi cedere propriâ notâ monetam regioni tuae, mismarcens sciu ut vulgata, & permitto tibi facere percussuram proprii numisma-ⁿ *Maccab.
1. 5.* *Marquard.* *Freherus Dis-
sert. de Nu-
meris Cen-
sus Gasp. Wa-
serus de An-
tiquis num-
mis Ebreo-
rum. lib. 2.
cap. 4.*

imaginem Siclis suis adpositā afferere, nihil aliquid est, quām eos idēcisse affirmare, quod non solum à moribus ētruris publicis, rebus in hujusmodi, pertinacissimè retineri solitis immane quantum dissidet, sed etiam omnimodā veterum fide caret. Multò minūs est rationi consonum, imaginem Cæsaream à Romanis adpositam fuisse. Sidis seu Numismatīalicui Ebraico, quod censui inserviret. Numisma igitur Censūs à Romanis cusum est, atque autoritate Cæsareā, Cæsarisque Imagine insignitum, cāque juxta cūdendi morem protuberantiori; qualis heic visitur Tiberii Cæsarī, cuius probabilius videotur fuisse Numisma illud; tametsi etiant decēfōrum Cæsarum alicujus esse potuerit. Sed ea de re, ac de Nomine & Qualitate Numismatis hujus plura libro sexto, ubi de imperio Ju-dæorum à Romanis imminuto, ac Tributo inducto agitur, id est, de Jure his ac illis sub id tempus Interveniente. Quemadmodum autem Numismata ejusmodi Ebræis, ex suis morib⁹ ac jure apud ipsos usitato crudere nefas erat, ita cūsis uti juxta jam antē narrata omnino fas. Atque heic sanè ex Evangelii nummo iconē Cæsarī insignito uti, frui licuisse, obscurum non est. Quod enim *אָסָר לְהִגְאַה uſibus Communibus interdictum* est, (quā loquendi formulā denotare id, quod cultūstranei Causā, aut Imaginis damnatae nomine, aliisque aliquot rationibus communi arcebatur uſu, eis passim est solenne,) id nec præstitum tributi debitione quempiam ritē solvere potuit, neque ex ritu patrio omnino retinendum aut in bonis habendum erat, sed in mare, ut diximus, si aliteret hominum uſu eximi nequibat, abjiciendum. Nec scrupulum injiciat quis, invicem adversa nimis hæc videri; ne quidem apud Signa, Cæsarī hujus Imagines, (quales fermè in ipsis Numismatis) conspici in suo ullibi eos tolerasse ut memora ū est, in Numismatis verò uſu quotidiano, saltem aliquo, qui licitus undiquaque habitus, Hierosolymis passimque alibi admisissé. Discriminis ratio manifesta est. Prioris generis Imagines aut Consecratas esse meritō, sive credebant, sive dubitabant, aut Consecratarum, adeoque Numinis loco ab adulant-



lantibus habitas. Unde & summoperè arcendas, velut Idola, de-
cernebant. Secundi verò generis seu Numismatum iconas Cæsa-
reas, sive Tiberii, sive decessorum successorumve tamen certum est neu-
tiquam consecratas esse, aut Numinis loco habitas, quām sīchabitas
esse in Templis, seu apud Signa omnino ulla. Id proculdubio satis
ipſi sciverunt. Etenim cū sunt Numismata, id est, Cæsarum figu-
ris ornata, nullā religionis specie, aut umbrā; sed idcō tantum, ut,
recognitā ex Imagine civili eorum maiestate, promiscuis commer-
ciorum, donationum, solutionum usibus inservirent. Adeò ut
planè in possidentium essent, uti hodieque principum numimi, bo-
nis. Et tametsi reverentia quidem civilis etiam Cæsarum Figuris
in numismatis eorum exhibenda erat, divini nihilominus aliquid
eis, velut rebus ibi consecratis, tribui nullibi compertum est. Occur-
rit quidem, impioratis quendam damnatum esse apud Aspendios,
quia ^o siuum verberabat servum drachma in Tiberii Imagine Signa-
tam ferentem; nec Romæ impunè nummo vel annulo Augusti
effigient ^o impressam latrinæ, aut lupinari quempiam intulisse, aut ^{Philofras.}
^{rum de Gise} ^{Apollony lib.}
Tiberii Imaginem ^o ejusmodi matellæ seu obsecenis admovisse. Sed ^{1. cap. II.}
^{Seneca de} ^{Suppon. in}
^{Tiberio cap.}
ex ridiculis hisce adulantium inceptis non omnino elicitur, vel ipsis, ^{58.}
nedum ex Jure communi, imagines hujusmodi pro consecratis ha-
bitas. Honor ille imaginibus hisce planè Civilis, qui & *vultus eternales*, & *vultus divini*, inclinante imperio, dici soliti, sed citra ullam ^{Seneca de}
consecrationis in nummis rationem. Nam si pro consecratis seu ^{Beneficiis lib.}
rebus Juris divini habitæ essent, commercio planè exuti fuissent, id ^{3. cap. 26. Cal.}
est, suā naturā prorsùs privati nummi. Scilicet Justiniani illud ^{Rer. D. 6. 20.} ^{Rhodognathus,}
ex iure Romanorum ^o Veteri; *Nullius sunt res sacrae, & religiosa, ne s. nullius.* ^{Gaius In-}
& sanctæ. Quod enim divinis juris est, id nullius in bonis est, seu ^{stit. sit. 9. &} ^{Guilhelm.}
ad coronam est, id est, *Domino caret*, ut Theophilus Antecessor. Quod ^{D. de D. 6. 2.} ^{Redemanus li.}
& in Christianismo obtinere volunt Jurisconsulti ^o & Cæsarci & ^{Martianus.}
Pontificii, exceptionibus aliquot circa opera hac in re charitatis ne-
cessaria adhibitis. Atqui & sacrantur in Christianismo Cruces alia-
que aliquot, quæ tamen ipsa, uti nec Christi aut Sanctorum simula-
tra numismatis expressa, pro dedicatis nemo, puto sumit aut suspi-
catur. Et licet qui Statuas aut Imagines Imperatoris jam consecre-
tas con-

^a L. 6. D. 111. tas conflaverint, aliudve quid simile admiserint, lege Juliâ majestatis^a
Adleg. Iuli. tenerentur, nihilominus rescriptsere Severus, & Antonius, Non vide
Majestatis.
^b L. 5. ibidem. ri^x contra majestatem fieri ob imagines Cesaris nondum Consecratae
 venditas. Consecratæ ejusmodi imagines simpliciter per se sumtæ, ut
 & aliorum numinum simulacra, ex Jure Romano hominum com-
 merciis & usu promiscuo eximebantur, nec nullius erant in bonis, an-
^c Paulus l.
^d 83. D. 111. de Verb. Oblig.
^e gas. 5. 5.
^f Dd. ad c. 7.
^g fol. 70. § 2.
^h Tacitus
ⁱ Annal. 1.
^j Apologetic. cap. 13.
 tequam refecratae, seu profanæ factæ, ut phrasis erat Jurisconsultis^j
 Cæsareis. Ut ædibus autem hortisve appendices, non illicite cum
 illis simul vendebantur, ita velut in bonis habitæ; quemadmodum
 Falanio accusato, quod venditis hortis Statuam Augusti simul man-
 cerae auror cipasset, *Nec contra, inquit^a, religiones fieri, quod effigies ejus, ut a-*
Contraria. in lia Numinum Simulacra, venditionibus horrorum & domum ac-
Tristis. In- cedant. Id interea certum est, tum lares seu deos domesticos op-
 rific. tom. 7.
 pignerari, vendique solere, tum publicos deos in hastario vesticigales
 habitos. Si Capitolium, inquit Tertullianus^b, si olitorium forum
 petitur, sub eadem voce praconis, sub eadem hasta, sub eadem annota-
 tione questoris, divinitas addicta conducitur. Sed venditionibus
 hujusmodi præcessit, sive expressa ac apertior, sive obscurior veden-
 tis refecratio, quam, novâ consecratione ritè peractâ, rescindere em-
 tori pro arbitrio licuit, uti pariter & communibus quorumlibet usi-
 bus imaginem addicere. Nam citra refecrationem, seu nisi profa-
 na reddere divinitas illa seu imago, nullius in bonis adeoque ne-
 contractus materies omnino per se fuisset. Et sacra scimus, ex Jure
^c Paulus l. 83 Romano^c, fieri potuisse profana, non minus atque usibus publicis
^d D. 111. de Verb. Obliga-
^e tionibus. 5. 5. relicta in privatos usus reverti, & ex libero servum fieri; illis scilicet
 formulis ac ritibus, qui in usu, abhibitis. Ita se res habuit de Cæsa-
 ris imaginibus sacratis, quas refecrare seu usibus communibus addi-
 cere nemini tutum. Quæ autem in Numismatis habitæ sunt, reli-
 gione omnino liberæ. Earum usus adeò communis ut nihil suprà
 Unde tam libenter à Judæis hæ admissæ quam sacratae, aut quas sa-
 crari sive credebant sive suspicabantur, invisæ. Id quod pariter di-
 cendum de Nummis, quibus inscripta vocabula, quæ etiam Con-
 secratio-

secrationem imitari viderentur. Veluti quales olim Tarraconen-^{Anton. Au-}
 sium qui D E O A U G U S T O p r æ se ferebant , ejusmodi alii. Ne-^{gustini. Anni-}
 que enim id seu ejusmodi vocabula alia imagini adjecta eam conse-^{quit. Rom. Et}
 crarunt, sed alibi consecratam denotabant. Quod satis scimus de Au-^{Hippas. dis-}
 gusto Julioque^d, quorum utrique etiam in nummis Divi nominis ^{log. 2. Octo,}
 adjectio frequentissima. Quin vocabula eiusmodi, citra Pontifi-^{Eccl. Videfis}
 cum ritus, Consecrationem neutiquam ex Jure Romano efficiebant. ^{ij. Cæsar. in}
 Nam ex eo quod dixerat, juxta morem veterum, Marcianus^e, Sacrae rerum Di-^{Ancryramum}
 res sunt haec, quæ publicè Consecrata sunt, non private, fecit Justinia-^{Marmor.}
 nus^f, Sacrae res sunt, quæ ritè per Pontificem Deo consecrata sunt. ^{D. sit. de}^{ist. 5. 8.}
 Nec Majestatis erat, sed Falsi crimen, adeoque ad legem Corneliam ^{Paulus}^{8. Gent. 5. ist. 25.}
 de falsis referri solebat^g, nummos Cæsarum adulterare, lavare, con-^{lib. 8. D. sit.}
 flare, radere, vitiare. Quòd verò, qui Conflaret Pecunias, vel mer-^{de lege Cor-}
 candi causâ Transferret, ei Sacrilegii sententiam subeundam, & ca-^{uel. de Falsis.}
 pite plectendum, legitur^h; id non omnino ad Consecrationem ali-^{Et Vide C.}
 quam Cæsareatum in Numismate Imaginum spectabat. Sed exin-^{Theodos. lib.}
 de locutionis illa formula manavit, quòd Sacrilegii crimen non ra-^{9. 111. 21. l. 6.}
 rò usurpabatur pro eo, quod simpliciter erat Constitutionum qua-^{C. Theodos.}
 liumcunque Imperiorum violatio, seu Præceptorum Cæsaris ne-^{lib. 9. sit. 23.}
 glectus. Id quod ex Codice Utroqueⁱ liquet. Nam ut Obsequia^{L. 1. C. sit.}
 Sacra, Largitiones Sacrae, Sacratissimus Imperator, Sacra item equi^{ut Dignitas-}
 quis^k Lupara, compluria id genus alia, imperio inclinante dici sole-^{tum ordo struc-}
 bant citra ullam consecrationis, qualem tractamus, rationem (quæ^{Crimine Sa-}
 antè frequentior, tunc verita^l est) & tantummodo ut singularis, sed^{crilegii l. 3.}
 eminentissima, Civilis Majestatis, quæ civilis, designatio haberetur, ^{Et 4. C.}
 ita etiam Sacrilegii crimen, Imperiorum constitutionis violatio etiam^{Theodos. lib. II.}
 tunc dicta. Neque existimandum est Numismatis, præter sua, tan-^{ist. 30. l. 6.}
 tummodo Romanis seu Imagine insignitis Cæsareâ usos fuisse Ju-^{C. Theodos.}
 daeos, verum etiam & aliis veluti Antonii, Agrippæ, Provinciarum, ^{lib. 15. sit. 4.}
 Victoriae figuris decoratis, ut etiam nummis aliorum populorum^m ^{Et lib. 2. C.}
 quicunque sive humanâ aliâ Imagine, ut Alexandri, Philippi, Lysi-^{ist. de Sta-}
 machi Regum, atque id genus reliquorum, sive Deorum, veluti, Her-^{tus Et Im-}
 culis, Apollinis, Minervæ vultibus monetam suam cudentes com-^{Videfis. Et}
 mercia aliqua cum Judæis haberent. Tametsi interea Imagines ejus-^{Cæsar. in}
 modi Ecclesiastic.^{5. ad Annales exercit. 16. 5.}

modi facere ipsi sibi haberent, ut ostensum est, Judæi nefas. **Qui** aliter fieri potuit, ut aurum Iudaorum nomine quotannis ex Italia, & ex omnibus provinciis Hierosolymam exportari soleret, quod ait Cicero⁹? De annua dimidii sicli¹⁰ in Sacrificiorum publicorum sumtu præstatione loquitur. Aurum illud, id est, haud exigua nummorum vis, ex Europa, Africa, Asia, Hierosolymam quotannis à Judæis

^{* Orat. pro Flacco. Exod. 30. 12.} De annua dimidii sicli¹⁰ in Sacrificiorum publicorum sumtu præstatione loquitur. Aurum illud, id est, haud exigua nummorum vis, ex Europa, Africa, Asia, Hierosolymam quotannis à Judæis

^{¶ Misn. ¶ Gemar. utra- querim. Sik- Jim. cap. 1. 2. vi quisquamne dubitat fuisse etiam monetam ferè omnigenam;} **Cic. & Mat-**

^{mon. cod. sit.} **Moses** Mi quæ alia à gentibus, quibuscum agebant Judæi dispersi, cusa? Certe

^{Korzi. Pra- sepi. affir. 45.} gentium illarum nummis usos esse Judæos dispersos, ut hodieque,

velut sibi omnino licitis palam est. Ideoque aurum illud Hierosolymam missum, maslam fuisse non signatam seu non sine incommendo ingenti quotannis conflatam recusamque Hierosolymis, autumandum non est; sed singulares fuisse Provinciarum ac regionum, in quibus Judæis sedes fuere, monetæ species, quæ siclis illis dimidiis mensuratæ in sacros usus pensitabantur. Id quod facile, puto, concedent, qui Numismata ostentant bina, velut ex argenteis illis triginta, quibus, ut monetæ ibi tunc in usu promiscuâ, dividuntur est à Iuda proditore Jesus Christus. Alterum visitur Romæ in æde S. Crucis in Hierusalem, alterum Parisis in æde S. Joannis Lateranensis.

Horum meminere Jansenius¹¹, Cæsar Baronius, alii mox citati. Et

^{* In Concord. Evangel. cap. 128.} Baronius¹² expressum; nos sic affirmamus, nummos illos argenteos u modo signatos, qui Romæ atque Parisis vel alio loco habentur, ex

^{* Annal. rom. illis esse, qui à Principibus Sacerdotum numerati sunt Iudei; ut ta- 2. ann. Cbr. 24.} men non triginta tantum ex illis fuerint numerati; sed quod illi

moneta argenti signati certam summam, quam dicemus, Iudas accepit. Et Octavius Pancirollus ubi de Ecelesia S. Crucis in Hie-

^{t Tesori naf- osi dell' al- fu coronato il signore, & uno de quei 30 denarii co- quali fu da Gui-} rusalem agit¹³, sono, inquit, anche in questa chiesa due spine, delle quali

Roma; Ro- da venduto, che verisimilmente gli furono donate da S. Helena. pag. 1625.

Mei non heic est Numismatis illis fidem aut præstare, aut minuere.

Romanii autem figuram, qualam apud Antonium Augustinum

Episco-



Episcopum Tarragonensem Italicè Romæ editum ^a reperio, ibi ejusdem jussu cusam adpono. Haud parum sanè ab ea, quæ pro eadem ipsa versioni Andreæ Schotti Latinæ ^b subjungitur, discrepantem. Sed veterum Rhodiorum palam Numisma hoc est, non Judæorum, ut etiam disertè fatetur Augustinus ille, ac qui de eo agunt alii. Nimirum quod altera parte inscribitur, ΡΟΔΙΩΝ est (juxta morem veterem, pro ^cscribendi) seu Rhodiorum, id est, Rhodi urbis seu insulae incolarum, unde & Rhodium & Rhodiense Scriptoribus ^d dici solet. Flos subjunctus, aut Rosa habetur, aut Heliotropium. Facie in parte altera pro Solis Phœbive seu Colossi Rhodiensis sumitur capite, quod tam radiatum est, quam admodum capillatum. Neq; ex conjectura tantum pendet, Rhodium esse Numisma illud. Scimus enim tum solennem insulæ ac Solis, in scriptis veterum ^e, conjunctionem, tum Rhodi nomen à Rosis, quæ Græcè ρόδα sunt, veteribus deducitum. Atque accedit, nummos simili figurâ utrinque insignitos haberi inter Rhodiorum nummos, qui ab Huberto Goltzio cum Græcarum Civitatum ac insularum aliarum nummis summa cum diligentia typis ^f eduntur. Uri & alios ab Antonio Pisone^g, aliis. Ejusdem planè generis videtur alterum illud quod Parisiis vitro testum asservatur; de quo Guilielmus Budæus^h, Scio ⁱ bodiè in æde D. Ioannis Lateranensis Parisiis ostendi argenteum u- num, qui ex illis triginta esse dictatur, quos Iudas in templum ab- jecit, Charakterem diversum à denario Romano habentem. Habet ^j enim effigiem hominis non Luscam, eminente alicra mala, ut Roma- ^k

na Numismata visuntur, sed adversam & integrum, & à tergo flosculum, utrinque nullo indice. De his, consule item, si placet, Marquardum Freherum, & Casparum Wascrum, hunc in libro secundo

de Antiquis Ebræorum nummis, il-
lum in eruditissima ac gravissima illa
de Numismate Censūs à Pharisæis in
quæstionem vocato Dissertatione. Er-
iam in curta mea supellecili id genus
antiquaria, Numismata argentea ha-
bentur aliquot Rhodia, eaque plane
genuina, quorum singulis pondus di-
drachmo proximans. Figura bino-
rum, quæ reliquorum sunt instar, hu-
iusmodi est, Gentem literis indicans.



Nec aliud est omnino à Romano illo alterum. Quidnam vero in alterius, cuius caput nec radiatum est, sed tantum capillatum, parte aversa lineolæ illæ Crucem imitantæ & litera E denotent, aliis judicandum relinquo. Sed Solis in utroque facies admodum sanc protuberat. Nec quidem pauca id genus ex Oriente solent adferri. In dialogis autem Antonius Augustinus, *B. posse ne fieri Iuda proditori vario nummorum genere satisfactum esse, & in his etiam Rhodiensi nummo? A. equidem non inficior. Vero tamen simile magis est Siclos illi persolutos esse.* Quin in mutuis apud ipsos commer-
ciis ac præstationibus, nummis exterorum utcunque Imaginibus,
sive hominum, sive Deorum signatis, promiscue uti solitos Judæos

gig. Hebr. satis etiam videtur eliciendum ex eo, quod Drachmæ, Stateres, De-
nummis, lib. 2. cap. 20. & harii, alii id genus nummi, qui planè exteri fuere, pro Siclis seu co-
stanti undique rum mensurâ in utroque federe ac libris Talmudicis toties substi-
re Marg. Fre- tuuntur. Sed & res ipsa adeo, quod volumus, postulat, ut, dum pro-
ker. de scrit. de Numism. bare nitimus, soli facem accendcre videamus. Ideò autem libentius
se Censua. hoc facimus, quoniam non desunt viri docti, qui eo gravius fuisse
Sed & de I. de Pineda de scribant, Judæis tributum Romanis præstitisse, quod ultra differ-
Rebus Salo- dium argenti, Caesaris etiam Imaginem conquerire, manibus con-
monis lib. 7. cap. 15. S. 7. trectare, atque adeò illi afferre cogerentur; quum memores ip-
Divine

Divinae legis omne sculptile omnemque imaginem detestarentur.
Quod quam Talmudicæ de promissio Imaginum qualiumcunque nec cultarum, nec in cultum factarum usu doctrinæ ipsisque Ebraeorum moribus adversum sit, ex jam ostensis fit manifestum. Et ut perquam consonum huc spectat illud, quod habent de Christianorum Principum nummis ^d מטכחוּת טלנו שיט בז' צורת עבודה זורה. Thosphoth et Pesquim. Numismata, quibus utimur figuris cultus extranei sta- ad cap. 3. 1st. minis & subegminis insignitis, illicita non sunt. Staminis & sub- Aboda Zara. tegminis nominibus, eo quod ex illis in textura passim Cruces fiunt, velut per opprobriū jocularē, Christianos vocant linguae petulan- rioris Judæi. At distinctionem superius è Talmudicis allatā de statuis, figuris prominentibus, & in plano depictis, in super habuisse, aut non agnoscisse videtur Origines, dum tamen Pictores, quām Statuarios apud gentem illam non admissos scribit. Apud illos, inquit ^e, γέρεις ^f Camera Col- τῶν εἰκόνας ποιεῖτων ἐπλιτέσθη. οὐτε γάρ ζώγραφοι οὐδὲ αἰγαλιοι ^{sum. lib. 4.} ποίοις οὐ τῇ τολετίᾳ αὐτῶν λέγοντες, οὐδὲ αἴγαλλοι οὐ πάντας τὰς ποιήσας αὐτοὺς γένομαι, οὐα μηδεμία περίφασις ή τῆς τῶν αἰγαλιοτῶν κατασκευῆς τὰς αἰούτους τῶν αἰθρούπων ἀπίστωμέντος καὶ καθελκόντος δοῦλος οὐδὲ εἰς γηλῶ τὰς ὄφθαλμας τῆς ψυχῆς, Nemo qui Imagines faceret locum habuit. Nam in eorum Civitatem nullus addmittebatur Pictor, nullus Statuarius, lege totum hoc genus arcens, ne qua occasio per statuarum formationem præberetur hominibus crassis, animarum suarum oculos à Deo O. M. ad Tellurem avocandi retrahendique. Et Tertullianus disputans de Mose & Eliâ ab Apostolis agnitis, Nec enim, ait ^f, Advers. ^{Marcionem,} Imagines eorum vel statuas populus habuisse & Similitudines, lege lib. 4. cap. 22. prohibente. Sed cum suprà ostensum sit Animalium aliorum præter hominem figuræ arte etiam sculptoria fingere eos fas sibi habuisse (modò superstitiones aliquot semper excipias) etiam & humanas in plano depingere, non est quod ita credamus, artifices rerum hujusmodi eis ex instituto unquam defuisse. Certè Salomonis tempore non defuisse scimus. Nec tempore Tabernaculi stru- cturæ, Templique sive à Judæis Babylone reducibus seu Zorobabe- lib. 15. cap. 14. liani, sive ab Herode magno instaurati. Nam in velis florumque in eis elegancia, ac sacris aliis figuris adornandis artificum hujusmo- 14. Crat.

di operam nemo non videt adeò necessariam ut nihil supra. Et un-

^{b. 10. cap. Ori-} denam etiam cedò absque illis Vitis illa Aurea ^h, quam Pompeio in
^{gin. lib. 14. c.} Cœlo Syria agenti dono misit Aristobulus Princeps de regno Judai-

^{s. 5. anno 20.} naras, ^{rem. l.} co cum Hyrcano fratre contendens? Id quodcimelum erat domus

^{i. Elench. Tri.} Hassamoneorum, ut rectè eam vocat Josephus Scaliger ⁱ. Scilicet
^{baref. Nic.} hæres. ^{Serraris. c. 5.} inscripta est nomine Alexandri Jannæ Regis Hassamonei, Aristo-

bibli Patris; ut apud Flavium Josephum Strabo; cui εἰπεὶ ἀμπελοῦ
εἰπεὶ κῆπου ob ingentem magnitudinem dicitur, id est, sive Vitis, sive

Hortus. Quingentorum quidem talentorum fuisse asseritur apud

Josephum & Zonaram ^k. Neque aliunde acceptam Vitam hanc

^{l. Tom. I.} Auream alicubi docemur. Nec desunt viri docti, qui pomorum

omnis generis ac animalium item Figuris insuper ornatum esse hor-

tum illum existiment. Etenim ubi ex ipsis Pompeii triumphi Asia-

^{l. Hist. Nat.} tici actis memoratur apud Plinium ^l. Mons aureus quadratus cum
^{lib. 37. cap. 2.} Cervis Leonibus & pomis omnis generis, circumdat à vite aurea; lo-

^{m. Eleborum.} cum illum trahit Justus Lipsius ^m ad hanc ipsam nobilem Vitam.
^{lib. 2. cap. 5.}

Et Plinii verbis, inquit, appositi observa, vitam hanc non simplicem
fuisse, sed monti aureo implexam totumque opus informam horti fle-
xum. Ideo in Strabonis verbis apud Josephum, εἰπεὶ ἀμπελοῦ εἰπεὶ κῆ-
που. Jovi Capitolino Romæ Sacra mansit sive Vitis sive hortus hic.

Haud sanè minor hujusmodi Artificum operæ usus in aurea illa Vite

^{n. Origin. lib.} altera super portam templi Herodiani, de qua item Josephus ⁿ. Ha-
^{15. cap. 14. c.} bebat inquit ille, porta illa ξένωντος τοῦ αὐτῆς ἀμπελοῦ αὐτὸν βό-
^{Eleborum. lib. 6.} e. 6. Lat. 14. τρεῖς αὐθεομίκης καπικέμαντο, aureas super se vites (sic in Originis
Grac.

bus; sed altero in loco singulariter id pronuntiatur) unde racemi
homini longitudine non disparē pendebant. Etiam sine artificibus
hujusmodi undenam folia, uvæ, ac racemi aurei ex hac vite suspendi

^{o. Misra. tis.} גַּם טַל זָהָב הִיְתָה; à voventibus soliti? Sic enim de ea Talmudici ^o ;
^{Middoth.} מִתְחָזֶת עַל פְּתַחְוֹ שֶׁל הַיכָּל וּמוֹדֵלה עַל גְּבוּנָסֶת כְּלוּגָסֶת כָּל מֵ

שְׂחוֹא מִתְנַדְּבָּעַלְה אֲוֹגְגִּיר אוֹ אַשְׁכָּל מִבְּיאָה וּתְולָה בָּה
Vitis aurea ex-

pandebatur super portam templi, erigebaturque super canterios seu
transstra. Quicunque voventur sive folium sive uvam sive botrum,

adducebat ea suspendebatque ex hac vite. Quod scilicet nolunt

intelligi de foliis ipsis, seu uvis racemisve naturalibus, sed de pampinis
uvis,

uvius, ac racemis ex auro artificiosè confectis. Magistri ibi^P; כל מ' R. Obadiah
שהוא מתרנבר זהב להיכל ורזה טהזהב עצמו שהתנדב יתנווה בהיכל Barrenianus,
לפי שהיה כלו מצופה זהב היה עותה מאותו זהב שמתנדב כרמות גרגיר Maimonides,
aliu.

Quisquis aurum sponte oblaturus templo volebat, ut ipsum quod offerret aurum templum, quod rotum erat auro obductum, ornaret, facere consuevit ex auro, quod oblaturus erat effigiem sive uva sive foliis, aut palmitis sive racemi, eamque ex vite illa suspendere. Seu, ut in eundem sensum vir præstantissimus

Constantinus l'Empereur^q, si quis considerans aurum, quo templum^r Ad iir.
ornatum erat, voveret aurum, nec vellet permutari a Sacerdos- Middoth.
bus, sive alia ejus pretio in templi ornamenta aliosve usus comparari, cap. 3. pag.^s 133.

is ex auro confecit pampinum sive folium vitis aut acinum, vel denique racemum sive borrum, qua posse à de vite illa suspenderet. Causam vitis hujus in eo ponunt ל' פ' טכנות טראל נטלה לרפן quo- niam Synagoga Israelitarum, seu eorum Ecclesia, viti assimilatur, toties scilicet in federe^t veteri. Atque rejicienda planè est I. Bapti- 7/a. 80. 8.
stæ Villalpandi sententia, ubi^u vitem hanc templi Herodiani foribus^v Of. 10. 1. Explan. in visendam, ex filo aureo aulæis intexto, non ex auro solido confectam Ezrah. rom.
esse pertendit. Si Magistris credas, dum vitem ex auro nuncupant,^w 2. part. 2. lib.
nec aulæo alicui seu velo miscent, sed transtris seu canteriis suffultam^x 5. diff. 4. cap.
71.

aiunt, & suspensa ex ea donaria aurea, quæ diximus, memorant, non erit omnino, quod de aureo filo aulæis intexto jam dictum admittas. Sed manifestum est, hallucinatum esse Villalpandum ex depravata nimis Flavii Josephi versione Latinâ. Sic enim ille, velut ex Josepho^y Ianua penè ipsi templo par & superliminare auleis va- ' Origin. lib.
riegatis ornabatur, floribus purpureis, distinctis & habentibus Colu- 15 cap. 14.
mnas intextas, sub quarum capitibus vitis expandebatur aurea de-
pendentibus botryonibus; mirandum sane opus tam manus, quam
materia pretio. Quæ verba sunt ipsissima versionis Gelenianæ. Hinc
Villalpandus, Ecce, inquit, omnem auri gloriam intertextâ cum colu-
mnis & vite, unde quod aurea dixit Josephus putandum non est illam
fuisse ex auro solido factâ, sed ex filo aureo aulæis intexto. Certè si sub
intextarum Columnarum capitibus expandebatur vitis, (ut vult hæc
versio) æquum est ut & ipsam in aulæis seu velcis locū habuisse existime-
mus.

mus. Sed res alia omnino erat, alia Josephi verba & mens. Etenim post mentionem illam forium, aulæorū, & florum columnarumque in-textarū, Josephi Græca sunt, καθύπερθεν δὲ αὐτῶν τὸν τοῦς τελεχώμασι (lego Τελεχώμασι) ἀμπελῷ δέντρῳ χεύον &c. pro quo apud Rufinum substituitur super quarum Capita vitis tendebatur. Sed plane reddendum *Supra hac autem*, (id est in fronte supra fores) *sub mari coronulis vitis aurea distendebatur*. Quod ad amissim eis, quæ

^{* Halof. lib. 6.} Josephus ea de re alibi^u habet, quadrat. Adeo ut vitis hæc seu opus cap. 14. Gr. 6. illud, sive pretium sive artem spectes mirandum, ex solido constata Lat.

auro, & artifices, quales negavit Judæis Origenes, satis fateatur. Millet talentorum auri fuisse ait Pseudogorionides, quem hoc nomine, utcunque scriptorem satis futilem, immerito nimis ac temerè Vilalpandus mendacii incusat, ideo quod ita solidam fecit. Sanè & Tal-

^{* R. Eliezer.} Eliezer. ^{Ben Zadoc} מאות כהנים נמנו עליה, נ' מאות כהנים לפנזה^x, numerabantur trecenti. ^{in Misra. iiii. ti} Sacerdotes, qui in ea dimovenda sunt occupati. Quod quidem Middoth. per hyperbolēn, ut expressum heic aiunt Magistri, dictum, pondus cap. 3. §. 3. ^{an.} de habet idē ejus ingens fuisse palam evincit, nec pictam etiam aut intextam, sed Sepher Iu- fusoris sculptorisque operā, atque instar vitis illius Pompeio dona-chasin. fol. 27. b. tā consecutam; cuius generis vitium aurearum alibi in Oriente u-sus. Nam & Persarum Regum ejusmodi cimelia memorant scri-

^{* Diplosph.} ptores; Athenæus^y, Herodotus^z, Plutarchus^a, Plinius^b. Jam di-^{7. C. 12.}

^{z Lib. 7.} Etā vitis illa fuit de quā Tacitus^c; *Vitis aurea templo* (Hierosolyma-

^{* Lib. de Por-tano Alex- andri.} tano) reperta, De hac nunc consulas, si vis scriptores præter cita-

^{b Hist. Nat.} tos Christianos, qui templi fabricam libris integris ostendunt, in Franciscum Riberam^d, id genus alios, item Isaacum Casaubonum

^{lib. 33. cap. 10.} in exercitationibus^e Baroniaris. Monere autem heic obiter licet

^{c Hist. 5.}

^{d De Templi} de recepta nuper in L. Flori editiones aliquot emendatione Lipsiana, fabrica, lib. 1. ubi de Hierosolymis loquitur à Pompeio expugnatis. Verba sunt^f;

^{cap. 30.}

^{g Exercit. 16.} Hierosolymam defendere tentavere Iudei. Sed hanc quoque intra-

^{g. 108.} vit, & vidit illud grande impia gentis arcanum patens sub auro

^{f Lib. 3. cap. 5.} uti cælo. Ad quæ Justus Lipsius^g; quæ istac, inquit, comparatio pa-

^{g Eleazarum.} lib. 2. caps. tentis arcani, cum aureo cælo? Inepta & nullirei. Quin si attendū,

fatebere verè nos & cum historia momento emendasse, sub aureo vi-tem cælo. Ita scilicet res est. Vitis aurea magna artis & pretiis

in IN-

in Iudeorum templo fuit, quam Pompeius illic sive repperit, ut Florus, & Tacitus volunt, sive oblatam ab Aristobulo recepit, ut Iosephus & Zonaras narrant. In hanc vitem ludit, & dentem stringit nunc Florus: & En, inquit, hoc illud secretum & grande arcanum, quod Templi sui adyris Iudei cœlant & colunt. Subjungit dein, quæ Iosephus & Zonaras de Vite illa Pompeio data habent, atque conjecturam de emendatione sibi inde palam firmare visus est. Flori editiones nuperrimæ aliquot^h hinc juxta Lipsium emendantur. Et numerus politæ quidem eruditio*n*is editor Joannes Freinshemius, *Nihil certius*, inquit, *hac conjecturâ Lipsianâ*. Sed interea, tantorum vi-<sup>b Harderni-
t. 1636. &
Lugdun Ba-
tavor. 1638.</sup>
torum pace, undenam *taf* vitem heic locus esse potest ullus? nisi absurdissimi prochronismi rerumque in primis disjungendarum confusione ridiculæ reum peragamus Florum. Quod enim de Aristobuli donario affert Lipsius, ad rem planè non spectat. Nemo veterum dixit, Vitem illam ab Aristobulo donatam unquam in templo fuisse, seu structuræ ejus partem aliquam. Regium domūs Hassamoneæ id cimelium erat, nec omnino Sacrum, antequam Jovi Capitolino postmodum Romæ offerebatur. Necque illud Tacit de Vite in templo repertâ, ad tempora ulla tenus attinet Pompeiana, sed ad posteriora multò seu Cæsarum tempora. Nec sanò ad Pompeiana attinere potuit. Nam ante Herodis structuram, nulla in templi Fabrica Vitis eiusmodi mentio. Vitem sive Salomonicum sive Zorobabelianum habuisse quis veterum docuit? Satis quidem negant, dum in structuris Herode prioribus accuratiùs describendis eam nullibi, in Herodiana autem structura velut singulare memorant. Adeo ut, si etiam vitem Templi fronti sic affixam per ingens illud Gentis arcanum significari vellet Florus, certè id, quod multis postea natum est annis, in Pompejanam expugnationem prochronismo & ruinæ confusione neutiquam toleranda eum retro trahere, necesse est affirmemus. Nam Hierosolyma capta, & ingens illud arcanum à Pompeio visum annis amplius viginti ante Herodis initia. Et quorsum cedò Vitem sive Aristobuli, sive templi Herodiani, ingens vocaret ille arcanum? Quisquamne sive donarium illud ante templum expugnatum à Pompeio publicâ legatione
Gg acceptum,

acceptum, sive prominentem in Templi fronte, atque oculis cunctorum transcurrentium mirum in modum splendentem Vitem ingenuncuparet arcanum, velut tunc primò patens? Ego sanè pristinam lectionem, à quā etiam stant codices Mss. tantum, puto, non omne (nam in unico legitur ibi uti Scelo) planè retinendam esse. ^{scilicet} Pompeium vidisse illud grande impie gentis arcanum patens, sive aureo uti cælo. Pro arcano hoc ingenti ipsum templum sunt Joannes Camers.

Ego sanè pro Sacris in ipso Sancto Sanctorum in quod aditus Pontificibus tantum licitus. Neque enim templum ipsum adeò arcanum ingens. Pompeium autem Sanc*tum*
^{i. Holo. Lib. cap. 1.} etiam Sanctorum introisse legimus apud Josephum^{1.} Arcanum hoc ingens meritò vocat Florus; idemque jam à Pompeio vides patuisse sub aureo cælo, id est *χρυσούς οὐρανούς*, comme s'auant Ciel d'Or. Seu, perinde ac si conspectum oculis introgredi se splendide admodum ac magnificè exhibuisset sub tentorio seu concavatione aurea Coelum imitante, seu instar tentorii, atrium aurei cum nomine notissimi, quod summæ dignitatis ac magnificenter causi Principibus Supremis maximè Orientis, ut hodieque aliis, in utroque certè, iuxta vulgi captum, nihil fortè augustius potuit, comparatione, tametsi ironice, utenzi exprimi. Sic adyti rerumque in eo saecularum majestatem utcunque apparentem adumbrare voluit Florus. Aureos autem Coelos, significasse tentoria, atria, seu condavia, quibus Principes Orientis summi sedentes populo, alias recessi bus obiecti, subinde patebant, scimus ex veterum non paucis. De

¹ In Phocione eis disertè satis Plutarchus^k, atque apud Athenæum Phylarchus^l.

¹ Dijmoph. quibus χρύσοι dicuntur σεγένεοι seu aurea aurataque instar certorum minorum tegumenta; etiam quacunque ex materia facta, modo aurata seu auro magnificenter ornata. Neque enim Tentoriū solū, sive ex pellibus auro pretiosis, sive ex filis intertextis, sic dicta, sed etiam atria ac conclavia augustiora in tholum surgentia, quibus è recessibus secretioribus prodire Principes ejusmodi dignantes exhibebant, & responsa velut oracula dabant. Hesychius de Pa-

^m In Gerb. Odeges. ⁿ τὰς βασιλέας οὐρανὸς οὐρανὸς αὐλὰς, ἀν τὰ καλύμματα κυλαντηνοὺς οὐρανός, Tentoria atque atria regia, quorum regnamenta circuaria,

laria, Cælos vocant. Adeo ut sive comparationem species, sive loci Sancti Sanctorum in Templo Zorobabeliano, (nam de eo Templo tantum Pompeii facta narrantur) Figuram, Majestatem, Volumenque prætensum, non est quin appositi dixerit Florus arcanum illud vidisse Pompticum patens sub aureo uti cælo. Et videsis etiam, quæ de regiis illis seu cæli minoribus observavit vir præstantissimus

Ilaacus Caſaubonusⁿ, ubi ex Polybio^o recte monet Cœlum eiusmo-^{n In Socratis.}
di dici οὐλων̄ θεομαντικῶν̄, tentorium unde responsa velut oracu-^{Neronem c.}
la dabant reges Orientis. Scilicet Ptolomæi Evergetis Regis Cœ-^{12. Cf. Ante-}
lum aureum, scutentorium magnificum, appellatur Polybio Πτολεμαῖον̄ θεομαντικὸν̄ οὐλων̄, illusstre ac oraculis seu responsis regis dan-^{madvrs. in}
dis tentorium. Certè & Sanctum Sanctorum ψαλμον̄ dictum, id est,^{Athenam.}
ubis. ^{ub. s. cap. 6.} oraculum nemo nescit, ob responsa illic divinitus accepta; adeò ut
etiam inde velut pro οὐλων̄ θεομαντικῷ seu Cœlulo, aut tentorio
aureo unde responsa acciperentur divina, in dictâ comparatione
Sanctum Sanctorum sumi fortè vellit Florus. Quin & Sanctum
Sanctorum οὐλων̄ vocat autor Epistolæ ad Fbraeos. Et Taber-^{Cap. 9.3.}
nauli Mosaici Sanctum Sanctorum, quod imitati sunt Templi con-
ditores, disertè dicitur Josepho ^{¶ τοὺς ἱερεῖς ἀβατούσις ἐγένετο αὐτὸν ὁ Ὠριζόντιος,}^{lib. 3. cap. 5.}
τῷ Θεῷ Sacerdotibus etiam inaccessum, perinde ac si Cœlum Deo suis-^{lib. 3. cap. 5.}
set; quod Floro item in primis consonum. Sed in callem regre-
dimur, id est, ad Picturæ & Sculpturæ apud Judæos usum. Notat
ipse Josephus^t velut singulare, Porticus Templi ψηφισθαι φίας ψηφισθαι φίας
γλυπθῶν̄, εργῶν̄ nec Pictura nec Sculptura artificio ornatas. Ideo
alibi in Templo artium harum usus. Recole etiam heic, quæ de
omni coeli ratione in velo depicta suprà occurrunt ex Josepho. Pi-
cturam item insigniter laudat Philo^u Judæus, uti rem disciplinæ suæ^{Lib. de Sem-}
gentis per se satis consonam. Mitto quod de Nicodemo Principe^{nn.}
illo seu Magistro in Israel dicitur^v; cum scilicet arte sculptoriâ, quâ^{Legend. Cf.}
pollebat Christi, Imaginem ex ligno ad similitudinem illam, quam
in linteamine impresserat Christus, efformâsse. Eadē re fides sit pe-
nes autores. In supellecili autem meâ Rabbinicâ habeo equidem^{Gr. id est. Al-}
ipse venustum satis Ms. codicem Anonymi Ebræi, qui dum præcepta
ordinis suo Mosaica diligentissimè, id est, Talmudicè, explicat, figuris

animalium, veluti Leonum, Equorum, Taurorum, Aquilarum, & que adeò rudibus, paginas ornat, non sine annotationibus pectori, tibii, alis, subinde insertis. Sed pro seculorum causarumque, dum Idololatriam summopere cavebant, emergentium, maximè sub Cæsaribus juxta antè dicta opera erat, nec ita in pretio habita; forte etiam nonnunquam, juxta Origenem, vetita. Christianorum autem recentiorum obviæ sunt, ubi de Imaginibus scribunt, de Judæorum hac in re, & Uisu, & legis sacræ juxta eos Interpretatione sententiæ, nimiùm interè Talmudicis, ut consulenti liquebit, dissonz. Vide ea de re præter alias, qui perpetuos ad legem adjiciunt Commentarios, aut de Imaginibus ex professò scribunt, I. Baptista Vilalpandum ⁴, & Joannem de Pineda ⁵. Judæorum autem recentiorum, qui strictius, quàm ex veterum scitis necessè est, Imagines à se 2. lib. 2. deß. idque pertinaciùs arceri volunt, alii nullam sive Statuam sive Imaginem humanam) præter eam, quæ in numinis est) ædibus suis, ut mul. Salomonis, ti Judæi Italicenses, retinent; alii verò pictas tantùm, sed non protulib. 7. cap. 15. berantes nedum completas seu statuas, aut effigies ejusmodi dearatas. Ita scilicet docet Ludovicus Mutinensis, Archisynagogus Venetus, de Judæorum suorum ritibus agens. *Figure, inquit⁶, agli riti Hebraici, part. 2. cap. 2.* Imagini, ne statue non tengono in casa, è tanto meno nelle sinagoge i luochi sacri à Loro, per quello che è detto nello Esodo cap. 20. non farai à te scoltura ne niuna Imagine &c. Et in molti altri luochi. *Mi in Italia molti si fanno lecito tener ritratti e pitture in casa, ma si me non essendo di religio ne di corpo compito.* Nec distinguitur heic inter ipsam Imaginis formationem, & formatæ, juxtam ostensa, usum, qui tam Talmudicis licitus, quàm illa illicita habira. Judæorum autem superstitiones haud parùm sequuntur heic Mahume.

⁷ Seprecafr. dani, qui, dum Imagines abhorrent ² alias, Christianorum nummos de rebus Turcicis, cap. 10. Principum vultu signatos libentissimè amplectuntur; quos tamen olim, eo quod Imagines ejusmodi præ se ferebant, summoperè detestabantur. Nimirum ex eo quod in Alcorano toties damnatur Imaginum cultus, nec earum usus admissus. Joannes Leunclayius ⁸, Tareic. cap. 55. Causa vel pretextus causa potius cur Talismani, velut admodum religiosi & accurati Mahometana religionis observatores, usum num- morum

morum veterum è medio tollendum censerent, explicationem minime difficultem habet. Quippe nota lex Mahumetis, qua statuas, simulacra, sculptas & pictas imagines ex interdicti divini prescripto severè prohibuit: notum, quanto Zelo Musulmani Christianorum in Templis Imagines mutilare, frangere, destruere soleant. Itaque quum Romanorum & Gracorum Imperatorum Imagines in Nummis & Aspris expressa conspicerentur, violari Propheta legem clamabant & abolenda moneta veteris autores erant. Sed interim sub praetextu religionis impostores nequissimi quæsum faciebant, ut ipsimet Turcae satis ingenuè fatentur. Hodiè non amplius animos Turcarum illa religio tantopere tangit, ut signatos Christianorum principum charactere nummos aversentur. Immo nummos sive ducatos Venetos, quibus veritate lege Mahumetis impressa sunt Imagines, Sultaninis suis, qui nihil habent legi contrarium Arabicis duntaxat insigniti literis, longè preferunt. Taleris autem Germanicus, præser-tim quibus aut ipsius Imperatoris, aut Ferdinandi Archiducis, aut Septemviri Saxonis insculpti sunt vultus usque adeo non infestisunt, ut ex illis ipsis sibi prohibitis adgnitos Imaginibus expertant avidissime. Ita lucro atque avaritiae, ut fieri amat, cessit etiam superstitionis summa. Et de Imaginum aliarumque, quas supra diximus, rerum Factura, Usu, Possessione, Abolitione, quæ scilicet Proselytos Domiciliis, seu Noachidas apud Israelitas degentes ex Jure Gentium Interveniente ipsisque simùl ex Jure Civili, quod Intervenientis subinde mensura erat, Israelitas spectarunt, hactenus.

C A P. IX.

De India in Judaicis apud Claudianum velis picta, Digressiuncula. Judaicæ gentis Splendor singularis & Privilegia tempore Claudiani seu sub Theodosio primo.

Priusquam verò ad Instituti cetera pergimus, liceat obiter heic dispicere, utrum ex Ebraeorum de Imaginibus disciplinae jam in superioribus traditæ ratione elici queat Cl. Claudiani sensus, qui hactenus in obscuro ni-

^{a In Eutrop. lib. 1.} mis mansit de India Velis Judaicis picta. Invehitur ille ^b in Eutropium Consulem in Oriente factum, ideo maximè quod abjectissimus fuisset servorum & castratus. Rem incredibilem ait visam;

*Atque aliquis gravior morum, si talibus, inquit,
Creditur, & nimiis turgent mendacia monstrosis;
Iam restudo volat profert jam cornua vultur,
Prona petunt retro fluvii vada: Gadibus ortum
Armenii texere diem: jam frugibus aptum
Aequor & assuetum Sylvis delphina videbo:
Iam coeleis homines junctos, & quicquid inane*

Nutrit JUDAICIS que PINGITUR INDIA VELIS.

Inane quod nutrit India Judaicis picta velis inter summa ponitur rerum monstra, seu præ aliis velut ipsum summum, nec in rerum natura existare creditum. Vela heic non aliâ sumenda sunt procul-dubio notione (neque enim id lectorum imparium gratiâ præmonendum non est) præter eam, quâ velamina forium, parietum, recessuum, sacrariorum, cubicularia, atque id genus alia, veluti aulae, sipparia, taperia, stragula, peristromata, denotantur. Servius ^c de velis Georgic. 3. Purpurea, ^d Gc. ^e ad Aeneid. ^f De Habitu portare consueverant. Alibi ipse ^g, Aulae vela picta esse, & in aula malibricap. Attali regis Asiae inventa, scribit. Et Tertullianus ^h; sed & parietes ⁱ. L. 17. D. sit. Tyratis & Hyacinthinis & illis regis Velis, quæ vos operose resoluta de Abrioni- transfiguratis, propictura abntuntur. Atque hoc sensu in jure Cze- bus empr. ^j. 4. L. 12. g. 17. sareo ^k non semel (maximè in phrasî etiam illa notissima, quæ in D. sit. de In- proverbiu abuit *Causam velo & levato cognoscere*) alibique apud frusto ^l Gel scriptores alios occurrit. Nec quin horum in Templis, Ædibus, ^m ibid. g. 20. Synagogis, Tribunalibus, varius esset ut hodieque usus, est quòd du- ⁿ L. 5. C. sit. bitemus. India autem velis heic depicta non pro ipsa Regione in de Nanfragi. Hieronym. Magino Mi- scendam. lib. 2. cap. 13. eis velut in tabulâ geographicè, nedum pro forma aliqua humana, qualis regienibus seu provinciis etiam dari solebat, capienda; sed pro qualicunque congerie sive textoris sive pictoris artificioa ani- malium

malium Figuris perquam stupendis, nec omnino creditis, eis quetum ex India petitis ac receptis, tum famam inde ea de reportentosam, pro vario artificum arbitrio, interdum superantibus. Veluti Monocolorum seu hominum, qui nascuntur singulis cruribus, & Sciapodium, seu qui plantarum suarum magnitudine in umbrantur, qui item cervicibus carentes in humeris habent oculos, Sylvestrium & Hirtonum, Serpentium cervos & animantia ad parem molem, alia item tota haurientium, Leucrocotatum, Ealarum, Mantichorarum, aliorum id genus, quæ Plinius, Solinus, alii sive indiæ tribuebant, sive somnabant in accessionem. Adeò ut mirantis apud Cladianum sensus sit; si monstrum hoc credendum, ne quidem dubitabo, quin hisce oculis posthac revera videro etiam quicquid falsum, arque ut somnium inane haec tenus creditum nutritre solet, seu exhibere India illa seu portentosum illud animalium Indorum vivarium, gressus, argumentum in Velis illis belluatis (ut tapetia dixit belluata Plautus^b)^a. In Pseudo-pingi solitum. At vero quamobrem Vela hæc tam signanter Judaica dicta? Gaspar Barthius ibi, *Babylonica*, inquit, *vela Iudaica vocat*, ut *Iudeos somniorum interpretes pro Chaldaeis dixit Juvenalis*^c. Et sive. a. verum quidem est, *Babylonica vela* in pretio ac usu lautioribus fuisse summo. At durum nimis, nimis absconum interea videtur Judaica pro Babylonicas sumi. Neque certè *Judeos pro Chaldaeis usurpat* eò loci Juvenalis. De mulieribus Romanis Sacerdotem Isidis aliosque id genus superstitionis consulentibus cum egerat poeta, subiungit,

Cum dedit ille locum, Cophino fanoque relicto,
Arcanam Iudea tremens mendicat in aurem,
Interpres Legum Solymarum & Magna Sacerdos
Arboris, ac summi fida internuntia cœli.
Implet & illa manum sed parcias; are minuto
Qualiacunque voles Iudei somnia vendant.

Judei in periochia hac, arctiori sensu; id est, pro sola gentis ipsius Iudeæ propagine intelliguntur, non omnino pro Babylonii. Quod & palam evincitur, tum ex legum Solymarum, tum Cophini fœnicque, & ex arboris Sacerdotii per opprobrium & ironiam mentione. Nam & idem poeta alibi^d,

Nunc^e sive. 3.

*Nunc sacri fontis nemus & delubra locantur
Iudeis, quorum cophinus fænumque suppellex.
Omnis enim populo mercedem pendere jussa est
Arbor, & ejectis mendicat Sylva Camanis.*

Quod sanè de ipsis solùm Judæis, & qui ritibus eorum imbuti esse accipiendum, non est, opinor, qui ambigat. De Babylonii à nemine intellectum est. Nemus autem Aricinum fonsque ibi ac delubra olim Musis à Numa Rege sacrata, veteri religione soluta sunt sub Domitiano, ac Judæis urbe pulsis locata. Unde Judæa, nempe ipsa Gens (ut *Gracia mendax*, pro gente Græcorum) magna dicitur Arboris seu Nemoris Sacerdos; quod nomen per opprobrium & ironiam ei Musarum Sacerdotis locum resecatum occupanti, non ut reverè sacerdoti à Juvenale tribuitur. Non sine faceta forsitan etiam ad *quercus Dodonæas* earumque sacerdotes allusione; quod & adnotant interpretes. Utrobique igitur Judæos tantum innuit Juvenalis, neque hoc loco minùs atque illo. Adèò tandem ut quod hec de somniis venditis dicitur, aut ad futilis Judæorum aliquot mendicantium tunc temporis in usu Romæ artes, aut ad calumnias saltæ, quibus à Romanis inspergebantur omnino, non ad Babylonios, nec sanè tam ad somniorum interpretationem, quam ad superstitiones astros somniorum monita seu responsa spectet. Quin & postea expressim in Juvenale ibi locum suum sibi seorsim habent Babylonii ac Chaldae. Nam paucis de Armenio & Commageno aruspice interiectis, sequitur,

*Chaldaës sed major erit fiducia: quicquid
Dixerit Astrologus, credent à fonte relatum
Ammonis*

Atque huic, de Judæis strictè sumtis ea in Satyra antè intelligendis, non Babylonii, (ut vult Barthius,) sententiæ satis etiam accedunt circa controversiam interpretes alii. Joannes autem Wankelius apud Barthium de velo Tabernaculi locum Claudi caput. *Referendum sibi videri ad velum tabernaculi, quod miris & obscuris figuris pictum tradat Iosephus. Eas effigies Paganos pro monstribus indicis habuisse.* Locum è Josepho affert de velis Templi Salomonici.

¹ Origin. lib.
2. cap. 2.

monici. Sed curnam Claudianum tot non solùm à Templi Salomonici, sed etiam ab Herodiani seu ultimi excidio seculis scribentem, Vela sive hujus sive illius, nedum tabernaculi quod propriè Moysicum erat, adeoque nemini nisi Judæis ipsis satis cognitum, in carmen traxisse crederemus? Id proculdubio nauci est. Conjectura eiusdem Wankelii habetur, qua *Astalicis* potius substituendum pro *Judaicis*. Sed reclamat Codicum Mss. & editionum fides. De loco eo verba faciens Vir doctissimus Franciscus Junius Francisci F. in opere de Pictura veterum^m, Judaica ibi Vela inter textilis picturæ species ponit, nec aliud addit quam ea *nimiris monstris fuisse notabilia*.^{n Lib. 2. cap. 8. §. 9.}

Hæremus quidem nos. Sed ut conjiciendo rem hec tentemus, primò de Judaici, tunc temporis, nominis splendore insigni atque estimatione, quam supellectilis atque utensilium, (inter quæ Vela, qualia diximus, locum passim obtinent primarium) lautitia & elegantia comitari solet, videamus. Dein, utrum ex jam suprà dictis ratio quare Vela ejusmodi, belluata seu monstris referta, Judaica à Claudiano nominentur, elici possit. Certè Claudiani, id est, Theodosii primi, Arcadii & Honorii A A A seculo, atque tempore, quod propius antecedit, Judæos in Oriente, utcunque dispersos urbeque majorum & templo carentes, eximio vitæ splendore rerumque opulentia insigniter floruisse, si unquam post excidium, tam certum est ut nihil certius. Celebres tunc eorum Academiæ illæ, seu potius res publicæ clarissimæ, Sorianaⁿ, Pombodithana, Nehardaiensis, id satis tantur, uti & Synagogarum Frequentia & Immunitas singularisque Principum indulgentia. Theodosii, Arcadii, & Honorii Augustorum habetur rescriptū ejusmodi ad Addeum Comitem & Magistrum utriusq; militiae; *Iudaorum* sectam nullam lege prohibitam satius constat. Unde graviter commovemur, interdictos quibusdam locis^o eorum fuisse conveniens. Sublimis igitur magnitudo tuahac ius^p 1. 9. Et vide suscepta nimietatem eorum, qui sub Christiana religionis nomine illicta queaque presumunt, & destruere synagogas, atque expoliare conantur, congrua severitate cohibebit. Dat. III. Kal. Octob. Constant. Theod. A. III. & Abundantio C O N S S. Id est, anno Christi CCCXCV. Triennio item post^r ad Judæos ipsos Arcadius & Horius

Hh norius

norius A. A. Rectores Provinciae vobis nullum discussorem, aut moderatorem esse concedent. Quod si qui munere sibi (fortè si quis in duere sibi) curam prater vos procere sique vostros audeat, tum vel aliena adpetentem suppicio cohceri festinent. Quin idem Augusti ad Claudionum Comitem Orientis, eodem anno ^q si quis adeat illustrium Patriarcharum contumeliam per publicum facientem, ultionis sententia subjugetur. Neque iniquum eligimus existimemus, Claudio num hunc ipsum fuisse, qui scripsit Poemam.

Nam & Augustis his ac senatui adeo charus habitus est Poeta ipsius statua^r in foro Divi Trajani, atque titulo honorifico diu ante obitu donaretur. Unde & facilius credendum dignitatem hanc & munus in super accessisse. Proximo item anno ad Cæsarium Praefectum Prætorio iidem Augusti; *Nos in conservandis Iudeorum privilegiis veteres imitemur, quorum sanctionibus definitum est;*

¹ Claudio. in Praefat. ad Lib. de Bello Getico, & Lyl. Girald. in Diag. 5. de Poeta. ² C. Theodos. ib. 16. nro. 8. X. 13. *Privilegia his, qui illustrium Patriarcharum ditioni subjecti sunt. Archisynagogis, Patriarchisque ac Presbyteris ceterisque, qui in ea religionis sacramento versantur, nutu nostri nominis perseverent, ea, quæ veneranda Christianæ legis primis clericis sanctimonia deferuntur. Id enim & divi principes Constantinus, & Constantius Valentinianus, & Valens divino arbitrio decreverant. Sint igit etiam à curialibus muncribus alieni, pareantque legibus suis. In summo principum indultu suoque jure liberè, modo Christianæ religioni palam non officerent, seu facerent contumeliam, utrebantur Patriarchis eorum nomine nunc Illustrium, nunc Spectabilium designatis. Nec levia ejusdem rei vestigia occurunt in D. Christo homiliis adversus Judæos, ubi in Christianorum & Judæorum consortium adeo frequens invehitur. Brevi autem evenit, ut tot*

³ Ibid. l. 15. *privilegiis, ac tam ampla vitæ splendidae libertate nimium, ut fieri amat, elati atque rebus tam securis insolentiūs & superbiūs usi felicitate pristina indigni meritò haberentur. Primò igitur ab Honorio & Theodosio II. Augustis⁴ tum attemptanda de cetero militiæ aditus eis, quibus anteà uti Romanis ceteris parebat, obstruebatur, tum cingulo militiæ antè decorati Judæi exuebantur omnes. Circa vigesimum scilicet à rescripto illo ad Cæsarium annum se*

Hono-

Honorio xii, Theodosio viii consulibus. In ipso autem hoc de
Militia rescripto, alias se satis Judæis eorumque dignitatibus ac splen-
dori favere edici volebant Principes, temperamentum interdicto
dijcientes. Verba sunt; *sane Iudeis liberalibus studiis institutis*
xercenda advocationis non intercludimus libertatem, & uti eos
uri alium munera onere permittimus, quam prærogativa nata-
rum & splendore familia fortiuntur. Quibus cum debeant ipsa
sufficere, interdictam militiam pro nota non debent estimare. Sua
et hæc tempora habuisse in utraque Palæstina Synedria ^x etiam sci- ^{L. 17 C. Iude-}
nus, Nec ante quadragesimum, aut circiter annum ab Eutropi ^{Bin. de Iudea-}
consulatu, in quem adeò invectus est Claudianus, desierunt hæc Ju- ^{" C. Thro-}
dias indulta privilegia, vitæque inde collucens passim splendor. Tunc ^{dof. lib. 16. tis.} ^{8 L. 29.}
autem, seu Theodosio A. secundo xvi. & Feste Consulibus, Valen-
tiniani tertii & ejusdem Theodosii edicto ^y mirum in modum ea, ^{C. Iudeam.}
quibus antè fruebantur, diminuta sunt, ipsique in conditionem pcf. ^{101 de Iudeam}
sumam redacti. Sed intercà ex his satis, opinor, sit manifestum ipso ^{L. 19.}
in seculo, quo sua scripsit Claudianus, insigniter floruisse Judæos;
maximè in Oriente, quæ & scena est carminum ex eo superius allato-
rum, adeoque in Aegypto, quæ Claudi, ut creditur ^z, patria est. ^{Petrus Cri-}
Neque est quod ambigamus, quin rerum opulentia ædiumque ac ^{nista d. Poo-}
suppelletilis, veluti Aulæorum, Vlorum, id genus aliorum copiâ, ^{" L. Istana,}
pariter atque aliarum gentium beatiores, eousque ibi per provincias ^{cap. 86.}
abundarent uterenturque, ut Vela aliave ejusmodi, si quæ essent eis
præ aliis singularia, ipsorum nomine propriè satis atque appositiè,
ut aliorum id genus cetera, in carmine possent designari. Quod
deo etiam adjicimus, quia de lectione à viris doctis ita dubitatum
est. Jam verò quod ad conjecturam heic attinet, quare Vela, qualia
diximus, Judaica Claudio appellata fuerint; Quicquid tunctem-
poris hominū in orbe quidem Romano fuere, aut Pagani erant, aut
Christiani aut Judæi. Paganorum Vela quotquot picta sunt, ple-
aque, si non universa, Deorum figuris gestisque, aut gestis, quibus
D' i pro more immisti, plena fuisse, credere pareat, (uti & de seculo-
rum anteriorum pictura ex Vitruvio ^{scimus},) nec solùm in Tem-
plis Diis publicis eorum aliqua, sed & domi quamplurima Laribus ^{Architeca.}

obtendi solere eaque consecrata, aut saltem quasi consecrata. Etiam sive ex artificum, sive ex operæ conductorum voto non rarò idolis quidem, dum fiebant, sacrabantur. Sua etiam Christianis fuisse, partim Paganorum instar, partim sacris suis, quæ Judæi æquè ac Paganorum abhorrebant, aptata. Cum igitur supellestilem ac utensilia cultui extraneo dicata, nisi palam, atque actu aliquo manifesto ab ipsis, qui cultui ejusmodi addicti sunt reserarentur, in ornatum aut utensilitatem aliquam adhibere, aut quoquo modo uti frui sibi illicitum haberent Judæi (juxta superiùs ostensa,) & certò satis sciri utrum Vela, Aulæa, id genus cetera, qualia diximus, sive à Paganis, sive à Christianis facta aut possessa, sacris ac religione eorum, qui facerent, aut possiderent, libera essent, rarò, si unquam, posse non im-

^a *Gemar. Ba-* meritò forsitan existimarent, etiam & *רְאֵוֹן יְהוָה Id^b de quo da-*
bylon. adrit. *bium manebat, utrum cultui extraneo dicatum fuisse, planè esset il-*
Zebachim ² *licitum, & demùm Paganorum pariter & Christianorum moribus*
^{a. & Maimo-} *alienissimos se ambitiosius in rebus plerisque facerent; cum, in-*
n. d. halach. *Aboda Zara*, quam, hæc se ita haberent, nonne inde factum est, ut singulare sibi,
^{cap. 8. fol. 74.} *saltem ipsis multò magis, quam aliis peculiare, Velorum genus hoc*
belluatum fieri vellent? Ita quidem satis varietate jucunda ornatum,
sed figuris rerum, quibus illa, quæ Paganis & Christianis plerumque
in usu plena erant, carens; Figuris, inquam, Judæis etiam eousque
invisis, ut, quotquot earum coelestes essent, nec artificibus suis facer-
esset licitum, & quæ fuere, ceteras velut superstitione inquinatas, sal-
tem de quorum inquinamentis dubitabant, magnopere, juxta jam
dicta, ipsi aversarentur. Et genus sanè hoc à ceteris ita ex usu parita
& affectu Judaico haberi potuit discriminatum, ut tum inde nominati
ri signantiūs mereretur, tum ab aliorum religione (utpote in Judæo-
rum potissimum usus contextum, formatum, pictum) censeretur
præaliis immune. Certè & quotquot hæc imitarentur in aliorum
facta usus, sic eodem forte nomine etiam appellabantur; quemad-
modum aulæa, ut volunt Grammatici, ab Attali Regis Asiae aulâsc
primò nominata quocunque locorum adhibita, sic dicuntur. Et
tam quæ imitantur Phrygia, Babylonica, Tyria ejusdem generis arti-
ficia apud veteres, quam quæ hodiè Atrebatenia, Turcica, Persica,

alii

alia iisdem vocibus non raro cum prototypis nuncupantur. Quid quod ita non solum non communes haberent cum Paganis & Christianis figuræ, sed nec in velis hisce ullam similitudinem seu imaginem rerum quæ coli solerent; immo earum tantum, quas nullib[us] locorum existere crederent, ideoque etiam à cultu extraneo, quam alias multò sejunctiores? Quin si admitteretur Paganis illius ævi ac Christianis in usu fuisse picturæ genus illud, tantum duplex, quod ex Vitruvio^c seculis liquet adhibitum fuisse Claudiano multò vetustioribus, videlicet aut ejus quod est, seu potest esse, id est, esse vel posse esse creditur, veluti hominis, ædificii, navis, fani, luci, montium, reliquarumque rerum, è quarum formis certisque corporum finibus figurata similitudine sumuntur exempla, aut rerum seu partium rerum, quæ quidem existunt, sed ita ab artifice conjunctarum, ut ex ipso naturæ ordine, nec revera sint, nec unquam fuerint, veluti sigillorum sive integrorum, sive dimidiatorum è floribus seu coliculis excentium, partim Humanis partim Bestiarum capitibus similiis, Candelabrorum ædiculas sustinentium, id genus ceterorum; certè monstrorum Indicorum, quorum nec partes nec corpora credita, Picturæ genus erit Tertium, adeoque facilius potuit esse feligentibus peculiare. Et scimus genus illud Secundum, quod proprius quam Primum Indicæ, quam tractamus, accedit, sed interea ab ea longe distat, à veteribus Græcis & Romanis esse acriùs reprehensum. Neque enim, inquit Vitruvius utrorumque artium callentissimus, picturæ probari debent, quæ non sunt similes veritati. Id si postea etiam & Claudiani ac proximantibus ante seculis, aliis præter Judæos observatum fuerit, certè Indica monstra depicta, quæ in rerum natura non existisse credita, nec in Græcorum ac Romanorum picturam legitimam admittebantur, Judæorum, qui ea sibi ob rationes jam dictas forte selegerant, seu Judaica commodè satis ac appositè dici possent. Quemadmodum fermè Verpæ ipsi pecora sibi immunda, quæ tamen à Christianis edi viderent, pecora Christiana^d olim appellabant. Quin & inter diversas de imaginibus eorum sententias obtinuit & illa, ævo forsitan in illo, frequentior, rerum quæ ipsa non sunt, sed singuntur imaginem omnem facere licere, ut verba sunt Ma-

^a Agobardus
Lupidum. c.
pist. ad La-
^b de officiis Imp.
de Insolentia
Indorum.

^a Conciliatio- nallis Ben ^c Israel ex Gemara^f. Quo spectat etiam, quod suprà ^g ex
re in Exod. Arama citavimus. Adcò ut in Velis istis Judaicis pictura habere-
queft. 30. lat. 97. Hifb. tur, qualem Cryptica^h seu Crot es quam indigitant. Sed verò conje-
^e 1st. Aboda Zara, cap. 3. turā tantum modestius auguramur, nec, etiamsi aberremus, veniam
^b Cap. 6. pag. desperantes. Dum hæc cogitabamus, monitum de Claudiani lo-
187. co accepit à Viro amplissimo summoque Hugone Grotio cognatus
^b Gabriel. Palao. de 1- ejus Franciscus Junius, in literis scilicet, quibus doctissimi eus de Pi-
maginibusⁱ, Etura veterum operis nomine gratiam ei egit. Pro Iudaicis forte
lib. 2. cap. 37. substituendum Lydiacis; quod in scriptione veteri manifestò qui-
dem proximum. Id mecum communicavit Junius, & de loci sen-
su, qualem jam exhibui, paucis unà disseruimus. Qua de re cumis
rescriperat, à Grotio responsum est, dum hisce prælum calet, *De loco*
Claudiani & mihi in mentem venerat, posse defendi, si animantium,
non que conspiciuntur, sed que finguntur, formas Velis impressas in-
telligamus. Tanti viri, utcunque de lectione subdubitantis, suffra-
gio locum hunc non ornare nequibam. Sed hac de re satis super-
que. In callem regredimur Secundum Juris Naturalis seu Noachi-
darum, quod Illustrius est Caput prater Jus etiam Gentibus aliis E-
braisque eo nomine Interveniens proximè explicaturi.

C A P. X.

At Interdictum Naturale de Maledictione Nominis Sanctissimi Numinis
(quod Noachidarum seu generis Humani Juris communis quod Illustrius est,
Caput Ebreis habetur Secundum) seu de Blasphemia melius capiendum, pre-
mittitur Profanationis Nominis Divini, cui opponitur ejusdem Sanctificatio,
Genus, velut ejus cuius affine est vocamen, triplex. Profanationis ejusmodi
Remissio antem mortis momentum, juxta Ebraos, nemini perfecta.

NT Noachidarum seu Omnium Hominum Juris Com-
munis, quod Naturale heic appellatur & Illustrius, Ca-
put secundum seu de Maledictione Nominis Sanctissimi
Numinis ritè intelligatur, animadvertisendum est apud
Ebraos ex sacri sermonis interpretatione occurrere tam בְּשָׁרֶב
seu βεθλασιν, pollutionem aut profanationem nominis Divini quam
בְּשָׁרֶב טְפִילָה seu ὀρειδομόρ, κατέγνω, maledictionem seu execratio-
nem ejus-

nem ejusdem quæ item חָרְפָה & נַלְבָד nuncupata Blasphemia est omnium gravissima. וְסִט autem seu *Nomen* absolutè positum pro *Sanctissimo Numinis nomine*, scu ipso *Numine*, non solùm passim apud Magistros, verùm etiam in lingua ipsa Mosaica usurpatur. ^{Leviticus. 24.}
 Profanationis seu Pollutionis interdictum est, *Custodite mandata* ^{10. Et 15. ubi} ^{Gideon. Fau-}
mea, ac facite: Ego Dominus קָדוֹשׁ טָמֵן Ne polluatis, tum Fagium. ^{L. G. 22.}
scu profanetis nomen meum sanctum, ut sanctificer in medio filio- ^{32. Et Gideon.}
rum Israel. Profanari autem tripliciter, aiunt, *Nomen Divinum.* ^{Ezechiel. c.}
 Primo modo, ubi Ebræus, ut Mortem imminentem evitaret, quid ^{20. 14. Et 36.}
 adversus sacræ legis præscripta patrabat, quoties scilicet ex majorum ^{22.}
 instituto seu disciplina Mors p̄t tanto peccato, ut minus ma-
 lum, fuisse eligenda. Quoties dico. Neque enim semper volunt
 mortem anteferendam; ut ex sequentibus liquebit. Nec levioris
 periculi ratio habebatur heic ulla. Mors autem imminiebat, aut ^{1 Gemara Ba-}
 agro ex Morbo eam palam minitante, aut ex Hominis alicujus mi- ^{bylonia ad}
 nis, qui legis violationem perseveranti extorquere instaret. Ubi ex Zara cap. 2.
 Morbo Mors imminiebat, fas habebatur ægro, num vetita comedere, ^{f. 27. b Et ad}
 medicina, conducerent, modò ^{b. Maimoni-} Interdictis tribus Insignioribus sem- ^{fol. 74. a Et}
 per, juxta exceptionem singularem atque à majoribus acceptam, in- ^{b. Maimoni-}
 tereà non contrà irtar. Scilicet Interdictis Idololatriæ, Homicidii, Iesudi Tora ^{des b. Lech.}
 ac Revelationis Turpitudinum seu coitus illiciti. Quod verò ad ^{c. 5. quod Gi-}
 metum mortis ex minis attinet, aliam habent publicæ Persecutio- ^{des nunc à}
 nis temporis, quod מְתַנְתָּה nuncupant, rationem, aliam tem- ^{Gusl. Vorstio}
 poris, quo Persecutio ejusmodi nulla. Nimis quoties persecu- ^{versum Et}
 tione publica non habitâ, Ebræus quisquam mortis minis, ad legis ^{versum Et}
 violationem impelleretur, permisum esse ei, aiunt, qualemcunque ^{notis explicar-}
 in quem sic impelleretur actum, ut inde se morte imminentे libe- ^{rum. Moses}
 raret; modò trium, quæ diximus, interdictorum singularium vi- ^{Mikor. Pra-}
 laretur nullum, & distinctio hæc una & altera insuper observaretur. ^{cept. Reges. 2.}
 Si in ejus, qui sic minis impelleret, emolumentum tantum cederet ^{Affirmat. 5.}
 actus, veluti ubi opus ei in Sabbato præstandum; satius fuisse sic im- ^{Et 157. Et Gi-}
 pellenti obtemperare, quam mortem subire. Si verò in cogentis ^{des Thos.}
 emolumentum non cederet, sed eo tantum nomine, ut quidadver- ^{photh ad}
 sus le-

sus legem sacram committeretur, exacta esset violatio, tunc de Numero Ebræorum, quorum in præsentia res esset patranda, distinguunt. Nam de Gentilibus heic impellentibus rem plerunque intelligunt. Si Ebræi decem pluresve adessent, (quem numerum in cœtibus definiendis crebrò usurpant,) tunc mortem præponendam. Sin pauciores, vitam obedientiâ redimendam. Et qui aliter hujusmodi causâ se morti tradidisset *וְנִפְשׁוּ* eum seu *vite suæ* reum non nulli appellant. Tempore autem Persecutionis publicæ, (qualis sub Antiocho Epiphane, cum in violationem legis sacrae Ebræos impellere is acriter instabat,) nefas fuisse docent ullius omnino legis capitinis violatione, seu actu ullo lege interdicto vitam redimisse. Huc spectat illud de Israelitis ^m *Qui morielegerunt, ne polmonarum luerentur cibis;* ⁿ μὴ βεβηλώσωται, & ne profanarent fedes sanctum;

^m Lib. Hes. cap. 1. 66. ⁿ Iason in E- itaque mortui sunt. Alia item in historiâ Maccabaicâ ^o ubi agitur p. scu. 2. de prælio ad vitæ tutelam capessendo, etiam in Sabbato. Quod Tal-

^o Mac. 2. 41. ^p Macc. 6. 18. mudicæ doctrinæ consonum est. Videſis hac de re plura apud Joseph. Ioseph. Ioseph. in secundo adversus Apionem, alibique. De Fugâ ^z cap. 8.

^z Maimonid. tem heic pronunciant; gravissimum facinus ab eo committi, qui balib. Sab- se eâ, ubi facultas esset, non redimens cogenti obtemperaret. Jam bath cap. 2.

^y Eg. 30. ^z Gi. verò qui aliter ac dictum est licuisse, imminente morte peractum aliud est. ^z Guil. quem lege sacra interdictum se eripuissest, is קידש את השם seu p. Scibard. de fanare Nomen Divinum dicebatur. Et ברכיס publicè arque

^{c. 5. Theorem.} בפראתיסיא, quod ex Græco defumtum palam ac aperiè significat, id 18. ^z Perr. profanare dicebatur, si in Ebræorum decem præsentia commiseret Cannaum de Repub. Hebr. Inversa ratione, qui se morti juxta ante ostensa tempora & lib. 2. cap. 22. distinctiones, id est, quoties mors violationi erat anteponenda, se tradi- dicerat, is קידש את השם seu sanctificare Nomen Divinum dicta- tur, veluti martyr agonem necessarium subiens; quemadmodum Daniel, Chananiah, Misael, Azariah, id genus alii. Unde & illud 2-

^r In Annos. ad Sepher Iuchalim fol. 132. 6 pud R. Samuel Sullam P; fuisse familiam seculis recentioribus Ju- dæorum, quæ tota nomine קידש את השם sanctorum seu sanctificantium indigitebatur כיבכל השמורות קידשו את השם Quoniam in cunctis persecutionibus sanctificabant Dominum. Profanatio autem No- minis, qualem diximus, supplicio forensi, veluti morte seu verberebus, nec-

bus, neutiquam erat apud Ebraeos punienda; utpote coelesti vindicta omnino relicta. Maimonides מפני שעבר באונם אין מלקין; ואינו צריך לומר שאין ממיתין אותו בית דין ואפי' הרוג באונם תאין אותו וממיתין מלקין וממיתין אלא לעובד ברצונו ובעריכס ובחראה Quoniam vi peccabat, flagris puniendus non erat, nedum morte ex sententia forensi; idq, obtrinuit, tametsi homicidium vi patrasset. Nimirum nullum peccatum flagra aut mors sequebatur, nisi id sponte commissum esset, ad eisque testes, & praecessisset admonitio legitima. Quin vi sic coactum, etiam in idololatriam, poenam coelestem, qua ex cito in sacro appellatur sermone, neutiquam idèo subire aiunt, utcunque gravissimè peccaret, aliterque coelitus, nec sine singulari de remissione jure, de quo non nihil ad finem capit is dicemus, esset puniendus. Sed hoc obiter. Secundus heic Profanandi modus est, ubi quis in præceptum quodcumque בשעת הנפשCum contemptu aut ardore animi etiam ad tentandum aut irritandum Numen, proculius seu morosius quid patrārat; agnoscentes intreā Numinis Unitatem ac Autoritatem, seu non omnino negans, sed protervius tantum irritans. Signantiūs nempe is Profanare Nomen Domini dicebatur, quemadmodum &c, qui non aliam ob causam, quam ut sanctissimo Creatori, qui iussit, placeret, præceptum aliquod observasset, is idem dicebatur Sanctificare. Et ex numero jam ante dicto eorum, qui aderant seu inspectorum, publicam itidem dicebant five Sanctificationem five Profanationem. Tertius demū Profanandi Nominis divini Modus à Maimonide⁹, juxta Talmudicos veteres¹⁰, Halach. Iesidescritur. דברים אחרים טהן בכל חילול השם והוא שיעשה. אחות ארט גודל בתורה וטפורה ביחסיות דברים שהבריות מרננים ורשותם אחריו בשבילים ועפ' שאינן עבירות הרי זה חילול את השם iam res alia, que nomine Profanationis nominis divini veniunt; fol. 86.^a

Li corripe-

corriperé non nequirent) *Is enim profanabat etiam Nomen Domini.* Exempla habet ille de tali viro; Si, cum emitor esset nec genitus, venditorem pretium efflagitantem palam eluderet; Si commissariis aut risu jocisque effusoribus cum hominum vulgo seu face plebis uteretur; si vultu inquieto, iracundo, jurgioso homines excepere soleret. *Quibus adjicit הַאֲלֹו וְכִיצָא בְּדָבְרִים* & parilis est a liorum, quæ sunt id genus ratio. Morum autem sanctiorum seu iustatum gravitatis tum comitatis aliarumque, quibus consistit societas humana virtutum legisque sacræ diligentior in ejusmodi viro observatio, *Sanctificatio Nominis* dicebatur. Viderint heic eruditiores, utrum ex eo, quod Ebraeis, iuxta iam ostensa, erat *Profanare Nomen Domini*, eliciendum fuerit, quid sermone Hellenistico sit

^{Epist. ad Romanos, c. 2. 24.} *Nomen Domini blasphemare.* *Qui in lege, inquit D. Paulus^f, gloriaris, per prævaricationem legis Deum inhonoras.* *Nomen enim*

^{Isaie 52. 5. & vide Ezech. 36. 22.} *Deipер vos blasphematur inter gentes, sicut scriptum est;* ubi D. Hieronymus, *Per bona opera vestra benedicitur Deus; ita nunc redi-*

conversantibus blasphematur. Et glossa interlinearis illud D. Pauli affert ad sacra verba de non polluendo seu non profanando nomine

^{Cap 22. 32.} in Levitico^g, explicanda. Alibi etiam D. Paulus^h, *Quicunque*

^{Ad sim. 6.} *sunt sub jugo servi, Dominos suos omni honore dignos arbitrentur,* *ne Nomen Domini & doctrina blasphemetur.* Et similis alio in lo-

^{7. Ad Titum coⁱy de verbo Deilocutio, quæ ad nominis profanandi genus tertium}

^{2. 5.} spectare videtur. De Profanationis autem generet triplici, hactenus indicato, singulare quiddam tradunt, quod Remissionem ejusdem divinam ab aliorum omnimodorum peccatorum remissionem per quam diversam esse facit. Ubi enim de Sacrificiis, Confessione, Poenitentia, Castigationibus, die Expiationum, hirco apopompa, adeoque de peccatorum aliorum quorumcunque ex hisce נפלה מורה Remissione plena ac perfecta sive ante diem illum sive in die illo (pro specie rumpaque actuum varietate) agunt, de Nominis Profanatione seorsim aiunt, eam nemini plene remissam ante mortem; sed in ipso solummodo mortis momento, idque tametsi præcesserint, quæ omnium remissioni necessariò prævia. Exceptio hac de re habetur in Gemara Babylonia^j, אֶל מֵשִׁיחַ חַלּוֹת הַשְׁמָה בֵּין אֵין כִּי

^{ad rit. Io-}
^{macap. 8. fol.}

לו נח בתשובה לחולות ולא ביחס הכיפורים לכפר ולא ביחס למלך אלא כולם חולין ומיתה מפרקת שנאמר ונגלה באזני ה צבאות אם Sed verò qui reus est Profanationis nominis, et neque potestas est per Pænitentiam peccatum (usque ad Diem Expiationum) suspendere, nec in die illo expiare, nec per castigationem sui abstergere. Sed omnino in suspenso manet, nec ante ipsum mortis momentum deletur. Iuxta etiam illud^a, & revela- ^{Isaias 22.}
sum est in auribus Domini exercituum, si expiabitur (seu non expia- ^b
bitur) iniquitas hæc vobis, donec moriamini. Nam & locum il-
lum capiunt de Nominis Profanatione, qualem descripsimus ^b. Qua-
dere consulas, si placet, Magistros recentiores, quibus recepta est hæc
doctrina.

Maimoni-
des Halach.
Theshubar.
I.R. Obadias
Barrenorius
ad Misniam
sir. lomaca.
B.S.B.

C A P. XI.

Sanctificationis Nominis Divini precepto Noachidas, juxta Ebraos, non teneri. Profanationis Nominis superius offensum genus nullum, in Interdicto de Male-
dictione Nominis Universali seu Naturali, contineri; sed horrendum illud Blasphemiae genus, quo Sanctitas, Potestas, Veritas, Unitas Numinis sanctissimi, sive Convictio seu verborum consumelâ proscinditur, sive ex professio-
ne actuve aliquo scienter, procaciùs & consequenter negatur. De verbo בְּרַךְ qua cum pro maledicere, cum pro Benedicere sumitur. De lege illa
sacra in Numeris, Anima seu persona, qua fecerit manu elata &c. exci-
detur, quatenus at Interdictum Idololatriæ & Blasphemie solùm attinere
illud volunt Magistri.

Sed verò Profanationis Nominis Divini hactenus indi-
catæ, utcunque etiam Blasphemiae nomine (saltem si ita
in sermone Hellenistico blasphemare pro profanare
hoc sensu interdum sumatur) non ignotæ, genus nul-
lum volunt Ebræi Interdicto, quod jam tractamus de
Maleditione Nominis Sanctissimi contineri. Neque enim
profanationem ejusmodi Noachidis interdici volunt, seu Sanctifi-
cationis Nominis præcepto juxta modum aliquem indicatum eos ^{Gemar. B. 4.}
negari. Quæstio ea de re olim orta est ^c, או בְּנֵי קָדוֹשָׁת הָאָוֶן Sanhedrin
על קָדוֹשָׁת הָאָוֶן an Præceptum de Sanctificatione nominis, c. 8 fol. 74. 6

(cujus oppositum est profanatio jam dicta,) ad Noachides attinet?
 2 Reg. 5.18. Ubi Rab Ada Bar Ahaba, scriptum est, inquit, *Hoc solum dicitur*, de qua
deprecari dominum pro servo tuo; quando ingredietur dominus
meus templum Rimmon, ut adoret ibi & illo innitente super manum
meam, si adoravero &c. & respondit Elisha לְךָ לְשִׁלּוֹם vade in
pace. Nimirum Naaman princeps militiae Regis Syriae Noachi-
 des erat, qui leprâ mundatus in se suscepereat Veri Dei cultum, saltem
 diis alienis ac cultui extraneo omnino renuntiarat, ut citato liquet
 Scripturæ loco. Unde etiam נֶר תַּשְׁבַּ Proselitus domicilii expref-
 sioni in Gemara Babylonie dicitur.

* Adr. San hedrin c. 10. fol. 96. b. Petiti autem ab Elisha, ut &
 indulgeretur, si forte cum Rege suo, cui prorsus obtemperandum
 erat, manui suæ innitente, in templo Rimmon, coactus (sic loci cita-
 ti sensus) adoraret; tulitque responsum vade in pace; quod Ma-

⁴ Levi Ben Gersom ibid. gistrorum quidem nonnullis sumitur pro eo, quod est vade, & vero
Deo, quem ipse tibi jam edoctus elegisti, cultum exhibe. At vero
preser inter in Gemara Babylonie verbis jam laudatis subjungitur אֱמָן אֵיתָן
preses obios, Si ita fuerit, (scilicet si Naamanum
 Syrum in Noachides præcepto Sanctificationis nominis teneatur,) non itare re-
 spondisset Prophetæ Naamani, sive in occulto exhibendus, sive publi-
 cè fuisse ille cultus. Et in glossa responsum illud pro assensu in ado-
 rationem ejusmodi in templo Rimmon seu extraneum cultum ab
 invito extortum accipitur. Ubi etiam legitur, וְאַפִּי נְצֹתָה בְּנֵי נָה
 עַל קְרוּתָה שֵׁם לֹא נְצֹתָה לְקָדְשׁו בְּתוֹךְ הַנוּם אֶלָּא בְּתוֹךְ יִשְׂרָאֵל
 Etiam si præcepto Sanctificationis nominis teneretur Noachides, ad
 Sanctificationem nihilominus illam non teneretur inter Gentiles,
 sed tantum inter Israëlitas. Quod si admitteretur, id Jure Interve-
 niente seu superinducto, non Universalis seu Naturali niteretur. Nam
 quod hoc Jure nititur personarum aut locorum, cancellis non ter-
 minatur. Apertiū autem, iuxta Talmudicorum veterum mentem,

⁵ H. slack. Me lakim cap. 10. נְנֵחַ שָׁבֵס אֶנְס לְעָבוֹר עַל אַחֲת מִצְוֹתָיו מוֹתָר
 לְעָבוֹר אֶפְילּוֹ נְאָנָס לְעָבוֹר עַז וּכְרַב לְפִי טָעָנָן מִצְוֹן עַל קְדוּשָׁת הַ
Vbi Noachides vi in transgressionem alicujus præcepti, quo eis teneruntur,
adactus fuerit, ipsa transgressio ei licita est; idque tamez in Ido-
lolatriam adigatur. Neque enim eis præcipitur Sanctificatio No-
minus.

minis. Jam verò quod ad Interdictum, quod tractamus, Naturale seu universale iuxta eos attinet; Gravius illud & horrendū flagitium נִדְרָת הַשְׁמָךְ Maledictionem seu execrationem Nominis Divini (dictam à נִדְרָת quod probris seu convictis laceſſere significat, & à Syro quidem in aliquot Apostoli^b locis pro Βλασφημίᾳ usurpatur) ipsissimam esse volunt Blasphemiam, quæ Interdicto hoc vetatur. Scilicet, quando Sanctitas, Potestas, Veritas, Unitas Numinis, aut convitio ultrò ac disertè proscinditur, aut ex professione actuve aliquo palam ac procaciter negari consequenter deprehenditur. Prioris generis est Blasphemia, quâ insectatus est Numen¹ Rabsaces. Et¹ Reg. 8.30. Selomithæ filius, eo^k nomine morte mulctatus. Et ejusmodi^a Leg. 24.13. Blasphemia vetita est Nebuchadnæzaris edicto. Omnis, inquit¹, po-¹ Dam. 29. oules & lingua, quæcunque locuta fuerit טֹלוּה (quod propriè quidem errorem significat) contra Deum Sidrach, Misach, & Abednego, dispereat, & domus ejus vastetur. Sed Hellenistæ & vetus Latina habent tibi quæcunque locuta fuerit Blasphemiam; astipulante item R. Saadia, qui טֹלוּה ibi per דבר מכוּר rem aliquam turpem interpretatur. Sic insimulatur^m Nabothus. בְּרֵךְ בְּרַכְתָּה אֱלֹהִים וּמֶלֶךְ Regum 21. Blasphemasti Deum & Regem, ubi etiam Paraphrastes Chaldaeus גְּרַפְתָּא¹⁰ Cap. 13. Videlicet Daniel habet, quod idem sonat, tametsi tum Latina vetus habeat Benedixit Heinrichum in Deo & Regi, tum Hellenistarum versio Ηὐλόγησας Θεὸν Ἐ βασιλέα, Ariosto sacro cap. 28. Benedixisti Deo & Regi. Certissimum est בְּרֵךְ verbum tam exē- pag. 498. crari seu maledicere, quam Benedicereⁿ significare; nec puto per Vide D. Antiphrasin, ut quidam volunt; nedum ex eo quod Benedicere pro Ambrosium lib. de Nabu- valedicere, atque hoc demum pro renuntiare (ut aliqui^o) seu Nu- the cap. II. men abnegare sumendum, sive heic sive alibi ubi similis vocabuli motio. Sed ita ferè ex ipso linguæ sanctæ idiotismo in utramque par- Sext. Senenf. in Biblioib. Sanct. lib. 2. Gab. Iezab- betæ &c. em, pro varietate loci, quo usurpatur, significat, ut, apud Latinos, Sa- rare & imprecari. Nam ut tam diris & exitio quempiam devove- . Marinus de Rer. singu- larium. lib. I. cap. 9 in ap- pendice.

sive exitium; ac *Numinis attribuere*, sed sive laudes gratiasque, (qui usus frequentior est,) sive contumelias ac probra. Et discriben ex natura rei verborumque comitantium, advertendum. Illustrius aliis est hac de re exemplum in Jobi historia. *Ne forte peccaverint*, inquit^P, filii mei, & בְּרַכְוּ אֱלֹהִים בְּלֶבֶבְכֶם maledixerint Deo in cordibus suis. Nam ut ita intelligatur ibi, ברך res ipsa palam postulat. Et Chaldaeus ibi disertè קָדֵס " & maledixerint Deo, seu blasphemaverint. Sic Judæi ibi Hispanienses, y maledixeront al Dio en su corazon. Eiusdem autem capitinis commate decimo manifestum est, pro benedicere idem usurpari. מַעֲשָׂה יְהוָה בְּרַכְתָּה operi mannum ejus benedixisti, quæ verba sunt Satanæ. Et Jobus ipse paulò inferius, שְׁם יְהוָה מִבְּרַך் Nomen Domini sit benedictum. At Satanæ eodem in capite, item & sequenti, אַם לֹא יְבָרֶךְ quod sonat, si non in faciem tuam maledixerit tibi. Ut & Chaldaeus פְּנַיְךְ יְבָרֶךְ si non in faciem verbi tui tibi maledixerit seu blasphemaverit. Ubi & Judæi Hispanienses, si no sobre tus fases se maledizera. Quin paulò post^q in verbis uxoris ejus, pro eo quod est בריך מיריא ד"ו מית Chaldaeus Benedic verbo Dei, & morere. Et Judæi ibi Hispanienses, Benedize al Dio y muere. Cum interea in vulgata quolibet heic in loco benedicere substituatur. Ut ferè in Hellenistica. Sed in primo loco habet hæc, Ne filii mei in mente sua seu cordibus suis, κακὰ ἐνέργοις τὸν Θεὸν, mala excogitarint adversus Deum; aliis, juxta Aquilam, ibi habentibus etiam ἀντλόγοις, benedixerint; qua voce etiam in Satanæ verbis utuntur Hellenistæ. Sed in verbis uxoris Jobi; εἰπὼν ἡ ρῆμα τοὺς κύριους καὶ πλάσμα, dic verbum aliquod adversus Deum & morere, seu, ut alia exemplaria, κατέργοντα execrare Deum. Qua quidem significatione sumitur etiam in verbis Satanæ Κλούγειν. Olympiodorus; si non in faciem tibi Κλούγησαι, αὐτὸν δὲ φημίησαι, benedixerit, pro eo quod est maledixerit. Et in faciem te benedicet, ταῦτα, Φανερῶς οὐ βλασφημήσει id est, aperte consindet te maledictis. Consulas, si placet, alios, qui in Jobi initia conscriptsere. Hinc etiam ברוך plerunquereditur benedicere, maximè à recentioribus, in quibus tamen non desunt, qui, ut res ipsa exigit, maledicere substituunt.

¶ Job 1.5.

¶ Cap. 2.9.

sticunt. Quin & ברכת ה' in interdicto hoc Naturali secundo Benedictio Nominis ab eis subinde vertitur; uti & alibi monemus.^{Lib. i. cap. 10. § lib. 3. cap. 7.} Etde convitio seu procaciō verborum contumelia in Numen, quā interdictum hoc de Maledictione spectat, haec tenus. Alterum Blasphemiæ seu Maledictionis genus est, quando non ita disertis in ipsum Numinis nomen verbis contumelia ingeritur, sed ex professione aliqua actuve Sanctitas, Potestas, Veritas, Unitas ejusdem palam ac procaciter negari consequenter deprchenditur. Velut aut ubi quis citra ipsum cultum extraneum seu Idololatriæ actum aliquem (nam sic crimen ad primum interdictum attinet, & simul blasphemiam eiusmodi juxta Ebraeos in se continet) eam amplexandam sive aliis suader sive ipse proficitur, idque ביד רמה mann elata seu χειρ τοποφανίας in manu superbie, atque ex protervia, non ex ignorantia seu disciplinæ errore; aut ubi Israclita ius Mosaicum, aut Noachides, seu qui nondum in Ebraeorum ritus transiit, ius Noachidarum seu Naturale, quod præ manibus est, simili modo violat; non scilicet animi sui aut concupiscentiæ innatae seu ignorantiae causâ, aut ex errore, sed ex eo quod in contrarium se obligari protervè detrectet agnoscere, seu quia Numinis præcipientis interdicentisve Autoritatem, Potestatem, Unitatem minimè reveretur. Id est, eam ex ipso actu consequenter, idque sponte, superbè, scienter ac manu elatâ, negat, atque in super prorsus habet. Maimonides^f ex veterum Tal-

לְהַמּוֹדָה בְּעַזְשֵׁחִיא אֶכְתָּא אֲפָעָל פִּי שְׁלָא^{Halach. A. boda Zara, cap. 2. Misas Cerithoth, cap. 1. Et Gi-}
mudicorum disciplina; עבדה הרוי זה מחרפה ומגרפה את השם הנכבד והנורא^{Gem. sit. idem Ma- lab. Sanhe- drin cap. 15.}
(ita)dederit seu professus fuerit Cultui extraneo, adeo ut pro veritate ipsum voluerit amplexandum, tametsi is non omnino idolum colue- de Maimo- re, certè pro maledico & blasphemо in gloriosum nomen Dei O. M. lab. Sanhe- drin cap. 15.

ה' שְׁנִי וְהַנְּפָשָׁה בְּבַדְרָה מִן הַאוֹר וּמִן הַגָּר אֶת הַזָּן

Parilis ratio habetur illius, qui Idololatra est, & qui blasphemat nomen Domini, juxta id quod scriptum est^e, & anima que fe-^f Num. 15. 30. erit manus elatâ sive indigena fuerit, sive proselytus seu peregrinus, in Dominum, is blasphemus est. Scilicet huc inprimis, ad blasphemia hoc genus ritè capiendum, attinet lex illa sacra, Anima^g que fe-^h Ibidem. cerit

cerit per manum elatam (id est, בַּיד רָמָה quod vertunt Hellenisti
 ēν χειρὶ τεσταφαίς, in manu superbia; Chaldaeus גָּלֵי capi-
 te aperto, seu impudenter; vulgata, per superbiam) sive fuerit ex in-
 digenis, sive ex peregrinis seu proselytis, אֶת יְהוָה הָאָמֵן in Dt
 minum is blasphemus est (vulgata, quoniam adversus Dominum in
 bellis fuit; Hellenistæ τὸν Θεὸν τὸν προσκυνάντα Deum is irritat; quem
 admodum & Judæi Mauritanienses, quibus اللہ مُصْبَح بِعَصْبِي sub-
 stituitur; Judæorum versio Græcobarbara אֲנִיחַמְתִּי אֶפְטוֹת קְרִירִוּ אֲנִיחַמְתִּי
 τὸν κύρον αὐτὸς αὐτοῖς Dominum ipse execratur; Hispaniens
 autem Judæi, a A. el denostan) excidetur anima illa de populo su.
 Nam verbum Domini contempsit, & præceptum ejus irritum feci.
 Ideo excidendo excidetur anima illa, eritque iniquitas ejus super
 eum. Neutquam scilicet legem hanc capiunt de peccato omnimo-
 do scienter, sponte, aut contemptim patrato; tametsi quæ præcedunt
 de peccato errore atque ex ignorantia commisso, adeoque sacrificiis
 expiando, ita disertè fanciantur, ut hoc, quod proximè sequitur, de
 omnibus antithetis, seu sponte, atq; ex animi sententia commis-
 leviùs intuenti videri posset intelligi. Sed nullum ita eis fuisset pec-
 catum sponte patratum, quod Excisione (quam poenam à coeli
 vindicta expectari, non à magistratu infligi aiunt) non fuisset puniendū;
 cum interea triginta sex duntaxat præcepta plerunque
 enumerent, (inque iis hoc de גְּרוּפָה seu blasphemia simul cum eo de
 Idololatria censem,) ad quæ נְרָגָת seu pena excisionis attinet, ut inti-
 tuli Talmudici Cerithos, seu de Excisionibus inscripti, capite primo
 fusiūs est videre. Sed ea de re nos plura, libro postremo. Legem
 autē supra allatam, velut de Extraneo cultu ejusve professione & Blas-
 phemia tantum conceptam ad hunc modum intelligunt. In Le-
 vitico * Sacrificia præstiuuntur, quibus peccata tum Universitatis
 tum Hominum Singulorum ex errore seu ignorantia commissa
 expianda fuere. Peccata scilicet, quibus præceptum מִצְוֹת מְכֻלָּת
 aliquod ex omnibus præceptis, seu singularia quædam, citra Idolola-
 triam, sive ab Israelitis sive à Proselytis Justitiae violabantur. De ero-
 re autem seu ignorantia etiam heic in Numeris lex fertur. Nam com-
 muni-

mate vigesimo secundo legitur אלה המצות כל אחן את ה' כ' ו' כי תתנו ולא תעתנו את כל המצות האלה ו' si erraveritis, & non feceritis seu violaveritis omnia præcepta haec &c. quod ad populi universitatem attinet, cuius in Levitico juvencus est sacrificium, heic verò juvencus in Holocaustum, & hircus in oblationem pro peccato præter liba. Singulorum verò utroque in loco capella. Et tunc heic sequitur in Numeris lex, quam ciravimus. Jam verò inquiunt, ut in Levitico de uno aliquo præcepto ex errore violato leges scruntur, ita in Numeris de omnibus simul violatis, ut & verborum discrimen innuit, id est, (nam aliter non intelligunt) de omnium autoritate simul ex violatione aliquâ negatâ, non de ipso cuiusque violationis actu. Vulgata quidem habet in Numeris heic, si per ignorantiam præterieritis quodquam horum &c. Sed Helle- nistæ; si peccaveritis, & μη ποιήσωντες τὰς ἐντολὰς ταύτας non feceritis omnia præcepta illa, quemadmodum & Chaldaeus juxta ve- ritatem Ebraicam. Omnia autem sic violari^y, id est, autoritatem ^{Vides R.} Mosen Bar Nachman ^{fol. 248. b} Pirush Tora ^{Abarbinelius} Pir. Tora fol. 296. col. 3. 4. Masmonide balach. San- hedrin cap. 15. & sequitur ea, quam paulò superius inde descripsimus. 15.

Cuius sensum utpote de eo quod scienter ac superbè commissum est latæ, ita intelligunt, ut tum sponte, scienter, ultrò, superbè Idolatram in ea contineri velint', quemadmodum Idolatram ex errore in præcedentibus, tum eum, qui sic **בַּיד רָמָה** *manu elata*, scienter ac superbe quid facit, quo non minùs ipsam Numinis Potestatem, Unitatem, Veritatem reverà ac palam negat, quam Idolatriæscienter & manuelata commissæ recus. Id est eum, qui sive nomen Idolatriæ dederit, sive ex animi sententia agnoverit, sive alteri amplexandam suaserit, sive demùm præceptum aliquod sic manu elatâ violaverit, ut non ex affectu seu ardore sibi com-

K k placen-

placendi, Numinis solùm irritandi, nedum errore seu ignorantia, id violaverit, sed ideò quia præcipientis Numinis autoritatem non agnoverit, neque cù solâ sc̄e obligari existimaverit magis atque ipse, qui scienter & manu elatâ Idolum coluerit, ejusve cultum professus fuerit alterius, ut dictum est, suaserit. Nempe aliud est præceptum quodpiam agnoscere, atq; simùl autoritatem dignitatemque Præcipientis, ex animi tamen affectu seu בשאת הנפה ex toto animo, etiam irritandi, procaciùs in illud peccare; aliud, neque præcepti vim agnoscere, neque unicam Præcipientis autoritatem, sed ita seu manu elata sive committere, sive tutò committi posse quempiam profiteri, alii sive idem suadere, ut veri Numinis Potestatem, Veritatem, Unitatem, simulque præcepti ipsius vim deneget. Non qui primum faciebat (nam & ejusmodi iurpræcepta reliqua בזוזן scaenenter ac sponte commissis, alia atque alia poenarum genera in Pernatuccho suis in locis sparsim præstituuntur) sed tantum qui seau-

^{a Gemar. Ba-dum, alla à Lege teneri^z volunt, eumque etiam מגדת השם blasphemylum.}

^b Gloß. Tal-mum esse in Dominum. Unde insuper non minus ad Blasphemiam mund. ad tir. seu Maledictionem nominis divini expressam, quam ad crimen hu-Cerithothi iusmodi nefandum כרתו פוריאס seu manu superbia com-exp. 1. fol. 3. ad emissum, ברת seu excisionis Poenam attinere concludunt; cum ni-dem locum hilominiis utrumque ex Lege^a, ultimo etiam suppicio (sed non si-tentorius, pre-tenor Musmo-tenor Musmo-esse) distinctionibus aliquot de Blasphemia, de quibus capite proximo-ter Musmo-esse punitendum. Et de lege illa ad veterum mente, egregie Mai-nardum ha-Lach. Aboda יונידס שזה^b; זורה ביד רמה הומד שערז יי'ubar בפרחסיא שזה^b; זורה לבד ולא לעשות מה שנגעה התורה לעשוו לזרע נזרענו. More Nebochim part. זר אבל לחולוק על התורה ולעמור-כנוגה מפני זה אמר אתה י' ה' זרorth וזה י' ה' בלא ספק ולא יעשה אלא מי שללה בלבו דעתך אתה לחולוק בז על התורה ומפני זה בא הפירוש המקובל בעז וכחוב Qui manu elata facit is est, מדבר מפני שהוא הולך על פנות התורה qui superbus frontem indurat, & palam atque aperte ita peccat, ut More Ne-bochim part. non concupiscentia sua causa solum, aut ex morum suorum pravitate Legis Interdict. violet, sed studio ipsi Legi contradicendi, atque ut 3. cap. 41. eam impugnet. Ideo dicitur, Dominum is^c probris afficit, seu in Num. 15. 30. Dominum blasphemus est. Atque is sine dubio morte est plectenda (qua-

(quare de consulas caput proximum.) *Nec que quis ita peccat, nisi in cuius animam irrepserit dogma aliud, quod Legi repugnet.* Inde recepta est expositio, quod scriptura loquatur ibi etiam de Cultu extraneo, quoniam iste adversatur ipsis Legis Fundamentis. Atque idem alibi in tractatu suo de Idololatria^d, doctrinam de Blasphemia,^d Halach. A- qualis in eo, quod præ manibus est, interdicto continetur, traditu- boda Zara, rus, parilem utriusque rationem esse, ait, verbis jam supra citatis, & ^{cap. 2.}

מפני זה כלתי דין המודף בהלכת ע : שניהם כופרים בוצ'ר דם dein, שןיהם בוצ'ר דם בהלכת ע : Auge ideo conjunxi doctrinam de Blasphemo cum ea, que est de Idololatra, quoniam uteque ipsum negat fundamentum, seu totius

religionis principium. Exempla heic afferunt, Manassis^c Judæ Re- Pesiktha gis qui, Hezekiâ patre mortuo, manu elata in Numen fecit, id est, ex- Zosiertha rancum^f cultum restituit, nec præcepta Sacra nec Præcipientis au- fol. 50. col. 1. toritatem agnoscentes; item alia. Anni advertendum autem est, Babylon. ad egum è Numeris jam memoratarum parte priori seu cā, quæ ad fol. 99. 6 Idololatriam errore aut ignorantia commissam, juxta Ebraeos tan- 2 Regum. m attinet, tam גָּר הַגָּר בְּתוֹכָה peregrinum seu Proselytum pere- 21. inantem inter vos, (quæ verba bis ibi usurpantur,) seu τὸν ἀερούλυ- τὸν προστρόφον τὸν οὐας proselytum, qui accedit ad vos, ut ellenistæ, seu advenas, qui peregrinantur inter eos, ut altero in loco ibi vulgata, quam Judæos seu Israclitas Originarios expressim continent, id est, τὰν Proselytos Justitiæ, quam Indigenas. Nam de proselytis domicilii manifestum est, eam partem capi nequire, quippe ad violationem omnium præceptorum, quæ per Mosem recta sunt, qualem diximus, attinet. At vero in lege illâ, de eo quod est, juxta ianu dicta, manu elata seu superbè commissum, latâ, contio quidem parilis est Originariorum; sed non eadem in Proselytis designando vocabula. מִן הָאֹרֶחָ וּמִן הַגָּר sive ex indigenis ex proselytis. Heic proselytorum nomen simpliciter adhibetur.

Prte cum interdicto de Idololatria ac blasphemia, quod non so- Originarios ac Proselytos Justitiæ, sed pariter Proselytos domi- cu Noachidas heic repetitum, juxta jam ostensa, spectat, ita hoc ungatur; non adeò absonum est, ut hoc in loco τὰν Proselytos domicilii seu Noachidas, quam Proselytos Justitiæ præter Origina-

rios indicari, atque eis similiter poenam Excisionis coelitus infligendam imminere existimemus. Sed utrum ad Proselytum domicili seu Noachidem poenam illam hoc in loco prescriptam attinere velint Magistri^s, nondum satis didici. De poenis autem forensibus

^a Videſis A-
barbinel in
Pirush Tora.
fol. 297. col.
2.

quæ jure, sive Imperativo, sive Interveniente Gentium huc attinent proximè videbimus.

C A P. XII.

De Poena Proselyti domicili ob Blasphemiam seu Maledictionem Numinis sanctissimi forensi. Receptior Talmudicorum sententia de Judæo morto ob blasphemiam ejusmodi non puniendo, nisi expressim nomen tetragrammaton blasphemasset. Eadem re aliorum, uti & Synedrii, cui Caiphas in Evangelio praest, sententia diversa. De Iudeis in Evangelio clamitantiibus, Iesum Christum ideo mortis reum, quod Filium Dei se fecerat. De Vetus, blasphemia auditâ aliasque ob causas, tam à Sacerdotibus ac Pontificisimo, quam à Iudeo quovis alio, ex more dilacerandis.

Quod attinet ad poenas ob Blasphemiam seu Maledictionem Numinis Sanctissimi superiori in capite ostensam, juxta Ebraeos, forenses, Proselytis domicilii, exjure sive Proselytis ejusmodi ipsisque ex jussu Numinis Imperativo, sive ex moribus superinductis Interveniente infligendas animadvertisenda est in primis lex illa sacra ea de re in Levitico lata. Simulatque Selomithæ filius qui ^h קָבַת־הַשְׁמֹת וַיָּקָל Expressit sc̄u blasphemavit nomen, & maledixit, ex imperio Numinis lapidatione damnatus est, sequitur statim lex sacra, Et ad filios Israel loquaris dicens, שֵׁאֶת id est, quicunque maledixerit Deo suo, portabili peccatum suum. Et qui blasphemaverit Nomen Domini, mortuus interficiatur. Lapidando lapidabit eum universus caeris קָרְבָּן.

^b Et Gidephi-
benkovo סִתְמֹת id est, sive fuerit Proselytus seu peregrinus, sive is-
lōnem, lib. 2. digena aut civis, ex eo quod blasphemaverit Nomen, morte plecten-
sis & Daus est. Pro eo quod heic est blasphemaverit, habetur in Ebraeo
niel. Hein-
quod & simpliciter explanaverit, expresserit seu re-
fusco Sa-
minaverit nomen Domini vertitur tum Chaldaeotum Hellenistis &
ero. cap. 28. سُمْ يَلْعَطْ لَسْمْ qui loquetur nomen Dei Judæis Mauritanie-
pag. 492.

sibus.

sibus. Hispanenses item ibi *y declarante nombre de A. matar sera
matado*. Sed de simplici nominis expressione consule viros doctos^k, <sup>videlicet ser-
mones ad Lo-</sup> quorum integros de eo commentarios scripsere aliqui. Nos de qua-<sup>Gir. 24. Mai-
us 24. More</sup> licunque non sine blasphemia expressione, quæ etiam ad rem, quam
tractamus, solum attinet, legem cum Talmudicis, vulgata, aliisque
heic intelligimus. Peregrinum autem seu Proselytum hoc in loco
pro Gentili apud ipsos degenti, id est, Noachide seu Proselyto domi-
cili sumunt^l. Et formulam illam loquendi ש אֵשׁ homo homo
'ut & Hellenistis vertitur; & Varon Varon Iudeis Hispaniensibus)^m
uzz quicunque seu universi denotat, exhibit amibi aiunt רְבָות אֶת הַגּוֹיִם טְמוֹזָהּ רְבָות אֶת הַגּוֹיִם ut comprehendantur etiam cap. 7. fol. 56.
gentiles, quibus interdicitur Maledictio Nominis, quemadmodum ש אֵשׁ
raelitus.ⁿ Legem verò illam, quantum ad poenam attinet, ita ple-
inque interpretantur, ut mortis ex ea reus non esset quisquam,^o
ער שִׁפְרַת הַשְׁנִינָה nisi^p expressisset Nomen. Id est, nisi nomen tetra-
grammaton, quod שׂeu nomen proprium appellavit, ex-^q
essisset, atque, ut Gemara Babylonia, עַד שִׁבְרַק שְׁם בְּשָׁמָן nisi ma-^r
lixisset nomini nomine, seu, ut Talmudici recentiores, nisi ma-^s
xisset ei נְמַחֲקֵי שְׁמָתוֹת טָאיָן נְמַחֲקֵי שְׁמָתוֹת טָאיָן מִשְׁנָה sis.^t
cripta (ut illi) eradi seu deleri non debent, id est, Septem illorum Sanhedrin
stiorum, tetragrammati, Adonai, Elohe, Elohim, Eheihe, Sadai, fol. 53. col. 2.<sup>cap. 7. Gem.
Babylon. sb.</sup>
orth. Nempe, si rectè capio, nisi ipsum tetragrammaton ore pro-^u
m; (quod tam pro אֱלֹהִים quam pro יְהֹוָה à nonnullis sumitur,) ita chiuss ad Le-
prohemiasset quis, ut sive verborum contumeliaz ipsum conjunxit
ve alio eorum, quæ dicta sunt, nominum aliquo in ipsa blasphe-^v
prolatione tetragrammaton ante expressum designasset. Nam
pressim in lege habetur שׂeu nomen Domini seut tetragram-^w
m; ubi poena mortis prestituitur. Legis initio omnime modam
m blasphemiā in Deum interdici volunt, tam nominis divi-
nijus eorum, quæ כִּינוּין cognomina vocant, veluti Sadai, Ze-^x
lid genus cetera, quam Proprii seu tetragrammati; ac suppliciis
opressibus, veluti flagris, coërceti, tum cœlitus immisis, veluti
one, puniri, at poenam mortis blasphemiæ Nominis propriæ
n, ex lege illa, interrogandam. Atque oportuit, (ita Talmudico-
rum senten-
Kk 3

rum sententia receptior,) ut in ipsius blasphemii verbis, non tantum adstantis, nomen proprium usurparetur, quoties mortis poena causa legi debita. Unde Glossa Talmudica^P סלא הזיא שט מפי אחר וברכו פטור drin. fol. ss. b si ex Ore suo non pronuntierit nomen, sed ex alterius ore audito maledixerit, morte non est puniendus. Et glossa ad legem ipsam, את השם שיפרשות עדר ולא המקלל בכינוי Nomen. Neutquam verò qui cognomini maledixerit, quod & paulò antè dictis consonum. Adeò ut juxta hanc interpretationem, nec Proselytus domicilii, nec Judæus, (nam pariter in lege hebreorum comprehendendit uterque,) morte plectendus esset, nisi ipsi Nominis proprio seu tetragrammato expressum maledixisset. Quod si fecisset Proselytus domicilii, ex Gentium hoc imperativo iure, morte apud eos punienduserat; uti Judæus ex eadem quidem lege, sed sibi Civili. Cæterum quoniam hac in re gravioribus coerceri solebant poenam Gentiles seu Proselytos domicilii, quam cives Ebraicos, id est ex Jure Gentium Interveniente, seu Proselytis ejusmodi ipsiisque perinducto, tamen Cognominis alicujus blasphemiam aut Maledictionem, quam Nominis proprii, in Proselyto domicilii seu Noahide, ultimo plectebant suppicio: Maimonides^q זונח שבירך את; Halach. Melakim. c. 9. Et Vide. Gemar. Sanhedrin. fol. 56. a

הם בין שבירך בשם המיו'ך בין שבירך בכל לשון ח'יב מה שא'ן כנ' בישראלי Noachides, qui maledixerit Nominis, sive id fecerit Nobis Babylon. ad mine Proprio seu tetragrammato, sive cognomine aliquo quoconque modo, reus est (mortis; nam ut ita intelligatur, faciunt tamen quem præcedunt, quam quæ sequuntur, praeter rem ipsam) quod non ita obtinet in Israelita. At non defuere in Talmudicis, qui cognominadivina etiam seu omnimoda Dei cognomina eâ legis huius parte, quam ultimum præstituitur supplicium, sive contineri sive innu-

¹ Gem. Baby. Sanhedrin. c. 7. fol. 56. Et Vide Mis. de maledi-
tione paren-
tis, tamen ob blasphemiam, quam cognomen usurpatum est, quam quæ nomen proprium, Proselytus domicilii ex Jure Imperativo fuisse puniendus, uti & Judæus ex Civili. Et sanè sententiam ejusmodi de maledictione paren- videtur tunc obtinuisse, cum D. N. Jesus Christus in eo sistebatur.

Nam

Nam Caiphas¹, Adjuro, inquit, te per Deum vivum, ut dicas nobis, ^{D. Marsh.}
26.63.

Si tu es Christus ille Filius Dei. Cui respondit Iesus, Tu dixisti. Verum-

amen dico vobis, à modo videbitis filium hominis sedentem à dextris

meis duabus, id est, Potestatis, & venientem in nubibus cœli. Tunc

Princeps Sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens, blasphemavit.

Quid adhuc egenitus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiam.

Quid vobis videtur? At illi respondentes dixerunt, reus est mortis.

Ecce ut D. Marcus² habet, omnes condemnaverunt eum esse reum³ Cap. 14. 64.

mortis. In ipsis Christi verbis, Nominis proprii mentio nulla; sed

cognominis manifesta, in eo quod est Sedentem à Dextris Potesta- ^{1 Regum}
^{21. 10.}

is, id est, quod sexcenties apud Magistros inter cognomina

surpatur. Unde etiam in vulgatâ substituitur, virtutis Dei. Dili-

gitius heic advertas illud de Jefabelâ & Nabotho⁴, ubi Maledictio- ^{Genes. 6. 2.}

Dei, (nam proprii nominis mentio ibi nulla,) incusatur vir in-

cens, ut mortis fiat reus. Atque hoc spectat illud⁵, Nos Legem ram, Chalda-

emus, & si cundum Legem nostram debet mori, quia Filium Dei se ^{Arabic. Hi-}
^{Span. Psal. 29}

Certè quod in Caiphæ Synedrio de Sanctissimo capite de- ^{1. 82. 2. Dan.}

n est, (sed maximè ex odii præjudicio, quod decisionum ratio- ^{3. 25. Job. 1. 6.}

novare solet,) id ipsum in tumultuaria hac ad Pilatum responsio- ^{Scholas ibi}

est, blasphematiæ in Deum cum reum fuisse, innui, non videtur <sup>præter Ger-
onem Iuda-
rum Hisba-
nenium, &</sup>

andum. Non quod ipsis Messiam verum aperientibus, ^{Pitke Rabbi}

Dei nomen eousque insolens haberetur, ut nullâ omnino no- ^{Elazar cap.}

id vellent sine blasphemia, cuiquam, præter ipsum Numen ^{22.}

Nam ^{בְּנֵי הָאֱלֹהִים} Filios Dei, uti & Deos, dictos esse nunc ^{Arijs. Rhei-}

nes aliquot, (quâ de re etiam vide caput proximum,) nunc An- ^{stor. lib. 3.}

ex ipsa sacra liquet scripturâ⁶; idque etiam juxta Ebræorum ^{cap. 18.} &

Maxim. Tri-

tiam. Non aliter fere atque apud Gentiles Iovis & Deorum ^{ritua differt.}

bindet (præter Dæmones⁷) dicti hicroës præ aliis longè exi- ^{Vide Ch. ijt.}

on divinitate Numinis, sed humanitatis tantum excellentiâ sic ^{Hebreum de}

uibus nomina ejusmodi usurpata sunt, interim per hyperbo- ^{Paraphras.}

lâtâ. At verò Judæis alia erat Filii Dei heic notio, quâ ipsum ^{Chaldaica}

bum seu λόγον, quem Chaldaice מִרְאָה ד" vocabant⁸, ita ^{cap. 5. & in}

batur, ut hac notione se queimpam facere aut dicere Dei Fi- ^{Systemate}

on aliud ipsis haberetur quam rerevâ, non per hyperbolens ^{Controversi.}

Theologic. E- ^{length Iud. 2.}

on aliud ipsis haberetur quam rerevâ, non per hyperbolens ^{Class. 3.}

Deum

Deum se profiteri, adeoque, si falso esset, Numen sanctissimum blasphemare. Atque ut נֶשׁ בָּרְאֵל filius hominis millies pro homine in Ebraeorum commentariis occurrit, ita Filius Dei etiam in eorum heic ore pro ipso vero Deus. Atque huc sanè in primis attinet illud Philonis Judaei ex more Hellenistarum suorum loquentis^b; αιωνίον γότθ λόγον τὸν ιερωδίου τὸν ἐγκόσμιον πατέρα, παρεχελύτω τελετάτω τὸν ἀρετῶν ψών τὸν ἀμυντικὸν ἀμαρτημάτων καὶ χορηγίας αἴφεντάτων ἀγαθῶν *Necessarium enim erat*, (verba jam fecerat de τῷ σωτήριῳ καὶ διοκεντῷ λόγῳ τῷ σύμπαν Verbo seu Ratione cuncta contingente & dispensante, in Pontificis Rationali quod pectore gessitæ presentata,) ut Sacerdos supplicatus seu potius *ut sic consecratum Patri omnipotenti, advocatum adhiberet perfectissimum virtutem* Iesum Filium, tum ad peccatorum veniam, tum ad uberem in posterum gratiam impetrandam. Sed de loco illo, quo, eò quod Filiū Dei se fecit Jesus Christus, debuisse cum mori clamitarunt Judæi, præter interpres obvios, vide virum præstantissimum Danielē Hein-

- ^c Cap. 28. sium in Aristacho ^c sacro. ^d Quin nec illud observatu indignum, ^e pag. 498. verba illa legis sacrae ^d תַּלְוִי אֱלֹהִים קָלְלָת (quæ verti solent maledicentes. ^f Vide Etus à Deo, qui est suspensus, seu in maledictione Dei, qui est suspensus) ^{Epist. ad Galat. 3. 13.} sumi à magistris perinde ac si ibi poenæ auctarium blasphemiarum præstiteretur, id est, suspensio ^c post lapidationem; quasi vertenda est. ^{Drus. Prae- D. I. c. 19. 7.} sent, qui Deum blasphemaverit, suspendendus est, seu patibulo suboccisus casum solis (sic aiunt) post lapidationem affigendus. Ebraeus scilicet ^g Gemar. Ba- ^h seu Judæus. Nam ad Proselytos domicili hoc genus mortis non bylos. ad ist. Sanhedrin attinuit. Sanè ex hisce atque ceteris de blasphemia legibus jam at cap. 6. fol. 45. tè memoratis, mirum non est, si in sententiarum, quale diximus, dif. Maimonid. Halach. A- crimine (altem si Christi tempore discriminem erat sententiarum, quæ boda Zara le tempore R. Meir) Judæi odio in Christum tam acriter flagrantibus cap. 2. ⁱ Halach. San- eligerent amplectenturque eam, quâ quicquid in Dei Unitatem, hedrin. c. 15. Sanctitatem, Veritatem, Potestatem summam Blasphemia ipsis ullo modo videretur, morte luendum esset. Sed de Judicio illo ejusque Moses Miko- appendicibus, plura in libro secundo de Synedrio Magno. Quod rœ precept. affirmat. 103. verò laceravit seu discidit vestimenta Caiphas, ex more erat aviro. *Conscitudo in Iudaica est*, (inquit ad locum illum D. Hieronymus,) GEM

cum aliquid blasphemia & quasi contra Deum audierint, scindere vestimenta sua. Et Lyranus ibi; *Iste erat mos Iudeorum scindere vestimenta in signa doloris, quando audiebant blasphemiam divini Nominis.* Id liquet etiam, tum ex corpore Talmudico, tum ex sa- cris literis. Et doloris signum hoc fuisse alibi in Oriente scimus ex Jobi historia. Sed Baronius^b; *Hac consuetudine ceteri, haud tam sacerdotes, tenebantur; nam divina lege Sacerdotibus iugum 18. 37. tuerat, ne sua scinderent vestimenta.* Sed Caiphas, illâ contemptâ, *Cf 19.1. Iuda 36.22. 37.1.* quo ceterorum astantium animos in Christi perditionem magis ac *Cap. 1. 20.* magis concitaret, furore quodam percitus, primus summum omnium *Annal. tom. 1. A. Chr. 34.* pontificum, (quorum sit memoria), sic sua vestimenta conscidit. Ad *Legit. 10. 6.* undem sensum alii. Atque eâ de re controversia subinde agita- *Cf 21.10.* r. Quæ facile sopia erit, si Talmudicorum placita penitiùs ad- *Vide Petri Cuneum de Rep. Hebr. ls. 2. cap. 3. Isaac. Casaub. Ex- ercit. in Ba-* vertamus. Non solum leges sacras jam è Levitico indicatas, sed *rom. 16. ann. 34. num. 73.* am alias adhibent, dum de vestium laceratione Sacerdotibus in- *Exod. 28. 32.* dicta loquuntur. Sed eas intelligunt tantum de vestibus Sacer- *Cf 39. 23.* dotibus, quarum solus in sacris ministeriis usus; unde & illud *Videfis lib. noft. 2. de suc-* ingredi. Alias autem vestes, seu amictum vulgarem, quem extra *cessione in Pontif. cap. 7.* gestabant ministeria Pontifices sacerdotesque, tam ipsi, quam- *Gemar. Ba- bylonia ad iiii. loma cap. 7. fol. 72. a.* cujuscunque generis Ebræi dilacerare solebant, tum in luctu, *adde M. simo- nid. halach Biath ham- mikdash cap. 1. Cf Mojs. Mi- korz precepr. Negat. 398.* blasphemiam ex ore Israëlitæ (non Gentili) sive in nomen tetra- maton sive cognomen Dei aliquod auditâ, aliasque ob causâ, *Cf Vide Mar mon. b. lac. Sanhedrin* i legis incendium, atque urbis templi sive excidium sive da- m aliquod insigne. Et expressim tradunt discriminem inter so- m Pontificis Vestium, quas diximus, dilacerationem, atque a- *cap. 19. ord. 2. num. 18 Cf* m. Illi nempè dilacerandas ab ima atque anteriore parte ver- nimam, aliis à summa deorsum. Misna P; *כְּהֵן גָּדוֹל פּוֹרֶת* Pontifex dilacerat à parte imâ, Sacerdos *L 1 des 34.* à summa, quemadmodum & cæteri universi. Maimoni-

^{a. 31. Gemara Hierosolymitana ad iiii. Moed Katon cap. 3. fol. 83. a Babylon. ad iiii. eund. fol. 26. a}
enmichoth cap. 9. Maimonid. halach Abel cap. 8. Cf Aboda Zara cap. 2. Viatcys. Alojysum Abvarim.
s. sacro-propb. lib. 9. cap. 26. Tir. Horaijoth, cap. 3.

שהקורה מ לפניו והקורע מהריו או מן הצדין או מלמטה לא
des ^{צָא יְדִ חֻבֶת קַרְעָה אֶלְאָ כֵּן גָּדוֹל טְהוֹת פּוֹרָם מְלֻמָּתָה} Dilaceranda erant vestes ab anteriore parte. Qui autem à tergo, et
à latere, aut ab inferiore parte dilacerabat, is à ritu dilacerationis
aberrabat. Quod tamen de Pontifice summo non est intelligen-
dum, cui à parte inferiore dilacerandum erat. Sed hisce missis, si
juxta jam dicta Blasphemiæ verba, morte plectendus non erat qui-
quam, ex lege illa scripta, cuius interdicto, tam Proselyti domicili,
quam Judæi continentur, nisi ipsum nomen Dei proprium, uti vo-
cant, blasphemus verbis adhibuisset, & nihilominus poena ea sub-
cunda erat Proselyto domicili quomodounque blasphemiaæ etiam
in cognomen reo, palam sequitur, ex Interveniente Ebræis ac Prose-
lytis ejusmodi iure, quod moribus superinductum est, ultimum sup-
plicium ad Proselytum hujusmodi heic spectasse; uti etiam idem ad
eum spectasse ex Jure utrisque Imperativo seu à Numine præscripto,
si juxta sententiam illam & Rabbi Meir ac Synedrii, cui Caiphas pre-
erat, Blasphemiæ verba citra proprii nominis usum mortem mer-
rentur. At verò, qui manu elata quid fecerat in Legem è Numeris
capite superiori citatam, adeò ut aut Idolatriam proficeretur, aut
suaderet, indeque juxta ibi ostensa, pro blasphemo in Dominum pa-
riter haberetur, is si Judæus esset, ex Lege Civili ^q, si Proselytus do-
miciili, ex Interveniente Gentium iure, morte erat plectendus.

¹ Deuterow.
² Et c.

C A P. XIII.

De eo quod habetur apud Flavium Josephum, & Philonem de Diis Gentium
non blasphemandis. Magistrorum sententia de Lege Sacra, quâ Deorum
liectorum mentio interdicitur. Votum aut Juramentum Idoli Nomine
Nonnullorum opinio, ne Gentili, ex lege sacra, licuisse Deo suo Gentis sue
(cujus cultui scilicet nondum renuntiaverat) qualicunque maledixisse.

^{Orig. India-}
^{ce. lib. 4. c. 8.}

Sed mirum est interea, quod habet Flavius Josephus in
Legum Sacratum recensione⁵; Βλασφημία των μηδε;
τερος ες πόλεις ἀλλας νομίζεται. Μὴ οὐδέποτε ιερά ξενικά, μηδε;
επωνυμασθήσονται ποτε ταῦτα θεῶν καιρούλιον λαμβάνειν; Nemo
blasphemet deos, quos aliae civitates Deos esse estimant. Nec spe-
lianda

lianda fana peregrina, nec donarium Deo cuiquam dicatum auferendum. Atque alibi hoc ait fuisse αὐτῆς ἐνεκα προσηγένεται Θεοῦ¹ Advers. 1. eo quod Dei nomine indigebantur. Quinetiam Philo, Mosem, p. 16. 2. ait², veriusse convicium in Deos, οὗτοι τομίζονται θεοῖς εἴναι, μηχαί³ Lib. 1. de λειποὶ Διοχεινήτας αἱ μη θεοὶ Φθέγξονται καὶ⁴ οὐτως οὐτός⁵ quos alii Monarchia. existimaverint esse Deos, ne ipsi viciissim irritati prorumpant in vo- es nefarias in Deum O. Maximum, qui verus est. Alibi item ipse⁶ Lib. 3 de Mosis mente ait, decorum ejusmodi τῆς βλασφημίας ανέχειν ανάγ- Vita Mosis.

Ἔνοι ίνα μηδὲν ιθίζηται Μαύσεως γνωέμων συώλως Θεοῦ παραστόσεως λογοῦ blasphemia abstinentum, ne quis Mosis discipulus affuecat o modo appellationem Dei contemnere. Αἰσιονικότατόν γένοι, in- tit, αὐτὸν οὐταζόμενος οὐκ οὐδὲν, Nomen enim illud, & invictissi- um semper est, & summo amore prosequendum. Hæc si recipien- tissent, sane Juris Gentium apud eos Imperativi caput singulare id- satis insigne de Numinibus Gentium qualibuscunque, eorum ubris & Donariis sacris, inde oriretur. Cæterum hæc maximè persantur receptionibus vetustissimisque Talmudicorum senten- Neque apud Mosem reperiuntur. De contrario satis constat. & Idola & quicquid Cultus extranei nomine veniebat, destru- um fuisse abolendumque, neque intra ditiones Israeliticæ juremittendum, ex sacris literis liquet, uti etiam ex iis, quæ juxta Tali- cos superiùs ostenduntur. Quod autem ad aliarum Civita- seu Gentium Deos heic artinet; scimus quidem apud Helle-

^x legi θεοὺς κακολογήσεις Diis non maledices, seu Diis non⁷ Exod. 22. heis, uti vulgata. Sed Deorum ibi notio habetur, qualis in il- 28. leus stetit in Synagoga Deorum. In medio autem Deos dijudi-⁸ Psal. 81. 1. tuonsque judicabitis perversè? Ita de Judicibus seu Principi- on de fictitiis diis locus capiendus. Rectè de more apud Ju- oquendi Origenes⁹; Judices inquit ἐλέγοντες εἴναι θεοὶ πατέρεις¹⁰ Contra Cel- λαγῶν οὐθεὶς Dii esse dicebantur ex more quodam Iudeis Patrio. sum. lib. 4. sunt לְקָדֵשׁ אֱלֹהִים לְאֱלֹהִים quod sanè ex nuda sermonis vi rectè verti, Deis seu Deo (ex pluralis numeri usu), non maledices. pressim ibi Onkelus לְקָדֵשׁ אֱלֹהִים לְאֱלֹהִים Iudicibus non maledi- sonsona est Paraphrasis Jonathani tributa. Judæi item Mau-

ritanicenses حاملاً لا تشنّت *Iudicibus non maledices*, quemadmodum & Saadias in Arabica sua, & Tawasius in Persica versione Judæi item ibi Hispaniensis *Iuezes no maldigas*. Sed Salomon Jarchius ibi *הרי זו אזהרה לברכת השם ואזהרה לקללה דין* ecce, inquit, tam interdictum heic de Maledictione Nominis seu Numinis

^aGemar. Hie Sanctissimi, quānde execratione Iudicis. Alii^a tantundem. Neque resolymet. ad deest Rabbinus in hodiernis, qui Philonis illam, de Diis non male-^bsunt. Sanhe-^c dicendis, velut ex lege Mosaica haustam sententiam satis^b amplexetur. Atque ex hoc loco hallucinatum fuisse Josephum, sunt^c qui o-

^bR. Simone pinentur. Et Baronius^d de eo; communis in dictum illud Exodi Luzzaro, (Diis non detrahes) vulgata illa ferebatur interpretatio, ut neque in se circa il. Deos Gentium obloquerentur. Ad illud scilicet Alexandri de Apo-^e stolorum in Epheso modestia, Adduxisti^c homines istos, neque facri-^fsiderat. 13. legos, neque blasphemantes deam vestram. Ita etiam intellexit o-

^cPetr. Cuna. lim praeceptum illud in Exodo Julianus Apostata^f, quem refellit S. ^g de Repu-^{blic. Hebr.} Cyrilus Deorum ibi nomine viros dignitate praecellentibus contineb.^h lib. 2. cap. 21. afferens. Quæ Christiani Scriptores hac de re habent, obvia sunt.

ⁱAnnal. rom. Sed verò, tam Josephum, quām Philonem, par est ut credamus, po-^j 1. A. Chr. 57. tius illud suum de blasphemia in deos alienos ex alio hausisse Pra-^k ceptum sacro, quod sequenti Exodi capite legitur, de diis alienis non

^lApud D. nominandis seu memorandis. Nam & Josephus citato capite in-^m Grylliūm, lib. 7. in Iulia-ⁿ ter leges habet Mosaicas μὴ Βλασφημεῖν nec conviciandum, judici-^o num.

bus presentibus. Et Philonium ex praecepto illo suum sumpsisse, pa-^p lām facit ipse ejusdem verborum in libro tertio de vita Mosis con-

^qExod. 23. 13. textus; quem vide. Præceptum autem Sacrum^g de diis alienis non

nomi^h nadis seu memorandis ita se habet;

שְׁאֶלְיָהִים אַחֲרֵיכֶם לֹא תַזְכִּירוּ לֹא שְׁמָעֵנָה פִּידְךָ

מְרוּבָּתָה; non audietur ex ore tuo, seu ut codex Samaritanus נְאָזְנָתָה non memorabis; nec audientur ex ore

תְּזִכְרָתָה וְלֹא יִשְׁמַעַן עַל פִּידְךָ tuo. Ubi Chaldaeus habet וְנוּ וְשָׁוּם טָעוֹת עַמְּמִינָה & nomen Ido-

lorum Gentium non memorabis &c. Hellenistæ aliquæ Orientaliūm, juxta ac vèrtimus. Interpretatio autem legis hujus apud Ma-

gistros duplex ferè habetur. Alia quæ ad simplicem ipsum nomi-^o nandi seu memorandi deos alienos actum attinet; alia quæ vora

ac Ju-

ac Juramentorum nomine concipienda, præstanta, atque Socie-
atem, qualis sine juramento mutuo rectè consistere nequeat, cum
Gentili, dum Idololatra est, incundam negat. In iis, qui primam tra-
lunt, alii veteri volunt tantum eorum nomina, quibus tribuitur ^h cis ^b Vide An-
divinitas aliqua, non autem propria nomina, quæ discriminis fo-
sim gratiâ sine expressâ divinitatis notione solent usurpari; veluti Aboda Zara
doloch, Bel, Mars, & quæ sunt similia. Atque ita sanè legem hanc
scram explicat etiam Tertullianus ⁱ. Alii verò ne simplicem inter ^d De Idololo-
quendum nominum eorum memoriam inde admittunt ^k, אֱלֹהִים ^j tria, cap 20
^k R. Nach-
^l ne quidem tametsi divinitatis eorum mentio non manides in
t. Adeo ut nec Chemosh, nec Milcom, nec Asima, id genus ce- Pirush Tor.
a in sacris literis deorum Gentium nomina sic memoranda esse fol 134. b. G. de Gloss. Iar.
cant, sed cum contumeliâ scuprobro tantum designanda; veluti chis ad Exod
זעמד עמי ביו Idolum seu abomination Moabitum, Ammonita- 23. 13. Cf. ib.
Hamathitarum. Inde hi, illicitum, aiunt, dicere Paul. Fagiū.
בְּפֶן y mecum moraberis die festo Idoli Gentibus culti N. & simi-

Sed & sunt qui, dum simplicem nominum usum vetari aiunt, nihilominus de Diis in sacris literis sparsim nominatis non iugi afferunt. Unde Maimonides¹; quem & sequuntur alii, **כָּל עַז** הכהובה בכתב הקדש מותר להזכיר שמה כגון פָּעוֹר וּבָל וּנְבוּן Omnia Gentium Idolorum in sacris literis memoria- fas est nomina memorare, veluti Peor, Bel, Nebo, Baal, Gad, & id genus cetera; quæ & in scriptis Talmudicis passim occurrit. Sed & in illis Merkolis pro Mercurio, alia item **מֶרְקוֹלִים** parilis apud Ebraeos existimationis. Hoc verò genus in sa- libris non nominatum, memorari aliqui^m aiunt nunquam **לְטוֹן** seu contumeliosa aliqua syllabarum, sive inversione, curtatione, aliave ejusmodi notâ, quâ opprobrium ingeratur. em interdictum sacrum sumunt (atque receptio est hæc sen- de non ineunda cum Gentili, dum Idololatra est, societate, il- ligunt perinde ac si dictum fuisset, cum Gentili seu Idolola- etatem minimè in eas, ne forte inde adigatur ille ad jurandum suos, & tu sic in causâ sis, ut velut Dii, seu non sine divinita- tere, ii non solum memorentur, sed & habeantur. Atque **לְעֵדָה** quod ex ore tuo vertimus, interpretantur pro eo quod est, per

est, per te seu ex ratione societatis ejusmodi à te initæ. Atque ex pili ratione, tūm votum nuncupari nomine Idoli alicujus, tum iurati-

¹ Halach. A- mentum per illud præstari ea lege volunt interdici Maimonides²;

תנור בשם פכורה זורה והנשׁבע בה לokaה שְׁנִי ושם אללהים אחרים לא

cap. 5. ³ Hal.

Sheluchin

Wefoth-

phin cap. 5.

Addo ⁴ sosem

Mikor ⁵ prac.

Negat. 32.

Exo. 23. 13.

nomine Idoli concipit, & qui per illud jurat, vapulat. Nam & lex

sacra est⁶, & nomen Deorum aliorum non memorabitis. Nequedi-

versa est ratio ejus, qui sibi sic juraverit, & qui Gentili. Etiam u-

fas habetur adjurare Gentilem per id, quod is timet; & quidem mem-

rare Idola seu cultum ejus sub ratione juramenti, pariter vetitum.

Subjungit autem paulò post Maimonides מודרגו לאחרים טירדו

ו-טיק'מו בטעם עבודה וזה In vetitis etiam habetur in causa esse, si

quis aliis sive votum nomine Idoli concipiatur, sive nomine ejus pa-

? Tis. Sanhe- ctum confirmet scujuret; quæ omnia partim item in Misna⁷, par- drin ca. 7. ⁸ Gem. Baby- tim in Gemarà Babylonià occurrunt. Neque aliter intelligunt il- lon. ib. fol. 63. lud Mishnæ qui votus concipiatur, aut jurat nomine Idoli, præceptum negativum violat, id est,

Legem quam diximus de non nominandis diis alienis. Sed & ver-

ba illa Mishnæ vir doctissimus vertit; qui votum concipiit in nomine

ejus, arque id ex solvit nomine ejus, violat interdictum. Poena autem

forensis, id est, heic verberum, non infligebatur ex hac lege, nisi ei-

à quo, aut votum conceptum, aut juramentum præstitum fuerat Ido-

li nomine. Maimonides; והטק"ס אונ לokaה אלא הנור בשםה ו והטק"ס

בשםה והוא הנשׁבע בשםה Sed nemo vapulat, (ex legis jam dicta

violatione, quam ibi interpretatur,) nisi qui votum conceperit, au-

pactum confirmaverit, id est, qui juramentum præstiterit illius nomi-

ne. Neque enim Idolatriæ speciem faciebant hujusmodi sive Vota

sive Juramenta. Neque divinitatem aliquam Idolis inde tribui existi-

mabant. Nam sic suppicio ultimo punta fuissent, juxta capite pri-

mo dicta. In iis vero censebantur interdictis

שאץ ביהן לא כרת מיתה בד שלוקין על עליין, quorum ob violationem (in sacris literis)

neque Excisionis pena, neque ultimum supplicium, quod forentur, est,

præstabilitur; sed ex more recepto verbera debentur. Horum Nu-

merus est C L X V I I I . Simul alibi ⁹ à Maimonide series eorum ex-

hibe;

¹ Halach.
Sanhedrin
cap. 13.

hibetur. Unde licet heic obiter diligentia in prolegomenis ad libellum de Successionibus in Bona defuncti lapsum corrigerem, ubi hāc delege verba fecimus¹. Numerum ibi, adepto denario, corre-^{Edis. Land}
dum sequatur, Octauus ibi est de רְנָשָׁבָע בְּשִׁמְךָ co qui per nomen Dei<sup>1636. pag. 12.
Lugd. Batav.</sup>

ligni juraverit quod & fusiūs &c. Certè legis illius Sacrae interpre-^{1638. pag.}

ationi illi de juramento haud parum accedit versio vulgata. Etenim **3.

diserte, *Per nomen externorum Deorum non jurabis, neque au-*

etur ex ore vestro. Ceterū in sententiarum, quas diximus, Tal-

idicarum discrimine nihil reperitur, quo illud, quod de alienis diis

in blasphemandis apud Josephum & Philonem occurrit, omnino

autatur. Quin Magistri, qui *abominationis, rei execranda*, id ge-

s alia contumeliae nomina decorum mentioni (qui itidem mos

Sacra Scripturæ) adjici volueré, planè non sine blasphemia eos à

eis nominandos docent. Et exemplum est ea de re illustre in Hi-

a sacra¹ de Elia & Baalis Prophetis. Atque ubi de abolendis Ido-

ix mī i y id est Idolatria nomine designare solent, loquuntur

stri¹, expressim interdum adjiciunt שְׂצִירָה לְכֹנּוֹת לְה שְׂמַחְנָא^{In Shulcan Aruch, lib.}

ere ei nomina contumeliosa & opprobria ingerere. Ceterū

lege sacra obtinuit apud aliquos opinio, (qua heic non præ-

tenda,) Gentilium nemini licuisse, Numini patro, seu quod

lul patrium coluerit, maledixisse. Quod de Gentili apud E-

qui nondum solenni ritu Proselytus domicilii factus est, intel-

imi. Verba sunt legis² superius etiam adductæ, quicang³, ma-

לְאֱלֹהֵינוּ id est, Deo suo, portabit iniuriam suam; ubi para-

לְזִיאֵלִidi tributa habet שְׂמַחְנָא כִּיּוֹת אֱלֹהֵינוּ cognomini Deisui.

utionis formulā interdici volunt nonnulli⁴, non solum cun-

talium Numinis sanctissimi ac Unici maledictionem; ve-

m Gentilibus, apud Ebræos, maledictionem Deorum, quos fol. 267. col. 4.

verant. Neminem scilicet Gentium Deo suo fictio, cui

renuntiaverat, maledixisse, sine interdicti illius violatione;

pena mortis ibi prescripta ad eos tantum attineret, (ut & ver-

stea sonant) qui Deum verum, ejusq; nomen sanctissimum

uerent. Sed disciplinæ Talmudicæ seu quæ Magistris rece-

uantum video, nimis est hæc diffona. Et de hisce hactenus.

¹ Videbis A-

barbinel in

Pirush Tora

fol. 267. col. 4.

² Theodore-

sum, item

Augustinus,

alios, abi.

DE
JURE NATURALI
 ET
GENTIUM
 Juxta Disciplinam
 EBRÆORUM,
 LIBER TERTIUS;

46. Col. 2. Aestimationes universæ Misra. ^o Ge-
mar. Baby-pretia (ab Israelitis scilicet præstata, juxta legem ea dcre sacramⁿ) in
lou. ad iur. Tempeli refectionem ob-signata conjiciebantur in conclave, quod erat
Erakin cap. 1. fol. 5. ^p 6. in Templo eis, qua erant reficiendo Templo Sancta, proprium. Si
^q Levit. 27. verò si Gentilis, sive sui ipsius, sive alterius Prerium voverat, solvebatur
quidem quantum voverat. Id autem in conclave illud neutiquam

conjieciebatur. Quoniam à Gentilibus accipienda non erant sive
Vota sive Oblationes Spontaneæ, aut in Templo, aut in Urbis Sanctæ
refectionem; juxta id quod dicitur^r non est vobis, sed nobis adspicitur.

^s Ezra 4. 3. Nebemia 2. re Templum &c. atque item illud^t, & vobis non est pars & justitia
20. (vocabulum idem significat insuper Eleemosynam) & memoria in
Ierusalem. Ad hunc autem modum cum Votis & Spontaneis Gen-
tilium Oblationibus agi solitum. Querebant à Gentili, quo animo
aut ratione Votum suscepisset? si responderat, id se fecisse juxtarati-
nem E.

nem Ebraicam (id est modo ac ratione, quâ simplicia suscipere solebant vota Ebrai, non peculiari aliquo ipsis ritu) erogabat, quod sic præstatum est, Synedrium (Magnum) idque pro suo arbitrio, ita tamen ut nihil inde in Templi refactionem Vrbisve impenderetur. Quod si responderat, tantum se Deo vovisse, in ararium conjiciebatur. Hacdenus ille ad Talmudicorum veterum mentem. Ita demum ex Testimoniis hisce liquet, nullum sive animal sive munus aliud sacrum (veluti Fruges, Pecuniam aut Utensilia) recipiendum fuisse velut Sacrificium aut Oblationem Gentilis seu Proselyti Domicilii præter id quod Sponte seu Voto Simpli, non omnino ritibus moribusve Ebraicis peculiaribus commisto, offerebatur. Nec animal alii offerendum illius nomine alio ritu quam eo, qui Holocausto Simplici sine Libaminibus, Manus Impositione aliisve sacrificandi ritibus, quos habebant sibi ipsis proprios, competebat.

C A P. V.

Testimonia de Festorum Observatione Proselytis domicilii, seu Gentilibus in ditione Israelitica interdicta omnimodâ; utcunque sacra suis Tempora alias promiscue eis permitta fuerint. Talmudicorum item de Legis Molaicæ observatione eis ibi verità, sententia.

 Quid ad Tempora sacerorum attinet promiscue, ut diximus, Proselytis domicilii permissa, id ex testimoniis, quæ ea de re habent, ita interea (ut monuimus antè) intelligendum, ut nec Festi dies in ditione Israelitica ipsis permitti sint ulli, nec, puto, Horarum illarum ex more Ebraico Preceptibus præstitutarum observatio, saltem publica. Par enim videtur heic ratio Horarum & Dierum ex eo quod de Festis juxta Talmudicorum veterum ⁹ mentem docet Maimonides. Sic enim ille⁹, Sanhedrin. גוי שבת אפיקו ביום מימות החול אם עשאו לעצמו בכיו שבת ח"ב Halach. Me si Gentilis (in ditione Israelitica) lakim cap. 10 Sabbathum celebrarat, licet id fecisset in diebus profestis, si velut sibi ¹⁰ videbis Iosephum Albo Sabbathum id haberet, etiam mortem merebatur. Quod pariter dicendum, si festivitatem sibi (ibi) præstiterat aliquam aliam. Nimi karim part. sum gra-

⁹ Gemar. Babylon. ad iis. ¹⁰ Sepher I. 3. cap. 19.

rum gravissimè ex Jure Interveniente puniendus. Et demum summis erat, ut extra limites sui seu Noachidarum Juris Sacra illi nulla permetterentur. Idem Maimonides; נללו טל דבר אין מניזן אורתן לחדרת; תולעות מצות לעצמן מודעמן אלא או היה נר צדק וקיבל כל המצוות או עמוד בתורתו ולא יסף ולא יגרע summa est; non sinebant Gentiles (in ditione Ebraica) novum quid moribus suis adjicere, sibiive precepta ultrò facere. Sed eorum quisque aut Profelytes Inscripti fieri debuit atque universa Legis observationi nomen dare, aut suā in Luge manere, nec augendo eam nec minuendo. Et paulò antè ^{נ"ש} שוק בתרורה ח"ב מיתה לא יסוק אלא בשבע מצות שלhn בלבך Gentili qui Legem (Mosaicam) observaret, reus erat mortis; quippe cunctum observanda erant Septem Præcepta Noachidarum seu omnium hominum Communia. Id quod sumitur è Gemara Babylo-

^{Adr. San.} ^{n"ש} שוק בתרורה ח"ב מיתה טן תורה צוה לנו משה ^{Cap.} ubileginus, מורה לנו מורשה ולא להם וליחסבה גבי שבע מצות Gentili, qui ^{7. fol. 59^b.}

Legem (Mosaicam) observaret, reus erat mortis (quod de Profelyto domicilii aut Gentili in ditione Israelitica dici manifestum est). Nam & dicitur, Legem præcepit nobis Moses in hereditatem. Nobis est hereditas seu velut peculium, non Gentilibus, quibus meditandum est de Præceptis suis Septem. Quod verò dicitur reum fuisse mortis, ita capiendum; ex vetusto aliquo more seu Jure Interveniente seu Veterum sententiâ non planè rejiciendâ, morte plectendum fuisse Gentilem ob hujusmodi observationem; cum nihilominus ex recentiori Ebræorum, dum res eorum stetere, more flagris duntaxat coerceretur ejusmodi observatio. Idem Maimonides; ס"ז ק"ז טורה או שבת או חותם בר מכך אותו וועונשין אותו ומודעין אותו טהרה א� שבות או חותם בר מכך אותו וועונשין אותו וזה ואינו נהרג Quod si observaret Legem (Mosaicam) aut Sabbathum seu Festum celebraret aut quid ejusmodi innovaret, flagris puniebatur; non sine monito, mortem eum mereri i amesfisi

^{Contra Apo-} non afficeretur. Huc facit & illud à Josepho dictum, Proselytos do-

^{enem lib. 2.} miciliis seu Gentiles obiter in ditionem Israeliticam olim advenien-

^{Preparat.} tes non debuisse αιαμηγνυσθε τη σωμηταις seu, ut legitur ex eo apud

^{Evangelic.} Eusebium ["] citatum, τη σωμηταια, miseri solennitatibus seu confu-

^{lib. 8. cap. 8.} tudinibus Ebræorum, quod & supra memoravimus. Unde etiam

^{Lib. 2. pag.} Locum
^{178.}

cum Egesippi apud Eusebium¹ exagitat Josephus Scaliger²; ut
sicilicet Martyrium Jacobi fratri Domini excdens, ^{lib. 2. cap. 22.}
^{τὸ πάσχα συνελθούσιος πάστας αἱ Φυλαὶ μὲν ἐπὶ τῶν ἔθνων pro-}
^{Festum namque Paschatis, non solum omnes Iudeorum tribus, ^{feb. ad num.}}

^{2077 pag. 171}
multi etiam ex Gentibus convenierant. Ad hæc Scaliger; quis
o audivit, aut legendo didicit, Gentes die Azymorum Hiero-
a convenire solitas? Gentiles sanè adorabant, immolabant,
solvebant suscipiebantque in Templo Hierosolymitano, non ca-
rim nec conducta profectio, sed Singuli, & ut quemque ne-
io sua aut casus Hierosolyma tulerat; non autem us Gentes sibi
erent diem θεοφορίας in festo ullo Iudaico, nedum in Azymo
solenni, à quo omnis incircumcisus summovebatur. Cetero
cucus supra è D. Joanne de τῷ Ἑλληστί Hierosolymam ascen-
sus, utadorarent in die Festo, capiendus sit de Gentilibus, non
enīstis, tunc non omnino erit quòd de Gentilium in Festo
inventu dubitemus. Celebrare quidem Festum Paschatis
yntorum¹, Gentilibus Hierosolymis non permisum, uti nec
minino Festum. At interesse tunc ut inspectores (locis sibi
itis, de quibus statim) neutiquam prohibebantur, sive con-
fœctione, sive singuli convenienter. Et Dionysius Pet-
animadversione Scaligeriana in illum Egesippi locum, De
es, inquit², absurdum est negare, illos cum aliis temporibus³ Ad Epis-
rum solennibus, tum Azymorum diebus, quod Festum longè ^{pham. Haref.}
eos celeberrimum fuit, Hierosolyma confuxisse. Ad quam ^{78 seu Anti-}
dicomaria-
m illum D. Joannis etiam trahit, & Egesippum defendit. ^{nisi pag. 333.}
on videt propter Festum convenire id satis ibi denotare ^{& vide Pe-}
solennibus quidem Ebraicis, in Urbe, ut Peregrinos, in-^{rum Hal-}
tamen Celebrationis Festi rituumque, qui planè Gentili-^{lois in Illu-}
participes fieri. De eo verò quod obiter, in jam cita-^{Oriente. Scri-}
paci, id est, diei in dierum à rerum Conditu periodis Septi-^{3. Vita Ege-}
atione, veluti Iudeis solum propriâ, occurrit, diligentius
frā^b videbimus.

De Locis, sum Interdictis, sum Permissis Divino Gentilium Cultui Hierosolymis, Testimonia Ebraorum. Templum *sunt inde pro Montis Templi extra eam, que vulgo pro ipso Templo solum sumitur, structuram, spatiis intelliguntur.* Ibi Gentilium Cultui Locus. Atrium Gentium Doctorum Virtorum est Christianis, de Genealium Hierosolymis Cultu suffragia. De Gentilium Holocaustis, etiam post Templi excidium, Talmudicorum sententia.

Sequitur ut Testimonia de Locis, quae Proselytis Domus eius Gentilibus sive ad Preces solemnius effundendas Adorationesque sive ad Hostias offerendas in Templo, seu juxta illud, Permissa Interdicta, videamus. Accebantur illi, in Templo saltem Herodiano (quod Zorobabelianum plerunque imitabatur, uti & hoc Salomonicum) non solum a Sacerdotum Atrio, uti & alii Israëlitæ Laici, coque quod Israëlitæ Laici & qui ipsorum Jure pariter fermè in ceteris fruebantur, Proselyti Iulitiae, tertioque quod Mulieribus proprium erat, verum etiam ab ipso Intermurali quod חיל nuncipant; loco scilicet latitudinis decem arietorum, qui muros Templi vulgo & signantibus dicti præcingebat. Ad eo ut nec intra eum Precari, aut Hostias sive Immolare sive popis aut Sacerdotibus in Holocausta offerre Gentili fas esset; sed tantum in Monte Templi (Monte scilicet Moriah) seu spatiis ac porticibus exterioribus, quibus etiam, uti & ipsi Monti, Templi nomen subinde tributum. Rem ostendit ichnographia, quam ob oculosponimus. Talmudici de diversis Sanctitatis gradibus in locis, de quibus nunc

ה' הבית מקודש מן העיר שאין זבין וזבות,⁴ מוקדש לשלט החיל מקודש ממנו שאין גויים ותמא כתם.
ז' מזוזות כננים לשפט החיל מקודש ממנו שאין גויים ותמא כתם.
ג' מסמונ-
ז'ides halach. Mons, Templi (qualiscumque scilicet pars eius inferior, seu Intermurali exterior) Sanctior ci-
Bith habe-
ohirat cap. 7. Urbe, (quæ Sanctior habita, quam alias Terræ Sanctæ regiones,) qua-
niam in cum non admittebantur, sive viri, sive Fœmina Semini pro-
fluvio laborantes, nec menstruapatientes nec puerperæ (nondum rite
lustratae.) Intermurale Sanctius est Monte, (partibus ejus exterioribus)
quia intra illud non admittebantur Gentiles, aut qui cadaveris causa
immix-

ad pag 298.

ORIS ENIS ABS MJS


Vallibum Templi aream

ad Hebreos

grue

cub. 30.

Cubiti. 300.



1830-1832

in an attempt to find a

new home

A. C. T. M. A. D.


105.

Cubiti.

5 10 20 30 40 50

ad pag: 298.

ASPECTUS LATERRIS SANCTUARII ET COE=
naculi ac Turris superstruente vestibulo.




Cubitor: 50. altitudine primae conatus: cubitor: 40. altius secunde.

Longitudo edificij separati versus ad viam respiciensem ad mare .90. cubit:

Altitudo magnifica cubitorum.

V.6 Cubieri.

5 10 20 30 40 50 ad pag. 298.



Altitudo ante cubitorum 40. cub. 10. altitudo triginta cubitorum.

Tos murorum Testudinis atq; Cœnaruli aule sancte ostendens faciem S.S.

Prospectus testudinis murorum &
arce Testamenti cu



immundi erant. Atrium mulierum Intermurali Sanctius erat &c. quemadmodum & Israeliteum Laicorum atrium, eo quod Mulierum erat, & Sacerdotum eo quod Laicorum, ut ibi sequitur. Et tametsi immundos alias pariter habebant Gentiles atque eos, qui seminis aut sanguinis profluvio immundi erant, (ut ante^d monitum est,) nihilominus hac in re immunditatem ipsorum ei, quae erat eorum, qui cadaveris tacti causâ immundi erant, & equiparandam volebant. Urbis autem aream usque ad radices Montis Templi, solenni nomine vocabant ^e מַחְנָה שָׁרָרָא Castra Israeliteorum; quae inde ad portam Orientalem, לֹוִיה מַחְנָה Castra Levitica; & demum quicquid erat inde Templi in atriis, conclavibus, ceterisque structuræ partibus, מַחְנָה כָּבֵד Castra Divinae majestatis appellata. Ita nec in ipsa Castra Divinae majestatis seu Templi cum vulgo tantum pro eo quod porrâ illâ interius erat sumptuosa partem ullam, nec quidem in Intermurale introitus Gentili licitus. Ceterum quacunque in parte Castrorum Leviticorum seu Montis Templi, quae Intermurali exterior erat, fas erat ei Precari & Sacrificia atque alia, sed tantum, quae diximus, offerre. ibi etiam Immolare, quod Altari à Sacerdotibus consumendum. Nam tametsi regulariter ex Lege Sacra^f immolationes interius fieri^g Leviric. 19- debebant, (ut interpretantur Magistri,) nihilominus etiam extrâ^h eas 4 L. II. &c. tè fieri admittunt, quoties, qui suas ipsi immolarent victimas, obⁱ Maimonis singularem aliquam sui qualitatem propius accedere non deberent. des baluch. Maigshe ad quam rem animadvertisse est locus jam antè de varia Loco Korbanoth cap. 18. um Sanctitate è Talmudicis allatus. Sed saepius nummi accipie- antur in victimas impendendi, item ipsæ victimæ popis, qui immo- cent, traditæ^j; unde facile siebat, ut quod extrâ à Gentili offere- r, intrâ ritè immolareetur. Atque ita igitur juxta Ebræos capien- bide si sphi- um illud supra capite quarto memoratum de Gentilium precatio- longm. lib. de- n. Victimæ & l. 1. cap. 10. bus in hoc Loco, in Salomonis^k ad Deum O. M. oratione (si pri- Regum. 2. i & secundi Templi parilem admittant heic rationem) uti & illud 42. cphi^l de Alexandro Magno; αὐτὸν τὸν Ιησοῦν καὶ τὸν Θεόν Orig. th. n. tendens in Templum immolavit Deo, quod de Zorobabeliano di- cap. 8.

m. Nimisrum ob Templi vicinitatem & singularem Loci San-

atem, porticus & spatia, quæ fuere alia extra Intermurale Loca

Montis, quā ascendebatur ad Templum, id est, tota Castrorum Leviticorum (ut Spatium illud nuncupabant) area, Templi etiam nomine veniebat, quod plerunque tamen pro eo, quod Intermulari in-

⁸ *Halo*, lib. 6. terius erat, tantum sumebatur. Etiam Josepho¹ scimus, qui Herod. cap. 14. gr. 6. dianum describit, Primum Templum (id est ἱερὸν) & Secundum me-
*Lvi. &c. Ori-*gin. lib. 15. morari. Ad Frontem autem secundi, columnis inscriptum literis
cap. 14. *Vide* tum Græcis tum Latinis, μὴ δὲν ἀλλόφυλον ἔντος Γαγέα πατείνειν Α-
Constantin.

⁹ L' Emperorienigenam seu Gentilem in Locum (illum) Sanctum transire non de-
eur ad 111. bere etiam Γαβαπῆν ἀπελεύθερον τῷ Ζημίᾳ, sub interminatione pene
Middoth

¹⁰ *Capit. 2. sect. 3.* Capitus. Atque ita, quod in Monte exterius erat, pariter Templum
p. 2. 44. 45. habebatur, in quod Gentilibus aditus licitus. Alibique idem Jose-
ph. 190.

¹¹ *Contra 1.* phus de Templo verba faciens, quatuor, inquit^m, porticus habuit in
pionem lib. 2. Circuitu, & harum singula propriam secundum Legem habuere cu-

stodiā. In exteriore itaque ingredi Licentia fuit omnibus, et-
iam alienis. Mulieres tantummodo menstruatae transire prohibe-
bantur; quibus ex Talmude vides superius conjungi alios, qui juris
parilis. Quod de porticu Montis Templi Internrali exteriori capi-

ⁿ *Joseph. 2.* endum. Quò spectat & illud in Antiochi Regis diplomateⁿ, *ut*
vig. lib. 12. c. 3. deni εἰσὶν ἐναρτάλλεοφύλακες πὺ τελεολον εἰσίνειν Γεροῦ, τῶν ἀπηροεδο-
ψικῶν τοῖς Ιεράρχοις, εἰ μὴ ὅς αὐτοὶ ἀγνοεῖσιν ἔθμον καὶ τὸν πάτερον νό-
μου Nemini alienigena liceat intra septum seu Peribolum Templi
ingredi, eoram scilicet qui à Iudeis ingredi prohibetur, prætereos quis-
bus iustratis fas est juxta prescriptum legis patriæ. Nimirum præ-
ter Gentiles seu alienigenas in Iudaeorum ritus transcuntes, seu Pro-
sclytos Justitiae & Libertinos, qui Juris non diversi. Intelligunt heic

^o *Vide Con-* viri docti nonnulli ^o Templi nomen in Evangelio interdum pro-
stantinum L. Porticibus aut Locis intermurali exterioribus. Hinc etiam ritè ca-
coitato &c. piendus Locus ubi festis diebus celebrioribus cohortes Romanæ

^p *Orig. lib. 20.* Stationes habebant ad Custodiā. Cohabituræ scilicet tumultum,
cap. 4. &c. 7.

^q *In Appar.* si quis forte existeret. Quia de re vide Josephum P. Si quis de situ ho-
eus, in Liba- rum Locorum in Monte Templi plura velit, præter Josephum scri-
mo.

^r *Comm.* in ptioresque ad libros Regum obvios, & qui de tota Templi fabrica di-
concordiam ligentius scripsere, Christianos, veluti Bedam, Ariam Montanum^q,
Ecclesiastic. Franciscum Riberam, Adrichonium, Sebastianum Barradium^r,

^s *cam. 2. lib. 3.*

J. Bapti-

J. Baptista Villalpandum, Joannem de Pineda^f, Ludovicum Capellum^t, adeat Moses illos Maimonidem^u & Cotzensem^x & Tractatum Talmudicum *Middorh* seu de Mensuris Templi, qui à V. Cl. Constantino L' Empereur Latinè pridem versus est: ubi habetur etiam Templi sciographia Talmudica affabré delineata. Eam verò compara cum illa, quæ Ebræi ipsi conjunctim interdum exhibent cum Tractatuillo; qualcm vise ad calcem ejusdem in *Mishnah*^g Pragæ olim editis simùl cum Commentariis RR. Obadiæ Bartholomæi & Jom Tob. Locus, etiam in quem patebat Gentilibus in Montis Templi, Sacrorum causâ, aditus, Atrium Gentium non roridicitur, quod & ^y non semel in Federe Novo *Porticus Salomonis*, ut volunt aliqui, nuncupatur. De Atrio illo videsis Adrichomium^z. Et deo fusissimè disputant J. Baptista Villalpandus^a, & Joannes de Pineda^b, coque nomine fuisse Atrium tam in Salomonico quam in Zorobabeliano atque Herodiano Templo, multis pertendunt. Huc continent loca aliquot S. Scripturæ^c de Gentilibus Templo, sed non litter atque dictum est, arcendis. Et Hierosolymitani D. Paulum, um viderant Trophimum Ephesum familiarius ab eo in Urbe hanc, unde & existimabant, ipsum ei in Templi interiora comitem fuisse, incusant, quod Gentiles induxit^d in Templum & violavit sanctum Locum istum. Templi verò Hierosolymitani nomine quod דָמֵם Domini, & domum Sanctam & domum Electam (citant Ebræi) intelligi subinde non modò sanctiore illam structum quod vulgo Templum dicitur, verùm etiam vicina, sed in Mon- continentia, quæ diximus Spatia, inque eis tum Porticus tum Lo- qualiacunque hypæthra, absolum magis non est quam Pomæ- m & suburbana ædificia & vicos Urbis Romæ^e, subinde etiam a- rum, nomine, vicinas etiam Ecclesiæ Christianis domus, hortum areas, nomine interdum Fcclesiæ parilique Jure insuper hortum mus legatæ nomine contineri. Si Testator, inquit Papinianus^f, domus causâ comparavit, ut amaniorum domum & salubrio-

^f De Rebus Salomonis lib. 5. cap. 5. §. 19.

^g In Compensatio Hisp. Insulae subjunctio Historia Apostolica.

^h Halach. Bith habchira cap. 6. & seqq.

ⁱ Praecepit. Affirmat. 163 A.D. 1- post. 3. n. &

^j 5.12. Theat. Ter. ra. Sanct. p. 162.

^k Explan. in Ezeciel. tom. 2. part. 2. lib. 1. cap. 9. & lib. 3. cap. 9. II. 14. & 27. & lib. 5. doff. 4. cap. 60.

^l De Rebus Salomonis lib. 5. cap. 5. §. 19. Gedesia Abulensis. ad 3.

^m Regum cap. 6. quæst. 21. Lucano Euro genf. ad 8. Mart. 21. 12.

ⁿ Sebastianum Barradium Comment. in Concord. Eg- angelic. Tom.

^o 2. lib. 3. c. 29. ^p 1. 91. Prad. D. de Legatu s. Capola de Servitut. Vibau. Prad. cap. 76.

rem possideret, aditumque in eum per domum habuit, & adiunctorum eius additamentum fuit, dominus legato continebitur. Et de civilibus Urbis oppidive finibus, vide quae inferius^h occurunt, ubi de itineri Sabbatico obiter agitur. Etiam apud Gentiles nonnulli Templum nuncupabant non solum quod potest claudi, verum etiam quod palis aut hastis aut aliquâ talire, & lineis, aut toris, aut simili reseptantur quod eçfatum est. Scilicet cuius fines sive ab Augure sive à Ponti-

¹ In Aeneid. fice effati sunt. Verba sunt Servii Honoratiⁱ ad Virgilium. Et Templo. ^{4.} & Vide Ios. Scaliger Platañ subdalia & arboribus finita quam tecta & muri inclusa ve in Festum, teribus fuisse scimus ex Varrone^k, Vitruvio^l, aliis. Quam vero liter peculiare fuerit Judæorum immolationibus, nec Gentilium permisum, Templum Hierosolymitanum, ita vulgo, id est, stridior sensu nuncupatum, recte innuit Otto Episcopus Friesingensis, ubi de

² De Lingua Lat. lib. 6. Pompeio, Inter alia Orientis regna, inquit^m, Hierusalem veniens, lib. 1. cap. 2. &c. captâ civitate, Templum, quo soli populo Dei immolare licuit, oblati hostiis polluit. Sed quod de polluto ex hostiis à Pompeio oblati

Templo habet, (ut obiter id adnotem,) hallucinatio est. Id quidem est verum, apud Zonaram legi, imperasse populo Pompeium purgare Templum & Iudeas vocivas & ritè sacrificare; atque apud Cedrenum, nisi Iudeas & templum sacrificia peragere; etiam ad Sancta Sanctorum antè accessisse, non ut veneratorem, sed ut profanato-

³ De Civit. rem, (quod ait D. Augustinusⁿ,) atque ita sancte Templum polluisse. Dei lib. 18. Et ex ejusmodi sive Græcorum, quos memoravimus, sive aliorum cap. 45.

⁴ Halofeas lib. 1. cap. 5. verbis forte illud suum, indiligentius advertens, sumpsit Otto ille Nam hostiis cum Templum polluisse nemo vetustiorum dixit. Hujuscerei autor vetustissimus est Josephus, cuius mens proculdubio, tametsi non verba, in scriptoribus illis. Josephi verba sunt; Postero die post excidium purgare Templum edituos jussit. nisi iudeas & templum Iudeas & sacrificia, que ritu solenni erant peragenda, peragere, seu solennia sacra celebrare ut vertit Ruffinus, seu celebrare affecta sacrificia ut Egesippus. Scilicet intermissum aliquantulum iugescificium ritè jussit instaurari juxta morem patrium, non devotione supplicis (ut verba sunt D. Augustini^o de reserato ab eo Templo) sed jure vitorie. Itaque non hostias obtulit ille, sed, ut suas non inter-

intermitterent Ebrai, imperavit vicit. Jam dictis lucem aliquantulam præbet, mutuoque accipit illud Taciti⁹; *Templum Hierosolymitanum intimum clausum. Adfores, tantum Iudeo editus; limine, preser Sacerdotes, arcebantur.* Placet Lipsio *Templum intimum* seu potius *interius*; nec immixtum. Nam quid *intimus clausum?* Quæ introitu in Sacerdotum atrium interiora fuere, *Templum Interius vocè* videtur. Nam ad fores ejusdem, *Iudeo tantum aditus;* per atrium scilicet in quod alienigenæ neutiquam admissi, sed tantum *Judæi.* De Gentilium autem Precibus, Adorationibus, Oblationibus, & Votis quæ diximus in Templo Hierosolymitano seu Monte Templi, iuxta jam ostensa, prater Scriptores Christianos numerosos illos, qui de Atrio Gentium obiter loquuntur, expressim etiam alii à Talmudicis edoeti iisque gravissimi summi que hominis. Josephus Scaliger¹; *Gentiles sancè adorabant, immola-* ^{Animad-}
ant, vota solverebant, & suscipiebant in Templo Hierosolymitano. ^{Vers. Eusebius}
^{num. 2077.}
 Quin & Hugo Grotius²; *inter ipsos Hebreos vixerunt semper ali-* ^{pag. 178.}
ni exteri homines ἐνεργοὶ καὶ σεργόμενοι τὸ Θεῖον, *Hebraicè אֱלֹהִים*³ *De Iure Bel-*
l ex Gentilibus, ut legitur titulo Talmudico de Rege. *Tatis quis est* ^{lae. Pacis 6.}
lege ^{1. cap. 1. §. 16.} *dicitur נָכַר בֶּן הַצְבָּב ubi Chaldaeus dixit incolam in-* ^{vide D.}
circumcisum. *Eli, ut narrant ipsi Hebraorum Magistri, Leges Ada-* ^{Marth. 15. 22.}
& Noa datas servare tenebantur, abstinere ab idolis & sanguini ^{10. 2. & 17. 4.} *Apof.*
& aliis, qua infra suo loco memorabuntur, at non item proprias le- ^{Legit. 22.}
Israelitarum. Itaq, cum Israelitis non licet vesti carne Bestia, ^{25. & 25. &}
efato suo periisset, peregrinis tamen inter ipsos viventibus id lib- ^{47.} ^{3. Deut. 14. 21.}
at. Nisi quisbusdam legibus specialiser expressum est, ut incola iis
minus quam indigena teneantur. Extraneis etiam qui aliunde
venirent, neque institutis Ebraicis subjecerentur, in Templo Hie- ^{1. Gide 1. Re-}
lymitano licuit ⁹ *Deum adorare, & victimas offerre, stantibus* ^{sum 8. 41.}
en in Loco peculiari ac separato à statione Israelitarum. Sic vir ^{2. Maccab. 3.}
stantissimus. Simile fermè reperitur in Ecclesiæ Christianæ vete- ^{12. 20. 18.}
noribus. In Templum admittendi erant ² *& Gentiles, & Judæi,* ^{Concil. Car-}
sque ad missam Catechumenorum tantum. Quæ verò sunt ha- ^{thsg. 4. cap.}
us dicta, ad secula attinent, quibus flotuere, saltem excise non ^{84. Diff. 1. de}
Hierosolymis res Ebraorum. Seculis autem, quæ inde secura ^{Consecrat. e.}
funt,

sunt, id est, post dirutum Templum, pristinam Loci sanctitatem iam aiunt retineri, ut ad sacrificia peragenda maneat ipsis etiamnum ei peculiaris, nec extra atrium seu atrii juxta superiorem delineationem spatia regulariter fas sit ipsis immolare aut offerre. At de Gentili-

^a *Maimonides halach. Maighshe Korbanoth cap. 19. 1. Bith habechira c.* מותרין להקריב עלות לטם בכל מקומות והזאת ^b טקניר בבמה שבנו ואסור לסייען ולעתות שליחותהן טהרי נאסר עלינו להקניר בזאת ומותר להוות להם ולטודם היאך יקריבו לטם האל *Gentilibus licet Holocausta offerre Domino quocunque la* ^c *corum* (neque enim post excidium Templi adeoque Reipublicae Israeliticæ, Jura ipsis Ebraïisque Intervenientia, quibus altaria intraditionem Israeliticam sibi erigere prohibebantur, vim retinere poterunt ullam ; & extra ditionem illam , nunquam non fuisse eis fas holocausta offerre existimabant) modo aram sibi extruant. Sed nobis nefas est illis opem prestare, aut procuratores agere. Quoniam nimis vetitum est nobis offerre extra Atrium. At vero fas est nobis indicare illis & docere, quomodo offerre debeant Domino Da Benedicto. Et in Gemara Babylonia, postquam de liberiori illo Holocaustorum vero Numini ante legem Mosaicam offerendorum ^d *Ad. Ze bachim cap. 14. fol. 115.* ^e *וְיָשַׁת בָּזְמָן הַזֶּה רְשָׁעָן לְעֹשֹׂת כֵּן* more verba fiunt, subjicitur ^b, *וְנַעֲנִית Temporis Gentilibus eoutifas est.*

C A P. VII.

De Sententia Christianorum aliquot Scriptorum; Res ipsas, veluti animalia, à Gentili seu Incircumcisio in Sacrificio rite non oblatas Hierosolymis, sed tantum earum pretia. Lex sacra quâ nitiuit sententia illa. Magistrorum interpretatio. Alia ex Scriptoribus Christianis circa antè offensa.

^f *Maim. iii. Siklim cap. 1. Et. & Mai monides halach. Siklim cap. 2.* **S**unt quidem in Scriptoribus Christianis, qui negent Sacrificia ipsa offerenda, à Gentilibus ulla accipi debuisse, sed tantum Pecuniam aut Pretium rerum, unde Sacrificia coëmerentur. Et sanè solenne satis erat ipsis Ebraëis pecuniam offerre pro singulis, quibus tenebantur sacrificiorum Oblationumque generibus, quæ in arculis (harum numerus erat tredecim) reposita à Sacerdotibus in sacrificium ipsum, seu id, quod

quod præstitutâ specie præstandum erat , ritè erogabatur. Sed Ni-
colaus Lyranus, etiam ex Judæus, de alienigena, qui, ut ipse ait, non
erat Iudeus natione, nec conversus ad Iudaismum; à talibus, inquit^d, ^{Ad Leg. 12. c. 22. nos. 12.}
non debebat accipi aliquid offerendum in altari. Poterat tamen
accipi pecunia vel alia dona, ex quorum pretio emerentur illa, que
essent offerenda. Et hoc modo dicitur, quod Seleucus Asie Rex ex
sumptibus suis præstabat ea, que pertinebant ad sacrificia. Alii hu-
ius sententiae sunt sequaces, in cam interim ducti interpretatione le-
gis sacræ diversa nimis ab ea, quam amplectuntur Magistri. Lex est
subjuncta eis, quæ de victimis tantum immaculatis offerendis latæ
sunt, hæjusmodi ^{Leg. 22. c. 22.} וְמִדְ בֶּן נָכֵר לֹא תִקְרַבְ אֶת לְחֵם אֱלֹהִים מִכֶּל אֱלֹהִים יְצֵוּ לְנַט-
gene seu Gensilis (seu à Gentili) offeretis Panem Deo vestro ex omni-
bus ijsis (vulgata ibi habet & quicquid aliud dare voluerit) quia
corrupcio eorum est in eis. Macula est in eis. Non accepta erunt
vobis; seu, ut vulgata, non suscipietis ea. Pro eo quod est heic Panem,
substituunt Chaldaeī *Oblationem*, uti & Judæi Mauritan-
enses aliquæ in versionibus Orientalibus. Et Hellenistæ ibi, & ἀρ-
ιστοὶ δῶρα non offeretis munera. Et de Carnibus aliquæ in sacri-
cium ipsum oblati accipiunt locum illum scriptores item Chri-
stiani^f. Ad Oblationes autem seu Victimæ ibi memoratas omnes^f *Abulensis*
in Leg. 22. quæst. 22.
gem attinere volunt Magistri. Sed ita scilicet, ut sensus sit, isque à
majoribus acceptus, Oblationes spontaneas seu vota Gentilium
uxtra jam superiùs dicta; quæ etiam paulò ante^g ibi lectis Oblatio-
bus & Votis tam Gentilium quam Israelitarum nituntur) admit-
tida quidem esse, nec olationum seu sacrificiorum genera alia. Sic^h *Cognit. 18.*
men ut nec omnimoda ab ipsis jumenta, aut pecora suis alibi sacri-
ficiis satis idonea, in sacrificium eorum spontaneum Sacerdotibus
Ierosolymitanis acciperentur, quod ut fieret fortè morum suorum
habes sequacesque Gentiles instarent. Sed planè respuenda esse,
e per manum Gentilis, seu ex more Gentilium ab eo, citra ratio-
nem macularum & defectuum ibi præscriptam, offerrentur. Quia
cet Corruptio ac Defectus seu Vitium tam in eis, pro vetito ex
a lege, quam in sacrificiis Israelitarum erat habendum. Expressum

Qg

ibi ad

נָסִי שְׁהַבְּיָא קְרָבֵן בַּיְד Salomon Jarchius בַּיְד כֹּהֵן לְהַקְרִיבוּ לְשָׁמִים si Gentilis attulerat Oblationem seu victimam, ut Sacerdos eam De O. M. offerret, non offerendum erat animal vitiosum. At verò, inquit, שָׁבֵת נָאָמֵר לְמַעַלָּה אֲשֶׁר אִישׁ לְרַבְתַּת אֶת הַנְּכָרִים טְנוּדרִים נְדָרִים שָׁבֵת לְכָךְ כִּי שְׁבָתָה תְּקַבֵּלוּ victimam seu oblationem vitio carensen accipiet ab eis. Cum etiam supradicatur, quisquis seu omnis homo; ut ita iam continerentur Gentiles, Quorum Vota & Oblationes spontanee habebantur velut Israelitarum. Sic Maimonides de victimis vitiosis, quas Sacerdos offerre ex lege facta non debuit, verba faciens

^b Halach. Isu-
ri Mizbach. inquit ^h אֲפָא קְרָבֵנוּ הָגִים אַסְהָקָרִיבִין, הַס בַּעַל, מָוֵן לְוַקָּה שְׁנָאָמֵר וּמִיד בַּנְּכָר לְאַחֲרִיבּוּ אֶת לְחֵטָה וְנוּ
cap. 1. Ch. 6.
desistens. 7. Nec solum id de sacrificiis Israelitarum est intelligendum, verum
in fronte Ha-
bakh. etiam de eis, qua à Gentilibus offerebantur. Nimis si, cum vitiosa
essent, ea offerret Sacerdos, is flagris puniebatur. Nam & lex ait, nec

³ Moses xi. de manu filii alienigenae offeretis Panem &c. Tantundem alii, dum
kursi Pra-legem hanc sacram ita breviter in Praeceptorum recensione exhibe-
cep. Negat. 11. 314. ut non offer-
barbinel in tur animal seu victimam vitiosa, ne quidem etiam si à Gentili in sacri-
fol. 260. col. 4 ficiunt adducatur. Sed legem illam capit Lyranus aliique ^k Christia-

⁴ Abulensis ni non pauci de eo quod est, Victimam seu Oblationem aliquam
in Legit. 22. ipsam neutiquam à Gentili offerendam, sed duntaxat Pretium, quo
quasi. 22. à Sacerdotibus coemeretur victimam seu Oblatio. Quin & Salomo-
nem Jarchium expressim pluribus impugnat Lyranus. Et Abulensis
timus, Corne-
line à Lapi-
do &c. ibi. Pecunia, cum accipiebatur, non offerebatur Domino, quoniam
non erat aliquid cremabile; sed de pecunia emebatur aliquid, quod
esset ad usus Sanctuariorum. Hic autem solum dicunt; non accipiendum
esse aliquid de manu Gentilium, quod offeratur Domino, id est, quod
cremetur coram Domino, vel ponatur super altare. Unde si aliquis

Gentilis voluisse offerre panes, ita ut illi cremarentur super altare, vel cederent in ius Sacerdotum, aut vellet offerre aliquod animal, ut
immolaretur, non reciperen hoc Sacerdotes Iudeorum, quia hoc
immolandum erat per se; si tamen aliquis Gentilis daret panes aut
animalia, non ut per se immolarentur aut offerrentur, sed ut vend-
rentur

rentur & converterentur in pecunias applicandas ad usum Sanctuariorum, recipere surtalis Oblatio, quoniam hoc solum prohibitum erat, scilicet id quod ipsi darent ponere super Altare vel offerri Deo, ita ut efficeretur sacrum. Si autem Gentiles darent pecuniam vel aliquid aliud convertendum in pecunias, non efficiebantur ista sacra, sed postea ex eis emebantur alia que sacra essent, scilicet animalia vel panes. Directe autem non efficiebantur sacra que illi dabant. Quia postquam acciperent pecunie data ab eis in Sanctuario, transibat in Insanctuarium. Et ideo sive emerentur inde animalia ad Sacrificia facienda, sive ad aliquid alterum, non dicebatur tale Sacrificium vel talia res data à Gentili, quia jam emebatur ista ad voluntatem Sacerdotum Ministrantium in Sanctuario. Et hoc sufficiebat ad hoc, quod non acciperetur Sacrificium de manu Gentilium. Sic Tostatus ille quod & alibi pluribus sibi firmare videtur. Joannes Lorinus, alii,<sup>Ad. Para.
ip. cap. 16. q.
29.</sup> tantundem. Sed refragatur Magistrorum schola. Nec vim omnino in eos habet argumentum illud, quod Lyranus afferit, & velut firmum admittit Abulensis^m, de Paschalibus ritibus cum Gentili non communicandis. Quasi verò inde sequeretur multò minus ei permissum Templo, ut dictum est, Oblationes spontaneas offerre. Nam Peregrinus in Numerisⁿ, ad Paschatis celebrationem admittendus^{Cap. 9. 14.} planè Proselytus Justitiae est. Et non solum ex lege Sacra^o alia, Pa-^{Exod. 12. 43.} schalibus ritibus, verùm etiam omnibus aliis^p, qui Ebræis proprii, ar-<sup>Videbis A-
bulensem ad
D. Matthæi.
ca. 26. quæst.</sup> cebantur Gentiles necdum in Judaismum recepti, juxta Magistrorum placita jam antè ostensa. Non utique spontaneis Oblationibus aut Holocaustis Numen Hierosolymis colere vetiti. Quippe quæ in 40. 41. Gc. Cultum afferebantur simplicem, rituum Ebraicorum legumque Leviticarum ratione alia non habità quam ut, juxta Jus illud à Numine datum utrisque Imperativum, vitio carerent. Quin nec defunt in Christianis^q, qui Oblationem quidem pecuniae seu aliūs cuiusvis rei in sacros qualescumque usus accipi à manu Gentilis ea lege prohiberi elint. Aliis^r interea (prater superiori incipitecitos) id ipsum quod ocent Magistri, de ipsis Oblationibus vitio parentibus etiam à manu Gentilis accipiendo, afferentibus. Christianorum autem alii, et in rebus Ebraicis veritatisimi, interius quam Talmudici admit-

¹ In Libano
¶ 12. 13.

tunt in Templo Hierosolymitano Gentiles. Arias Montanus¹ etiam de Salomonico; *Posterioribus temporibus extra Israelis ac Feminaram atrium aliud constructum fuit, cui non hoc est, profano est nomen factum, in quod Exteri, id est, Gentes, que Israelis nomen non profiterentur, convenire ad orandum possent: & Israelitae etiam qui Ceremoniali ritu puri non essent. Ad hoc atrium illa pertinebant exedra, quarum scutum paulo ante descripsimus, partim in sacro partim in profano constituta. Habuit etiam suas porticus atrium hoc, quibus vel imber vel astus nimius vitari posset. Hujus atriis porta qua Ortum respiciebat, infima dicebatur.* Citantur ab eo in margine

² Misn. de etiam Talmudici aliquot velat hujus rei testes. Admissos quidem Decima sc. cundia cap. 3.

Gentiles in loca Intermurali exteriora (ut ostensum est) consentiunt parag. II. & Talmudici. Sed exedra illæ, quæ partim in sacro, partim in profano Camb. in E-

ponebantur, fuere, quæ partim atria Gentilibus planè inaccessa, & z. c. 42. 18. partim Intermurale (quod respectu atriorum quæ sanctiora erant,

³ Misn. tit. סוכה cap. 5. par. II. seu profanum etiam est dictum⁴) occupabant. Unde, si verum dixerit Arias, intra Intermurale admissi Gentiles; quod Talmudici

⁵ Constant. L'Empereur planè refragatur. Nec loci ab eo citati eiusmodi quid omnino pre-ad Cod. Mid. stand. At singulare est, quod apud Bedam aliquot habetur, ex Cassiodoro;

⁶ ad pag. 186. admissos in extremum atrium Gentiles & Iudaos, qui nuper venerant ex Gentibus usque ad sextum purificationis diem. Hoc scilicet inter alia ex vetera Templa apud Cassiodorum

⁷ Beda Tom. 8. lib. de Templo Salomon. cap. 16. figura affertur^x. Et statim subjungit Beda; *Hac ut in pictura Cassiodori reperimus distincta, breviter annotare curavimus; ita cum ab antiquis Iudeis didicisse: neque viram tam eruditum voluisse in exemplum legendi proponere, quod non ipse prius verum esse cognovisset.* Tantundem, ex eo, Rabanus Maurus^y.

De Gentilium admissione res quidem paùm est ex supra nimiratis. At Iudeos, qui nuper venerant ex Gentibus (sive Proselytos Justitiae seu qui è Gentilium ritibus in Judaismum transierant, sive Iudeos originarios è Gentilium regionibus, quibus degerant, Hierosolymam eadorandi causâ conferentes intelligas,) eo nomine interius non admissos ante diem sextum, nondum comperto apud Talmudicos. Sed vero, ut hanc rem tandem finiamus; procul à vero abesse, nemo ex hisce

hisce non videt, id quod à nonnullis asseritur, *nunquam passos fuisse
Iudeos miseri sibi in solenni Dei cultu Gentiles, quia perassent hoc
modo se & Templum & sacrificia pollui. Quod scilicet etiam de ado-*
*catione tantum dictum. Nam ita Joannes Calvinus², ubi ob hanc² Ad. D. 10-
otissimum causam non vult Gentiles seu incircumcisos fuisse Ελλη-*
νες seu Græcos illos, qui Hierosolymam apud D. Joannem ascende-
ant, ut adorarent, sed Judæos Græcienses. Et meritò sanè eo no-
nime à Joanne Maldonato² refutatur.

Ibidem

C A P. VIII.

*ante allatū concludit, Ebraorum sententiam manifestari vesse, tum Prose-
lytos Domicilii, tum Noachidas reliquos seu Genus humānum universum ad
Cultum Divinum, qui in Precibus, Gratiarum actionibus, Benedictioni-
bus, Holocaustis Spontaneis ac Spontaneis Oblationibus (quibus scili-
et peculiares Ebraorum ritus non committi) & Votis simplicibus habetur,
sse obligatos. Christianorum aliquot hac de re Placita. De Holocaustis
illis singularia quadam. Ad fusiorem de Septimo die explicationem
ansitus.*

 Stenso hactenūs tum qualisnam Cultus divinus Prose-
lyto domicilii seu Gentili Hierosolymis alibive in di-
tione Israelitica permisus fuerit, tum qualis interdi-
ctus, tempestivè redimus ad id, quod suprà proposui-
de eo quod est, Ebraos non solum voluisse Gentiles seu No-
achidas, id est, Genus humāntim, Interdictis illis Naturalibus de Cul-
traneo & Blasphemia Negativis, quā Negativis, intet cetera Ju-
noachidarum capitā teneri, seu sceleribus illis binis, quā Numen
im & per se Interdicta respiciunt, abstinere; verūm etiam existi-
re eos ad Cultum & Honorem Numini exhibendum obligatos
idque velut ex appendice Interdictorum illorum Affirmativa,
superius capite primo dicta. Quod ex Cultū, apud ipsos Pro-
Domicilii aliisve Gentilibus eorum instar, Permissione & In-
tione juri fusiū explicata non est elicere difficile. Etenim dum,
enīm est, negant Gentilem, necdum Proselytos Justitiae fa-
ritibus Ebræis, quā Ebraicis, ex Jure ipsis aliisque Gentibus

partim Imperativo partim Interveniente potuisse misceri, nec impunè Legem Mosiacam ejusve partem aliquam apud ipsos (quibus Lex ea peculiaris) ab eo servandam fuisse, nec aliud omnino ultrò ibi in Cultum praestari ab eo debuisse præter id quod Jure suo, id est, Septem capitibus Juris Noachidarum, præstandum erat; seddemum Preces, Laudes, Adorationes, id genus alia, præter spontanea Sacrificia, Oblationes spontaneas, & Vota, id est, Cultum simplicem ritibus Ebraicis nullatenus involutum, juxta superius dicta, ci etiam Hierosolymis ipsoque in Monte Templi (pro Templo interdum, ut diximus, sumto) permissum; liquido sequitur Cultum ejusmodi ex Jure ipso Noachidarum seu ejusdem sensu Obligativo ac Affirmativo, veluti Interdictis illis binis annexo, Gentilibus apud ipsos seu in eorum divisione agentibus præstandum; eos admississe. Nec scrupulum intempestivius heic quis injiciat, Spontaneum Obligationi adversari videri. Ideo enim Spontanea dicuntur heic Sacrificia illa & Oblationes, quia Genus, Tempus, Aëstimatio (juxta superius dicta) offerentis arbitratui sic reliqua sunt, ut præstitutis, in legibus Ebraeorum, Sacrificiis, quæ reliqua sunt, Solennibus essent planè libera; sed prona tamen ex Obligatione præstanta, ut Supplicationes, & Gratiarum actiones. Et cum Cultus divinus sit tum Interior, quæ constitit in coniunctione ad Deum summaque ejus reverentia per intellectum & affectum, tum Exterior, quæ in Precibus & Laudibus effundendis, Adorationibus, Sacrificiis, Oblationibus cernitur, neque hic sine illo ritè exhiberi possit; consequitur similiter, ad Cultum utrumque obligatos etiam Proselytos Domicilii, & qui eorum instar fuere (adulti scilicet nec rationis expertes; & pro rerum suarum sive copia sive inopia) censuisse Ebraeos. Ita tamen ut ob non præstissimum alterutrum nulla apud eos sequeretur poena Civilis, sed cultus neglegenti poena מִד שְׁמַיִם cœlitus esset expectanda; quemadmodum loquuntur etiam non rarò de peccatis aliquot ex lege ipsis Civili, cœlitus tantum, non in foro Civili puniendis agentes. Atque ex hoc de Proselytis Domicilii seu Gentilibus eorum instar sic demonstratur, pariter sequitur, ad Simplicem Reverentiam ejusmodi actu tum interiorum exteriori præstandam, Cultumque quantus in Precibus, Gratia-

Gratiarum actionibus, Benedictionibus, Sacrificiis ac Oblationibus Votisque simplicibus consistebat, exhibendum, similiter obligatum esse Universum genus humanum Ebræos autumâsse. Nam nil permisum, in ultroneo cultu, Proselyto Domicilii Hierosolymis seu in ditione Israëlitica, præter id quod ex Juris Noachidarum, quod humani generis faciunt commune, Obligatione pendebat. Atqui Cultus, qualem diximus, simplex atque ultroneus ille Proselyto domicilii permisus est Hierosolymis, & pro natura rei, alibi in ditione Israëlitica. Unde manifestum fit, ad communia hominum officia etiam ex Obligatione, Cultum illum, juxta disciplinam quam tractamus, pertinuisse. Neque igitur Expiatoria signantiū sic dicta, juxta eos, Sacrificia, Propitiatoria, aut Pacifica, ne Oblationes aliæve Præstatio-nes lege scriptā, quā scriptā, imperatæ, in cultu extenso Proselyti Domicilii Hierosolymis locum habuere ullum; adeoque nec in cultu lo extero ad quem Genus Humanum ab ipsis rerum initiis Obligari volunt. Sed in eo tantum locum habuere Preces, Benedictiones, Gratiarum actiones, Holocausta simplicia eaque ultronea (ut su-^{a ostensum est) & ultroneæ Oblationes ac Vota. Holocausta au-}n, tametsi ex interdicto illo de eis divino (quo tām Proselyti Do-^{cili, quām Israëlitæ, ut dictum est, licet diversimodè, contineban-}) Hierosolymistum vitiis in Levitico memoratis carere debebant, ²⁵ ex gregibus ac armentis tantum aliquot ibi enumeratis feligi; ni-
ominūs extra ditionem Israëliticam, seu ubi non obligabat Lex
saica, sed jus tantum Noachidarum, ex aliis^b animalium generi-
mundorum saltē, nec ita vitio parentibus, indiscriminatim
odò hostiis humanis, de quibus libro quarto, abstinerent) sumi
ére. Quale dealii etiam Gentilium Oblationibus Votisque Nu-
vero dicendum. Vices autem tām Illestici atque Expiatoriis
Eucharistici Sacrificii, Simplicia ac spontanea Holocausta illa
lytis Domicilii adeoque ceteris Noachidis supplesse, Ebræos
ubitasse, puto, palam est. Nam ut Abeli & Noachi Euchari-
Illestica fuisse liquet ex discritis sacri sermonis^c verbis, ita non^d
Eliphazi^e Baldadi & Tzophari Holocausta, quæ ad Interval-^f^g
ud etiam antelegem scriptam, attinent, sunt Expiatorijs; ve-^h
rūm et-

^b Videſis Sa-
lonon. Iacob.
ad Levit. 22.

^c Genes. 4. 4.
^d Job. 3. 20.
^e Job. 42. 6.
^f Job. 9. 9.

rūm etiam de ipso Holocausto spontaneo (ad. quod solum Sacrificiū cruenti genus, utpote simplicissimum; admittebantur Hicrosoly-

^{c Legit. i. 4.} mis Gentilēs) dicitur: וְנַרְצָה לֹא לִכְפֵּר עַל־יְהוָה & acceptabile erit pro eo,
^{Eg. Vide 10.} ut scilicet expiatio fiat illi, scū ut vulgata, acceptabilis erit atque in
^{scip. lib. 3. ca.} ^{10. Eg.} Philo-expiationem ejus proficiens, nimirum sponte offerentis. Quale pa-
^{nem lib. de} riter de Gentilium Oblationum aliarum spontanearum votorum
que effecū Ebræos existimasse, æquum est ut autumemus: modò si

^{f Vide Mai-} rem accederet Confessio & Pœnitentia^f, sine quibus Expiationem
^{monidem ha-} monitum habebat. Hisce, ut sequuntur
^{lach. Thesu-} connumerandi etiam sunt, Spes præmiac Timor pœnae divinae, quæ
^{ba.} cultus interioris pars. Sed de ea plura, ubi Caput de Judiciis infra
tractamus. Neque Ebræorum sententiae de Cultu per Sacrificia &
Oblations Numini ante Legem scriptam, id est, ex Jure Noachida-

^{g Part. 3. qu.} rum seu humani generis Communi, sic exhibendo, diffona sunt, que
^{60. art. 5. ad} tertium. apud Patres Christianos subinde occurrunt de Intervallo illo. S. Thomæ;

^{h Cap. 2.} sicut & in statu legis Natura, homines nulla lege exterius dati

^{i Guid. Bri-} (literis mandatâ) sed solo interiori instinctu (ex Numine indito) ***
^{anson in Sc.}

^{4. Dif. 1. qu.} vebantur ad Deum colendum; ita etiam ex interiori instinctu de-

^{1. Correlat. 3.} terminabatur eis, quibus rebus sensibilibus ad Dei Cultum uterentur.

^{5. Gregor. Mo-} ral. lib. 4. cap. Recole heic etiam quæ suprà h ex Paulo Burgensi afferimus. Et certè
^{2. Dif. de} qui Sacraenta illius Intervalli tria illa faciuntⁱ, Sacrificium, Obla-
^{Consecrat. 4.} tionem, & Fidem, Ebræis heic proximè accedunt. Sed de Extero

^{k Ad Sent. 4.} Cultu, Signis sacris, ac Sacramentis illius Intervalli, quamplurahus
^{diff. 1. & S.} spectantia controvèrtuntur apud Scholasticos^k, quos, si placet, vide.
^{Thom. 2. sec.}

^{q. 8. part. 3.} Præ aliis autem S. Thomam, Alexandrum Halensem, Scotum &
^{que. 6. 60. &} Guidonem Briansonem. Certè & Ebræorum sententiam fuisse,

^{de Sacram.} Noachidas seu genus totum humanum ad Cultum divinum præ-
^{tis lib. 1. part.} standum, non solum Idolatriâ & blasphemâ abstinentum, obli-

^{part. 11. cap. 3.} gatos esse, idque ex sensu Interdictorum binorum quæ libro secundo
^{Adde Abu-} lens ad Gen. explicavimus, non dubitarunt viri aliquot in Christianis scriptoribus

^{6. & ad 1 Pa-} summi, dum interdicta illa è Magistrorum commentariis obiter enu-

^{ralib. cap. 16.} queant. Monuimus suprà^l, esse qui ברכות ה' שׁ מה quod execrati-

^{27.} nem seu Maledictionem nominis meritò vertimus, Benedictionem in-

^{10. pag. 127.} terpretantur. Nonnū quidem aliqui id explicant per ut hunc solam
creas

creatorem veneraresur. Sic Guilielmus^m Schickardus Alii pro In-^{m De Iure Re-}
terdicto substituunt Benedicere Deum. Sic præter supra citatos, Pau-^{gio ca. 5. Theor-}
lus Fagius, Sebastianus Munsterus, Isidorus Clarius, alii ad Leviticica-^{orem 17. pag.}
put vigesimum secundum. Atque id planè Cultum denotat. Petrus

Item Cunæusⁿ pro eodem, in Juris Noachidarum Capitum ex E-^{n De Repub.}
orais recensione habet celebrandam divini nominis majestatem esse. Hebraorū ls.
2. cap. 19.

Summa igitur est, in Oblationibus spontaneis, Holocastris itidem
Spontaneis & Votis (pro vario personarum ac rerum discrimine)
Præter Præces, Gratiarum actiones, Benedictiones, constitisse Cul-
lum illum divinum, ad quem Genus humanum obligatum esse vo-
lere Ebræi, idque ex iure, quod tractamus, Naturali. In Oblationi-
bus scilicet ac Votis (qualia in Oblationibus desinunt) rerum facies
us, veluti in Templo ac Aras extuendas, Sacerdotiorum sum-
us, ministeria, instrumenta & si que sunt id genus alia. In Holo-
caustis autem cruentis, seu animalium Sacrificiis, igne omnino con-
tendis, parte nullâ polluta seu comesâ. Quod ex eo videtur

annasse, quod primæ ætatis hominibus, id est, qui Noachum præ-
serunt, carnium esus permisus non sit (sic enim Ebræi statuunt; • Beresith
de re plura, ubi inscrips agimus de membro animalis viventis Rabba pa-
achidis interdicto) atque tunc temporis Sacrificia illa ignita, ex r. s. b. 34. fol.
seu inspiratione^p Numinis cum ceteris ad Cultum necessariis, 38. col. 2. lo-
inem habuerint. Neque enim ex immolati animalis parte ali- lkarium pars.
(quemadmodum in Sacrificiis aliis Ebraeorum, & in non pau- 3. cap. 14. § 3
Gentilium ævi succedentis) epulum sacrum, velut Sacrificii ap- ^{Alex. Ha-}
licem, celebrari tunc licet potuisse nemo non videt. Et cum leuf. pars. 4.
nium esus verbis disertis generi humano post compluria secula à in fœs. 4.
nione indulitus est, de Sacrificiorum cruentorum ritu nihil interea dif. 1. quæf.
ovatum. Sed totum animal pro victimâ oblatum, excoriatum ^{Genes. 9. 4.}
in ex more & dissectum, ut ante, concremandum erat. Usibus ^{Ioseph. Orig.}
è humanis sic planè eximendum; idque tum in recognitio- ^{1. cap. 4.}
nem, supertri Numinis imperii, tum in gratiarum actionem, favoris ^{Gemar. Ba-}
Oblationem, peccatorum expiationem, velut per symbolum, ^{ylon. ad stir.}
Retributionis Universi Domino factæ faciem saltam sibi in- ^{Zebachim}
t. Adjiciunt etiam aliqui in ipso primo quod disertè legitur ^{cap. 14. fol.}
115^b.

Holocausto cruento, adeoque in ceteris, quæ secura sunt, rationem singularem habitam humani in cetera animantia, quæ dignitate & similitudine homini proxima, dominii agniti. Scilicet Abelem sic didicisse adeoque credidisse, utcunque carnibus vesci homini non liceret, animalia nihilominus omnia ita homini ex Numinis induitum subjacuisse, ut non solùm alios in usus cogenda, sed etiam in Holocausta immolanda essent. Inde, ut tam insignem indulitum Numinis quam imperium ejus ac bonitatem agnosceret, ac propitiari redderet, primogenitorumque optima in Holocaustum, cum immolasse, Numinique sic placuisse. Cainum vero tantum abfuisse ab hoc tam eximio Numinis hominibus indultu agnoscendo, & si nondum admitteret animantium ceterorum alicujus immolacionis seu eadem licitam magis fuisse atque homicidium. Partem item hominibus ac animantibus ceteris fuisse exitum. Atque inde eum res viores, seu fruges terræ obtulisse, & hoc demum nomine Numini displicuisse.

¹ Part. 3 cap. 15.
² Cap. 5.

Quæ pluribus exequitur R. Joseph Albo quem vide. Et de hisce satis superque. Jam verò Obligatione Noachidaram ad Cultum, juxta Ebraeos, sic ostensâ, restat ut fusiū di spiciamus, quemadmodum superius promisimus, de sacra Sabbatho seu Septimi diei observatione. Obiter ibi ex Ebrais docuimus Festa eorum omnimoda Proselyto Domicili interdicta, uti & omnimoda alia quæ forte Proselytus ejusmodi sibi intraditionem Israeliticam observanda institueret, aut alibi instituta ibi servarer. Id est, Tempus nullum solennie seu Festum nullū ex Jure Noachidarum seu humani generis communī Sacris, quæ diximus, iuxta eorum sententiam, etiam necessariō generi humano obeundis, esse præstitutum. Id enim manifesto ex iam ante offensis sequitur. Nam quod Proselytum Domicili obseruare non permittebant, ad id nec ipsum nec Gentilem alium seu Noachidem obligari eos voluisse, inde palam est. Pro via igitur tam Locorum ac Temporum, quam personarum acresum discrimine ac opportunitate, Cultum illum à Noachidis extraditionem Israeliticam exhibendum censuere; quemadmodum, dum parentes dicimus colendos, seu ablata restituenda, alia ejusmodi, obligationem quidem palam innuumus. Loca tamen & Tempora ob serva-

servacionis ex re nata ac rerum & personarum discrimine atque opportunity per quam variatim elicienda nec signato aliquo die determinata intelligimus. Quae nihilominus ex jure aliquo positivo determinari posse nemo dubitat. Nec dubitatur in Ebræi, quin Gentiles sui plane juris extra ditionem Israëliticam, & Tempora & Loca Cultui suo sacro possent pro arbitratu suo præstituere, & sive Festa cultui veri Numinis ab ipsis ad inventa celebrare, sive Ebraica etiam, quotquot vellent^u, imitari. Quod Proselytis domicilii, utpote ex ^{Vide supra cap. 3.}

Arbitratu, non ex Obligatione pendens, plane negatum. Et cum ita se rem habere ex jam ante allatis constet, supervacaneum forsan nimis videatur plura de Septimi diei seu Sabbati Festi observatione, qua Noachidas seu genus reliquum humanum spectat, heic adjicere.

Ceterum, quoniam non solum olim in schola^x, verum etiam & hoc seculo, per illustris habetur ea de re ^{Alex. Han-} Quæstio, eaque à scriptoribus sa- ^{lens. part. 3.}
^{nè gravissimis aliquot, num integris ea de re libellis, num commen-} ^{queß. 32. S.}
^{tariis ad caput Genesis secundum, & Decalogum, aliisque lucubratio-} ^{Thomas 2. Se-}
^{nibus editis agitata, in qua subinde trahuntur in partes etiam Ebraeo-} ^{cunda queß.}
---	---	---	---	---	---	---	---	---	---	---	---	---	---	----	---	----	---	----	---	----	---	----	---	----	---	---	----	-----	---	----	---	----	---	----	---	----	---	----	---	----	---	----	-----	---	----	---	----	----	---	----	---	----	---	----	---	---	----	---	---	---	---	---	---	---	---	---	---	---	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	-----

* Dierum Hebdomas.

* Talmudici aliis.

* Menses Iuliani.

* Menses.

Seder Olam & sequaces.

Dierum Hebdomas.

Talmudici aliis.

Menses Iuliani.

Seder Olam & sequaces.

Dierum Hebdomas.

Talmudici aliis.

Menses Iuliani.

* Iuliani.

Atque ita in XXIII Maii, qui juxta eos idem est in anno illo cum
 XXII Iiar, prima incidit illa Sabbati observatio. Adeo ut tametsi
 pract-

præceptum de Sabbatho in Mara ita datum fuerit, ut plures inde quām septem dies hanc observationem antecederent, imò ut viginti septem dies inter præcepti dationem & XXII Jiar intervenirent (si statuum calculum, qui unicum tantū eumque XXIV diem Nisan seu XXV Aprilis ei, quæ in Mara fuit, tribuit, admittimus.) nihilominus ex præcepto illo, cuius, non minùs ac populi ejusque peregrinatio-
nis, Dominus erat Legislator sanctissimus, ante XXII hunc diem

Jiar, seu Maii XXIII, observatio ^P secuta non sit. Atque ex Ob-^{vide Tho-}
servatione illa Prima novatoquet unctemporis præcepto, cum Man-^{siphtha ad Ge-}
næ descensu conjungitur non raro ipsum præceptum. Rabbi Jehu-^{mar. Baby-}
da Levita ^q, de Decalogo verba faciens & de præcepto Sabbathi quod Sabbath cap.
in eo habetur קדרמה מצוותו עס הוחחת המן inquit præcesserat ^{9 fol. 87. b.}
etiam præceptum illud, quando Manna descendebat. Alibi item Cozzi par.
ipse; ווהלא תחולת השבת אינה כי אם מסני' ומאלות קורם לנו טירד ^{1. s. 87. &}
anne initium Sabbathi aliunde repetendum est quam ^{part. 2. s. 20. & R. lehu-}
è Sinai & ab Alusa antè, ubi primus Manna descensus. De tempore ^{da Ben Saad}
autem jam dicto, disertè Josephus Scaliger ^{in commen.}; XXII Jiar inquit, que ibidem.
incidit in XXIII Maii (sic plane legendum) observatum primum. De Emen-
Sabbatum, que erat XIII Ziu in anno prisco dierum. Et deprechen-^{dar. Tempor-}
sum est etiam à Iudeis Neomeniam Iiar illius anni incidisse in Sab-^{rum lib. 5. p.}
batum (Septimum nempè in periodo dierum septenaria diem) &
proinde Nisan feria quinta contigisse; qua est egregia observatio,
que frenat licentiam Chronologorum, qui nullum modum faciunt
novos annos, novos reges, novas Epochas comminiscendi. Mirum
verò extitisse, qui adversus verba Mosis negent secundi mensis neo-
meniam in Sabbathum incidisse. Hebrei pervenerunt in desertum
Sin XV mensis secundi ^f. sexta die ab illa jubetur populus colligere ^{Exod. 16. 1.}
duplam demensum ^t Manna. Eadie sigitur XXI mensis. Atqui ^{Commae 5.}
era parasceve & profabatum. Ergo neomenia mensis erat Sabba-^{22. & 23.}
rum. Id est, ergo dies XXII ejusdem mensis erat Sabbathum, quod
Primum cum Ebræis vocat ille. Tantundem ipse ^u alibi; Ubi etiam ^{Canon 1/4}
Arabes quoque, inquit, Christiani scribunt feriam quintam incidisse ^{202. lib. 3. pag.}
in XV noctem illius Nisan, quo Moses populum eduxit. Quod con-
sonum est jam ostensa dierum dispositioni. Et Jacobus Capellus ^x; A.M. 2503

Iiar X VI I, Maii X VII, feria primâ Man colligere incipiunt, usque ad Iiar XX II, Maii XX III, quo Sabbatum observare iussi sunt; unde Josephus Scaliger & Sethus Calvisius recte colligunt, Sabbatum hoc observatum annis Julianis 1496 diebus 223 ante Ianuarias era Christi A.M. 2453. Kalendas. Sed & Sethus Calvisius die, inquit^y, is mensis secundi, qui fuit dies 16 Maii, de Observando Sabbatholegem fert Deus, in ipso die Sabbathi; sed primū Sabbatum à quibusdam Manna colligere volentibus violatū est die 23 Maii. Comsonum est jam dictæ mensium & die Pirke Eli- rā dispositioni id quod habent Ebræi pleriq;^z de Tempore Decalog
אֶת שְׁבָת בְּשַׁתְּחִילָה לְחַדֵּשׁ בְּשַׁתְּחִילָה אֶת הַדְּבָרֹת.
Gemar. Ba- Vespera Sabbathi, V I die mensis (Sivan quæ heic est Junii quintas)
tylon. ad tis. Sabbath cap. horadiei VI acceperunt Israelite Decalogum. Sunt autem Chro-
nolog. fol. 87. 6. nologi alii, nominis etiam summi, quibus hac non ita placent, quin
Mechilta fol. 18. col. 4. & de anno, feriis, & mensibus Julianis heic Ebræorum respondentie
vide ad finē super- bies dissideant. Gilbertus Genebrardus, ex mente ut vult ipse & Se-
oriori.

der Olam, in anno 2670 vigesimo secundo, inquit, die Aprilis primam
Sabbati celebritatem agitarunt. Atque simili ratione dies reliques
Julianis assignat, & Seder Olam (cujus in versione Aprilent της Ιαρ
respondere etiam vult) interea sic sequax, ut & Feriarum, quæ in cal-
culo superiori allato visitur, scrieri ejus potius admittat. Atque quantum
ad ferias attinet, ita Augustinus Torniellus qui Nisan hunc facit
cavum, unde & alia in diebus heic denominandis diversitas. Anno

^x De Doctri- autem Mundi 2544 rem collocat ille. In Josephum Scaligerum de
na Temporū anno & Temporis charactere hoc disputat Dionysius Petavius.^y
ibid. 9. cap. 23.

Sed verò anno mundi 2453 & ante Christum 1529 Sabbatum hoc po-
nens, etiam & ipse vigesimo secundo diei Iiar idem planè assignat,
per rod. Inst. an. 3183. & dum de octavæ stationis in Sirr rebus verba faciens, eas consaguisse,
videlicet Sa- ait^b, die X VI mensis secundi, qui est Iiar feria primâ, quam tamen
muel. Pet- iam Eccl. non XVII ut in superiori exhibito calculo, sed IV Maii facit. At si
Chronolog. cedit Sabbatum in XXII Iiar, uti ex sacro Exodi textu satis etiam li-
b. 1. c. 20. queret. Id est, iuxta Petavium, in Maii diem decimum. Alii aliter.

^c Videfisi Le- onardū Sta- Sed de litibus his plura hinc asserre, intempestivam. Ut cunque, de
rum ad Ex- Anni Tempestate, quā Primum Sabbatum juxta Talmudicos col-
od. pag. 378. locandum, manifestò liquet. Ad hanc Sabbati Primi, id est, primò obser-

observati notionem, qualis iuxta Magistros jam ostensa est, attinet illud, quod à Petro Galatino^d ex libro *siphri* citatur. Apud Ebraeos, <sup>4 De Arcanis
inquit, legitur ibi super illud</sup>^e & fecerunt pascha; Non fecerunt nisi <sup>Catholicæ Ve-
ritatis, lib. II.
cap. 10.</sup> illud tantum. Dixit R. Elaazar, habetur in Exodo^f, Sabbathavit cap. 10. populus in die septimo. Per hoc docet, quod omnibus 40 annis, qui ^{Num. 9. 5.} bus filii Israel fuere in deserto, non fecerunt nisi duntaxat Primum.^{g Cap. 16. 30.}

Sabbatum, id est שְׁבַת רָאשׁוֹנָה quæ locutio est è Talmudicis superius adnotata. Sed commentum hoc de unico tantum Sabbato in deserto observato non admittunt omnino Magistri. A primo, quod diximus, septimum diem in sequentem pro secundo, & deinceps alia enumerant. Post primi Sabbati in *Seder Olam* mentionem sequitur statim פְּרִimo die Hebdomadis, qui fuit XXIII Iyar, descendentes de Alusha accesserunt ad Raphidim, ubi puteus eis datus est, & pugnarunt contra Amalecitas וְעַשֵּׂה שבת טְנוּיהָ id est, arque ibi celebrarunt Sabbathum Secundum. Sed mendum in numero est manifestum, quod & à Genebrardo in versione perpetram retinetur. Restituendum planè est נְכָל seu XXII pro גְּמָנָה seu XXIII. Nam nemo non videt Sabbathum primum ex autoris mente in XXI diem incidisse, cum scilicet discretè aiat diem XV fuisse primum hebdomadis, seu feriam primam, id est, XIV fuisse septimum, qui in Sabbatica dierum enumeratione proxime præcedebat. Et nisi sic emendetur Chronicon illud, in pauculis illis, quæ ibi conjunguntur, lineis, sibi ipsi palam in numerando discors est. Dedis cordia quidem monuit ^g Dionysius Petavius. Sed cur de mendo librarii dubitamus in re tam manifesta, non omnino video. Certè Philo de hac prima Sabbati (sic Talmudicis dicta) celebratione loquitur, perinde ac si, post Cultus septimi diei ex præcepto divino institutionem, dubitassen de ipso die, qui enumeratione à mundi conditu septimus esset, eumque ideo jam primum & ex oraculo & miraculo didicissent. Is enim enarrans beneficium Numinis, quo Manna deplente alebantur (quod totum ad tempus & locum, de quo verba facimus, attinet) ἀμαρτίαι τοις καὶ τελεόθητον ημέραν, inquit ^h αὐτοῖς δάσκαλον, ⁱ Philo, de Vita Mosis lib. I. ζητεύντις γὰρ τὸ πλῆρος, τὸς ἄρχετος Κόσμου φυέθλας, εὐ καὶ πόδε τὸ πᾶν δότο- πελεόθη, καὶ παρεῖπεν καὶ περιγένετο τὸ ζήτησιν ἀλυτον Διοιτέξαρμος.

μόλις ἡδωνήθοσι εὐρεῖν, & μόνον χρηστὸν αἰσθαδάχθεντες, ἀλλὰ τι πειρεῖσθαι πάντα οὐ φέται: Simul etiam discebant diem illum desideratissimum. Cum enim jam dudum quæsissent, quis esset mundi Natalis, in quo hoc Vniversum absolutum est, nec à patribus aut majoribus questionem solutam accepissent, rem tandem comperiebant, non solum oraculis, sed & signo seu argumento manifestissimo edocēti. Atque vix est sanè ut non autememus Trogum Pompejum ex Ebræorum traditionibus de hac Sabbati celebratione illud hausisse, quod ex eo de primo Sabbatho narrat Justinus, utcunque, pro more ejusmodi

¹ Histor. lib. scriptorum, nōnulla, quæ falsissima sunt, interserantur. Verba Justinii sunt. Itay, Moses, Damascen à antiquâ patriâ repetitâ, monsem Synan occupat, quò septem dierum jejunio per deserta Arabiae, cum populo suo fatigatus, cum tandem venisset, septimum diem, more Genit. Sabbathum appellatum, in omne avum jejunio sacravit; quoniam illa dies famem illis erroremque finierat. Quod cum Paganorum aliis de Jejunio habet, falsissimum est. Neque enim die Sabbati, qui dies est in dierum periodo septimus & vulgo sic dictus, ex Ebræorum instituto jejunandum. Qua de re plura inferius^k. Atqui interea ex fame natum illud festum ait; id quod alimenti inopiam, quæ primam Festi Observationem ac descensum Mannæ præcesserat, respicere videtur. Et si desertum Synam dixerat Justinus, idem etiam fermè dixerat, quod autor Seder Olam, nō sine sacrarum literarum autoritate, ubi in Sina (nam Alusham & Sinæ deserti partem esse, antè monitum est) Primum Sabbathum scribit celebratum, ut supra monstratum. Sed desertum Sinæ in montem Sinam pro Sinai (quiloas celebrior multò erat & ob legem ibi datam illustrior) mutari scriptori Pagano satis obvium erat. Et Tacitus^l de Judæis, *septimo die otium placuisse ferunt, quia ius finem laborum tulerit.* Traditionem defocillatione hac quam naicti sunt in Sinæ deserto, forte etiam respexit ille. Certè & celeberrimi in Ebræis Magistri primam illam sub Genesis initium Benedictionis & Sanctificationis septimi diei mentionem, ad primam hanc in Sinæ deserto diei celebrationem ac Beneficia in eam accepta referunt. Ita Salomon Jarchius ad illud^m,

² Cap. 15. & benedixit Deus diei septimo, & Sanctificavit illum; לְכָל שָׁבֵת בְּמִן

¹ Histor. 5. & benedixit Deus diei septimo, & Sanctificavit illum; לְכָל שָׁבֵת בְּמִן
Digitized by Google

ימות הטהרו יוד להם עומר לגללה ובשתי להם מטנה וקדשו במן
טליא ירד כלל והמקרא כתוב על העתיד
*Benedixit ei per Mannam
scu in Manna, quoniam in ceteris diebus Septimana descendebat unicuique Gomera, sexto vero panis duplus, scu quantitas dupla. Sanctificabat item per Mannam, quoniam (in eodie) ea non omnino descendebat. Et quod heic scriptum est, ad tempus ita attinet futurum.*

Adeò ut Benedictionem, & Sanctificationem ibi à Moše memoratam ad Benedictionem & Sanctificationem quæ post tot secula in Mara evenit, spectare voluerit. Ita etiam ad Decalogum, ubi iteranturⁿ verba sacra de Benedictione & Sanctificatione,
^{Exod. 20: 8}
ברכ' במן, Benedixit ei in Manna, que in sexto die duplata est (in usum septimi) & sanctificavit eum in Manna, quippe que in septimo die non descendit. Neq; sanie Jarchii est commentum hoc: sed pro more suo è veterum hau sit commentariis, quod & ad eundem locum notat Moses Bar Nachman. In *Bereishit rabba*^o.

<sup>Parash. n.
fol. 13. col. 1</sup>

יטמאל אומד ברכו במן וקדשו במן, עומר וכערב שבת שני יעומרים ברכו במן טלית יוד בו כל עיקר רנתן אומד ברכו במן וקדשו ברכו וקדשו במן טלית יוד בו כל עיקר רנתן אומד ברכו במן וקדשו ברכו Docuit Rabbi Ismael benedictionem (dic secundi) fuisse per Mannam, & Sanctificationem itidem per Mannam loquitur de Benedictione & Sanctificatione, cuius in secundo Genesis capite mentio) Benedictionem in eo quod, cum in ceteris diebus septimana descendenter Gomera unicuique unica, pridie Sabbathi descendebant bina Gomera; Sanctificationem, in eo quod illo die nihil omnino descendebat. Ex sententia vero Rabbi Nathan; Ben dictio quidem in Manna erat & Sanctificatio in ipsa Benedictione. Quin & Rabbi Isaac astipulatur, & Benedictionem ejus in Manna collocat &c. Quæ omnia eo planè spectant, ut prima Sabbathi Benedictio & Sanctificatio, (quatenus ea etiam sub initium rerum à Moše memoratur,) ad Locum & Tempus Prima observationis Sabbathi iuxtasententias jam ostensas, sit ex horum mente indubitanter referenda. Sed de Benedictione & Sanctificatione illa, quæ in Genesi occurrit, ad Ebraeorum placita, plura mox. Illud interea accipe, quod pluribus ostendunt Rabbini, Jehuda Ben Samuel & Jehuda Ben

¹ Sepher
Cozri part. 1.
s. 87. [¶]
part. 2. s. 20.

Ben Saül, in Commentariis ad dictum Samuelidem P, scilicet ipsum initium Sabbati, quà ex Præcepto festum est, Tempori & Loco superius memorato ita esse tribuendum, ut primò ex illa dunt taxat Cœli, Solis, Terræque positura, dein ex Hierosolymæ seu Terræ sancte (cujus gratiâ Leges de Tempore Festisque, in Deserto traditæ) sim, neque ex alio auspicandum fuerit Primum Sabbathum, quà Festum, uti neque numeri seu periodi dierum à rerum conditu septenaria, juxta quam Sabbati festum in die septimo institutum, aliundè quam à terra Israëlitica primiùs deducendi. Id est, à dierum ibi vespera seu Solis occasu; non inde ut à meridiano primo, aliter atque meridianus ille vesperam illam seu occasum designat. Legitur in dialogo illo *Sepher Cozri* dicto; אשר הכוֹרִי הַלְאָ חַחֲלַת קְבֻ'וֶּת הַיּוֹם֙ ? יֹשֵׁב אֶמְרֵךְ הַחֲלַת מְהֻזֵּן מִפְנֵי שָׁהָא תְּחִלַּת הַמְזֹוח לִישְׁׂׂבֵּב אֶמְרֵךְ וְהַלְאָ וְהַחֲלַת הַשְׁנַת אַיִּנה כִּי אִם מְסִינִי וּמְאַלְוִשׁ קְרוּם לְכַן שִׁירֵד הַמַּן בּוֹ תְּחִלָּה וְאַין נְשָׁבַת נְכָנָס אַלְיאָ עַל מֵשְׁבָּא עַלְיוֹ הַטְמַטָּש אַחֲרֵ סִינִי עַל הַדְרָגָה עַד אַזְרַת הַמְעָרָב וְאַחֲרֵ כֶּךְ עַד אַשְׁר תַּחַת לְאַרְצָן וְאַחֲרֵ כֶּךְ עַד הַצִּין אַשְׁר הוּא גַּם הַיּוֹשֵׁב וְיִקְרָה הַשְׁבָּת לְצִין אַחֲרֵ אַרְצָן יִשְׂרָאֵל בְּשְׁמוֹנוֹ עַשְׂרֵ טַעַוֹת מִפְנֵי שָׁאַרְצָן יִשְׂרָאֵל בְּאֶמְצָע לִיּוֹשֵׁב וּכְאַשְׁר בְּאַת הַטְמַט לְאַרְצָן יִשְׂרָאֵל הָאָחָזִי הַלִּילָה לְצִין הַצִּי הַיּוֹם לְאַרְצָן יִשְׂרָאֵל הָזָה בָּא הַשְׁמַט לְצִין וְהַכּוֹנָה הָיָה לְאַרְצָן יִשְׂרָאֵל שְׁהָיָה מִקּוֹם הַתּוֹרָה שְׁהָוֹרֵד בּוֹ אַדְםָ מִן עַח בְּלִיל שְׁבָת וּמִמְּנוֹ תְּחִלַּת הַמִּנְיוֹן סְמוֹךְ לְשִׁטְטוֹת יְמִי בְּרָאשִׁית וְהַתְּחִיל אֶסְטָקְרוֹת טֶם לְמִים וּכְאַשְׁר נֹשֶׁבֶת הָאַרְצָן וּרְבוּ בְּנֵי אַדְם הֵיו סְופְרִים

מִים נְאַשְׁר יֹסֵד אֹתָם אָמֵן וּלְכָן לֹא יָחַלְקוּ בְּנֵי אַדְם בְּשִׁבעָת Dixit Cozri, nonne initium præstítute dies numerandi formula à Zin petendum, ideo quod locus ille initium est Orientis Orbis Terrarum? Responsum est, An initium Sabbathi alienum de petendum est quam à Sinai & antè etiam ab Alusha, quia ibi primus erat Manna descendens. Nec verò incipit Sabbathum, antequam Sol ultro Sinai transeat in extreum Occidentis gradum, unde post eā sub tellurem circumvolvitur ad Zin, qui Oriens est Orbis Terrarum. Et esse incipit Sabbathum in Zin, postquam habetur ejusdem initium in Terra Israëlitica, Horis Octodecim. Eo scilicet quod Terra Israëlitica in medio seu Umbilico Orbis collocata, Occasus solis illuc cū


nudus in media tuis Zin, & meridies Terra Israëlitica est occasus Solis tuus
 ad Tempore Zin &c. Aptanda autem est res Terra Israëlitica (nimurum Sinai
 & Alusha circa sesquigradum Occidentiores sunt Hierosolymis)
 quoniam ea locus est Legis, & idem est locus in quo pulsus est Adam
 in Deinceps Paradiso nocte Sabbati (alia exemplaria habent וְעַד בְּvespera Sab-
 batus) atque inde initium enumerationis dierum quæ sex diebus crea-
 turum confectionis innititur. Atque ibi incepit Adam nomina diebus impone-
 nuntur. Et cum postea, auctis ejus posteris terra habitata est, hominum
 a dignis mos erat numerare dies eomodo, quo disposuerat eos Adam; unde fa-
 cimus ut non dissentiant homines de Septenario Septimana die-
 gnat. Le rum numero, seu de Hebdomadis constitutione &c. Sicib R. Jehuda.

Zin heic est Sinarum seu צִנָּה aut صَنِين regio, plagæ Orientalis

ultima; ita scilicet scriptoribus tam Arabicis & Ebraicis, quam Ptole-
 mæo ejusq; sequacibus ^qcensita. Objectio est; nonne inde, scilicet ab Orienti ultimo, ratio dictum enumerandorum ineunda? Minime, ^{Geograph.}
 inquit, R. Jehuda. Nam à rerum initiiis dierum enumeratio erat ex- ^{Arab. part.}
 adam, quæ utimur nos in terrâ Israëlitica, id est, à vespera ad vesperam. ^{rahah Ben Chais in Sphere mus.}
 Id quidem scimus etiam ex Sabbati Observatione, cuius initium in ^{d. c. 6. Ec.}
 Alusha & Sinai. Et quicquid ibi statutum reperitur, ita aptandum
 est terræ Israëliticæ, cuius gratiâ lex data est, ac ubi primus parens no-
 ster Adam dies sic à vespera ad vesperam numerare, & in periodos
 septenarias distribuere coepit, ut à Solis è terra Israëlitica in Occiden-
 tem discessu, seu à tempore, quo terræ Israëliticæ Sol occidit, (quæ sic
 velut naturalis habetur, & primaria dierum civilium, id est XXIV ho-
 rarum, numerandorum Epochæ) dierum initia adeoque Periodi
 Septenariæ sint deducendæ. Atque ita necesse erit, ut Horarum
 Octodecim spatio tum Sabbatum, tum quilibet aliis pariter dies in-
 cipiat in terra Israëlitica, antequam in Orientis ultimo seu apud Si-
 nas incipiatur; similisque in aliorum locorum dierum initii, veluti
 primario illi secundariis, pro Longitudinis diversitate, ratio sit ha-
 benda. Exempli gratia; cum in adjecta figura Sol per circulum
 ABCD graduum 360, circum tellurem E F G H spatio XXI V hora-

rum feratur, diesque, juxtam dicta, à Cardine GC qui Occasus est Solis π F Terræ Israelicæ seu Umbilici telluris heic locum occupanti, incipiat; plam est diei initium telluris Umbilici seu π F incolis, XVIII horis prius haberi quam suum ex ejusmodi numerandi ratione initium habeant Sinæ in extremo Orientis, qui π E designatur. Nam ut GC solis Occasus

est π F, ita FB π E seu Sinis. Et inter GC & FB, per DA, arcum 270 graduum intercipi, id est XVIII horas, nemo non videt. Quis fecus est Rabbini, quem citavimus, ejusque sequacium. Pendere vide hanc dies enumerandi in terra Israelitica positam epocham ex eo quod est, Adamum ibi sic enumerare coepisse, adeo que illam regionem primùm tenuisse. Unde & **תְּבָרֶן** eam nuncupant Ebrai seu **umbilicum telluris** quemadmodum oppositum in globo Telluris locum, seu H in superiori figura, **תְּבָרֶן הַיָּם** **Umbiliculum Mari**. Certè & alii ibi Telluris Umbilicum collocant; quod etiam scimus ex eo, quod superius citatur ex Saido Batricide de Ada in terra Umbilico sepeliendo. Occurrit itidem in descriptionibus territorii tribus Judæ, Spelunca Adam; seu rupis, in qua traditur, eum cum Eva pro rediu luxisse Abelem occisum; locus etiam, ubi à Caino occisus Abel. Et apud Christianos Scriptores non raro ea in regione vitam transfigisse primos parentes existimatur. Obvia sunt, quæ de Paradisi loco & vicinio, in quod relegatus est Adam, & de monte Calvariae differuntur.



seruntur. Saidus autem Batricides in Indiæ Orientalis montem aliquem expulso fuisse è paradiso primos parentes, ex Orientalium traditionibus scribit. Verba sunt. اخرجهم من الجنة في تسع

ساعات من يوم الجمعة على جبل من جبال الهند
للسوس (Deus) è Paradiso hora IX feria VI in montem è montibus In-
die. سوندیب Quin & mons ille Mahumedanis dicitur mons
Sarandib. Abu Mahumed Mustaphi Ben Hasen in Historia universali
perquam eximia, quod Bibliotheca Oxoniensis cimelium est manu-
scriptū; اهبط آدم على جبل سوندیب في سرق ارض الهند
relegavit (Deus) Adam in montem Sarandib in Orientali Indie
regione. Eò spectat etiam quod lego in Abu Walid Mahumed
Ben Elshecina Historico penes mevetusto Ms. ubi de
وسط ارض هو وادي medio seu umbilico telluris verba faciens inquit

سوندیب حيث هبط آدم عليه السلام fertur locum hunc esse flu-
vium Sarandib, quod descendit Adam, super quem sit pax. Sarandib
autem insula maris Orientalis, Harchend dicti, celeberrima, fusè de-
scribitur apud Geographum Arabem¹. Neque alia est à Tapobra-
na, quæ item سومطره Sumatra dici solet. Fluvius autem ille sub
Æquinoctiali ponitur. Achmed Ben Magad in Insularum Chorogra-
phia

ولما الحقيقة خط الاستوائي هو الوادي وادي سوندیب

ad amissim sub linea Aequinoctiali habetur Fluvius dictus Fluvius
Sarandib. Quod & Ptolemaicæ Tapobranæ Geographiæ disso-
num non est. Unde etiam Latitudines Urbium ac Provinciarum à
jam dicto Fluvio putantur, ut Achmed ille, quemadmodum Longi-
tudines ab Occidentis termino. Ita in Orientis extremo juxta non-
nullos ponitur Telluris Umbilicus seu Medium. Sed nomen illud
pro vario gentium ingenio aliter etiam collocatum scimus ex eo
quod Græci atque ex eis Latini de Delphis habent. Ibi scilicet esse
Medium seu Umbilicum Orbis Terrarum. Strabo, Pausanias, Li-

^c Videſis Iſ. vius, Plutarchus, alii^f autores veteres ſunt obvii. Quæ autem hafte-
Cesaub. ⁱⁿ Comment. ad nus dicta ſunt, abſq; controverſia admittunt, afferuntque Sabbathum
Strabonem, in Aluſha, ſeu Primum, quod in dēſerto celebratum eſt post Mannz
pag. 180. dēſcenſum, fuſſe diem (ut par eſt credere) à Mundi Nataリbus in Se-
ptenaria dierum periodo Septimum. Quod ſanè non defuere inter
^{' Seruſin.}

^{ſcripturnar.}
part. 1. Difſ.
8. cap. 14.

Christians qui negarint. Paulus Episcopus Burgenſis^t, ex Judæis;
Si bene conſideras primum Sabbathum quod legitur in dēſerto cele-
bratum (ſic ibi Paulus; quem inter & Saulum Judæum Dialogus fir)
non fuit Septima dies correspondens primo Sabbatho, quod fuit in mu-
di exordio, prout tu dicas. Sed fuit Septima dies à dēſcenſu Manu.
Qui quidem dēſcenſus non legitur incepiffe in prima die Hebdom-
da; Vndeſic Septima dies computata à prima die dēſcenſus Manu
concurrat cum die Sabbathi in primo exordio sanctificati. Inī pro-
babilius poſſet dici, quod dies prima, in qua Manna dēſcendit, non
fuit prima dies hebdomade, qua dicitur una Sabbatorum. Nam in

^{* Exod. 16.13.} primis vespere illius diei dēſcendit Coturnix^u & saturatē ſunt ca-
nibus. Conſtat autem, quod, ſi illa vespera eſſet vespera ſecunda dii
Sabbati, non eſſet eiſ licitum occidere coturnices, & parare eas. Ex
quo patet, quod dies immediatè precedens dēſcenſum Manne, non
fuit dies Sabbathi, & per conſequens prima dies, in qua Manna dēſcen-
dit, non fuit una Sabbatorum. Sic ille. Sed ratio ejus perquām fri-
volia videtur. Nam quis non videt primas vespere illius diei, ut illę
voceſ, ſeu ſecundam Sabbathi vesperam, fuſſe etiam partem ſeu ini-
tiūm feriæ primæ, non omnino ſeptimæ ſeu ejus, quæ praecedens Sab-
bati recurrentis in dierum periodis loco responderet. Juxta ſilice
Ebraicam temporis rationem; à vespera ad vesperam. Quorūm
igitur heic coturnicum in vespera occiſionis & præparationis, velut
ejus quod Sabbathum violaret, mentio? Sed nec ejusmodi redargi-
tione adeò opus eſt, cum juxta receptiōrem Ebræorum ſententiam
Inſtitutionem ſeu Præceptum Sabbathi Observatio neutiquam ſecu-
rit ante ſeptimum post migrationem ibi memoratam diem, id eſt

<sup>* Iofeph. Sc. 1. ante xxii Jiar qui ipſum, in quo migrabant Israelitæ in Sin, diem, ſeu
liger. de E- xv Jiar quæ feria erat ſeptima, inſecutus eſt. Quò ſpectat & illud
mendat. Tep. lib. 5. pag. 352. Viri maximis de eis, qui ſimiſ ratione noluit ipſum xv Jiar feriam
fuſſe</sup>

fuisse Septimam seu Sabbatum, quæ vocabulum illud in dierum periodis locum habet. Atqui Hebrei (sic apud eum objiciunt) non migrassent die Sabbathi (inde nimis volunt xv Jiar non fuisse feriam septimam.) Egregiam animadversionem! Quid est magis contra Sabbathum, quam Sabato colligere Manna? Atqui multi profecti sunt colligendi causâ die Sabbathi: *Isti Critici non meminerunt*^{Emend. 16.} adhuc Legem datam non fuisse.^{27. Cf. 28.} Legem scilicet quæ ad Observationem alicujus diei pro Sabbatho, ante migrationem illam obligaret, aut datam non fuisse, aut pro data atque statim in deserto observanda non habitam.

C A P. XII.

Ad Sabbathi Observationem, ut Judæos Originarios, sic Proselytos Justitiae & parili Conditionis reliquos obligari; Proselytos autem Domicilii aliosve Gentiles non item, statuunt Ebrai. Nec Observatio ejusmodi permissa Proselytis domicilii. De Peregrino seu Proselyto in legibus de Sabbatho Sacris, Magistrorum sententia.



Uod demum ad Sabbathi, quale diximus, Observacionem, quæ cam Ebrai aliis sive Imperabant, sive Permittebant, sive Interdicebant, idque ex avitis institutis placuisse, attinet; non minus atque seipso ad illud observandum teneri volebant Proselytos Justitiae universos, Libertinos, aliosque Baptismo & Circumcisione, veluti Servos, ut superius libro secundo ostensum est, in Ecclesiam Ebraicam ritè cooptatos. Neque verò alios aliasve Gentes. Nam & Proselytos Domicilii seu eos, qui Judaismo nondum nomina dederant, in qualemque vitæ commercium intra ditionem Israelicam admissi, non modò Observatione omnino solutos habuere, sed pœnis gravissimis obnoxios, si observarent. Id quod satis dignoscitur ex eis, quæ capite superius quinto ea de re allata heic non repetimus. Et in etundem sensum plura occurunt in scriptis² Talmudicis. Neque juxta eorum interpretationem ritè intellectam, adversatur omnino, quod habetur in Decalogo, non facies ullam opus, tu & filius tuus & filia tua, servus^{274.}

tuus & ancilla tua, & ἀδενα seu Proselytus tuus, qui in portu

^a *Exod. 23.13. tuis; uti nec illud sex diebus facies opera tua, & in septimo die quietes, ut habeat quietem bos tuus atque asinus tuus, & respiret securus frigeretur filius ancillæ tuae & Peregrinus, seu Proselytus; quæ fer-*

^b *Dent. 5. 14. mē alibi totidem etiam in sacro sermone verbis habentur. Id quidem verum est, ad legem posteriorem expressim adnotari à Salomo-*
נָא בְּנֵי אַמֹּתָךְ בְּעֶבֶד עֲרֵל הַכֹּתוֹב מִדְבָּר וְגַם חֻטְבָּה filius an-
cilla tua sumitur ibi pro servo incircuciso, & Peregrinus seu Proselytus

^c *Sepher Me-pro Proselyto domicili. Alii tantundem. Ideonè etiā Proselytis domi-*
chilta, fol. 36. cilii seu Gentilibus Sabbathum existimabant observandum? Nihil mi-

nus. Distinguendū nempē est de ratione nominis Servi aut Proselyti in contextu ejusmodi adhibita. Ea duplex est. Altera, quā intelligat quis, tām Servum & Proselytum ex legis vi ad Observationem Sabbati pariter obligari; altera, quā sic obligari Judæos & quotquot in eorum ritus transirent, ut nec ipsi opere aliquo Sabbathum violarent; nec Sabbatho in causa essent, ut sive à Servo, sive à Proselyto opus aliquod fieret. Priori ratione non aliud volunt legibus illis contineri Servum, quām Circumcisum, aut ancillam aliam præter eam, quæ baptismo in Judaisimum cooptata est, nec aliud peregrini seu Proselytum, quam Proselytum Justitiae ac Libertinum, qui juris parilis. Id est, non alios præter eos qui Ecclesiæ Ebraicæ pars fuerunt seu בְּנֵי ברית filii seu liberi federis. Posteriori autem ratione solū Servos incircumcisos, ac Proselytos domiciliū ibi innui a-iunt. Scilicet fas non fuisse Judæo servi Gentilis seu incircumcisi domino, Sabbatho in causa esse, ut Servus ejus ejusmodi opus aliquod tunc faceret, nec fas Judæo fuisse tunc in causa esse, ut Proselytus domiciliū (cujus cum ejusmodi servo parilis, quantum ad hanc rem, conditio) præstaret opus aliquod. Id est, fas ei non fuisse, aut per se, aut per alios, aut per jumenta eo die operari. Egregius est ea de relo-

^d *Pirush To-
ra, fol. 125. 6. וְאֵלֶּה Proselytus seu advena tuus qui in portis tuis, in Decalogo;*

על דרך הפטש גר טער לעולם הוא גר תושב טבא לגור בשער עזדרא
וקבל עליו טבע מצות בני נח והוא הגירה גר אוכל נבלות שאטבו
הכתוב לגר אשר בשעריך תתננה ואכללה ולכך לא הייתה בו המצוה
שיאמר לא תעשה בו מלאכה האורה והגר אבל לנו צווה שלא עשה
מלאכה לצורכינו בקטנים והבמה והוא בעצמו אין עליו זאת המצוה
ועושה מלאכה לעצמו בטהבת והכתוב שאמר ינפש בן אמרך והגר
הוא גר צדק שנייה וחוור לתורתנו צווה אותו בשבת וכן בכל טאר
המצות כאשר אמר תורה אחת ומפטש אחד יהה לכם ולגר הגר אתכם
לגר ולאוזה הארץ אבל מזאננו לרבותי שדרשו בהפר אמרו כי זנד
אשר בשעריך על דרך הפטש גר צדק והוא חייב כמוני בטביהה ינפש
בן אמרך והגר לרבות גר תושב הארץ וצונס שידייה המזוהר עזהלה
הגר הנימול שהייב במונו והכתוב השני לרבות הארץ ולפיכך הקש
לבבמה שאמר למן ינוח שורך וחמורך יונפש בן אמרך והגר צוונו
בשביתת כלם בשעה טליה עישו לנו ויעטו נrzונס לעצמן וכן יהי העבר
והגר הנגידים בעשרות הרברות טועים וח"כיס בכל דין השבת כמוני
כמו שנאמר למן עוזה עבדך ואמרת נסoco
*Proscelytus seu advena Por-
za simpliciter sumptus intelligitur de Proscelyto Domicilii, qui adve-
nerat, ut peregrinaretur in portis civitatis alicuius, & qui suscep-
rat in se observationem septem praceptorum Noachidarum. Atque
idem vocatur etiam Proscelytus comedens carnem morticinam, de quo
loquitur Scriptura^c; Proscelyto, qui in portis tuis, dabis, ut comedas.^d Deut. 14. 2a*
*Et propter ea non datur ei mandatum, quod imperet, ne in Sabbato
opus omnino faceret aut Proscelytus aut indigena. Sed nobis manda-
tum, ut in usum seu commodum nostrum opus is non faciat; uti nec
Minores aut jumenta. Adeo ipsi Proscelyto non datur mandatum
hoc, quippe cuius opus sibi facere in Sabbato licitum. Atque in illo Scri-
ptura loco ubi dicitur, (Sabbatum ita observandum) ut respiret fi-^e Exod. 23. 13.
lius ancille tuae & peregrinus; capiendus est peregrinus scilicet Proscely-
tus pro Proscelyto Iustitia, qui Indicus factus legi nostrae nomen dederat,
adeoque ad Observationem Sabbati ex mandato obligatus erat, sicut
ad praeceptorum reliquorum juxta id quod dicitur^f; lex una & Ia-^g Num. 15. 16.
dicium unum erit vobis, & Proscelyto, qui peregrinatus fuerit apud
vos; Proscelytoscilicet & indigenae Telluris. At vero comperta etiam
est apud*

est, apud Rabbinos nostros diversa heic interpretatio. Nimirum Pro-selytum tuum intra portas tuas, simpliciter dictum (in Decalogo) significare Proselytum Iustitia, qui ad Observationem Sabbati non minus obligatur quam nos ipsi. Illud autem (postmodum in Exodo dictum) ut respiret filius ancilla tua & peregrinus seu Proselytus, es-pectare, ut & Proselytus Domicili, qui incircumcisus erat, includeretur. Nempe existimant, Primo loco (in Decalogo ipso) exprefsim contineri Proselytum circumcisum, qui aquè atque nos ipsi obligatur. Loco autem altero, qui sequitur, contineri etiam Incircumcisum. Argumento, ex eo quod ibi dicitur de Iumento, etiam sumptu Nam verba sunt; ut quietem habeat bos tuus atque asinus tuus, & respiret filius ancilla tua & Proselytus. Parili omnino modo volun-mandatum nobis datum de cunctis. Scilicet ut nobis minimè quae aliquod faciant. Quia tamen sibi pro libitu facere possint. Atque juxta hanc interpretationem Servus & Proselytus in Decalogo me-morati nobis ipsis (hac in re) aquales sunt, & pariter ac nos ipsi ad Observationem Sabbati obligantur, perinde ac si dictum fuisset (ibi) ut requiescat servus tuus, & ancilla tua non aliter atque tu ipsi. Sive hanc sive illam interpretationem admittas, palam est, neque hanc, neque illam voluisse Proselytos Domicili seu Gentiles omnino ad Sabbati Observationem, ex legum illarum sensu, obligari, sed tan-tummodo Proselytos Iustitiae, & qui in Judaismum transfierant. Et Proselyti nomen ac Proselyti intra portas pro materici, circa quam in Scriptura versatur, diversitate, nunc pro Iustitiae, nunc pro Do-

¹ Lib. 2. cap. 2
² pag. 146.

micili Proselyto sumi superius ^h etiam monuimus. Atque ex jam dictis ritè intelligendi sunt Jarchius aliique Magistri, qui Proselytos

¹ Vide Sepher Domicili in legibus de Sabbato contineri scribant. Consonum Mechilta, fol. 26. col. 2. & 36. col. 1. est illud Josephi Caro ^k; וְאַתָּה מְצֻוֹה עַל שְׁבִיתַת עֲבֹדוֹ שְׁמָל וְטַבֵּל לְשָׁטָח;

² In Shulcan Aruch lib. Orach Chaim, 111. Sab- obseruet, qui scilicet Circumcisus fuerit, & Baptizatus nomine scrabat. cap. 304

vi, & in se repererit Precepta, qua ex more ad Servos accinebansi; At vero si non fuerit Circumcisus & Baptizatus, sed in se repererit

seipsem

*septem Noachidarum Praecepta, ei, quoniam erat planè ut Profelytus
Domicilii, fas erat opus facere in Sabbatho. Nimirum Servum ejus-
modi nullatenus ad observationē Sabbati teneri volunt, uti nec Pro-
felytum Domicilii, cuius quantum ad hanc rem, parilis conditio. At
verò subjicit idem autor, iuxta Talmudicorum veterum sententiam,
לעכמו אבל לא לרבו ואסור לככל טראל לומר לו לעשות מלאכה בשבת
fas erat Servo ejusmodi opus face-
re, in sui ipsius nempè usum, seu commodum, non in usum Domini.
Et illicitum est unicunque Israelitæ jubere eum opus quidpiam facere
in Sabbatho in usum Israelitæ cujuscunque; etiam si non fuerit Domi-
nus ejus. Ipsi nimirum Israelitæ ex jure suo Sabbatico tenebantur,
non solùm ut nec Servo Noachidi seu Gentili, aut Noachidi, qui
Servus non esset, seu Profelyto Domicilii opus aliquod facere in Sab-
bato, quo cunque in tempore, imperarent, verùm etiam ut nec ope-
ris in Sabbatho à Noachide in Israelitæ usum præstiti beneficio seu
commodo, durante eodem Sabbatho, omnino uterentur. Cujus ta-
men usus eis licitus, si Noachides in Sabbatho sibi duntaxat, non Israe-
litæ id præstitisset. Nam usum in Sabbatho operis à Noachide seu
Profelyto Domicilii in Israelitæ quidem usum, tametsi ejus in iussu,
in Sabbatho præstati, pro Festi violatione sumebant, ideò quia hujus-
modi operis usus velut ejusdem participatio habebatur. Quod non
volebant obtinere, ubi in ipsius Noachidis usum præstitutum est. Inde
etiam evenit, ut ex Scribarum scitis illicitum fieret, quo cunque extra
Sabbatum tempore jubere aut conducere operas Profelyti Domicilii
in Sabbathum ad id, quod Israelitæ illicitum esset, in eo præstandum.
Ne scilicet, si id fieri soleret, promptiores redderentur inde Noachitæ
ad opera Sabbathis in Israelitarum usum præstanta, quorum benefi-
cio seu commodo perinde ac illorum, quæ à Noachidis in sui tan-
tum usum præstarentur, licet frui nequirent; unde etiam Sabbathi
dignitas forsan Noachidis seu Profelytis Domicilii haberetur vilior.
Asor loquitur מגו' לעשות לנו מלאכה בשבת א' Moses Maimonides
על פ' טAINO מצווה על השבת ועפ' שאמך לו מקומם השבת
אעפ' טAINO צריך לאotta מלאכה אלא לאחר השבת ודבר זה אסור
מדורבְרִים כド' שלא תהיה שבת קלה בעיניהם ויבאו לעשות בעצמן*

Y y

ט' שׁעַתָּה מְלָאכָה מִעֵצָמוֹ בְּמִבְתָּח אֶסְתָּר בְּשִׁבְיל יִשְׂרָאֵל עֲשָׂה אָוֹתָה אָסָר
לִיהְנוֹת בְּאָוֹתָה מְלָאכָה עַד מָצָא שְׁבָת וּגּוֹ וְאֶסְתָּר בְּשִׁבְיל עַצְמָוֹ בְּלִבְדֵּךְ
Illicitum est (Judæo,) jubere Gentiles
opus facere in Sabbato, et amēsi illis non sit imperatum Sabbathum, &
tamēsi jubeat ante Sabbathum, & tamēsus usus ejusmodi operis expe-
ctā andūs fuerit, usque dum transferit Sabbathum. Hoc vero ē Scribu-
rum scītis manavit, sum ne apud Gentiles vilius haberetur Sabba-
tum, sum ne ipsi ultro id præstarent. Si Gentilis in Sabbatho opus ul-
tro fecerit, idque in Israelite usum, interdictus est ejusdem usu
(Israelitæ), *usque dum definat Sabbathum &c. At verò si in sabbati-*
um usum id fecerit, usus ejus etiam in Sabbatho (Israelitæ) licitus est.

Ad iis. Sab.
Bath. cap. 16.
fil. 122. a.

Quod Gemaræ Babyloniæⁿ, unde sumitur, est concors. Et exempla
afferunt de lumine à Noachide sibi in Sabbatho accenso, sunt quo
ē navi descendat tunc sibi contorto, id genus alia, quorum scilicet in
Sabbato, per solennem diei quietem, usus licitus. Atque hinc
intelligitur id, quod habent Talmudici^o de non prohibendo No-
chide aliquo, e conditionis liberat, ab opere, quali Israelita Sabbathum
violarer. Verba sunt; *תְּמֻהָּר עַל טְבִיתָה גּוֹ שְׁאַנְיוֹ עֲבָד*
Israëli non prohibent ab opere in Sabbatho Gentilem, sed
de Sabbatho. non monent eum de requie eo in die, nisi fuerit eorum servus. Nimi-
rum quā Gentilis seu Noachides erat, præcepto teneri eum nolunt.
Rab. Nissim ad dictum Quā verò servus fuerit Noachides Israelitæ, monendas erat, non
*Alphefis lo- velut quem ad Sabbathi observationem existimarent omnino obl-
cūm.*

Israëli non prohibent ab opere in Sabbatho Gentilem, sed
de Sabbatho. non monent eum de requie eo in die, nisi fuerit eorum servus. Nimi-
rum quā Gentilis seu Noachides erat, præcepto teneri eum nolunt.
Rab. Nissim ad dictum Quā verò servus fuerit Noachides Israelitæ, monendas erat, non
*Alphefis lo- velut quem ad Sabbathi observationem existimarent omnino obl-
cūm.*

C A P. XIII.

Que, antē de Sabbatho offendis, videantur apud Ebræos adversari; sum eos, quæ
Ebraicè scripsere, sum Philonem & Fl. Josephum.



Iste ita, ex Ebræorum Commentariis, de Sabbatho seu
Septimi diei Cultu explicatis, quæ nempe receptissi-
mas Talmudicorum ea de resonantias aperiant; re-
stat, ut de iis, quæ hisce apud eos reluctari videantur,
dispicia-

dispiciamus. Scilicet de iis, quæ ex eorum commentariis trahi possunt ad has astruendas Assertiones adversas; Sabbatum seu Septimum in periododierum à mundi conditū diem, ut Festum, universo humano generi colendum; in ipsis rerum primordiis, seu Mundi natalibus, initium habuisse; ante Legem seu stationem in Mara, ut Festum, ex præcepto observari esse solitum; atque demùm ab aliis gentibus in ritibus suis, veluti ex jure omnium Gentium communis seu Noachidarum, adhibitum. Quomodo interpretentur nonnulli, atque ii vetusti simul & celebres Magistri, illud de Sanctificatione atque Benedictione diei Septimi simulcum creatione rerum memoratum, ostensum est suprà^{Cap. n.} Scilicet ad primam illam, juxta ea quæ ostensa sunt, in Sina seu Alusha celebrationem Sabatti, locum illum volunt per prolepsin attinere. Quæ sententia quidem nonnullis⁹⁹ Mof. Mai-dispicet obstante temporis seu; ut ipsi supputant, M M C C C C X L V I I I m o n i d . a b A - barbinel in annorum anticipationem. Neque satis consonum esse admittunt, ut Pirush Tora quæ ad primum Mannæ descensum seu Sabbati in Sina tot seculis fol. 21. col. 3. postea celebrationem spectant, ea locum aliquem habere sentiamus ciratum Rabbi Bechais ad in ipsa rerum primordiorum descriptione, utcunque ab historico eo- Genes. fol. 10. col. 2. dem sacro descensui Mannæ seu celebrationi jam dictæ coævo traditâ. Benedictionem igitur & Sanctificationem diei septimi etiam fuisse volunt hi in ipsis rerum Primordiis seu Natalibus mundi. Sed qualisnam ea fuerit, perquam variè definiunt, & interdum nugacissimè. Alii enim Benedictionem ibi memoratam in eo ponunt^r, Beresith quod, si diis placet, nullum omnino tempus nocturnum, seu nulla Rab. parafr. u. & R. Benox diei illi septimo accesserit, sed ex perpetua constituerit luce. Ita chai ad Beresith, fol. 1a. Sanctam aiunt ejusdem lucem. Atque exinde secutam esse Sanctificationem, quia ita à ceteris diebus, qui præcesserant, est discriminatus. Nempe ita יְהִי רְجֹבְלָה seu discriminatum seu separatum מִסְעָדָה à communi rerum natura Sanctum dici, unde & Israelitas, quos sibi separavit Numen, Sanctos nuncupatos. Alii Benedictio- Rabbinus Nissim apud nem & Sanctificationem ibi pro eadem ipsa re sumunt^f, atque lo- Abarbinel cum intelligunt velut illud^t אַתֶּן וְקַרְבָּן וְמִתְחַדֵּשׁ וְעַנְחַת eos & unxit eos & lem in Pi- rush Tora, sanctificavit eos; ungendo Sanctificavit. Benedictione hac vo- fol. 21. col. 3. lunt hi naturam Septimo diei tunc inditam aliam ab ea, quæ est reli- Num. 7. 1.

זה הנבר בו הנפש
quorum ac multò præstantiorem; nimirum ut ex ea vires in eo adjiciantur, augeanturque menti humana ob re-
quiem corporis, quæ in eo. וזה קורשת השבת טלית תשותמש בו Atque (suxta hanc sen-
tentiam) *hæc est Sabbati sanctificatio, ut mens humana in eo non in-
cumbat rei alicui profana, sed tantummodo rebus sanctis.* Nec Men-
tis solum, sed etiam corporis vires ex ea Benedictione quolibet in Sab-

^a Aben Ezra ad Genes. ² batu augeri volunt ex eis alii⁴; unde Benedictionem ibi nunca-

^b Cap. 3. 1. pant incrementum bonitatis. Alii Benedictionem ibi ad creaturas, quæ jam recens ex nihilo formatæ erant, existimant at-

tinere; quemadmodum in illo Jobi ^x, *maledixit diei suo, & pere-
 dies, in qua natu- sum*, maledictio diei ad ipsum; qui in eo natus est,

attinet. Ita Isaac Abarbinel, qui etiam de Sanctificatione heic, קְרַב הַנֶּתֶל לְכָבוֹד וְלִחְפָּרוֹת אֶת יוֹם הַשְׁבֵיעִי בַּעֲבוּר שְׁבָהָנְסָתוֹ נִשְׁלָמָה

ושפה. מלאלת טמים וארן כמו האדם בעשותו מלאה קירה יעשה

Sanctificavit & separavit in honorem & gloria Diem septimum, quoniam in ejus adventu perfectum est

& consummatum opus Cœli & Terra, quemadmodum etiam homo,

ubi opus quid magnificum præstiterit, postquam illud perfecerit, con-

vivium facit & diem festum. Sicille. Adeò ut Sanctificationem & benedictionem diei septimi ipsis retum initis coævam hi omnes,

uti & alii similes, faciant. Unde etiam natum est commentum il-

¹ Psal. 92. R. lud, ipsum Adamum cantici illius^y in Sabbathum autorem fuisse, atq;

Eliezer ¹¹ illud cecinisse, quemadmodum etiam tribuunt Adæ Psalmum alium²

Pirke cap. 19. & Vide Ge- ob dicta quædam in eo, ut volunt illi, ad primam hominis creatio-

ne brard. nem attinentia. Quin & à Patriarchis septimi diei festum, sive velut

Chron. pag. 6. è Naturali omniumque hominum universali jure, sive ex alio, quod

² Tis. Baba antelegem, quam supra memoravimus, de Sabbati institutione ob-

Bathra cap. 1. tinuit, ortum, voluere nonnulli fuisse observatum. Menasseh Ben

fol. 14. b. Psal. 193. Israel jam nunc Archisynagus Amstelodamensis; Dico, inquit³,

³ Lib. de Crea. quemadmodum traditio Creationis Mundi penes Abrahamum &

ticere Pro- ejus posteros tantum fuit, ita etiam ex dictamine Legis Naturalis,

8. Sabbathum ab iis solis cultum fuisse. De Abrahamo dicit S. Scriptura-

^b Genes. 26. 5. ra^b, Observavit cultum meum; quo loco custodia Sabbati intelligi-

tur.

sur. De Iacobo idem affirmant veteres ex eo loco, quo dicitur venisse ad Salem & castra posuisse è regione vel ad conspectum civitatis.^{c Genes. 33.18.}

Quia enim Sabbatum, inquiunt, instabat, non licebat ei ulterius proficisci, sed subsistebat ante urbem. Idem asserunt de Iosepho, quando dicitur iustis servis suis, ut mactarent & prepararent, id propter Sabbatum ab eo factum fuisse. Ad hac refertur in Semot Rabba, Moysem petiisse à Pharaone in Aegypto, ut afflito populo suo permitteret unum diem cessare à laboribus, eoque impetrato, ex traditione elegisse Sabbatum. Ex his omnibus colligitur Sabbatum antè datam legem Observatum fuisse. Ita Archisynagogus ille. Et certè verum est ad locum illum Genesis de Abraha, ex illo משמורת cultum meum seu Observationem meam, rituum Sabbaticorum ita fieri à nonnullis mentionem, ut etiam eos existimasse Abrahamum Sabbatum coluisse, non ita absonum sit autumare. Rabbi Jochanan ibi אפיקו; ^{d Beresith Rabba parash. 64.}

הלבות עירובי הצרות היה אברם יודע etiam traditiones de combinationibus atriorum (nempè de apicibus aliquot juris Sabbatici, qui integrum occupant in Talmude titulum^e) scivit Abraham. ^{f Tit. 4.}

Alii tantundem. Et de Jacobo, quod habet heic Manasseh, legitur, ^{f Beresith Rabba parash. 47. Iarchino ad Genes. 26.} ut nonnullorum sententia, in Beresith Rabba^g, quemadmodum & rabba parash. 5. Bechol ad Genes. 31. 37.

illud de Abraha. Etiam & illum præstitutæ itineris Sabbatici quantitatis autorem^h fuisse. Sabbatum item & Josepho in Aegypto celebratum esse, velut receptissimum habent aliquiⁱ. Et demum, quod de Mose & Pharaone adiicitur, disertè occurrit in Semoth Rabba^k. ^{j Parash. 79.}

Verba sunt; ad illud de Mose ר' ראה שאין, vidit onera eorum, ^{i Ibid. Et in Comment. ad Machzor,} להם מנוחה הלך ואמר לפרעה מי שיש לו עבר אט אינו נח יומשאחד בשבוע הוא מה ואלו עבריך אט אין אתה מניח להם יום אחד בשבוע. ^a

הט מתים אמר לו לך ועשה להן כמו שתאמר הלך משה ותקן להם השבת לנוח ^{b Bechol ad Genes. 22. fol. 37. col. 4.}

^c sunt qui aiant, Mosem, cum videret nullam eis esse laboris intermissionem, ad Pharaonem se contulisse, eique dixisse. ^{d Beresib, fol. 37. col. 4.}

Servus, cui labor non intermittitur, unico in Hebdomade die, morietur. ^{e Parash. 1.}

Hi servi tuis sunt; qui, nisi permiseris ipse, ut unico in Hebdomade die, Exod. 2. 11. made die requiescant, itidem morientur. Respondit Pharaon, abi, ^{m Edit. Graecae, ut dixisti. Abiit Moses, et ordinavit eis diem Sabbati, quo coquens, fol. 38. b.}

requiescerent. Ubi adnotat If hacar Ben Nepthali ^m שמה וזהו שתקנו ⁿ מטה

משה במתנה חלקו שהיה שם על טבחר הקב'ה שינוו ישראל ביום Atque hinc est, quod à posteris in ritualibus habetur, Latabitur Moses ob datam sibi sortem; Latabitur scilicet, ei quod elegit Deus O. M. eundem ipsum diem, quo requiescerent Israe- sita, quem ipse eis elegerat. Verba illa sunt hymni initium veteris

["]Machzor
part. 1. fol.
49 a.

fimi, qui in Sabbati sacrifici^m occurrit. Et Menasseh, quem diximus,
de Institutione Sabbati in Maralocutus^o, Quicquid, inquit, ea de re
se contum est esse errare, quia non adiunguntur in eiusdem. Sic etiam

*De Creatio sit certum est, eos omnes, qui per traditionem a majoribus suis cre-
neprob. 8. tionem Mundi acceperant, etiam obserwasse Sabbatum. Et quan-
quis alii quidem illo die exhibitus quibusdam ceremoniis - coluerint.*

^{1 Cap. 14.} vis alii quialem suo aie, adhibitis quibusdam ceremoniis, coluerint Deum, & preces ad eum fuderint; nihilominus tamen alii quoque illo die quieterunt, & feriati sunt. Nec defunt, qui in Jobi Historia?

*tuo autem quiete veruntur, & ferri autem sunt. Nec dulcior, quam in Iudeo Timon
Sabbati seu Septimi diei cultum reperiri velint. Traditur scilicet ibi
septem fuisse ei filios. Et ibant filii eius, & faciebant convivia per
domos, unusquisque in die suo &c. cumque in orbem transisset dies
convivii, mittebat ad eos Iob, & sanctificabat illos, consurgensque di-
luculo offerebat holocausta juxta numerum eorum. Sic faciebat Iob*

⁹Aben Ezra cunctis diebus. Septimum diem sic volunt aliqui ⁹Jobum Sacrificio apud Bealducum ciis celebrazze. Quin de Festo hoc, velut ex Jure universali nato obserbantur, servandoque, loquitur Philo. In ipsis primordiis Mundi sanctiss.

¹ Lib. de Op. catum esse ait, & statim subjungit^r; ἵστηται δὲ καὶ μᾶς πόλεως η̄ χάραξ
ficio Mundi. εἰσὶν, ἀλλὰ δὲ ταῦτα, λῑν κυρίως ἀξιον. καὶ μόνιμοι ταύθημοι ὄνοματα εἰν γένεται
κέρυγμα φεύγον. quod vulgo vertitur, Est enim Festus non unius popu-
li regionis, sed in universum omnium; quae sola digna est, ut di-
catur popularis festivitas, & Mundi natalis. Alibi item, solenne
esse omnibus gentibus abhorrente ab externis ritibus eosque asperni-

¹ De Vita Mosis lib. 2. si, prater popularium laetum seu judorum ritus, quos a cunctis summa in veneratione habitos addit. Et nis 2d, inquit¹, *tauwieg*

*Contra A-
pionē, Lib. 2. jumentū? Et Josephus? Οὐδὲ ἔτι πόλις Ελλένων καθηποσάν, εἰδεὶ Βάρ-*

Εαρ̄ος, ἐδὲ ἐν ἔβδομῷ, ἐν δε μὴ τῷ τῆς ἑδομάδος λιβ. αρχορθόῳ ἡμέρῃ τῷ² Ελαρβ. Ια-
τέρος & Διαποστολήκεν. Quod vertitur in editis, Neque est Civitas² deorum 6. 5.
Græcorum ulla usquam aut Barbarorum, nec ulla gens ad quam Septi-² De Arcanis
mana, in qua vacamus, consuetudo minimè pervenerit. Quin de² Christi. Veri-
Sabbato, verè inquit vir doctissimus² Christophorus Helvius ex² cap. 9. &
Ebraeorum Commentariis edoctus, Mira somniarunt Iudei. Fin. quod habet à
gunt enim omnes Gentiles, qui Sabbathum non servarunt, horri-² bi de fluvio
biles cruciatus perpeti in inferno, & nolentes volentes cogi ad legistur in² Sabbathico,
Sabbathum etiam apud inferos servandum, idque tum fabellis, Gemara Ba-
tym. ad rit-² tum mysteriis Cabalisticis ex tertio precepto erutis mirabili modo Sanhedrin.
probare. Recentiorum etiam Judæorum aliquot opinionem,² cap. 7. fol. 53.
Universum genus humanum ad Sabbati Cultum obligari, ratio-² b. & Gide.
nibus è fluvio Sabbathico, & Sanctificatione diei in ipsis rerum² 10. cap. Halo-
initiis petitis, exhibet Petrus Galatinus². Sed verò, sicut pluris² scos, lib. 7. ca.
faciendum non est, quantum video, hoc de fluvio Sabbathico,² 13. Eldadum
quām figmentum illud Alcoranicum² de Piscibus in Sabbatho,² if. Cesaub.
nec aliis dicibus, capita sua è mari exerentibus, aliaque similia, osci-² Exercit. 15. 5.
tanter nimis ex infania amabili credi solita; ita quā de Gentilium² 20. Nic. Ful-
apud inferos Observatione Sabbathi, corumque quoniam vivi non² lib. 1. cap. 9.
observabant, cruciatibus memorantur, deliria quis non videt esse ho-² Petr. Canadū
minum id genus feriatorum, qui ritus suos qualescunqueranti & tam² de Repub.
morosè estimant, ut cuique mortaliū eos pariter amplexandos,² Hebraorum.
arvaratis atque monstrificis argumentis, gravioribus plane ac rationi² lib. 2. cap. 24.
consonis indigentes, inculcare non vereantur. Ceterū, nec in² Eliam Thib.
Iudæis solum, verum etiam in Mahomedanis reperiuntur, qui præce-² im Sambati-
tum de Sabbatho, quā ipsum Septimum diem in periodis à conditu² on. Manass.
mundi dierum conflatis denotat, Naturale esse, probare conati sunt;² Ben Israel in
quemadmodum Ahmed filius Zin Alabedin, Persa in Politore Specie² ad Exod. qu.
ruli adversus Christianæ religionis instituta conscripto. Sed euna² Azor. 7 A.
refutavit pridem vir doctissimus Philippus Guadagnolus² linguae² In Apologia
Arabicæ Romæ Professor, qui & illud ex Alcorano² in eum afferit pro Christia-
na Religione,² cap. 8. sect. 9.
لِئَلْ كَعْجَلْ مَلَدِيْمُسْ اَصْحَبْ الْمُنْتَدِيْمِ diximus Sabbathizantibus. In Christianorum porrò Theologo-² Azor. 3.
rum ali-

rum aliquot scriptis etiam non pauca reperiuntur, quæ illuc tendunt, ut Septimi diei Cultum Naturalem seu rerum initii coævum, atque generi humano observandum afferant. Horum alii aliterem, sive lucubrationibus singulis, sive ad Decalogum, aliterque definiti. Sed neque hos neque illos, aut impugnare, aut defendere ad prædictum attinet Institutum. *Quod nempe in eo solummodo versatur, n*on expendamus, An & quomodo Testimonia graviora jam ex Ebrais allata, nec Commentis illis insulsis de Observatione Sabbati apud Inferos aut Fluvio Sabbatico commista (nam quis non agnoscit hæc adeò futilia esse, ut nihil suprà; nisi diutiùs in eorum examinari immorari futilius dixeris) adversentur eis, quæ suprà, pro receptu Talmudicorum sententiis, circa Institutionem primamque Célébrationem Sabbati, qua Festum erat ex jussu Divino colendum, eisque singularem Ebræis Observationem, afferuntur.

C A P. XIV.

Expenduntur atque explicantur, quæ capite in superiore, ex Magistris & Philosophis allata, receiptis eorum de Sabbati Institutione, atque Prima Célébratione Observationeque sententiis adversari videantur.



Uæ superiore in capite, velut receiptis apud Ebraos de Sabbato sententiis adversa, corrogantur, ea aut ad Sanctificationem ejus in rerum primordiis, aut ad Patriarchum, antè Legem sive in Mara sive in Sinai datam, ejusque Observationem, aut demum Universalem aliarum gentium ejusdem Diei Cultum spectant. *Quod ad Sanctificationem illam* in ipsis rerum primordiis attinet, vides eorum aliquos, qui ibi Sanctificationem collocant, non de recurrentis cuiuslibet Septimi diei, sed de ipso tantummodo Septimo à creationis initio die unico loco esse. *Quorsum aliàs illud de perpetua ejusdem diei luce?* Et qui alii habent de Diei, ut Mundi Natalis, Bonitate, Dignitate, Honore, nihilo interea edjiciunt de Festi Institutione aut Obligatione aliqua universalis, quâ teneretur humanum genus ad Septimum quemque inde recurrentem cessatione à laboribus aliterve celebrandum. *Et ex-* premissim

precissim nonnulli, qui neque recentiorem Mundi conditum volunt esse
dies Sanctificationem, eam aiunt^b, uti & Benedictionem, ibi me-
morari רַבָּת לְאֵל הַשְׁבָת לְעֵד הַסְּבָט <sup>b R. Sandias
Gloss apud
Abarbinel.
in Berelith,
fol. 21. col. 3.</sup>
ipsum astineat, non ut ad eos, qui eum observarent. Cum autem Sacra Creationis historia, adeoque memoria diei, qui Universi erat
Natalis, ad posteros transmitteretur sive libris, qui periere, mandata,
sive inter Patrum traditiones accepta; mirum quidem adeò non
est, inter Patriarchas fuisse, qui tam celebren, ut Creationis historia
simulque summa Numinis potestas in animis hominum commo-
dius recoleretur servareturque, interdum colerent Festumque^c ha-
berent. At verò ideò eos, qui Patriarcharum ejusmodi Observatio-
nem admittunt, putasse præceptum seu Institutionem Naturalem seu
Divinam, adeoque observandi Obligationem, rituumve ex præcepto
designationem aliquam præcessisse, non omnino sequitur. Non
magis sanè, quam ideò existimare scriptores alios, dies Principum,
Philosophorum, aliorum natalios ex instituto seu præcepto quod
obliget, semper celebrari, quoniam à compluribus, aiunt, dies ejus-
modi celebrari solitos. Quod autem ad Abrahæ, Jacobi, ac Iosephi
Observationem in superius allatis attinet; monendum est, apud
Ebraeos perquam receptum esse, tam singularem horum, maximè
Abrahæ, fuisse prærogativam sanctitatis atque illuminationis divi-
nae in lege discernenda anticipationem, ut non Sabbathum dunta-
xat, atque apices juris ad illud pertinentes ritè observarent, verùm
etiam totam^d integrumque eam, quæ postmodum data est, Legem^e <sup>Apud Rab.
Bechai ad
Berelith, fol.
37. col. 4.</sup>
ejusque D C X I I I præcepta. Scilicet quicquid in toto habetur juris
Levitici corpore. Et planè hyperbole est. Unde fit, ut etiam ipsi,
qui primam Sabbati non solum, quæ festum est, Observatio-
nem, sed etiam Sanctificationem in deserto Sinæ, ut dictum est,
collocant, Abrahæ interea Sabbati cultum etiam accuratiorem non
denegent^e, imò asserant, ut videre est in Salomone Jarchio, qui non
semel primam Sanctificationem & Benedictionem diei, ut Festi re-
quie celebrandi, in Sina ac descensus Mannæ historia ponit, (ut ca-
piteliquet undecimo;) & simul hoc de Abraha admittit. Nam &

neficio quam opinionem Cabalistarum cœtus, portentosis otii sive
commentis indulgentissimus, imbibatur de ipsius Legis totius, quem-
admodum itidem de Paradisi, Hierosolymarum, Israëlis, etiam ante
Mundi conditum creatione; unde itidem, ad Patriarcharum, quos
diximus, dignitatem impensiū extollendam, singularem illam, nec
adeò facile intelligendam Sanctitatis atque Observationis præroga-
tivam & anticipationem eis tribuere non verebantur. Sed pecu-
liaria ejusmodi somnia non omnino faciunt, quo minus etiam a-
pud eosdem stabilis remaneat, atque pro receptissima habeatur illa
de Institutione & primaria Observatione Sabbati sententia superius
ex eorum commentariis exhibita; quā scilicet five Humanī gene-
ris, sive cœtū Israëlitici totius, sive legis alicujus de Sabbatho Obser-
vando promulgationis ratio in hisce dispiciendis historica sit ha-
benda. Id verò quod de Mōse & Pharaone ex veterum aliquo ha-
betur traditionibus; illum scilicet ab hoc impetrâsse, ut Israëlite,
ærumnis Ægyptiacis pressi, Sabbatho requie gauderent, non omnino
probat, (tametsi de veritate constaret,) tunc temporis Obligationem
aliquam fuisse, ne quidem ex eorum opinione, qui id tradunt, ad
diem illum Septimum, ut Festum, colendum. Detur Mōsem Na-
talis mundi diem sic in illorum requiem elegisse. Ideone Natalis ille
ex universalí aliquo præcepto tunc observandus? Nullo modo sequi-
tur. Nec verò recipitur Ebræis historiola illa Mōsis, utcunq; in
vetusto illo codice *Rabboth* inter ejusmodi alias non paticas interfer-
ta. Imo planè rejici videtur viris inter eos egregiis, qui ideo volu-
^{1 Deut. 5. 15.}
in repetito Decalogo causam Sabbati observationis ex servitiat
in Ægypto deductam esse, quoniam ita memoria Laborum, quibus
omni fine intermissione dierum ibi fuerant pressi, & jam Numinis
^{2 More Nebochim.}
^{3. part. 2. cap.}
beneficio liberati, erat retinenda. Sic certe Moses Maimonides⁴. No-
que erat sanè cur Is'hacar Ben Nepthali tam fidenter hymnum illum
in Sabbati ritualibus ex historiola illa interpretaretur. Certè five Ma-
ram, sive desertum Sinae, sive Montem Sinai respicias, (in quibus
omnibus de Sabbatho, uti volunt, aliquid præsinitum est,) indiscrimi-
natim pariterque verba illa, *Lætabitur Mōses ob datam sibi sors em ad*
horum

honum quemvis pertinere possent; nisi quæ sequuntur in hymno, datam de Sabbatho in Monte Sinai Legem ibi innui planè indica- rent. Sequitur enim נחַת בְּרָאשׁוֹ תְּפִאַת לֹא כָּלִיל נָחַת בְּרָאשׁוֹ כִּי עָבֵד נָאָמֵן קָרָאת לוֹ שְׁמִינִית שְׁבַת וּכְתוּב בְּתֻוחַת וּגְזַעַן בְּעַמְדוֹ לְפָנֶיךָ עַל הַר סִינְיָה שְׁמִינִית שְׁבַת וּכְתוּב בְּתֻוחַת וּגְזַעַן quoniam fidelem servum cum uocasti. Summam gloriam capitii ejus dedisti, cum stebat coram te in Monte Sinai; et binas tabulas lapideas secum reportavit, in quibus scriptus est Sabbathi cultus, sicut scriptum est in lege tua &c. Et deinde sequuntur verba legis^h. Quin in Commentariis ad dictum hymnum^{Exod 31.18.} adjicitur doctissimum sanè, iuxta Ebraeorum Magistros, & ingenio-^{G 17.} sum de Sabbatho, ad rem quam tractamus, compendium. Breviter

ibi sicⁱ: מְשֻחָה שְׁבַת מִרְאַת הַכְּנַת שְׁבַת הַר סִינְיָה אֲתָה קְדוּשָׁת שְׁבַת בְּרָאשֵׁית; Ad Mach-
Designatum est Sabbathum in Mara, in numerorum Preceptorum conjectum est in Monte Sinai, Sanctificatio ejus in ipsa rerum creatione evenit. Primum autem Sabbathum (quod obseruatum est) evenit seculis in futuris. Quod de Jobo adjicitur,

quasi is Septimum diem coluisse, per pauci sunt è Magistris, qui illud admittunt, tametsi nec desint in Christianis^k qui locum ex eo citatum sic intelligent. Sed dics ibi, quem celebravit ipse, Craftinus est diei septimo seu octavus. Expleto nempe diecum, quibus convivabantur filii, orbe septenario, craftino sacrificia peragebat ille. Ita ad Septimi Cultum non attinet. Quin nec satis liquet, utrum dies illi Septem continui essent ac perpetuo recurrentes, an Natales Septem filiorum anniversarii^l, an unicus tantum in anno orbis Septenarius continuus. Sanè & patres aliquot^m Christiani, seculis illis ante legem, ne à Patriarchis quidem obseruatum Sabbathum Hebdomadicum, & Mosis seculo præceptum ejus initium habuisse volunt,ⁿ

atque ex ratione singulari^o non ex perpetua, aut universalis Obligationis vi. Neque verò contra faciunt, quæ è Philone afferuntur, quasi aliarum gentium cultum heic adstruerent. Priore in loco non dicit, festum hunc diem fuisse hominum omnium, seu, ut in ejus versione edita, non unius populi regionis, sed in universum^p S. Chrysost. omnium. Vertendus planè, non unius populi regionis, sed uni-^{Hom. 12. ad Populum Aegyptiensem.} versi. rochenum.

versi. Scilicet non ait, populorum omnium aut regionum esse hoc Festum, sed & πάντος Univerſi seu Mundi; unde & ejusdem vocat Natalem, quo nomine manifestum est, tum ex ipso Decalogo, tum ex receptissimis Ebraeorum traditionibus illum esse ex instituto celebratum. Posteriore autem in loco non omnino loquitur Philo de Sabbato, velut aliis gentibus pariter cito, sed tantum de ejusmodi honore ei apud alias gentes exhibito, qualem ii qui exteræ genti ritus seu alienos eis, quibus sunt peculiares suis in territoriis libenter permittentes, ipsis ritibus dicuntur exhibere. Id palam fit ex sequentibus eodem in loco atque connexis. Nam paulò post^o, τίς δὲ, in-

*De vita
Mosis lib. 2.*

inquit, τὸ λεγούμενον νησίαν καὶ πίθηπε καὶ μάλιστα δι' ἔτος αὐτοῦ, τῆς ἱερουλίας αὐτερόπερον καὶ σεμνόπερον τεσσάρον, quis jejunium, quod vocant, non mirabundus adorat, maximè quod annum habetur in sacrificio illo mense, disciplina tetrica & austera? Et dein itidem, τὸ τηνομοθεῖαν ἱεροπερέν, Sanctitas Legum Iudaicarum, inquit, non solum ipsis Judæis, verum etiam πολλὰ πᾶσι τῷ αὐτοῖς τεθαύμασι omnibus aliis venerabilis habetur. Alia habet ejusmodi. Quae cō quidem faciunt omnia, ut rituum non solum Sabbathorum, sed etiam reliquorum legumque Judæis in usu, honorent quendam atque venerationem apud alias gentes omnino das, inter quas runc temporis dispersi sunt Ebræi, reperiri ostenderet; sed neutiquam cō omnino tendunt, ut eorum observatio aliqua extra ipsos Ebræos, aut qui in ipsorum ritus transierant, haberetur. Parili modo verba facit ille, de celeberrimo illo in mense Septimo, seu Tisri, Festo expiationum, & demum sanè de toto Ebraici Juris corpore. Neque Sabbathum interea magis, atque hoc totum alias innuit gentes obser-
vasse. Ex indulitu autem Principum, veluti Julii, Augusti, Tiberti, ritus Judaicos Judæis ipsis plerunque permissos scimus; adeoque inde dubitandum non est, quin ritus ipsi, quos memorat illuc Philo, in honore passim cum Judæis ipsis apud alias gentes habiti.
Zib. de De- Quin ipse Philo expressius alibi, Quartum, inquit P, precepit
eslogo. est τὰς τῆς ἱερῆς ἐδόμης, ἵνα Καρυῶς καὶ δοὺς ἀγηταί. Ταύτων εἴναι μὴ τῶν πόλεων ἐργάζεσθαι ἀπαξέντε μηδεώς. Διὸ τῆς καὶ Ἰερῶν νεροπεινας

Ἀγερθεύ-

Διαχειρίσθως, τὸ δὲ Ἰudeāν ἔθνος συνεχῶς ἐξ ἀλλοτάρων αὐτοῦ de
Sacro die Septimo, ut is sancte pique transfigatur. Hunc civitates
quedam semel in mense ut Festum celebrant, numerando à Novilu-
nio cœlīrus ostendo. Ceterum Iudaica gens quemlibet diem Septi-
mum continenter, sex semper relinquentes. Nil manifestius est,
quām eum heic peculiarem singularemque popularibus suis facere
diei, in periodo dierum, Septimi seu Sabbati Hebdomadici Cul-
tum; utcunque aliud dici Septimi genus apud gentes alias alias
receptum etiam memoret. Nimirūm Septimus Mensis Dies, A-
pollinis natalibus sacer erat. Qua de re plura inferiùs, capite deci-
mo sexto. Quin etiam Philo ubi sollicitius omnia de numeri Sep-
tenarii tum Usu tum Honore, ex disciplinis Gentilium & Physi-
cis & Mathematicis congerit, concludit tandem Mosem dignitatem
ejus tum sacratissimis tabulis Legis tum τῆς Αγεοίας τὸν υφ' αὐτὸν ^{9 Lib. de}
ἀπατῶν animis omnium, qui sub sua erant ditione, insculpsisse diei ^{Mundi O;} i-
ficio.

Septimi seu Sabbati recurrentis Observationem, non omnino ejus-
dem apud Gentiles Cultum aliquem interserens. Atqui & alia huc
spectantia occurrent in sequentibus.

C A P. XV.

Et Josephi locum Capite in Decimo tertio adductum, si de diei Septimi Cultu a-
lias apud Gentes pariter atque Ebreaos recepto sumatur, ipsi rerum Veritati
palam reluctari. Neque sic intelligentum. Aliæ scilicet Gentes neutiquam
Diem in periodis Dierum Septimum seu Sabbatum Hebdomadicum co-
lebant. Obierit de Sabbati nomine, hujusque & Jejunii apud Scriptores
Paganos, Confusione. Calendarium Romanorum Vetus. Orbis dierum
Nundinalis.

Uodad Josephi locum superiùs è libro ejus aduersus A-
pionem secundo citatum attinet, quo disertè asseritur,
nullam fuisse civitatem aut Gentem sive Græcorum,
sive Barbarorum: ἵντε μὴ τὸ τῆς Ἑδουάδος λὺ ἀργεῖμη
ημοῖς τῷ Θεῷ & Διοπεφοίτην: veritutis quidem vulgo, ut diximus,

ad quam Septimana, in qua vacamus, consuetudo minimè pruerit. Atqui Septimana, substantivè pro septem dierum Systemate, non pro ipso die Septimo sumi solet. Græcum verò vocabulum Latinis satis receptum, id est, Hebdomas, tam diem etiam annum Septimum, aliudve tempus aut numerum, qui orbem Separarium claudat, quām ipsum sive dierum, sive annorum aliorum temporum septem Systema significat. Usus illius ejusmodi pro

^{1 Advers. A.} Die apud Josephum alibi¹ habetur; atque in ipso apud eum Decpcion. lib. 2. ² logo², περιηγητον τας εεδουαδας occurrit pro eo quod est observata. ³ Hesof. lib. 1. cap. 2. & 5. re dies Septimos. Sic in historia Maccabaica⁴, & Scriptoribus ⁵ lib. 5. cap. liis. Neque diversimodè vocabulum heic denotare liquet ex variis. al. 34. ⁶ c. Archeolog. ⁷ bisillis λινόργεμαδιμεις quam requie celebramus nos, seu quā nostri. lib. 3. cap. 4. quiescimus. Atque ut Hesiodo, Aristophani, aliis περιηγητον pro die ⁸ 2 Macc. 6. ⁹ quarto, sic εεδουαδα pro Septimo usurpatum est. Illud autem, ¹⁰ εεδουαδα, Josepho sice est peculiaris ad Septimum diem spissam consuetudo seu mos, quo nomine etiam ipse alibi in popularium suorum dierum Hebdomadicorum Observatione, requiem Sacram de-

¹⁰ Hesof. lib. 2. notat. In Oratione Agrippæ¹¹ ad Judæos, πρεπεις μη γε τας cap. 28. Gr. ¹² εεδουαδων εθη και περιηγητον περιχειρικαν κυνηγηματοι, πασιν αδιαφορη.

¹³ Preser scriptor. si enim Servetus Sabbatorum seu dicrum Septimorum consuetudinem prores nuper. Et ad nullum actum moveamini, facile profecto capi emini. In discursus de Sab- tiendo autem loco illo e libris adversus Apionem citato, duo in pri- baro, consu- mis heic consideramus. Alterum, quid sentiendum sit de sensu Bolducii de illo, quem viri aliqui docti^x inde eliciunt, Cultum scilicet Septimi Ecclesie an- telegem, lib. diei seu Sabbati Hebdomadici etiam Judaicum, apud alias pariter 1. cap. 2. Iaco- gentes apud Ebraeos fuisse in usu; alterum, quisnam fuerit genuinus bum Gorbo- fredum ad Josephi illic sensus. Dum prius expendo, certè ejusmodi quid in- Tertullianū tellexisse Josephum nullus admittere queo. Non tam quia Talmu- aduers. No- dicis adversum id nimis est, (nam illis alias etiam is subinde adva- tiones lib. 1. cap. 13. Desi- satur,) quām quoniam rem se aliter palam habuisse, non solum a dorium He- aliorum scriptis, Gentiumque moribus facile evincitur, verum raldum ad Tertull. A- etiam ex ipso Josepho videtur eliciendum. Hoc simulacrum demon- pologic. c. 16 stravimus, & argumenta, quæ in contrarium facere videantur, di- luimus,

Inimus, etiam mentem Josephi heic explicare conabimur. Vixit ille sub excidium Templi, seu Vespasiano Cæsare. Scriptores extant ei partim coœvi, partim seculum ejus hinc inde circumstantes; apud quos mentio quidem Septimi diei Cultus, sed veluti ritus Ebræis maximè proprii, nec Gentibus aliis ex Instituto seu more publico omnino communis, sed ipsis planè peregrini. Justini Historici verba superius¹ adducuntur; quibus à Mose diem Se-^{1 Cap. n.} ptimum sacratum scribit, ac velut Ebræis singularem memorat. Tacitus² item; *Continuum sex dierum iter emensi (Ebræi) Se-*^{2 Histor. 3.} *ptimo, pulsis cultoribus, obtinuere terras, in quibus Vrbs & Templum dicata sunt.* Et de jejunis crebris, azymis, id genus aliquot aliis locutus, Septimo die, inquit, otium placuisse ferunt, quia is finem laborum tulerit. Dein blandiente inertia Septimum quoque annum ignavia datum. Alii honorem eum Saturno haberi; seu principia religionis tradentibus Idais, quos cum Saturno pulsos & conditores Gentis accepimus; seu quod è Septem Sideribus, quis mortales reguntur, altissimo orbe & precipuâ potentia, Stella Saturni feratur: ac pleraque cœlestium vim suam & cursum Septimos per numeros confiant. Hi ritus quoquo modo inducti antiquitate defenduntur. Nemo, puto, hæc à Tacito, (qui etiam, Hierosolymis, ait, profana omnia Iudeis, que apud Romanos Sacra) dicta existimabit, veluti de Septimo die aliis pariter gentibus suisve Romanis culto. Singularem planè facit Judæis, uti & ritus certos ibi memoratos, non sine nugis interea mendacissimis, pro more Scriptorum gentilium rerum Judaicarum ita nesciorum. Tque illud etiam tam Cultus Sabbatici apud eum, quam rituum liquorum velut lemma est; Moses, quo sibi in posterum gentem maret, novos ritus contrariosque ceteris mortalibus, indidit. Profana illuc omnia, quæ apud nos Sacra. Mortalibus sanè ceteris, mortaliū nempè ceterorum Institutis ac moribus publicis, adversus fuisse ritum etiam hunc de Septimi diei cultu, proculdubio in ille. Dio item³ Sabbati seu Saturni diei Cultum, ut Judæis^{3 Histor. 37.} primum ac singularem manifestò meminit. Atque Ovidius, ubi

de sa-

de sacris aliquot ab Amoris candidato , ut ibi spectet specteturque
^a De Arte
 Amand. lib.
 1. frequentandis^b monet;

*Nec te prætereat Veneri ploratus Adonis,
 Cultaque Iudeo Septima Sacra viro.*

Et paulò post

Culta Palæstino Septima Festa viro.

Septimi diei Sacra Iudæo, qui Palæstinus tum Græcis,tum Romanis
 dici solitus, facit propria, nec Romanis suis aliisve omnino communi-
 nia. Versum hunc immane quantum , sive verba, sive metrum spe-
 ctes, depravavit idque miserrimè insignis ille Theologus, Alphon-
 sus Tostatus , cui tamen idem ipse este iusdem , ad hanc rem, sensus
^c Ad Exod.
 20. quæst. II.
 Arte amandi loquens de Iudeis

Terra Palæstina septimo Culta viro,

*Id est , Terra Palæstina , que comprehendit partem terra Chanaan
 est culta, id est , habitata, Septimo viro, id est Iudeo, qui vocatur septi-
 mus , quia de septem in septem dies Sabbathæ facit. Et sic magna
 iste poëta posuit illud adjectivum septimus , tanquam proprium Hi-
 braorum connotatum. Sed hoc non esset verum, si aliae gentes servu-
 rent Sabbathæ. Ergo nulla gens hoc faciebat. Sic ille. Per quam ab-
 surdum esse illud de Septimi nomine Ebræis tributo, etiam pueri vi-
 dent; quod viro gravissimo aliasque doctissimo excidens est con-
 donandum. Sed proprium ex Ovidii sensu fuisse Ebræis recurren-
 tes Septimi diei Cultum appositè satis infert. Unde & Sabbathæ per-
 grina Romanis vocat idem Poëta^d.*

^a De arte
 Amand. lib.
 1.

*Nec Pluvias opra, nec te Peregrina morentur
 Sabbathæ —*

Animadvertisendum autem obiter est, quemadmodum à Iudeis ipsi
^e Levit. 23.
^{24. Epiphany.}
^{24. Epiphany.}
^f Reg. 30. Eccl. Fest. sua seti dies feriati qualescumque etiam Sabbathæ^c dicebantur,
 quod nemo ferè nescit; sic Gentilibus itidem Jejunia omnimoda-
 que eorum Solennitates eodem interdum nuncupari vocabulo

Rect.

Recte quidem Josephus Scaliger^f; Omnes Festivitatem Iudaicam^g Lib. 3. de non solum Iudei, sed & Gentiles Sabbathum vocant. Iudei quidem <sup>Emed. Tenu-
cum dicunt, Tisri nunquam incipere à feria prima, quartâ, sextâ, 209.
porum, pag.</sup>

ne duo Sabbathata continuuntur. Gentiles autem non alio nomine omnes eorum solennitates vocabant. Juvenalis; Observant ubi Festa meropede Sabbathata Reges. Nudipedalia enim Iudaica, que nona Ab, & alias etiam extra Sabbathati diem, sita contingat, celebrantur. Unde & post Acronem, Neomenias, tametsi feriatae non essent, (nam præter Neomeniam Tisri, quod initium anni solennius, feriata fuit nulla,) sic dictas rectè observat^h, uti & aliiⁱ ex illo Horatii^j,

— hodie tricesima Sabbathata, vix' tu
Curis Iudeis oppedere? —

Tan jejunia itidem Judæorum, quam solennitates alias Sabbathata Romanis dici, scimus ex illo Augusti^k ad Tiberium; Ne Iudeus qui dem, mi Tiberi, tam libenter Sabbathis jejunium servat, quam ego ho- lie servavi. Hinc & Martiali^l, ipsa gens, Sabbariis;

Quod sicca redoleat palus lacuna,
Quod jejunia Sabbariorum &c.

Persius^m item

— recutisque Sabbathapalles.

Petronius,

Et non jejunâ Sabbathata lege premet.

mirum Festi notissimi celeberrimique nomine, ceteris etiam Festi seu diebus feriatis ab ipsis Judæis communicato, Romani nullâ admiratione habitâ, & Neomenias & Jejunia eorum pariter vocitantur. Unde evenit etiam, ut moribus gentis non satis perspectis minibusque Jejunii & Sabbathi confundi solitis, ipso Sabbatho hebdomadico seu τῇ Φύσει Σαββάτῳ (ut appellat Epiphaniusⁿ) id est, ^o Hes. 30. urali calculo septimo, seu Sabbatho inde celebrari consueto, jejunia ^p 32. brata tradiderint scriptores nominis maximi. Sic enim expressus Trogus seu Justinus^o, alii veterum. Quod sanè rei veritate est ^q His. 36. nissimum. Sabbatho enim hebdomadico non solum non jejunabant

Aaa

nabant

^f Ibid. Et Ca-
non. Iagovic.
lib. 3. pag. 223

^g Aegidius
Bucherianus de
Paschalis Iu-
daeorum cy-
clo, pag. 384.
^h Lib. 1. Ser. 9.

ⁱ Suetonius
in Octavio,
cap. 76.

^j Lib. 4. Epig.
4. ubi vide
Mart. Ra-
derum.

^k Suyr. 5.

¹ *Sympof.* nabant *Judæi*, (ut etiam videre est apud Plutarchum ^P, qui eos *Sabbata*, quo nomine hebdomadica is tantum intelligit, pollucib[us] inter eccl[esi]as. ² *Annal. Eccl[esi]as. in Chri-* brasse scribit,) quod & recte monent *Cæsar* *Baronius* ^q, & *Iacobus* ^r *fl. 34. ubi de Casaubonus*; sed nec jejunare eis fas erat, uti passim docent *Maccena pura*. ^s *Vide Iu-* gisti. Cum vero in qualibet dierum septimana bini nimis ^t *distr. cap. 8. 6.* haberentur in *Judæorum* solennitatibus jejunii *Dies*, nempe fe- ^u *Ad Suetonii* ria secunda & quinta, seu *Lunæ* & *Jovis* dies, quibus, ut in *Sab- Octavium*. ^v *cap. 76. Et batis* etiam, *Legis Sacrae* publicè pars aliqua legebatur, adeo ^w *Exercit. 16. 5* etiam sic reperirrentur in eorum sacris alii, præter *Sabbatum* ho- ^x 108. ¹ *D. Luc. 18.* dies septimi cum jejuniis crebrò recurrentes; quod ipsum est, & ^{12. 1. Drusus} quo *Tacitus*; *Longam olim famem crebris adhuc jejuniis faci- ibid. ^y ad tur*, quo & spectare videtur illud *Censorini* ^z, *Iudeos in dictu- Luc. 1. Sepher Iuchasin. fol.* *omnium numeris sequi septenarium*; cum, inquam, se res ita habue- ^{10. a. Epiph.} rit, adeò mirum non est, aut *Augustum* *Sabbati* *Judæorum* ^{aa} *Heres. 11.* pro exemplo in *Epistola ad Tiberium* attulisse, aut *Romanos* alios ^b *Histor. 5.* sic jejunia eorum & *Sabbata* simùl memorasse. Nam quā *Sabbata* ^c *De Die Na- tule. cap. 1.* vocabulum, sive *Septimum* diem recurrentem, sive *solennitatem* ^d *Geograph. lib. 16.* *Judæorum* omnimodam eis denotabat, sic sanè *Jejuniorum* ille- rum, quæ stata & solenniora, dies ritè signabat. Ut pote qui no- ^e *Orig. 14. c.* minùs *Septimi* dies in dierum periodis quām ipsa *Sabbata* illi- ^f *Halof. lib.* stria seudies *Saturni*. Hinc etiam dies *Septimos* seu *Saturni*: ^g *1. cap. 5.* ² *Lit. de Sa-* *Sabbata* hebdomadica pro *Jejuniis* perperam sumpfit doctissime ^h *perfissione.* ⁱ *Histor. 37.* *Geographus Strabo* ^x in *Pompeii obsidionis Historia*. Nam re- ^j *S. Augusti.* ipsam ad *Sabbata* hebdomadica seu dies requiei, non *jejunii*, at- ^k *Epiph. 86. Et nuisseliquet ex scriptoribus aliis, Josepho* ^y, *Plutarcho* ^z, *Dionisio*. ^l *Vide Socrat.* Scimus quidem, *Sabbatis* seu diebus *Saturni* *Christianos* aliquorū ^m *Eliſt. Eccles.* ⁿ *lib. 5. cap. 22.* veteres *jejunasse*, atque hos *Judæos* interdum à scriptoribus *Rom. Grac. 21. Lat.* ^o *de Romanis*, nis appellari. Sed *Augusti* (cujus autoritas jam ante adducim- ^p *Gabrielē* temptis aliaque minimè sinunt, ut de illis *Sabbati* *jejunia*, quæ ^q *Albaſſinum* memoravimus, sint sumenda, sed tantum de *Judæis* ipsiſ. ^r *Obſervar. lib.* autem se res hæc habuerit, *Sabbata* hebdomadica *Romanis* fuit ^s *1. cap. 13.* planè peregrina, nec in *Civitatis Romanæ* *sacra* admissa, ex jam m- ^t *reſervar.* ^{lib. 1.} moratis edocemur. Quibus accedat illud *Claudii Rutilii* ^u

Redai-

reddimus obscena convicia debita genti;

Que genitale caput propudioſa metit.

Radix ſtultitie, cui frigida Sabbath a cordi.

Sed cor frigidius religione ſua eſt.

Septima queque dies turpi damnata veterno,

Tanquam laſſati mollis imago Dei.

Cetera mendacia deliramenta cataſte

Nec pueros omnes credere poſſe reor.

Dubitatne quisquam hæc de Judæis ita dici, ut eis Sabbathi hebdomadici uſus seu Septimi diei Cultus non minùs, ad Rutilii mentem, proprius eſſet & singularis, quām circumcifionis ritus; id eſt neutiquam Romanis Græcisve aliisve Gentibus in Occidente receptus.

Juvenalis item ^d, de Judæis,

^e Sæpr. 14.

Quidam fortiti metuentem Sabbath a patrem,

Nil præter Nubes & Cæli numen adorant &c.

Sed patre in cauſa eſt, cui Septima queque fuit lux

Ignava, & partem vita non attigit ullam.

Quis non videt hoc de Septimam lucem colentibus ſic dictum, ut Civis Romanos neutiquam ex more ſuo eundem colere innuat? Cum primis huc facit item Seneca Testimonium. Is in Civilem Romanorum aliorumque Romæ degentium Theologiam vehementius accopiosius, quām Varro in theatricam & fabulosam invectus, reprehendit etiam sacramenta Iudeorum & maximè Sabbath a (ſic ex libro ejus contra Superſtitio[n]es, qui jam non extat, D. Auguſtinus ^e) ^f. lib. 6. de Cœrit. Dei, cap. 10.

inutiliter eos facere affirmans, quod per illos ſingulos Septem inter- positos dies ſeptimam ferè partem ariatis ſue perdant vacando, & multa in tempore urgentia non agendo, ledantur. Gentilium ſuorum Numina ritusque ſacros ſeorsim exagitat; Sabbath a autem ſeu Septimi diei requiem ut Iudeorum omnino propriam. Subdit rem; Illi tamen causas ritus ſui noverunt, & major pars populi facit, quod, cur faciat, ignorat. Ritum ſuum, ſeu Iudeis ſingularē tantum, iterum agnoscit. Martianus item Capella ^g veterum rituum Philologia, lib. 2.

venerabundam, postitque, inquit, quosdam tres deos, aliosque diei noctis que Septimo radiatos; quandam etiam Fontanam virginem deprecatur. De Christiana proculdubio Theologia falsus loquitur; sed interea de septimi diei cultu sive ipsiis sive simul cum Judaeis singulari. Hoc verò ut liquidiùs constet, (si, quæ haec tenus offensâ sunt, non satisfaciant,) componantur jam dicta cum ipsis, tum Romanorum, tum Graecorum in dierum observatione moribus. Graecos diei suos habuisse scimus mensis ~~Ιανουάριος~~, μεσόγητος, Φθινοπώνια, medii, inclinantis ita dispositos, ut inde trifariam divideretur mensis quilibet. Festa etiam quamplura eorum visuntur, tum apud v-

^{2.} Petrus Ca-
res, tum in recentioribus ³, qui integra de eis edidere opera, nec in-
stellamus in
Ecclesiologio, I.
Memoria in
quod exhibentes. Quicquid autem in adversum tendere videat,
Gracia, Peri-
ara, Hoffm.
de Fest. Ori-
bius, alii, dies eorum fastos, nefastos, intercisos, feriatos, Kalendas,
gine, I. l. Gy-
rard, lib. de
Anni ⁴ nullibi apud eos reperitur mentio. Verum quidem est, non re-
mensibus, detantis rationem esse ipsis publicè habitam.
Mich. Bea-
therus in Fa-
stu, &c.
^{5.}

Est h^o quoque qui nono semper ab orbe redit.

Quale de Septimo in dictum observatione Sacra, publica, atque ex
^{6.} Ovid. Fast. instituto, apud Gentiles veteres, inauditum. Scilicet Ogdoas, non
Hebdomas, in dictum tributio servabatur in Romanorum Calendario (ut maximè videre est in eo, quod sub initio Cæsarum sae-
cūlum, quantum ad hanc rem, tam ante quam postea diu fuit in
usu) propter Nundinas seu noni diei redditum, ut Hebdomas apud Ju-
deos propter Sabbatum, & apud Christianos propter diem Domini-
cum. Atque ut literæ, quas Dominicates Ecclesia vocitat Christiana,
ideò ^{7.} G seu numero Septenario in Calendariis nostris terminar-
tur, ita parilem ob rationem, ad observandum mundinarum redditum,
in Calendario illo Romanorum veteri ^{8.} H finiebantur seu Ogdoade. Calendarii illius Romani, quod & Colotianum Josepho Scaligero dici solitum, etiamnum Romæ, puto, in ædibus Maffeianis ad
Agrippinam visitur, exemplar heic exhibemus.

IABNA

Januarium.

A K. JAN. F

B F

C C

D C

E NON. F

F F

G C

H C

A AGON

B EN

C CAR. NP

D C

E EID. NP

F EN DIES VITIOSOS
EX S.C.

G CAR

H C

A C

B C

C C

D C

E C

F C

G C

H C

A C

B C

C C

D C

E N

F C

G C

H C

I C

XXI.

Februarius.

H K. FEB. N

A N

B N

C N

D NON

E N

F N

G N

H N

A N

B N

C N

D EID. NP

E N

F LUPER. NP

G EN

H QUIR. N

A C

B C

C C

D FERAL. F

E C

F TER. NP

G REGIF. N

H C

A EN

B EQ. NP

C C

XXII.

Martius.

D K. MAR. NP

E F

F C

G C

H C

A N HOC DIE CAESAR PON.
TIFFEX MAX. FACT. EST.

B NON. F

C F

D C

E C

F C

G C

H EN

A EQ. NP

B EID. NP

C F

D LIB. NP

E C

F QUIN. N

G C

H C

A N

B TUBIL. NP.

C Q. REX C.F

D C

E C

F N HOC DIE CAESAR ALEX.
AND. RECEPIT.

G C

H C

I C

XXXI.

Aprilis.			Majus.			Iunius.		
C K	APR. N		A K.	MAI. N		H K.	JUN. N	
D C			B F	COMP.		A F	MART. CAR. MONET.	
E C			C C			B C	C C	
F C	LUDI	MATRI MAGNAE.	D C			C C	C C	
G NON.	LUDI		E C			D NON		
H N	LUDI		F C			E N		
A N	LUDI		G NON. N			F N		MENTI IN
B N	LUDI		H F			G N		CAPIT.
C N	LUDI		A LEM. N			H VES. N		FER. FEST.
D N	LUDI IN CIRC.		B C			A N		
E N			C LEM. N.			B MATR. N		
F N	LUD. CERER.		D N. LUD.	MART. IN CIRCO.		C N		
G EID.	NP LUDI		E LEM. N			D EID. N		
H N			F C			E N		
A FORD.	N LUDI		G EID. NP			F Q.	ST. D. F	
B N	LUDI		H F			G G	C	
C N	LUDI		A C			H H	C C	
D N	LUDI		B C			A A	C C	
E CER.	N LUDI		C C			B B	C C	
F N	IN CIRC.		D C			C C		
G PAR.	NP		E AGON. NP			D D	C C	
H N			F N			E E	C C	
A VIN.	N		G TUB. NP			F F	C C	
B C			H Q. REX. C. F			G G	C C	
C ROB.	NP		A C			H H	C C	
D F			B C			A A	C C	
E			C C			B B	C C	
F NP	LUD. FLOR		D C			C C	C C	
G C	LUDI		E C			D D	F C	
H C	LUDI		F C			E E	C C	
XXX.			G C			XXX.		
			XXXI.					

<i>Julius.</i>	<i>Augustus.</i>	<i>September.</i>
F K. JUL. N	E K. AUG. N	D K. SEPT. N
G N	F C FER	HOC DIE PER NEE.
H N	HOC DIE C. C. S. VICIT. HISP.	E N
A N	G C	F NP
B POPLIF. N	H C	G C LUDI ROM.
C NLUD. APOLLIN.	A NON. F	H NON. F LUDI
D NON. N LUDI	B F	A F LUDI
E N LUDI	C C	B C LUDI
F N LUDI	D C	C C LUDI
G C LUDI	E N	D C LUDI
H C LUDI	F C	E C LUDI
A N LUDI	G C	F C LUDI
B C LUDI CIRC.	H C	G N LUDI
C C MERK.	A EID. NP	H EID. N
D EID. N MERK.	B F	A F. F. EQVOR. PROB.
E F MERK.	C C	B CLUD. ROM. IN CIRC.
F C MERK.	D C	C C IN CIRC.
G C MERK.	E PORT. NP	D C IN CIRC.
H LUCAR. N. MERK.	F C	E C IN CIRC.
A C LUD. VICT. C. S. A R.	G VIN. F.P.	F C IN CIRC.
B LUCAR LUD.	H C	G C MERK.
C C LUDI	A CONS. NP	H C MERK.
D NEPT. LUDI	B EN	A C MERK.
E N LUDI	C VOLC. NP.	B NE MERK.
F MURR. N. LUD.	D C	C C AVGUSTI NATALIS LVD. CIRC.
G C LUDI	E OPIC. NP	D C
H C IN CIRC.	F C	E C
A C IN CIRC.	G VOLT. NP	C
B C IN CIRC.	H NP.	G C
C C IN CIRC.	H. D. ARA VICTO RIÆ INCVRIA DE-	H F
D C.	A F DICATA EST.	A C
XXXI.	B F	XXX.
	C C	
	XXXI.	

<i>October.</i>	<i>November.</i>	<i>December.</i>
B K OCT. N	A K. NOVEM. N	G K. DECN.
C F	B ...	H ...
D C	C ...	A ...
E C	D ...	B ...
F C	E NON. F	C NON. F
G C	F F LUDI	D ...
H NON. F	G C LUDI	E C
A F	H C LUDI	F C
B C	A C LUDI	G C
C C	B C LUDI	H C
D MEDITR.	C C LUDI	A AGON. NP
E AUGUST. NP.	D C LUDI	B FN
F FONT. NP	E EID. NP <small>EPVL. INDICT.</small>	C EID NP
G EN	F F EQUOR. PROB.	D F
H EID. N	G C LUD. <small>PLEB IN CIRC.</small>	E CONS. NP
A F	H C IN CIRC.	F C
B C	A C IN CIRC.	G SAT. <small>FERIE SATURN.</small>
C C	B C MERK.	H C
D ARM. NP	C C MERK.	A OPAL. NP
E C	D C MERK.	B C
F C	E C	C DIV. NP
G C	F C	D C
H C	G C	E LAR. N
A C	H C	F C
B C	A C	G C
C C	B C	H C
D C LD. VICT.	C C	A C
E C LUDI	D C	B C
F C LUDI	E F	C F
G C LUDI	F C	D F
H C LUDI	XXX.	E C
XXXI.		XXXL

Dicit

Dici solent à scriptoribus hi Fasti Kalendares; quales Cn. Flavius publicasse & Populo Romano tradidisse creditur, quosque Ovidius ex libris descriptis. Habentur apud Aldum Manutium à Paulo Pa-^{Subjunct. lib. de Ortho-}
tre explicati Janum Gruterum^k, Josephum Scaligerum^l, Hubertum Goltzium^m, Joannem Rosinumⁿ, Sibrandum Siccamam^o, Carolum Neapolim^p, alios. Atque horum nonnulli è veterum libris au- pag. 133.
xerunt explicaruntque. Fragmenta etiam Kalendariorum seculi illius veteris reperiuntur alia, quibus dierum Ogdoades literariae pa-^{De Emen- lib. 4.}
riter adnotantur. Atque nono quolibet die Nundinæ seu Urbani^q Thesaur. Rusticorum conventus habiti. Ita tamen ut per^r intercalationem Rei Antiqua- seu translationem caverisoleret, ne mali ominis causâ, Nundinæ in^s Antiq. Rom. Kalendas Januarii aut Nonas alicujus mensis incidentent. Senten- lib. 4 cap. 2.
tianum autem, etiam apud veteres habetur discrimen de Orbe Nun-^t F. s. Kal.
dinali. Aliis Ogdoade in ipsa contineri Nundinas volentibus (quod lib. 1.
facile concipitur, si terminus posterior semper iteraretur, & fieret se-^t Ad Ovid.
quentis Ogdoadis initium) aliis intreà diem nonum Ogdoadis or-[¶] F. s. 2.
bem proximè sequentem pro Nundinis habentibus, adeoque Nun-[¶] Macrobius
dinas Enneade dierum integra cludentibus. Rutilius, inquit Ma-<sup>Saturnallib.
1. cap. 13. Dio
His. 40. Cf</sup>
crobius, scribit Romanos instituisse Nundinas, ut Octo quidem diebus^{48. Cf. Vide}
in agris Rustici opus facerent, Nonon autem die, intermissò rure, ad<sup>Iof. Scaliger.
Emendas
Temp. lib. 3.</sup>
mercatum legesque accipiendas Romam venirent. Varro^t autem;<sup>cap. de Bis-
Annum ita diviserunt, ut Nonis modo diebus urbanas res usurpa-^{sexta ab Aug.}
rent, reliquis VII ut rura colerent. Et Dionysius Halicarnassus[¶] correcto.
αἱ ἡγοραὶ Ρωμαίους ἐγίνονται καθ' οὐδέ τῶν μέχει τῶν καθ' ημᾶς χρόνων δι' ημέρας[¶] Prof. ad lib.
επιστολη τῶν ὀντων, η δίκαια παρ' αὐτὸν εἰλάμβανον &c. τὰς ἡ μεταξύ[¶] Rom. lib. 7.
τὴν ἡγορὰν ἐπὶ τὰ ημέρας αὐτοὔροτε ὄντες οἱ πόλοι καὶ πέντες τοῖς ἡγοροῖς διέ-[¶] pag. 342. Pa-
ρεῖσον. Nundina autem apud Romanos diebus Nonis celebrabran-[¶] rius.
tur, quemadmodum etiam ad nostra tempora. In iis plebs agrestis[¶] Columnelle
in Urbem confluens, venalia permutabat, seu commercabatur, in pafas. ad
iure intersé agebat &c. Septem autem diebus intermediis ru-^{Rufina, Dio}
i degebant, quod magna pars ob paupertatem operaretur suis ma-<sup>His. 40. Plo-
ribus, sic ille. Alii veterum de Nonis diebus[¶] & diebus Novem[¶] tarch. in
Quaest. Rom.</sup></sup>

rem non ita explicant, ut satis sciamus, utrum orbem Nundinalem ex Ennecade integra constari, an Octavum semper inter putandum sic repeti vellent, ut Octo duntaxat dies integri in orbe illo haberentur; Perinde ac si Hebdomadem nostram, Ogdoadem dierum

^{a Tertullian.} (quemadmodum interdum Hispani, Itali, Germani) & diem Dominicum diem octavum, putatis duobus diebus Dominicis in qualibet cap. 14. Beda de Ratione Temporum, cet Dominico seu primo supremoque, ut eum vocat Ausonius, cap. 4 Ausoniæ Eclog. de Nominibus præter Septenarium reverâ dierum orbem innuentes. Persimilem Septem dies- in Lustris & Olympiadibus, quibus nanc quinquennia nunc quadrum; alii. ennia tribuuntur, supputandis rationem nemo nescit. Jam vero Rusticatio tilium diserte videt orbem Nundinalem facere dierum integrorum novem. Varronem autem & Dionysium Halicarnassum dicuntur ^b in luge. Cœdiis & Di- octo, adeò ut Septem dies Rusticationi, octavus, id est, nonus à dia & Hor- proximiè superioribus Nundinis repetitis putatus, conventui Urbano cœsi. Dio- zyf. Petav. inserviret. Certè autores sunt Varro & Dionysius ille gravissimi at- Varior. Dis- tiquissimique. At recentioribus scriptoribus, quos inter sunt etiam seriat. lib. 5. cap. 13. Sa- viri summi judicii & doctrinæ politissimæ, Rutilii sententiam video muel Peitus plerunque rceptam. Et recipiunt sanae magis, quam discutimus. Elog. Chro- Inde etiam Trinundinum, quo leges, antequam vim sortirentur, nolog. lib. 5. cap. 2. promulgandas erant, spatum fit² 27 dierum, quod juxta Varronem & Dionysium triduo foret minus. At si horum codices minimè corrupti sint, non esset omnino cur ipsis non crederemus. Sunt igitur qui pro ēpijā iūcēgū, septem diebus apud Dionysium substituti velint ex a/octo, ut sic Rutilio is consonus fiat. Certè tunc & viii pro vii apud Varronem legendum. Sed nec desunt in recentioribus ^c etiam, qui rejecto Rutilio, Ogdoade orbem Nundinalem rellint contineri; non paucis aliis de Nundinarum qualitate sententiarum discriminæ aut non omnino aut negligenter loquuntur. lib. 7. Nos autem vulgarem recentiorum & Rutilii sententiam heic admittentes minio sic Nonum quemque diem in Kalendario supra lib. de Origine Fœtorum notavimus. Quod si displiceat, facile est cuiq; Enneadem in Ogdoadem commutare, id est octavam quamque literam pro minuta seu Nun-

Nundinarum die habere. Neque vero Nundinas sic exhibemus, quasi in anno revera sic aliquo se habuerint. Nam serie non interrupta etiam Nonis eas adjicimus; quibus ne caderent, per intercalationem seu translationem quotannis à Pontificibus prospiciendum erat. Undenam autem initium numerandi ducendum esset, viri docti aliter atque aliter conjiciunt. Exemplum tantum nos Orbis Samuel Petrius Eclog. Chronologica, in Calendario Juliano vero, ita ob oculos ponit curavimus, ut inde satis liqueat dierum sive Novem sive Octo (juxta sententiarum, quod diximus, discrimen) non Septem, periodi usum Dionysii Petrius Diversitatis, fuisse veteribus Romanis. Nec diem aliquem Septimum in die Variar. lib. 5. rum periodis eis cultum. Nundinæ autem illæ olim Feriae fuere, cap. 17. Et de Iof. Scalig. de emend. sive Jovi^d sive Saturno^e Sacrae, adeoque nefastæ. Sed postmodum Lege Hortensiâ^f effectum est, ut essent fastæ. Ut fastæ scilicet essent, Temp. lib. 5. cap. de Bifurcato ab Augusto corre- nisi alia fortè causa, veluti Festus dics, redeuntem sic diem nonum nefastum redderet. Quod ex lege Hortensia sic novatum, dum non animadvertisit Franciscus Hotomanus^g, Nundinas pro diebus nefasti, juxta atque ex vetustiori ritu apud Festum nuncupantur, ita accipit, quasi nunquam fastæ fuissent. Qua de re etiam olim inter veteres dissensus ex legis Hortensiæ neglcctu, ut monet apud Macrobius Granius Licinianus. Nam Pontifices ibi & Trebatius Nundinas neutiquam ferias fuisse asserunt, sed in posse cum populo agi, ac fas esse prætori tria verba foro solennia pronuntiare; id est fastas esse. Quod negabant Julius Cæsar & Cornelius Labeo. Sed tam hi quam illi verum dixerunt, si temporis diversitatis & legis Hortensiæ, quæ diu ante Cæsares lata, ratio habeatur. Manifestum igitur est, ex veteri Iure Romano, quoties Feriae publicæ veluti Stativæ ac Conceptivæ, quæ Annua plerunque erant, aut Imperativæ, veluti obvictoriæ seu lætitiam aliquam ex eventu publicam, non intervenirent, totis diebus sive Octo sive Septem continuis opus omnimodum, quod dierum alijs simpliciter Nefastorum nomine non est interdictum, facere licuisse, Nonum autem seu Octavum (pro diversitate sententiarum de Orbe Nundinali semper loquor) ante legem Hortensiam feriatum fuisse; ex lege autem illa ferias esse desiisse. Etenim Feriae Romanæ operum genere multiplici (qua de re vide infraius capite B b b 2 deci-

decimo septimo) polluebantur. *Quapropter*, inquit Servius Ho-
Ad Georg. noratus^h, Pontifices (feriis) Sacrificaturi premittere calatores suos
I. solent, ut sicubi viderint opifices assidentes, opus fieri prohibeant,
 ne pro negotio suo, & ipsorum oculus & Deorum ceremonias astami-
 nent. Feria enim opera Deorum creditae sunt. Sicitem Festus, Ma-
Saturnal.
lib. i. cap. 16. crobiusⁱ, alii. Quin præcepti negligens multabatur. Et præter
 multam, affirmatum est eum, qui talibus diebus imprudens aliquid
 egisset, porco piaculum dare debere; imprudentem expiare non
 posse. Nec cum populo agere, lites decidere, aut comitia habere Fe-
 riis seu diebus Festis magis licuit, atque opus aliquod interdictum fa-
 cere; Cum nihilominus in Januario dies xiii continuos Comi-
 tiales suprà habeamus. Nam dies ejusmodi, literâ C denotantur.
 Fasti literâ F, ac simplicitè Nefasti literâ N. In Maio item Septem
 Comitiales habentur continui, in Junio Comitiales & Fasti conti-
 nui xvi, in Novembri xvii, in Decembri xxi; ac in Octobri
 Comitiales xxi continui; Qui planè Septenariam Feriarum aliquam
 periodum, si nil aliud id faceret, excludunt. Et de Romanis ha-
 dus. Quin demùm nec Josephus ipse, sive dum de Sabbati sanctifi-
Lib. i. Ar- catione seu Natali mundi loquitur^k, sive ubi de obsidione Pompei
theolog. cap. 2 ianâ, in qua singulareni Sabbati Hebdomadici Observationem me-
Ibid. lib. 14. minit^l, sive dum alibi de Sabbati Cultu verba facit, aut in Apionem
cap. 8. & Ha- de origine ejus disputat^m, gentem aliquam omnino aliam nominat,
lof. lib. 1. cap. cui dies Septimus cultus, sed eum veluti Judæorum Festum proprium
5.
Lib. 2. con- semper nominat. Quod sanè facere eum noluisse, vix est ut dubi-
tra Apionem temus, si in loci, quem tractamus, verbis generati in prolatis, gentibus
 sub initium. aliis universis Festum hoc commune omnino existimasset. Accedat,
In Ezekiel. Theodoretumⁿ item expressim monuisse, solam Judæorum Na-
 sed. 7. Vide
 nem Sabbatum observasse, nec gentes, quæ etiam Circumcisionem
 Iyachinum in
 Legitic. lib. in suos è Judæa, sed non satis Judaicè, ritus acceperant, Sabbatum
6. cap. 19. seu Septimum diem coluisse. Alii eum sequuntur. Quin & Julia-
 nus Apostata testis est heic perquam idoneus. De Decalogo verba
Apud S. Cy- is faciens ποσὶ ἐθνῶι, inquit^o, εἰς τὸν τῶν ιερῶν ἔξω ἐξ & ταπουταίσθαις
 rill. contra eū
 lib. 5. θεοῖς ἐπέροις, καὶ ἐμηδηποτ τῶν οὐεσάτων, οὐ μὴ τὰς ἀλλας οἰει τῷ χρύσῳ
 Φυλάττειν ἐπωλεῖς; Quanam gens est, per Deos, si hec demserit, non
 adorabit

adorabis Deos alios, & Memento Sabbatorum, quam mandata cetera
(Decalogi) servanda non poterit? Gentibus antiquitus aliis non cul-
tum magis Sabbati aut Septimi diei quam Numinis unicū Cultum in
usu fuisse, palam dicit.

C A P. XVI.

Qua apud veteres tum Græcos, tum Latinos occurrunt, alia item veteribus tri-
buta, quorum auctoritate afferendum videatur, etiam à nonnullis afferitur,
Diem Septimum Gentibus olim colisēus observari, idque velut ex in-
stituto publico, solitum.

AT qui jam dictis, de eo quod est, Diem Septimum Gentibus aliis Flavii Josephi seculo temporibusque anteriores non cultum, observatumve, refragari nimis forsitan videantur non pauca, quæ obvia apud Scriptores tum Græcos tum Latinos. Aristobulus, Judæus, sed Philosophus peripateticus, (quem inter Græcos potius heic numero, quia Græcorum tantum scriptis ad hanc rem utitur,) is, inquam, de creatione verba faciens ac de Die Septimo seu popularium suorum Sabbato, ebdomadisque seu numeri septenarii tum significacione mysticâ, in rerum natura vi, Δικαιοφει, inquit P, Ο μηδέ τὸ Ησιόδος, μετ' Apud Eu-
ληφόπις σὺν τῶν ἡμετέρων Βιβλίων, οὐχὶ εἶναι, Palam etiam docuere ^{sub. Prapa-} ras. Evangelio-
merus & Hesiodus, cum id nostri hancissent ex libris, sacram esse. Lic. lib. 13. c.
od de ipsa die Septima, quam antē memorat, non capere nequeo.^{12.}

Hinc, Hesiodus, inquit, ad hunc modum

Πρῶτον ἔη, πλέγει τὸ έθόδιον ἵρον ἥμαρ
nūm Prima, Quarta, & Septima dies sacra est. Item
έθδομάτη δὲ αὖτις, λαμπτεῖν Φάτο Ήλίου
ma vero rursus, Lux splendida Solis. Ex Homero autem, affert

έθδομάτη δὲ ἡ πετεῖα κατάλυσεν ἱρὸν ἥμαρ
ταδειν illuxit Sacra dies. Et
έθδομον ἥμαρ ἔην τὸ πιπλεστὸν ἄπαντα

Septima dies aderat, quā cunctā absoluta sunt. Utī & illud

Εἰδομάτη δῆ οἱ λίπαρι ρόον ἐξ Αχέροντος

Septimā liquimus fluvium Acherontis. Quibus subjungit item Lino

Εἰδομάτη δῆ οἱ πελεσμάτα ταῦτα πέτυκται

Septimā quā cunctā, que absoluta sunt, perficiebantur, &

Εἰδόμην εὐνάσθεοις καὶ Εἰδόμην εἰς γένεθλη,

Εἰδόμην εὺ περάπονοις καὶ Εἰδόμην εἰς πελεύη

Septenarius bonus est; Septenarius item est orsus; est etiam Septenarius primus, atq[ue] postremus etiam superfectus ac absolutus est Septenarius. Pro quo in Eusebii versione substituitur

*Omine lata dies est Septima, Septima rerum
Orsus, & eximias inter perfecta coruscat.*

⁹ Stromat. s. Clemens item Alexandrinus ⁹, ἀλλὰ καὶ τὸν, inquit, Εἰδόμην ιππι

¹⁰ apud Eu- μόνον οἱ Εβραῖοι, ἀλλὰ καὶ οἱ Εὐλύνες οἵτοι, quod aliis vertitur^r, Septi-

feb. Prepa- ratus. Eὐαγγε- mum quoque diem Sacrum esse non Hebrai modo, verū etiam Graci

lic. lib. 13. cap. agnoscunt: Aliis^l, Quin etiam Septimum diem esse sacrum non se-

13. lum scint Hebrei, sed etiam Graci. Atque totidem ferme verbis

¹⁴ Ver. Lat. nā Eusebii. eosdem affert ille versus, quos Aristobulus ex Hesiodo & Homero

¹⁵ Ver. Lat. Illud autem Εἰδομάτη δῆ οἱ λίπαρι apud Clementem ipsum legitur

Clem. Alex- Εἰδομάτη δῆ οἱ λίπαρι Septima luce liquimus &c. tametsi apud Eu-

andrin. sebium citetur ex Clemente non aliter atque ex Aristobulo. Atfer

etiam ex Homero Clemens, Εἰδόμην λωτοὺς Septenarius sacer erat

seu septima saera fuit. Quos autem Lino tribuit Aristobulus ver-

sus, Clemens Callimachi facit; lectione aliquantulūm in primo ri-

tiante. Sic enim apud Clementem ipsum,

Εἰδομάτη δῆ ηοῖ καὶ οἱ τελύκοι ἄπαντα

Septima vero in luce, quā omnia parata sunt; qui apud Eusebium

Clemente citatus ita se habet

Εἰδομάτη δῆ ἔλω, καὶ οἱ ἐπέτυχοι ἄπαντα

quod tantundem sonat. Addit demum Clemens, ἀλλὰ καὶ Σόλωνος

ἐλεγεῖαι σφόδρε τὸν Εἰδομάτα σκηνάζον, quod etiam vertitur ab

Eusebi

Eusebii interprete, *Quam diem (septimam) uti sanctiorem ipsa quoque Solonis elegia mirum in modum predicant.* Lucianus item, dum exempla adducit de nomine hominibus aliquot per facetias ideo tributo, ut rei eo designatae qualitate asperius reprehenderentur, dicit, *In Pseudo-
logista, seu
Εἰδόμενος ὅπερας οἱ τῷδες τοῖς εἰδόμενος, κακῶν δὲ τοῖς αὐτοῖς συνηγο-*
Εὐχλητίαις ἐπαύεις τὸ διεγέλα τὸ παρόντας τοῖς αὐτοῖς τοῖς δημοσίοις, δο-
alius quendam nuncupavit Hebdomam seu Septenarium, quod perinde ut pueri septimanis diebus solent, etiam ille in Concionibus la-
deret, & rideret, & pro joco haberet serium populistudium. Quocum
conjungas illud Agellii, ubi de nugatore quodam Philosophi Plato-
nici nomen ambiente, *is in conviviis, inquit^u, Iuvenum, qua agi-*
tare Athenis Hebdomadibus Lune solenne nobis fuit, simili atque mo-
dus epulis factus & utiles delectabilesque sermones cœperant, tum
silentio ad audiendum petit loqui captabat. Quem locum sunt
qui ^xinterpretentur de septimo quoque die Lunæ. Sic igitur Festa
Hebdomadica Athenis. Suetonius item ^y, de Diogene Gramma-
to; *Disputare Sabbatis Rhodi solitus, venientem (Tiberium) us*
extra ordinem audiret, non admiserat, ac per servulum suum in
optimum diem distulerat. Hunc Roma salutandi sui causâ pro fo-
cus adstantem nihil amplius, quam ut post septimum annum redi-
admonuit. Sabbata sic in usu ac Septimi diei observatio
odi! Arque eiusdem mentio velut rei notissimæ! Quin & Cen-
sus ^z; *Alter ille parsus, qui major est, majori numero con-*
surgit, septenario scilicet, quo tota vita humana: ut & Solon
dit, & Iudei in dierum omnium numeris sequuntur, & Etrusco-
libri rituales videntur indicare. Librini Etruscorum ritua-
dicare visa sunt in dieram numeris septenarium, quemadmo-
Iudæi? Certè eiusmodi fuisse sensum, non dubito, quin concep-
Guilielmus Postellus. De Etruriæ originibus ^a scribens ille, *Florentia*
erat ipses Iudei, inquit, & Patriarchis in primo praecepto &
est Sabbatum, illud fuit etiam Rhomæ usitatum. Licet enim
forsitan eadem dies, qua apud Iudeos observari solita est, ta-
sti nos in solis diei Pseudo-Iudei Ismaelita in Veneris die, ean-
dem at-

dem atque Iudei in Saturni Sabbative die, Septem In-
qua Planetus motrices sunt, mentionem religiosam f-
mi Dei Creatoris que laudem, sic Romani una hebdomad-
ut est videre apud Ciceronem in Sacris legibus, & ap-
seum in Romuli institutis, indicta erat Roma dies Sac-
tiorum & animalium. Afferit verò Dion Historicas
mo Rhomana historia Libro, ejusdem Sabbati, quod
erat, usum ad Gracos Romanosque fuisse translatum
fides ideo mihi non videtur magnificienda, quod a-
dicat, ortam esse hanc observationem Sabbati, quum i-
Sabbato & Deo Iudeorum aliquid velle dixisse visu
de Sabbato, quo ve die observaretur à Iudeis, attigit
ipse in Planetarum hæretat intervallis. Posito enim
descendendo, debuit ponere diapente ascendendo, &
ron descendendo, & item diapente ascendendo &c,
obtinuisse hoc unum, quod Romani primi omnium
deos observarint Sabbathum. Certissimum verò est,
in Sacris cum ipsis Iudeis convenerint, aliunde qua-
tione Iani accipere non potuisse, quum primi o-
habuerint. Licet enim ipse Dion dicat, recenter
pisse, illi non crederem, nisi, qua occasione, adferret
hi refletur Sabbati instar unam ex Septem diebus he-
quieti concessam. Sic Postellus. Accedat heic illuc
mantem docens, quomodo dediscat amare, hoc
ut procul à loco discederet, quo amicam alloqui,
assueverat;

*Sed quanto minus ire voles, magis ire mement
Perfer & invitos currere cogepedes.*

*Nec Pluvias opta; nec te peregrina morentur
Sabbata; nec damnis Alia nota suis.*

Peregrina Sabbatha dici possunt videri, ut Sacra Pe-
Festus; Peregrina Sacra appellantur, que aut et
pugnandis Vrbibus Romam sunt conlata, aut qua-

*De Reme-
dio Amoris.
lib. L.*

gines per pacem sunt petita, ut ex Phrygia Matris Magnæ, ex Greciæ Cereris, Epidauro Aesculapii, quæ coluntur eorum more, à quibus sunt accepta. Sic igitur Peregrina Sabbata intellexerit forte quis pro Sabbathis seu more Sabbatico, qui hebdomadicus erat, à Romanis, ad quos scribit Ovidius, ex Judæa accepto, quemadmodum sacra illa è Græcis, Phrygibus, Epidauriis. Et conjunguntur ab eo heic Sabbathar, clavis Aliensis die funestissimo infaustissimoque, qui sub medium Julii ⁴ recurrit, perinde ac si ut hic ita illa in usu Romanis, parilisque fuisset de utrisque ratio monendi, in remedium amoris nimium harentis, delirum amatorem ac moras ultrò nectentem p-
demque ægrè producentem, ne causaretur quidem dies illos, tametsi rebus agendis nequaquam idonei essent (qua de re inferiùs) discels-
fus præpedire. Quemadmodum ubi de puellæ primò captan-
dat tempore rudimenta docet, eosdem ipsos dies similiter conjungit
velut eos, quibus, utcunque rebus agendis aliàs non idoneis, ansa ni-
hilominus amoris conciliandi, avidè juventuti Romanæ arripienda.
Verba eius sunt,

Tunc licet incipias, quâ fœbilis Alia luce
Vulnibus Latius sanguinolenta fuit;
Quoque die redeune rebus minus apta gerendis
Culta Palestino Septima Festa viro.

Tibullus item Ovidio, id est, Augusto Cæsari coœvus, dum in Phœ-
acia morbo laborat, de discessu suo à Roma conquerens, Deliam,
fiam scilicet Dominam, ait, Deos sortesque consuluisse de ejus redi-
tu, ipsam ramen, quanquam cuncta dabant redditum, fletibus haud
abstinuisse, quibus subdit ⁵,

Ipsè ego solator, quum jam mandata dedissem,
Quarebam tardas anxius usque moras.
Aut ego sum caussatus aves, aut omnia dira
Saturni, aut sacram me tenuisse diem.

Seu ut Josephus Scaliger mavult;

aut omnia dira
Saturni sacrâ me renuisse die.

Quoniam scilicet scriptis aliquot libris aut deest in versu postremo.

Ccc

Heic

⁴ Vide s. G.
Xylarum
in Plutarchi
Camillū &
Andreas
Schottum No-
dorūm Cice-
ronian. lib. 3.
cap. 6.

⁵ De Arte
Amandi lib
2.

⁶ Lib. 1. E.
deg. 3.

Heic manifestò dies Saturni, qui idem est cum Judæorum Sabbato Hebdomadico, Sacer dicitur, & velut itineris impedimentum Romanis veteribus haberi videtur. Accedat hisce Tertulliani locus illustris. Is adversus Gentes scribens eorumque in Christianos con-

^{a Apologetic.} ^{cap. 16.} vitia diluens, *Alii, inquit ad Gentes^f, planè humanius & verisimilius Solem credunt Deum nostrum &c.* Aequè si diem Solis latitiam indulgemus, alia longè ratione quam religione Solis, secundo loco ab eis sumus, qui diem Saturni otio & quieti decernunt, exorbitantes & ipsi ab Iudaico more, quem ignorant. Ubi vir doctissimus Desiderius Heraldus, ^bsane dies, inquit, *Saturni, qui erat Septimus, otio ac quieti fuit veluti assignatus, nec apud Romanos solum aut Gracos, sed apud Gentes penè omnes, quod observabat Iosephus contra Apionem.*

Atque ex Philone, Luciano, Ovidio, Tibullo jam superiùs memoria eam in rem affert. Tantundem certè fusiùs & expressiùs occurrit in Tertulliani congenere ad nationes opere & dudum à Jacobo Gothofredo in lucem primum edito. Ibi enim; *alii planè humanius Solem Christianum Deum astimant, quod innotuerit, ad Orientis partem facere nos precationem vel die Solis latitiam curare. Quid vos minus facitis? Non plerique affectatione adorandi aliquando etiam Cœlestia ad Solis initium labra vibratis? Vos certè estis, qui etiam in laterculum Septem dierum (legit, nec puto infeliciter, Samuel Petitus^b Deorum) Solem recepistis, & ex diebus ipsorum pretestis, quo die lavacrum subtrahatis, aut in vesperam differatis aut otium & prandium curretis: Quod quidem facitis exorbitantes & ipsi à vestris ad alienas religiones. Iudei enim festi, Sabbathi, & cœna pura & Iudaici ritus lucernarum & jejunia cum Azymis & orationes litorales, quæ utique aliena sunt à diis vestris. Quare ut ab excessu revertar, qui solem & diem ejus nobis exprobratis, agnoscite vicinitatem. Non longè à Saturno & Sabbathi vestris sumus.*

^{c Lib. i. cap. 13.} Nationum heic disertè habentur seu Gentilium Sabbathi velut ex ntu Judaico (saltem eum aliquantum imitantia) & Saturni diei qualiscunque observatio. Ubi doctissimus Gothofredus; *comparat otium & convivia Christianorum in die Dominica cum otio & convivia Sabbathi, quod & ipsum Gentiles Iudaico more observarunt.*

Nempe

ni, qui idem est cum Iudaorum
tur, & velut itineris impedimentum
ar. Accedat hisce Tertullianus
scribens eorumque in Chirurgia
Gentes^f, plane humanus & ma-
rum &c. Aeques si dicim Solis la-
re quam religione Solis se credidit
victus decernunt, exinde
gnorant. Ubi vir doctissimus
inquit, Saturni, quieras Septem-
s, nec apud Romanos solum uiles
od observabas Iosephus enim
Ovidio, Tibullo jam superius
undem certe fuis & capie
ad nationes opere & dudu-
n edito. Ibi enim; alijs
estimant, quod innotueris
m vel die Solis latitudinem
que affectatione adorant
m labra vibratus? Vos con-
tierum (legit, nec puro intento
recepistis, & ex diebus ipso
h. istis, aut in vesperam dico,
Quod quidem factis exortas
nes. Iudei enim festi, satis
ernsrum & jejunia cum lo-
sliene sunt à deis vestris. Quo
dico quae nobis exprimitur
i. Saturno & Sabbathi ueteri
Gentilium Sabbathi uetus
(immitantia) & Saturni de-
tillimus Gorhofredus; in
in die Dominica cum omni
nissiles Iudaico more edidit.

Nempe Saturni diem seu Sabbathum otio & quieti ubique Gentium, Iudeorum imitatione, assignatum fuisse, etiam Iosephus lib. 2. contra Apionem, & Clemens Alexandrinus lib. 5. Serotatum testantur. Verum quidem est, Tertullianum Flavio Josepho annis amplius cen-
tum recentiore esse. At verò de receptis antè & priscis Gentilium moribus is loquitur, quemadmodum & Scriptores aliquot alii supra citati, qui itidem Josepho recentiores; ut Agellius, Lucianus. Quin & Alius Lampridius de Alexandro Severo; Capitolium Septimo die, quum in urbe esset, ascendebat, Templa frequentavit. Sed & de se-
culo ipso Josephi, Senecaⁱ; Quomodo, inquit, sunt dii colendi, solet^j Epist. 96.
principi. Accendere aliquem lucernam Sabbathis prohibeamus;
quoniam nec lumine dii elegit, & ne homines quidem delectantur ful-
ligine. Ubi Justus Lipsius; Lucernas accendere in honorem Deo-
rum aut Principum, Festis diebus, mos apud Romanos: Sed, ut appetet,
paulatim Iudaici ritus in valuere & Sabbathi diem illà superstitione
coluerunt. Certè de luminibus Sabbathis accendi solitis loquitur Se-
neca, velut de ritu usitatisimo. Nequejam ex obiter dictis anim-
adversa Septimi diei observationem aliquam solennem veteribus
Romanis in usu fuisse solum videntur firmare, verum & ipsa Cal-
endarii corum formula à viris aliquot doctissimis edita. Prodiit,
idque primùm, ni fallor, anno Salutis 1552, Venetiis ex Juntarum of-
ficina, Calendarium Ecclesiasticum novum. Opus de vera Paschatis
celebratione institutum, idque ex Pontificum summorum quatuor
iussu suppeditatum; Autore Luca Gaurico Geophonense Episcopo.
In ipso titulo monetur adjici etiam Fastos Julii Cæsaris. Et post sup-
purationes Paschales, propè libri calcem, demum sequitur hic titulus
Calendarium Iulii Cæsaris, Fasti primorum sex mensium per Pom-
ponium Gauricum & Thamiram sub Capitoliniis Ruinis in antiquo
marmore reperti, cuius marmoris alter pars reliquos sex menses sine
Fastis continebat. Interpositis dein dierum & Noctium cuiuslibet
mensis longitudine, & quid Fastorum nomine veniret; ideo scilicet
maxime interpositis, ne paginæ reliquum, quo Calendarium com-
modè inciperet nequiret, literis careret, sequitur Calendarium Iulii Cæ-
saris cum cyclo Luna; quod ad hunc modum Januarium exhibet.

Litteræ	Dies	Cyclus	Januarius	
I	1 A		Calendis	Festum Jovis &
	2 B		4 non.	
2	3 C		3 non.	50 occidit Cosim
	4 D		2 Pri. Non.	
17	5 E		1 Nonis.	Lyra occidit Chr
6	6 F		8 idus.	
	7 G		7 idus.	Delphin oritur C
14	8 A		6 idus.	Agonia incipiunt
	3 9 B		5 idus.	Agonalia, Ludi A
	10 C		4 idus.	Hyemis medietas
11	1 D		3 idus.	Festum Carmen
	2 E		2 Prid. idus.	
19	1 3 F		1 Idibus	Festum Jovis, red
	8 1 4 G		19 cal.	Cæsar Octavius.
	1 5 A		18 cal.	Festum Carmen
16	1 6 B		17 cal.	Festū Concordia
	5 1 7 C		16 cal.	○ m̄ relicto.
	1 8 D		15 cal.	○ m̄ ingredieba
13	1 9 E		14 cal.	
	2 20 F		13 cal.	
	2 1 G		12 cal.	
10	2 2 A		11 cal.	
	2 3 B		10 cal.	Lyra parte occult
18	2 4 C		9 cal.	Pectus Ω occidit
	7 2 5 D		8 cal.	
	2 6 E		7 cal.	
15	2 7 F		6 cal.	Festum Castoris
	4 2 8 G		5 cal.	
	2 9 A		4 cal.	
12	3 0 B		3 cal.	
	1 3 1 C		2 Prid. cal.	Festum Pacis.

Festum Jovis & Aesculapii.

20 occidit Cosmice.

Lyra occidit Chronicæ.

Delphin oritur Cosmice.

Agonia incipiunt

Agonalia, Ludi Agonales,

Hyemis medietas.

Festum Carmenis & Junonis.

Festum Jovis, redditæ sunt;

Cæsar Octavius dictus Aut.

Festum Carmenis, Porinus.

Festum Concordie de Temp.

O m̄ reliquo.

O m̄ ingrediebatur.

ra parte occultatur.

et usq; Ω occidit Cosmice, h̄c

uum Castoris & Pollux.

in Pacis.

Ex hoc specimen recliquorum dicrum ratio dignoscitur. Sequuntur enim ibi ceteri quinque menses priores, Syderum aliquot ortu occasuque, Festis, Cyclo Lunæ, ac dictum Hebdomadibus per literas itidem signati; Sole, Lunâ, & Zodiaci Signis, characteribus, qui Astronomis in usu, similiter passim denotatis. Additio fit & reliquorum sex, quorum quidem Julius & Augustus parili fermè modo exhibentur. At quatuor qui supersunt, Cyclum Lunæ, dictum numerum, Hebdomadas, scripsi que Kalendarum, Iduum & Nonarum adnotaram habent, sine festis aliisve quæ columnæ superius quintæ respondant. Paulus item de Middelburgo, Episcopus Foro sempronensis, in Paulina sua seu opere de recta Paschæ observatione ad Leonem X inscripto, caput habet *de Cyclo Lunari decennovenali Romanorum, quem Julius Cæsar sua Calendario inscripsit*, cui subiungit *Calendarium Romanum cum cyclo Romano Iulii Cæsaris*. Id annum similiter per Hebdomadas dierum seu literarum mensibus adjectarum (quod idem hic est) dividit, quemadmodum illud Lucæ Gaurici. Exhibit etiam Joannes Stoeferus ^{Kalendor.} *Quatuor primos menses Calendarii Romani cum Cyclo divi Iulii Cæsaris dictatoris, cum feriatur litteris in orbem septenarium recurrentibus.* Alii viri do-
Rom. Magis. propos. 34.
Tbo. Dem. per. in Para-
 lipomena ad I. Roffini.
 Annot. Rom. lib. 2. cap. 4.

Alii, dum Calendarium veterum Romanorum non è marmoribus describunt, sed tamen ex horum monumentis, quam ex Ovidio aliis que Fastorum autoribus conficiunt, Hebdomadas seu literas usque G tantum, non Ogdoadas seu literas ad H inclusivè diebus cuiuslibet mensis adponunt; aliis quidem, uti pareat, Ogdoadas in ejusmodi. Calendaris rite retinentibus, ut videre est ad calcem editiōnum Ovidii Fastorum, in Dionysii Petavii Uranologio, alibi. Ex iam ante dictis igitur Observationem aliquam Dici septimi recurrentis solennem, eamque sacram, tum Græcis tum Romanis veteribus in usu fuisse, eoque publico, asserendum forsitan videatur. Quin sanè non desunt viri insignes, quibus etiam id planè inde asseritur. Sed quæ sic corrogātur, rite persensa, ad assertionem ejusmodi tuerandam vi carebunt omnimodâ; quæde re proximè videbimus..

C A P. XVII.

Quæ capite superiori ex Aristobulo ac Clemente Alexandrino, (adeoque ex Hesiode, Homero, Lino, Callimacho) Luciano, Agellio, Suetonio, Censorino, Ovidio, ac Tibullo, de diei Septimi seu Saturni observatione apud Gentiles allata sunt, explicantur. Ea ad Sacrum Diei in periodis dierum septenariis, Septimi Cultum, non omnino attinere. De Sabbati nomine tam Orientalibus, quam Occidentalibus, accepto pro ipsius Die Septimo, quæ septimus est, perinde ac si Septimum significaret.

Dqd quidem manifestum est, Aristobulum Judæum in superius citatis voluisse, Hesiodum & Homerum innueri rediem Septimum Sacrum fuisse, velut ex sacris literis edocetos, atque Sabbatum seu requiem numero dierum Septenario apud populares suos recurrentem, ipsum ea in re primariò respexisse. Sed nec minùs est manifestum, aut insigniter hallucinatum fuisse eum, aut id quod res est ultrò planè dissimulasse. Si nempe diem Septimum in dierum periodis recurrentem inde, velut Festum, cultum Græcis seu Gentilibus fuisse vellet probari. Nam ea de re haud ita expressim loquitur. Quod autem ad Hesiodi locum hunc attinet aliaque Capite superiore allata; ut commodiùs, quæ de eis dicenda sint, cipientur, præmittenda est dierum apud Gentiles veteres distributio; quæ quantum ad hanc rem ritè dispiciendam, Triplex erat, qualis certè hodieque apud nos. Primi generis fuere,

in Sirab. lib. dies ἐορτῶμοι seu Festi in quibus mos erat τὰς ἐορταὶς μὲν ἀρετῶν ἐορταστικῆς ποιεῖσθαι Sacra curare cum laborum intermissione solenni; veluti Panathenæa, Eleusinia, Thalyssia, Elaphebolia, id genus Festa sexcenta apud Græcos, & Saturnalia, Lupercalia, Agonalia, Carmantalia, reliqua ejusmodi apud Romanos. De Festis autem seu feriis hisce, advertendum est, non omnimodo opere, juxta Gentilium disciplinam necessariò fuisse in eis abstinentium; imò opera, quæ ad vitæ utilitatem pertinuere, haud pauca facere licuisse. Virgilius^o

*Quippe etiam Festis quadam exercere diebus
Fas & iura sinunt; rivos deducere nulla
Religio vetuit: segeti prætendere septem,*

In fiducia

Infidias avibus moliri; incendere vepres

Balanumque gregem fluvio mersare salubri.

Et Columella^o; Ferius ritus majorum etiam illa permittit, far pinse- ^{De Re Ru-}
refaces incidere, candelas sebare, vineam conductam colere, p: sc:i- ^{Rica lib. 2.}
us, lacus, fossas veteres tergere & purgare, prata scilicet; ster-
cora aquare, fænum in tabulata componere, fructus Olveti con-
ductos cogere, mala, pyra, ficus pandere, caseum facere, arbores seren-
dicas à collo vel mulo clitelario adferre; sed juncto advehere non
permittitur, nec apportata serere, neque terram aperire, neque ar-
borem collucere. Sed nesementem quidem administrare, nisi prius
catulo feceris; nec fænum secare, aut vincire, aut vehere, ac ne vin-
demiam quidem cogiper religiones Pontificum feriis licet, nec oves
tendere nisi prius catulo feceris. Defrutum quoque facere & de-
frutare vinum licet. Pellibus oves vestiri, non licet. In horto quic-
quid olerum causa facias, omne licet. Feriis publicis hominem mor-
tuum sepelire non licet. M. Porcius Cato^P mulis, equis, asinis nullas^r De Re Ru-
effe ferias dixit. Idemque boves permittit conjungere lignorum &^{C. Rica, cap. 139.}
frumentorum advehendorum causâ. Nos apud pontifices legimus
feriis tantum denicalibus (quibus scilicet hominis mortui causa^q ^{Pefma.}
familia purgaris solita) mulos jungere non licere, ceteris licere. Ita ea
de re varia quidem erat opinio, ut in rebus præsertim ejusmodi fieri
amat. Sed qui disciplinas Pontificum interius agnovere, in die
Festo, ut monet Servius Honoratus^r, sine piaculo dicunt posse fieri, ^{ad Virg.}
qua supra terram sunt, vel qua omessa nocent, vel qua ad honorem ^{Georgic.}
deorum pertinent, & quicquid fieri sine institutione Novi operis
potest. Quadre re consulas item, quæ habent Umbro, Scævola, alii
apud Macrobius^f. Secundi dierum generis fuere ^{egx̄x̄pioi sc̄i rebus^r} ^{Saturnal. 1.}
agentis idonei dies, id est, profesti Latinis; quibus scilicet opus aliquod ^{cap. 26.}
facere per leges & mores ex autoritate publica receptos licuit. Voca-
bulum nostrum Working dæies optimè r̄am interpretatur. Tertium
autem genus constituunt Διη Φεγδες^s seu dies infasti, inauspicati, ^{Lucian. in}
ari, quibus nimis rūm festivitas quidem nulla, sed opere omnimodo, <sup>Pseudologi-
stæ. Plutarch</sup>
nisi quod necesse erat adgredi, abstinebant veltut mali ominis infor- ^{in Camillo.}
tium superstitiosius verentes. Atque generis hujus Binæ fuere
Species;

Species; Altera eorum, qui ex autoritate publica seu instituto civili ita Infausti seu Atri habebantur, Religiosi item dicti seu Sacri, ea notio ne, quâ Sacrum ac Religiosum execrandum, detestandum aut tri-

^{"Agell. Not.} sti omni infame significat^u, non quâ diis dicatum, aut cultu cele-
^{Attic. lib. 4.} brandum. Altera eorum, qui non ex autoritate seu instituto civili,
^{cap. 9.}

sed ex privatorum hominum opinione, observatione, seu disciplina secretiori sic habiti. Prior species visitur in eo, quod apud Romanos institutum est de diebus postriduanis. Quoniam scilicet Sulpicius

^{* Cæsius He-} tius tribunus militum^x ad Aliam adversum Gallos pugnaturus rem
^{mina apud} divinani fecerat postridie idus Quintiles; item apud Cremeram mul-

^{Macrobius lib. 1.} tisque aliis temporibus & locis, post Sacrificium die postero celebra-

^{cap. 16. Anno ab V. C. 363.} tum, malè cesserat conflictus; ideo jusserunt patres, ut ad collegium

^{Agell. Not.} Pontificum de his religionibus referretur. Pontifices igitur statue-

^{Attic. lib. 5.} re postridie omnes Kalendas, Nonas, Idus, atros dies habendos; ut hi

^{cap. 17.} dies, neque præliales, neque puri, neque comitiales essent. Sed &

^{Fabius Maximus Servilianus Pontifex in libro duodecimo negat} oportere atro die parentare, quia tunc quoque Ianum Iovemque pre-

fari necesse est, quos nominari atro die non oportet. Et de his, Fe-

^{Verba Reli-} fatus Pompeius^y; Dies autem religiosi, quibus nisi quod necesse est,

^{giosus.} nefas habetur facere; quales sunt sex & triginta atri, qui appellantur & Aliensis atque ii quibus mundus patet. Sex & triginta sunt

^{* Fest. in Verb. Mun-} postriduani illi. Mundus autem patere dicebatur^z postridie Vulca-

nalium & a.d. 111 Nonas Octobris & ante diem vi Idus Novem-

bris. Tunc existimatum, quæ occulta & abdita fuere religionis Deo-

rum Manium patere ac veluti in lucem duci, unde Mundum tunc

patere dici solebat. Per eos dies non cum hoste manus conser-

bant; non exercitus scribebatur, non comitia habebant, non aliud

quicquam in republica, nisi quod ultima necessitas admonebat, ad-

ministrabatur. Ita hæc infaustorum seu atrorum dierum species tam

opus & laborem, quam fastorum genus, non admittebant; idque

ex autoritate seu instituto publico. Sed diversissimâ planè ratione.

Festi, ob sacrorum curam & deorum cultum. Atri, tantum ne male

^{* Agell. Not.} cederet opus incoepum, ob malum diei omen. Neque enim illis

^{Attic. 5. cap. 17.} sacrificium^a rite peragebatur. Posterioris Atrorum speciei exem-

plum ha-

plum habetur in quarto Kalendas, Nonas & Idus cuiuslibet mensis ^{b.} *Saturni.*
Verius Flaccus aliquique scriptores veteres, tum apud Macrobius, tum
apud Agellium ^{c.}; *Ante diem quartum Kalendas vel Nonas, vel Idus* ^{d.} *No. A. 111c.*
tanquam in nomine dicim plerique vitant. *Ejus observationis,* ^{e.} *5. cap. 17.*
an religio ulla tradita sit, queri solet. *Sed nos nihil super eare scripsi-*
am invenimus; nisi quod Q. Claudius annalium quinto cladem il-
lam vastissimam pugna Cannensis factum refert a. d. quartum Nonas
Sextiles. *Hujusmodi farinæ sunt quintæ dies cuiuslibet mensis Lu-*
*naris apud Hesiodū & Virgilium (natales scilicet Furiarum,) item qui-^{f.} *s. Ambro.**

buldam quartus Lunæ dices ^{g.} *Ægyptiaci* ^{c.} *alii aliquot, olim hodie quocque*
forsitan non nullis, ut atris seu infausti, servati. Bini, in quolibet men-
se, ejusmodi habentur apud Bedam. Alii, apud Joannem Paduanum ^{f.} *Cel. Rhodi-*
& Joannem de Sacro Bosco. *Alii in Calendario Romano Con-*
stantini Magni ^{g.} *dicto.* *Atque apud alios editos, aliter atque aliter*
sed dies illi habent. *Quos inter tamen consensus est nullus, uti nec*
cum dictum ejusmodi penes me designatione in schedis sane scripta ^{17. L. 1. Cy-}
vetustis hujusmodi; *εἰσὶ δὲ τοῦ ἐκάστῳ μηνὶ ἀρά δύο ἡμέραις ἀπόφειλες*
τῆς αὐθεντικῆς παρεργῆσας μηνὶ Ιανουαρίῳ ἡ Εὐχήσιδη μηνὶ Φεβρουαρίῳ ^{18. diebus}
ἡ Εὐχήσιδη μηνὶ μαρτίῳ ἡ Δῆμητρική μηνὶ Απριλίῳ γῆς μηνὶ Μάιῳ ἡ θεοῖς Τετρα-
μηνὶ Ιονίῳ γῆς μηνὶ Ιούλιῳ στολέως μηνὶ Αὔγουστῳ δῆμητρι μηνὶ Σεπτεμβρίῳ ^{19. 10. 303.}
γείω γῆς μηνὶ Οκτωβερίῳ γῆς καὶ μηνὶ Νοεμβερίῳ γῆς καὶ μηνὶ Δεκεμβρίῳ ^{f. Vide A. Ro-}
γείω γῆς, sunt in mensa quolibet dies bini, quos cavere debet quis ^{20. manum in}
que mortaliam. Ianuario II & XI V, Februario II & XX VI, Mar- ^{21. suppeditatione}
tio IV & XX, Aprili III & XX, Maio VII & XXII, Iunio III & pag. 8. Wic-
XII, Iulio VI & II, Augusto I V & XV, Septembri III & XIV, Octobri ^{22. burgi, 1595.} ^{23. Henric.}
III & XX VIII, Novembri V & X I, Decembri III & XXI V. *Atque* ^{24. Ranzovium}
ex duplice ferè ratione dies hujus speciei atri habiti. Aut ex malo ^{25. in Calenda-}
sceniorum aliquo insigni, quod in illis accidisse notaretur, aut ex ^{26.亨里克.}
disciplina Astrologica, qualem docuere Hesiodus & Orpheus. Die- ^{27. Edit. in Di-}
rum autem jam dictorum tam generis Secundi seu Profestorum ^{28. onys. Peratio-}
aliquot, quam Primi & Tertiī omnes ἡμέρας iερας dies sacra diceban- ^{29. Vranologia,}
tur, sed ratione perquam dissimili. Cur primum genus sic dictum, ^{30. pag. 112.}
res ipsa indicat. Quia scilicet Diis Sacrae ac Sanctae; seu ut Angli
vocamus Hollidaies. Cur autem genus tertium, & quam diversa

Ddd rationc;

ratione, paulò superiùs monetur. At qui Secundi generis, id est, profectorum, rebus agendis maximè ac præ aliis idonei, sive ex ratione Astrologica, sive aliâ quavis disciplina habebantur, ideo etiam ἱεροὶ nominari solebant, velut τοῦ Διοφεστοῦ seu *infauis*, atque inauspicatis sic oppositi. Et observant passim Grammatici τὸ ἱερὸν seu *sacrum* etiam Homero aliisque veterum dici, nunc quidem, notione communiori, tum id quod Diis sacrum, tum id quod suo in genere præstabilius, nunc etiam quod singulari Deorum beneficio, humano generi utilitatem affert insigniorē. Unde ἱερὸς ἀλφιτοῦ, ἱερὸς πόλις, ἱερὴ γῆ, *Farina sacra*, *Vrbs sacra*, *zellus sacra*. Jam verò, cum

In Dictione Hesiodus diem Septimum ἱερὸν dixerat, rationem statim subjungit^b.

——— Ἑρδόμη, ἱερὸν ἡμέαρ,

Τῇ δὲ Απίλλωνα γενούσοεγενεῖται Λητώ

Septimus dies sacer est. Hoc enim Apollinem auri-ensem genuit Latona. Nimirū mensium dies exequitur, bonos, malos, mediocres. Insignes tres facit; Neomeniam seu primum, quartum, & Septimum. Rationem reddit expressiō de Septimo. Natales Apollinis incidisse in mensis diem Septimum, id est, ut docnere Delii, Thargelionis, quod scimus ex Laertioⁱ. Unde & Ἑρδόμαχὺς dictus Apollo.

*In Platonis
Vita.*

*Sympoſ. 8.
quaſt. r.*

*Ad Herod.
q. Videſis. R.
Meurſum
de Dianario
Pythagorico,
cap. 9. & in
Gracia ſcri-
ata, lib. 3. in
Ἐρδόμη.*

*In Plutarch.
Sympoſ. 8.
quaſt. i.*

*Idem in
Theſeo.*

*Proclus in
Hesiod.Dies.*

Qua de re visendi Plutarchus^k, Proclus ad Hesiodi locum, Eustathius^l, alii; qui inde non solum mensis, in quo natus est, diem Septimum, (quo Thargelia celebrari^m solita; ut Septimo mensis Pyanepsonis, Pyanepsia,) sed uniuscujusq; Septimum, per totum annum, ei tradunt sacrum fuisse. Quemadmodum octavum quemq; mensis diem Neptunoⁿ, atque Mercurio quartum scribunt nonnulli. Festum autem illud Apollini celebrabant^o Athenienses, laurum geſtantes, canistrum coronantes, hymnisque laudantes Deum. At quid hoc omnino ad Septimi diei in recurrentibus periodis dierum Hebdomadicis cultum? Nihil heic assertur præter id quod solum est, Septimum mensis diem Apollini sacrum. Neque enim Septimas, qui sequitur, seu decimus quartus mensis inde, hoc sensu sacer est Hesiodo, sed alterā illā ſacri notione, quā id, quod utilissimum est, aut

per quam accommodum, dicitur sacrum. Unde post dedecima quarta mensis die (sic τετραγῆδα iſtauſus quartam mensis instantis, quo nomine

mine mensem vocat ille usque ad diem vicesimum; id est, pro se-
cunda tetrade seu decadis secundæ tetrade sumit Proclus, aliique inter-
pretes Græci) & de Inclinantis etiam mensis seu tertiae decadis die
quarta, id est, vicesima quarta die, simul locutus, non vult dies illos
quempiam omnino curis gravioribus terere seu animum tunc, omni-
nis causâ, cruciare, sed res qualescumque lætius agere. Rationem ex
singulari rebus agendis temporis opportunitate, addit de utraque.

μάλα τοι πεπλεσθέντον ἥμαρ

Valde hac accommoda est dies. Quod per iegor seu sacra explicant in-
terpretes. Non quia Festi illi dies (si Festum Buphoniae in x i v
Scitrophorionis P mensis, aut similia ex accidenti evenientia exci-
pias,) sed quoniam ex ratione Astrologica rebus agendis perquam
idonei auspiciatissimique. Proclus; τὰς δὲ πτεράδας ἀμφω εἶναι iegor.
τῶν μὲν ὡς μάλιστα σεληνῶν ὅπλαντας Φῶς. τῶν δὲ ὡς τὴν
ιχνῶν περὶ τῶν τετρακόδα (sic planè pro πτεράδα legendum) λόγον ὃν
ηδόμην περὶ τῶν νεφελών· καὶ γάρ η πάρτη καὶ εἰκεστὶ ηδόμην ἔχει τάξιον
τες; τῶν ιχάρθων. Quartas dies utrasque (id est, decimam quartam
& vigesimam quartam mensis) sacras facit. Alteram, quoniam in
eam maxime splendet Luna; scilicet plenilunium est. Alteram, quo-
niam eandem ea habet, ad trigesimam (si putes retro) rationem, quam
habet Septima ad Novilunium. Nam dies vigesima quarta locum
obtinet Septimum ab ultimo mensis die. Et de decimaquarta ex-
pressius postea Hesiodus,

Τετράδι δὲ οὐρα πίθον (τοῖς ταῦταν iegor ἥμαρ)

Mīosth.

Quarta qua media est, seu decadis secundæ die quarta, dolium ape-
ri; pre omnibus sacra dies est; quemadmodum & iterum ibi sacram. ^{Apud Ser-}
eo sensu facit diei tertii decadis quartæ tempus antemeridianum. Ne-
que verò spectat illud de dolio aperiendo ad diem decimum quar-
tum, velut ad Festum tunc celebrandum, aut primitias novivini tunc
ritus solenni ac sacro delibandas. Nam Festum eo nomine notis-
sum, scilicet Πίθοιγία, ad diem Anthesterionis undecimum ^q at-
tinuit. Et ad decimum quartum mensis diem, ratione jam dicta, at-
tingere volunt aliqui illud Virgilii,

^{Etymologic.}
in Buphonia.

*Septima post decimam felix, & ponere Vites
Et prenso domitare boves, & licia tela
Addere —*

Septima nimurum duplicata, quæ dies est iteratò septima post primam decadem. Sed liquidò hinc constat non omnino voluisse Hesiodum Septimum diem recurrentem ea notione sacrum fuisse, quâ cultus aliquis denotatur, sed cuiuslibet mensis tantum diem Septimum Apollini sic sacrum; quemadmodum in rythmico illo carmine de diebus Ægyptiacis,

Prima dies mensis & Septima truncat ut ensis

nihil ad septimanæ, sed ad mensis, Januarii scilicet, Septimum diem duntaxat spectat. Adco ut nihil ex Hesiodo de Septimi recurrentis dici, sive cultu, sive observatione aliqua posse elici; nemo non videat. Versus, qui apud Aristobolum ex Hesiodo sequitur, felicitatem ne verbo tenus quidem respicit; uti nec reliqui, quos citat ex Homero, præter unicum illum, quo dies Septima, quemadmodum Hesiodo, etiam ἡγὼν ημαρά dicitur, seu dies facer. Nam bini reliqui non magis sanctitatem Septenario in diebus numero tribunt, quam

Thebaid. 3. illud Papini⁹.

Septima jam nitidum terris aurora deisque

Purpureo vehit ore diem —

Prefas. in aut Claudi⁹ illud

*Nuptias Hor-
maris & Ma-
rie.*

Septima lux aderat Cælo, totiesque renatus

Viderat exactos Hesperus igne Choros.

Tum Phœbus &c.

Et quæ sunt similia. Sacrum autem diem nuncupari interea Homero diem Septimum, mirum magis non est, quam Hesiodo. Ratio fortè parilis. Quin & non semel alibi⁹ Homerus.

Ἄλλος ὅτι ἀρέτης Εὐδόκους ἡμαρά θῆται Ζεὺς θῆκε Κρονίων

Sed quando Septimum diem Iupiter induxerat. In quo nulla Septenariae periodi dierum ratio alia præter eam, quæ rei, quam narrat, singulariserat. Atque altero in loco expressim naves consensas ait, solutumque è portu. Neutro, sacra memorat. Tametsi ex veterum more, Dies etiam omnes, quæ optatissimam lucem hominibus præstant,

stant, tam sacri dici possent quam ii, qui auspicatores habiti. Per metonymian causā, qui Jupiter heicseu Numen est. Unde ἡμέρας δύο καὶ διάθεται dies à Iove generatim dicti, quod nihil aliud significatquam dies, quos Natura constituit, uti & monuit vir præstantissimus Daniel Heinsius in Hesiodum. Unde & Dici ^x nomen, &

<sup>Varro de
ling. Lat. lib.
4. Macrob.
Saturn. 1. c.</sup>

Diespiter. Et Homerus ^y etiam

Οφεγ μὲν ηὐς λω̄ καὶ ξένης ιερὸν ἡμέρα.

Quandiu tempus matutinum erat, & sacra crescebat dies. Ubi qui-

^{15.}

dem Sanctitatem volunt aliqui ^z tempori antemeridiano tribui, ex ¹ Iliad. 8. co quod tunc sacra peragi frequentius solita. Sed Eustathius recte ^{Porphyrinus} quidem integro dici ibi tributam vult, ratione ei, quam diximus, <sup>ap. Eust. ab.
ad Iliad. 8.</sup>

haud dispari. Et Scholia festes alter vetus nihil aliud dictum ibi vult, & 8.

quam diem ex ortu solis auctum seu factum. Quæ sequuntur apud Aristobulum ex Lino, atque apud Clementem ex Callimacho (si verum priorem excipias, in quo interea ne vestigium aliquod extat, unde sanctitas seu cultus diei Septimo afferatur) ad singularem numeri septenarii dignitatem, non ad diei Septimi cultum, aut sanctitatem omnino attinent. Neque recte, si quid video, vertunt interpres Clementem, perinde ac si voluisse ille Septimum in periodis dierum diem sacrum tam Græcis quam Ebræis agnatum. Dum enim ait quidem τίτλος Εἰδόμενος, qui numerus est Septenarius, sacram esse utrisque, non ut Aristobulus, tam de die Septimo loquitur quam de numero in Universum Septenario. Tam Græci in-

quit, quam Ebræi sciunt τίτλος Εἰδόμενος ierav̄ εἶναι numerum Septenarium esse sacrum καθ' λό (sic enim pergit) ὁ πᾶς κέστος κυκλεῖται τὸν ζωοντακόνων καὶ Φυομένων απαίτων per quem, aut secundum quem

Universus mundus circum agitur eorum, que viva lignuntur, & omnium quæ producuntur. Quod ipsum crebro dici solitum ^a ab Astrologis veteribus (quibus κέστος καὶ τὰς mundi gubernatores numeri Planetæ Septem) etiam totidem verbis, de hebdomadibus seu numeris Septenariis, dixerat Aristobulus paulò ante illud, ex eo de Hesiodo & Homero allatum. Atque alibi idem ipsum de Hebdo-^b madibus seu numeris Septenariis repetit ipse Clemens ^b, ubi expli-^c cans, quænam Hebdomadibus illis innuantur, ea dicit, esse Septem

<sup>Vide si. Iul.
Firmic. Ma-
thes. lib. 3. 111</sup>

<sup>proæmio,
Proclum in
Timaeum</sup>

<sup>pug. II. &c.
Soromas. 6.</sup>

Angelos principes, Septem Planetas ὁ φῶν καὶ συμπάθειας οἱ χαλδαῖοι πάντα γίνεσθαι τοις τῷ τε τὸν θυητὸν θεοὺν à quibus Chaldae (sic ille) existimant omnia per sympathiam, que ad mortalem vitam pertinent, fieri; Septem Pleiadas, Septem triones, καθ' ἃς οἱ γεωγραφικοὶ αὐτοὶ λίαν συμπάθειαν per quos & agricultura exerceatur, & navigatur, Lunaris figuræ Septeno quolibet à Neomenia die mutationes, Septem Lyræ sonos, Septem sensuum instrumenta, mutationes ætatis anno quolibet Septeno, dics in medicina criticos; in quibus Heb-

^c *Tim. Epis. lib. 16.9.*

domadis nomen notissimum; uti & apud Ciceronem ^c est videre, ut, quæ apud medicorum filios ea de re sunt quævia, præteream. Atque alia ejusmodi reperiri, inquit Clemens, quamplurima apud Hermippum in libro τοῦ Εἰδομάδος seu de Septenario. Qualis etiam

^d *In Timaeum Platonis.*

liber de Hebdomadibus tribuitur Hippocrati apud Chalcidium ^d; qui in operibus ejus non reperitur. Unde manifestum fit, de Septenario numero generatim, non simpliciter de die septimo intelligendum in citatis Clementem. Neque aliò spectare vult versus illos Hesiodi, Homeri, Lini seu Callimachi. Quibus, velut ex Callimacho, uti etiam Aristobulus ex Lino, subjungit distichon confonum,

Ἐπ(τοῦ) πάντα πέτυκτο τὸν ἀστρονόμους

Ἐν κύκλῳ τοῦ Φανέντος ἀπειπλομόνοις ἐνταῦθοις,

Septem verò omnia perfecta sunt in cælo sidereo, qua orbibus visuntur volventibus in annis. Neque igitur Εἰδομῆται in Callimachi seu Liniversibus dies Septima est, sed septenarius numerus; nec Hebdomas pro die septimo cum interprete sumenda in eo, quod habet Clemens de Elegiis Solonis. Nam palam est, elegias illas de annis climaëtericis seu septenaria ætatis humanæ mutatione, Hebdomadum nomine Aristoteli ^e etiam, aliisque saepius denotata, tantum loqui. Quod liquet ex ipsis Solonis ea de re versibus, tum alibi saepius, tum apud Clementem ipsum ^f occurrentibus. Ac celeberrimas fuisse has Solonis hebdomadas scimus ex Plutarcho, Censorino, aliis.

^e *Politic. lib. 7.*

^f *Stromat. 6.*

Et de eximia dignate ac præstantia Septenarii (cui Virginis, Palladii, ipsiusque Temporis ^g, omnium rerum Nodi, alia veneranda nomina indita) ex Schola Pythagorica, & Platonica innumera habent

^g *Hesychius in Kœgis.*

Var.

Varro^b Macrobiusⁱ, Nicomachus Gerasenus^k, Philo^l, Chalcidius^m, apud Agel-
lium lib. 3.
Maijanus Capellaⁿ, alii. Et ea de re Commentarios scripsere re-^{cap. 10.}
centiorum aliqui^o. Adeò ut nec sensus Clementis alias esse queat, In somno sci-
quam ut Ebræis ita & Græcis Septenarium numerum valde in ho-^{pronum lib. 1.}
nore habitum; non omnino, diem Septimum his, uti & illis, cul-<sup>"De Mundi
Opificio C^o</sup>
tum; quod tamen cum interprete ejus sunt viri docti, qui asserant. lib. 2 & 3 E.C.
Ex jam dictis autem de septimo mensis apud Athenienses aliosque
die, ca quæ è Luciano & Agellio afferuntur, intelligenda. Dies septi-^{Aristibauer.}
manæ & Hebdomades illis sunt dies mensium septimi seu Lunæ^{Theolog. apud}
Hebdomades; minimè dies septimi Periodis perpetuò recurrentes. ^{Ptolemaeum cod.}
Arque ita sumit Agellum Joannes Meursius^q. Samuel autem Peti-^{187.}
tus^r, de Prytania & Hebdomadibus. Ut cunque, ad Sacrum aliquem^s De Nuphiis
Septimi cujusque Diei cultum non attinent ibi Hebdomades. Uri<sup>t Mer. C^o Pbi.
tologia lib. 7.</sup>
nec Varronis liber de Hebdomadibus, Agellio^u, Nonio^v, Symma-<sup>"Fabianus Pan-
linus lib. 7. de</sup>
cho^w citatus; nec Hermippi, cuius meminit Clemens^x. Neque
fane ex eo, quod Diogenes Grammaticus Rhodi Sabbatis disputare
solitus est apud Suetonium, ideo Sabbati seu Septimi diei Cultum
Rhodiū fuisse, omnino sequitur. Septenarium quidem ibi dierum
periodum recurrentem innui, res ipsa docet. Nam in Septimum
diem, pro Sabbatho in quo disputare volebat, Tiberium distulit Dio-
genes. Idem fortè scripsisset Suetonius, si dixerat, diebus septinimis
scudie quolibet septimo, perinde ac ubi de M. Antonio Gniphone
ait^y, cum quotidie præcepta eloquentiae tradidisse, declamasse vero
non nisi Nundinis, aliud fortè non significat nisi non quoque die,^z Gracia fe-
non ipsarum, ut in civili temporum ratione locum habuere, Nundi-^{rsata lib. 3. in}
narum die declamâsse. Nam ut Nundinæ ex origine Latina no-^{Ecclesiasticus.}
num diem, ita fane & ^{τὸ} Sabbathæ ex origine Ebraica & lingua Helle-<sup>Eclog. Chrono-
log. lib. 4.</sup>
nistica, quæ apud Judæos Ægyptienses, Græcienses, Romanenses in^{Lib. 3. c. 10.}
usu, propagine in Romanorum linguam receptum, non solum Festa<sup>Verb. indu-
& Solennitates omnimodas Judæorum (ut ante memoravimus) de-^{lantur E. lu-}
notavit, verum etiam ipsos dies septinios, quæ septimi fuere. Atque^{Autarrio}
ita in Sabbatis disputare, foret tantum disputare in Hebdomadis re-<sup>Ep. 2. nbs. Gr.
de Iuresum.</sup>
currentis die aliquo unico, quem sibi præstituerat. Sonus quidem^{S. romas. 6.}
affinis est ^{εβαθ} Seba, quod Septem est, & ^{εβαθ} Sabath seu Sebat<sup>Lib. de Il-
lystr. Gram.</sup>
quod</sup>

quod est Sabbathum seu Requies, nec commune quid ex vi nominis
habet cum septimo. At verò, quoniam septimo requiescendum
erat, die scilicet atque anno, ideo ipsum vocabulum **תַּשְׁבָּח Requiem**
seu **Sabbatum** denotans, linguâ Hellenisticâ uti & Orientalium aliis,

^{1 Exod. 20. 11.} ipsiusque Judæis, subinde *Septimum* reddebatur. In ipso decalogo^y pro eo quod est כִּי בְּרוּךְ יְהוָה אֲתָּם הַשְׁבָּתָה וַיְקַרְּפֵתְּהוּ by *idcirco* Benedixit Dominus diei Sabbati, & sanctificavit eum, habent Hellenistæ *την τέταρτην οὐλόγην κύριον τὸν ἡμέραν τὴν ἑδομένην καὶ γίγαστεν αὐτῷ*, *Idcirco* benedixit Deus diei *Septimo*, & sanctificavit eum. - Quemadmodum etiam R. Saadias Gaon in versione sua Arabica substituit ibi benedixit Deus *الْيَوْمُ السَّابِعُ diei Septimo*, uti & vetus Arabica versio penes me manuscripta. Sic item in Decalogo legitur, qui in Ritualibus aliquot Christianorum. Sed Judæi Mauritanenses, Chaldaei, alii ibi Sabbatum juxta Ebraicam retinent veritatem. Alibi item in

⁴ Exod. 31.15. Exodo^z omnis, qui fecerit opus בְּיוֹם שַׁבָּת die sabbati, morte morietur, ab Hellenistis editis vertitur, omnis qui fecerit opus τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑδομῇ in die septimo. Sed ibi quidem in Codice vetustissimo Regio, ex Oriente pridem allato, legitur τῇ ἡμέρᾳ τῇ Σαββάτῳ die Sab-

⁴ Lef. 23.15. *bati.* Ex ratione non dissimili pro eo quod est in Ebræo², **numerabitis** תְּבִשֵּׁב יְהוָה *septem Sabbata integra &c.* habent Hellenistæ ἐπτά ἑδομάδας ὥλοκλήρους, *septem Hebdomadas integras*, uti & יְהוָה

^b Ibid. 25.8. שְׁבָתוֹת הַשְׁנִינָה *septem* ^b *Sabbata annorum* appellant in versione Hellenistæ ἑπτά ἑβδομάδας ἐτῶν, *septem annorum* *Hebdomadas*; & utro-
bique consona etiam est vulgata. Priore in loco Chaldæi item
سبعين شبعاً سبعة *Lxx*, R Saadias, etiam & Judæi Hispanienses
septe *semanas*, qui omnia *septem* significant. Insuper posteriori.

siete *semanas*, quæ omnia *septem* significant. Insuper posteriori, *Judæi Mauritanenses*, سبعة أيام سبتين *Septem Hebdomadas annorum*, ubi *Hispanenses* siete *Sabbathoth de annos*. Ita ex interpretatione tam veteri, quam recentiori תב שׁ seu *Sabbatum* non solum *Quiesciam* seu à *laboribus cessationem*, quæ pars Festi semper singularis habita, atque vocabuli ipsissima est significatio, denotat, verum etiam diem seu annum *Septimum*, quoniam in eo quietendum;

dam; uti & Lustrum & Olympias, quinquennium seu (pro varia ratione putandi) quadriennium, prætermissâ primariâ unde dicitur unumque significatione, quæ nihil temporis ejusmodi omnino infestum habet. Hinc nemo nescit Hebdomadam etiam seu orbem dicum septenarium, tam Magistris dici passim שׁבּוּת quam id est, tam Requiem, quam Septimanam, ut per synecdochem partis. Illic Feriae sexcenties appellantur prima, secunda, tertia בְּשַׁבָּת Sabbathi; quemadmodum etiam in federe novo. Ut prima seu una Sabbathorum pro die Solis seu Dominico; & jejuno bis in Sabbatho, pro eo quod est, jejuno bis in hebdomade. Mirum igitur non est, La-^{16. 9.}
D. 16. 9.
 dantum existimasse Sabbathum septem denotasse. *Hic est*, inquit,^{c.} D. 2. 1.
ille dies Sabbathi, qui lingua Hebreworum à numero nomen accepit. Sic D. 2. 1.
 ali⁹. Hinc factum est insuper, ut Gentiles, quorum in linguas Sab-^{12.}
 bati hæc notio per Judæorum, sive consuetudinem, sive libros Helle-^{Lib. 7. sec.}
 nisticos irrepserat, diem quemlibet in ordine Hebdomadicō voca-^{de Diogeno}
 rent ιμίαν τὸν Σαββατικὸν diem Sabbathicū, perinde ac si signifi-^{Praemio, cap.}
 casset, ex vocabuli vi, diem Hebdomadicum, ut inferius patebit ex ^{Tiberio.}
 Vettio Valente Antiocheno. Hæc cum ita sint, intelligi quidem
 commodè potest, Diogenem Grammaticum Septimis quibuslibet
 disputasse diebus, per Sabbatorum vocamen sic à Suetonio (cui ^{ad} ^{Cap. 19.})
Sabbata pro recurrente dicterum septenorum, quibus jejunia servata
 sunt, periodo notum esse scimus ex Epistola Tiberii, de qua supra^{b)} ^{Cap. 15.}
 denoratis; non aliter atque intelligimus illud Vulcatii Gallicani de
 Avidio Cassio. *Exercitum Septimi diei fuit omnium militum, ita*
~~ut sagittas mitterent, & armis luderent; & arma militum Septi-~~
~~ma die semper respexit.~~ Si dixerat, Sabbatis, idem sane, tametsi vocabulo peregrinæ originis, seu Romanis suis eadem notione non
 innato, dixerat. Nullo ad festivitatem Sabbathi, ita vulgo dicti, sed
 ad dicum Septenorum tantum qualecumque orbem, respectu ha-
 bito. Quod intercà si quis non ferat, concedatur Sabbathi Diogenis
 illius fuisse ipsos dies Saturni, Ebræorum Sabbatis ita vulgo dictis,
 semper respondentibus; quæ ob Ebræorum mores nullibi fermè in
 Romano Imperio non in usu, eo nomine Romanis etiam satis no-
 ta. Certè id non ita facile concedendum, quoniam dies ille rebus

Ecc

agen-

agendis inauspicatior Romanis Græcisque habitus. Qua de re etiam plura mox. At verò Cultum quærimus. Ideone sive Rhodiis sive Gentilibus aliis cultus dies Saturni seu Ebræorum Sabbatum, quoniam memoratur, Diogenem eis in diebus Rhodi disputasse solere: nihil minus sequitur. At demum de Græcorum veterum moribus heic in Universum illud pronuntiandum est; Annorum & Mensium rationem in sacris, non omnino dierum aliter atque ex recurrente anni mensisve tempore revolverentur, eos habuisse. Scilicet ab oraculis legibusque acceperant ipsis sacrificandum esse $\kappa\tau\gamma$, $\eta\mu\omega\tau\alpha$, $\pi\alpha\tau\epsilon\alpha$, $\mu\pi\nu\alpha\tau$, $\eta\mu\epsilon\rho\alpha\tau$, $\epsilon\tau\pi\alpha\tau\epsilon\tau\delta$ secundum Tria, videlicet patria, Menses, dies, annos. Unde ἀποτίνει Εὐάλues universi Græci (ut ait

¹ *Iagoge* ius ⁱⁿ Geminusⁱ Astronomus priscus, qui rem totani narrat) annos juxta ⁱⁿ *φαντασμα* Solem, menses vero & dies juxta Lunam agebant. Atque ^{de} τῶν τῆς σελήνης, inquit ille, φαντασμῶν αἱ περιστορές αἱ τῶν ημερῶν καταστάσιοι, à Luna illuminationibus appellationes dierum sunt deno-

² Videbis ¹- minata, id est, à Synodo ad Synodum, nullâ Septenarii revertentis rati Dio se- ^{mesia & Hug.} ratione civili seu sacrâ (nisi, ut dictum est, ex accidenti) habitâ, sed sub- ^{Col. 6.} *Graeci nostri* inde Astrologicâ. Quod ex Ritualibus Etruscorum libris apud ^{ibid. pag. 17.} Censorinum affertur, ad numeri Septenarii, in ætatis urbium ac hominum, prærogativam, non omnino ad dierum cultum pertinet. Nec quod de Judæis intermisctur, eos spectat aliter atque numeri illius ipsis in temporum distinctione usus erat, quemadmodum Soloni & Etruscis, de quorum libris, quæ huc attinent, ipse Censorinus postea in ætatum discrimine. Et sciunt pueri Solonis Hebdomas aliud non fuisse præter annos climaëtericos. Quod verò

³ Cap. 17. ^{m Antiq.} ^{Rom. 1.} habet de Etruscis Postellus, aut hallucinatio est manifesta, aut commentum audax. Neque enim Dionysius Halicarnasseus ^m, neque Cicero ⁿ, quos citat ille, de Septimo aliove die recurrente loquuntur; ut intuenti liquebit. Et quod ait, Dionem asserere Sabbathi Judæorum usum ad Græcos Romanosque fuisse translatum, auctoritatem unam ex septem diebus Hebdomadis fuisse quieti concessam; id etiam à vero est alienissimum. Nil hac in re asserit Dio præter id quod est, dierum juxta Planetarum septem in eis dinumerandis ordinem ab Ægyptiis acceptam passim invaluisse, maximeque apud

^{n De Legibus} ^{lib. 1.} Roma-

Romanos, quod ad unam in hebdomade quieti concessam nullatenus spectat. Et quod adjicit de Jani institutione, nūgæ sunt prorsus nūgacissimæ. Nec omnino culta Romanis Sabbathæ seu hebdomadem Judæorum innuit tetraстicon illud prius Ovidii. Monet scilicet amantem, qui amare jam dedisceret, ut in remedium amoris loca, quibus ipse simul cum amica assueverat, diligentius quantociùs & procul fugeret. Idque adeò sollicitè, ut nec dies inauspicatissimi alias rebus agendis, adeoque itineri, habitacum laqueis amoris nondum extricatum morarentur. Quinam heic illi? Dies Saturni, quibus Sabbathæ ab Ebræis Roinæ culta, ideoque peregrina dicta, etiam & clavis Aliensis dies infaustissimus. Peregrina enim Sacra alia fuere, quæ Romanis ex autoritate publica è regionibus exteris inventa, qualia memorat loco citato Festus; Et Ausonius^o,

<sup>• In Elogio
v. 10.</sup>

Adjiciam cultus peregrinaque sacra Deorum,

Alia, quæ Peregrinis ibi degentibus plerunque, sed non semper permissa, nec Romanis ex more aut jure Romano omnino communia; qualia Aegyptiaca aliqua fuere & Judaica, alienigenarum sacra Senecca^p dicta. Et C. Cassius^q de Servis; Postquam nationes in familiis habentur, quibus diversi ritus, Externa Sacra aut nulla sunt, colluviem Tacit. Annal. 14. iustum non nisi metu coercueris. Suetonius item de Tiberio^r; Externas ceremonias, Aegyptios Iudaicos quo ritus compescuit: coactis Cap. 36. qui superstitione ea tenebantur, religiosas vestes cum instrumento omni comburere. Et Tacitus^s, Actum & de sacris Aegyptiis Iudaeisque pellendis. Atque inter hujusmodi Sacra peregrina Sabbathæ cultus tunc fuit Romæ: non inter ea quæ ex decreto publico recepera. Nam & Sabbathæ sua hebdomadica seu peregrina illa Romæ sub Augusto, id est, cum scripsit Ovidius, servasse Judæos scimus etiam ex Philone^t, ubi traditur, Augustum rationem, in distributionibus suis mensbris, Iudeorum ita haberet voluisse, ut, si liberalitas illa in regia iedópulu sacrum diem septennum incidisset, quâ illis nec dare nec accipere licuit, à diribitoribus die postero beneficium illud acciperent. Quod sanè nec Romanis commune fuisse die septimi celebrationem seu cultum obiter palam facit. Et Ovidius ipse, ubi de locis puellarum captandarum, amoris candidatum docet, locos Romæ, qui

mæ, quibus culta Septima Sacra Judæis, memorat, ut videre est in disticho superius capite decimoquinto ex eo citato. Non igitur in eo quod ait, nec te peregrina morentur *Sabbata*, de Sabbatis peregrinis amasium Romanum monet, perinde ac si Sabbatorum ipsorum, id est, Festi gratiâ, dubitaret de discessu ejus. Sed cum dies, quibus Sabbathia illa à Judæis celebrata, id est, Saturni, per Sabbatorum peregrinorum nomen illic denotati, inter infaustos ac atros, licet non ex autoritate publica seu instituto civili, tamen ex disciplina permultis privatim recepta, numerarentur; ideo dubitavit Ovidius, ne facile euenire posset, ut diebus illis discessum proniùs differret amasius (libentissimè aliàs etiam cunctabundus) è quod rebus gerendis, ac irineri minùs idonei existimarentur. At verò, inquit, non solum dies illiusmodi te non morentur, qui ex disciplina tantum Mathematorum inauspicati habentur, verùm nec illi, qui ex instituto publico rebus ferendis minimè idonei serio fiunt, veluti dies ille clavis Aliensis. Id est, nullius diei aut temporis utcunque aliàs infausti qualitas discessum tuum differat. Quod quidem firmatur ex sequenti tetraстicho. Nimirum docet, pueram primò captare intempestivum esse Natalibus suis seu Calendis Aprilis Festis & solennioribus, quag, aliquid dandum est, illa sit atra dies. Aliàs verò, inquit, etiam dies alioquin atri seu infausti haberi soliti, veluti clavis Aliensis, & septima Festa Judæis culta, id est, dies Saturni, amori incipiendo satis idonei sunt, tametsi aliàs rebus sint minus apti gerendis. Ex re enim manifestum est, in utroque tetraстicho. *Sabbata* & *Festa septima* ad tempus ipsum seu diem Saturni tantum denotandum, non ad ipsos diei ritus sacros, velut Romanis ipsis in usu, indicandos, memorari. Unde & quod ex Tibullo subjungitur & lucem capit & mutuo dat. Quæsivit ibi amasius moras; mala avium omnia causatus est; inauspicatam etiam Saturni diem sè tenere; Sacram etiam nuncuparam ea notione, ut antè diximus, quâ Sacrum: quid aut religiosum, co quod tristis omne est infame, nuncupatur. Unde Justus Lipsius^u tum Ovidii peregrina *Sabbata*, tum Tibulli diem Saturni breviter sic explicat. *Triste Saturni sidus & maleficum: quale ingenium inferorum.. Inde est nania Gracorum Kœvior opua, id est, Saturnius oculus.*

^u *Saturnal.*
Serm. lib. L
cap. 5.

oculus. Inde supersticio, Saturni diem via non faustum. Quæ omnia in id recidunt, ut dies Saturni seu septimus pro inauspicato, tantum ex disciplina Mathematica, adeoque tantum iis, qui eâ, ut amantes non raro, caperentur; non civili seu publico aliquo instituto. Mallevolum nimis Saturni sidus esse, passim aquid Astrologos legitur; de quorum denominatione dierum à planetis, fusiùs (ut rite Josephi locus, de quo agitur, explicetur) infra dicemus. Summa ex hac tenus dictis est, diem illum ex instituto moribusve publicis tantum Judæorum genti, atque eis, qui in eorum ritus, ut Proselyti Justitiae, transierant, Festum fuisse; Romanorum autem nonnullis ex disciplina Mathematica diem quidem inauspicatum, ob sideris dominantis, à quo denominatus est, malevolentiam, haberí. Sed neque sic ex instituto seu moribus publicis. Ita ut ejusdem ratio nulla omnino Romanis haberetur extra Astrologicas privatorum opiniones; quas sanè, cum in seculo illo, Mathematicorum, id est, heic Astrologorum, artes (ut scimus ex Suetonio & Tacito) toties Romæ tanto in pretio essent, totiesque damnatae pulsæque recurrerent, non est quod dubitemus, plurimum apud vulgus, ut fieri amat, invaluisse. Et Festos Saturni dies, quotquot omnino fuerint, in Decembri simul locatos esse, nescii non sunt, qui nondum ære lavantur.

C A P. XVIII.

Osflenditur que capite decimo sexto è Tertulliano, Lampridio, Seneca, de die Saturni, Sabbatis ac die Septimo afferuntur, non omnino probare cultum diei Septimi Romanis veteribus ex instituto seu publicè receptum. Festa Romanorum quotannis stativane Pentecostes numerum, juxta Tertullianum, implete. Calendariis aliquot, velut ex More Romanorum veteri, Dierum Hebdomadas, pro Ogdoadibus, summacum officitania adponi.

Equuntur in Capitis superius decimi sexti Objectionibus, loci illi Tertulliani bini insignes. Alter ex Apologeticō, ex libro adversus Nationes alter, cum virorum doctorum aliquor in eos animadversionibus, quibus apud Gentiles veteres Septimi dici seu Sabbati Hebdomadici observationem in usu fuisse afferitur.. Certè si id de Septimi, id est, Saturni,

turni, dici otio simplici, velut ejus qui minus aptus rebus gerendis erat, non religionis, sed disciplinæ Astrologicæ causâ (ut jam ante dictum est) sumatur, idque non de instituto aliquo moribusve publicè receptis, sed de superstitione privatorum, nec forte paucorum, qui disciplinæ ejusmodi indulgentiores fuerint; consonuerit eis, quæ capite superiori tradita sunt de operis itinerisque eo die apud veteres abstinentia, eo quod inauspicatum atque velut atrum habent. At sic, Cultus sacri, de quo queritur, nihil inesse dicit Tertullianus. Certè nec de Gentilibus generatim, aut de Gente aliqua, Populo, Civitate, aut instituto publico loquitur ille. Secundo loco ab eis sumus, inquit, qui Diem Saturni otio & victui decernunt. Ab eis qui ex disciplina sibi recepera id faciunt. Qui cum Gentiles etiam sint ipsis, non est quod Solis dici laetitiam magis nobis Christianis obiiciatis, quam ipsis pariter Saturni dici otium. At utroque in loco exorbitare ipsos ait; altero, à Judaicis moribus, quos ignorabant; altero, à suis ad alienas religiones. Nonne igitur etiam religionis seu cultus causâ, otium ac victimum fuisse innuit dici illius? quemadmodum & alia observata, quæ ibi memorat, ex ritu Judaico facta. Certè vix diffidendum. Et sanè Superstition illa, in dierum observatione, Astrologica, bene satis apud veteres illos pro Religione, sensu vulgari, intelligi potest. Cognatissimæ planè sunt. Et superiori capite monuimus, etiam dies Atros, Religiosos & sacros, sed notione peculiari, dici solitos. Sed detur voluisse Tertullianum etiam Judaica Sabbathata ipsos, de quibus loquitur, voluisse quæ Judaica, religione imitari. Certè ita hoc tantum sequitur, fuisse, qui etiam ex Judaicis ritibus sibi aliquos, atque in illis hunc de Sabbatho sumpsiissent; sed perperam interea hunc observassent à Judaico more exorbitantes, quia nec eo more, quem ignorabant, otabantur; à suis item religionibus exorbitantes, quoniam otium ejusmodi ac observatio qualif- cunque Hebdomadica sacris eorum erat planè aliena. Quodquidem negare planè ipsum, observationem ejusmodi aliquam etiam fuisse Gentilium, aut in eorum sacris (quorum ipse inter Patres Latinos, ut Clemens inter Græcos, callentissimus erat) repertam, satis interea etiam evincit. Et credibile sanè est, Romæ, ubi indultu Princi- cipum,

cipum, sacra Judaica Judæis ipsis ibi perquam numerosis Proselytis que Justitiae adeò permissa fuerint, non defuisse ex Paganis, qui tam eti in ritus eorum ut Proselyti non transissent, ritus nihilominus eorum, ut & aliorum ejusmodi ibi degentium, subinde ita imitarentur, ut moribus suis, maximè eis qui cognatiores fuere, illos communiscent, ac Judaicam etiam Religionem ipsam venerarentur ac metuerent; utcunq; ei nomina sua ritè non darent. Horum ex genere haud forsitan iniquum existimare fuisse Aureliam Soteriam, de qua mar- mor hoc vetus, quod Polæ in Istria visitur; saltem pridem ^x visebatur.

A V R. S O T E R. E T
A V R. S T E P H A N U S
A V R. S O T E R I A È
M A T R I P I E N T I S S.
R E L I G I O N I J U D-
A I C A E M E T U E N T I

F

Sive quadratarii sive exscriptoris incuriâ Religioni legitur pro Religionis. Et scimus quidem, metuentem Sabbathum & metuentem Ius Iudaicum pro ipso Judæo seu Proselyto Justitiae sumi Juvenali^y. Sed ^{saxp. 14.} & alias Judaicam religionem ritusque quosdam affectantes, nec tamen Proselytos factos, Romæ sacerulis illis egisse, cum res ipsa suadet, tum elicerelicit ex illo Senecæ de scipio; Quæris, quomodo desierim? in Tiberii Cæsaris principatum juventæ Tempus inciderat. Alienigenarum sacra movebantur. Sed inter argumenta superstitionis ponebatur quorundam animalium abstinentia. Quod de: de scipio, velut Judaicam religionem, non Christianam, affectare vi- so, restè probat Joannes Ruwaldus ^z adversus Martinum del Rio ^a. Ad locum autem Tertulliani posteriorem, scu qui in operead Nationes habetur, annotavit quædam V.C. Samuel Petitus, quæ huc trans- ferre non pigebit. *Integrum*, inquit ille in commentariis ^b ad leges Atticas, locum descripsimus, at emendemus. Primo enim ista, qui ^c in vita Plu- tarchi cap. 9. & Vide Lips. in Tacit. An- nal. 2. n. 173. nec a cap. 12. corrupta. Quanquam enim agatur de Hebdomadis observatione ^d Tit. 1. pag. 4. paulo ante hac tempora usurpari cœpta à Romanis, cuius dies denomi- natio-

nationem à Planetis acceperunt, immediatè sequitur, & ex diebus ipsorum prælegistis &c. Satis indicant nō dierum, ad quod refertur nō ipsorum non esse sanum. Itaque rescribo, qui etiam in Laterculum Deorum Solem recepisti. Nam à septem Planetis, quos in Diis censuerunt Ethnici, dies Hebdomadis nomina invenerunt. Addit deinde Tertullianus quibusdam Hebdomadis diebus Romanos otium & prandium curasse, quibusdam totis jejunasse, quibusdam ad nonum tantum, quod imitatione Iudaorum proculdubio usurpabant. Hinc addit Afer noster; Quod quidem facitis exorbitantes, & ipsi à vestris ad alienas religiones. Nominis alienarum religionum, intelligit Judaicam; sed verba in mendo cubant, quanquam id non primo vena tactu deprehendas. Sed morbi arguunt hac Tertulliani verba ex Apologetice cap. x v i. Eque si diem Solis Letitiae indulgemus, alià longè ratione quam religione Solis, secundo loco ab eis sumus, qui diem Saturni otio & quietui decernunt: exorbitantes & ipsi à Judaico more, quem ignorant. Nam optimè dixit Tertullianus, Ethnicos exorbitasse à Iudaicis moribus, quos tamen usurpare videbantur, idque verissimum est. Neque enim Veri Dei religione ista observabant, sed pravâ Iudeos imitandi affectatione, cum tamen mores illorum, eorumque causas ignorarent; quemadmodum Christiani Die Solis letitiae indulgebant alià certè longè ratione, quam religione ulla Solis; atque ita Ethnici exorbitant à suis moribus, ut & etiam ab alienis, quos tamen admittebant, quia alia religione tacti, quam ii, à quibus acceperant, mores istos usurpabant. Rescribo igitur: exorbitantes & ipsi à vestris, ab alienis, religione. Exorbitant enim, ut jam diximus, à suis ritibus ad alienos, Iudaicos nempe, rursumque à Iudaicis moribus exorbitabant religione, quia Iudei Saturni diem letitiae indulgebant longè alià quam Ethnici religione, quis isti hac in honorem usurpabant. Sic ille. Sed quod ait in honorem Saturni, admittere nequeo. Nam dies celebrati in honorem Saturni festi erant; uti Saturnalia in Decembri. Quicquid Saturni erat in diei Hebdomadici hujus observatione, diem faciebat atrum, inauspicatum, non omnino Festum. Quicquid autem Festi inerat, ex Iudaorum ortum est imitatione, quam Judaicæ religionis metuentes ali-

etdiqui, ut dictum est, subinde trahebantur. De Hebdomadibus autem dierumque nominibus, quale illud Saturni apud Tertullianum, plura mox. Ne verò scrupulus dubitandi maneat de ejusdem mente in locis illis, quos jam tractavimus, ipse alibi, ni fallor, luculentissimus et sui interpres. Christianos nascentis Ecclesiaz exagitat, qui Ethniconum Festis interesse ac celebrationis participē se solebant; veluti Saturnalibus, Brumalibus, Matronalibus. Et demūm, Omelior Fides, inquit^c, *Nationum in suam sectam, qua nullam solennitatem Christianorum sibi vindicat! Non Dominicum diem, non Pentecostes, etiam si noscent, nobiscum communicassent. Timarent enim, ne Christiani viderentur. Nos, ne Ethnici pronuntiemur, non veremur. Si quid carni indulgendum est, & habes nondicam tuos dies tantum, sed & plures (legunt aliqui, non dicam suos dies &c. Id est, Ethnicorum; sed editio Rigaltiana, non tamen dies tantum, sed & plures.) Nam Ethnici semel annuus dies quisque Festus est. Tibi octavo quoque die (Rigaltiana, Tibi octavus quisque dies.) Excerps singulas solennitates Nationum, & ordinem texe) Rigaltiana, in ordinem exsere) Pentecosten implere non poterunt. Christiano Festa Paganica frequentanti inquit, si ita genio indulgeas, ut dies Festos numerosiores cupias, cur eo nomine ad Ethniconum solennia sic confugis? In Christianismo dies Festos jam habes multò plures, quam in Pagano. Pagani enim Festa habent tantummodò annua, semel quotannis, nec minori temporis spatio recurrentia. Christiani verò seu sodalium illud, cuius tu pars es, octavo quolibet die Festum celebrant, id est, die primo cuiuslibet Hebdomadis (quaratione tam octavus, quam Septimus dies ille veteribus habitus, supra^d monitum est.)^e Cap. 15.*

Arque ita etiam quinquaginta duos dies Festos quotannis iteratos habes. Sed & si Festa universa annua Ethniconum in ordinem texas, numerum Festorum quinquagenarium implere non potes; ne quidem illum, qui tibi continenter celebrandus. Scilicet Pentecosten; quo nomine veteres Christiani non solum ipsum diem à Paschate quinquagesimum, sed cunctos simùl dies, qui intercedunt seu contextas quinquaginta diebus ferias, ut S. Hieronymi^f verbis utar, nuncupantes, intervallum illud integrum, ut Festum continuum seu jugem

^{Epist. 28. ad Lucinius.}

¹ Sermone de Temp. 60. & continuatam Festivitatem celebrabant. D. Ambrosius^f; *In statu Do-*
minica tota quinquaginta dierum curricula celebrantur, & omnes
Diss. 76. c. 8. *istis dies velut Dominici deputantur.* Alii^g tantundem non raro.

² Epiph. in compendio de Doct. Casio. quidem unicam hanc continuam, qua quotannis f fueris, Festivita-
litas. Antor tem numero æquat. Sic Christiano Festa Ethnicorum sectanti,
Quæst. & R. Iustino pater ille. Quisquamne igitur autumare potest voluisse omnino
tribus. 115. Tertullianum die Septimo recurrente Festum aliquod Ethnicis ex ci-
vili aliquo seu publico instituto celebratum? cum & omnia eorum

Festa Annua esse dicat, adeoque nulla Hebdomadica, neque ea nu-
merum quinquagenarium implesse. De Ethnicis Romanis procul-
dubio loquitur. Id inde satis liquet, quod aduersus Christianos Ro-
manorum Festa celebrantes agit. De feriis item stativis, non de
Conceptivis aut Imperativis; quæ incertæ fuere. Et certè si Stati-
vas ferias in Calendario Romano, quod supra exhibemus, mino no-
tatas, enumeres, quinquaginta non reperies. Sed ea de re vide si pla-

⁴ In Ecloga- cet, præter Ovidii Fastos & Ausonii^h Ferias Romanas, eos qui è ve-
rbo.

⁵ In Festoriū lustrarunt; maximè Sibrandumⁱ, Lylium^j, Gyraldum^k,
Kalendario. Carolum Neapolim^l, Thomam Demsterum^m, Dionysium Peta-

⁶ Lib. de An- viumⁿ, ut alios, qui de Festis Romanorum fusiùs egerunt, velut Ro-
nno & Men- dulphum Hospinianum, Michaelem Beutherum & id genus reli-

⁷ Ad Ovidis quos, prætermittam. Quod verò ex Lampridio assertur dc Alexan-
Fastos. dri Severi ascensu in Capitolium Septimo quoque (nam sic intelli-

⁸ In Parali- gendum) die, cum in Urbe esset, dubitandum non videtur, quin id
pom. ad I. spectarit ad animum ejus, sive in Judaisnum, sive in Christianismum

⁹ Res. lib. 4. cap. 4. propensiorem, adeoque sive ad Diei, sive Judæorum, sive Christiano-
rum Hebdomadici singularem cultum. Nam statim sequitur apud

¹⁰ 4. 4. 102. Lampridium. Christo templum facere voluit, eumque inter Deos re-
cipere. Et antè; quodam tempore Feste, ut solent, Antiochenes, Ae-

gyptii, Alexandrini, lacesiverunt eum convitioles, Syrum Archi-
synagogum eum vocantes & Archierea. Velut ritibus Judaicis au-

tentem. In Diis etiam, id est, in Lararii sui nominibus, Abrahamum eum ac Christum habuisse scribit idem Lampridius. Ita mo-
rcni eius

rem ejus Septimo die in Capitolium ascendendi non omnino reflect ille, perinde ac si ex publico aliquo ac veteri Romanis instituto mos ille manasset. Quod de Lucernis in Sabbatis accensis ex Seneca citatur, ad Judæorum planè ritus spectasse fatendum est. Apud eos enim patrifamilias cuilibet ex instituto veteri mos erat, uti ho-

dieque^o, vesperâ Sabbati, sub crepusculum, Lucernas nocti immi- ^{Leo Modena nella Historia de Gloriis Hebreorum cap. 3. s. 13.}

nenti accendere. Nec quisquam sive vir, sive foemina familiæ præ- ^{Missa Et Oratione Tis. Sabbath, c. 2. Marmoni- des cod. tot. cap. 5.}

rat, qui non incubuit officium נְדָלֹק בְּשַׁבָּת אֶפְלֹו, ^{לְהִיא בְּבַתִּין נְדָלֹק עַל הַפְּתַחִים וְלוֹקֵחַ שְׁמָן וְלוֹקֵחַ שָׂה אֲזַע לֹו מָה יָאֵל שָׂוָל בְּכָל יוֹמָנָה}

Lucerne accendenda in adibus suis in Sabato. Quin tam si decesset, quod comederet, id est, si pauperimus esset, ostiatim mendicandum erat, ut oleum sibi ad hanc rem compararet. Quoniam pars hec erat lauitia Sabatice. Atque hinc est, quod Arnoldus Albertinus^q, quero, inquit, si quis descendens de gente Indorum solemnizaverit vesperam sexta feria, incendens Luminaria, domum^r De agnoscendo mundando & abstinentendo ab opere servili, non tamen observaverit du Afferentes Sabatum operando in eo, an iste dicatur ceremonias legis Moysi obser- nibus Carbunclicis & Ha- vare, adeo quod de criminis Hæresis & Apostasia accusari possit. ^{Quæst. 32.}

Atque questionem hanc ait frequenter accidere, & de lumen accensione hac pluribus disputat. Etiam tum ex jam ante citatis è Tertulliano, tum è Josepho^s scimus, accensionem lucernarum Judaicam^t nonnullos, necdum Judæos seu Proselytos, imitatos. At interea, ex aliorum sive Judaicam religionem, ut diximus, metuentes seu affectantium, sive eorum, quibus ritus exterius adeo subinde grati fuere, more ejusmodi, à Judaica etiam ratione, ut dixit Tertullianus, exorbitante, Sabbatho Judaica à Romanis, velut ex instituto publico celebrata esse, asserere, rationi nemo non videt plane dissonum. Quin sanè Senecam de Judæis ipsis, qui Romæ tunc numerosi, tantum locutum esse, non iniquum est ut existimemus. Ita nullo modo publicus Sabbathi apud Romanos ipsis ex eo cultus probatur. Quod verò tandem attinet ad Calendarium illud, Julii Cæsaris dictum, quod Hebdomades dierum sibi aptatas habet; Certo certius est ex marmore aliquo veteris Romæ descriptum id non fuisse. Quisnam enim in illius seculi aliquo marmore, aut figuris numero-

^{Advers. Apion. lib. 2.}

^{Vides, 10. Episcopum.}

^{Selecorum lib. 2. c. 9. de Ceremoniis.}

^{g. 10.}

rum Barbaricas, aut Planetarum & Signorum characteres unquam vidi? Scimus figuras illas Barbaricas ex Arabicis non ita dissimilibus fieri, ac primò ante annos quingentos aut circiter ab Arabibus ipsis Mauritanensibus, ac Hispaniensibus, cum artibus liberalibus Christianos imbuerent, esse communicatas. Et manifestum quidem est, Calendarium illud, prout à viris doctis rem, quam tractamus, negligenter curantibus exhibetur, à Christianis sub seculum quartum aut quintum à Christo, aut citrè, compositum, adeoque Hebdomadem in eo, pro more Christiano, Ogdoadis locum inde supplesse. Rectè Josephus Scaliger^c; *Post tempora Theodosii, imò à temporibus Dionysii exigui Kalendaria Romana in Hebdomadas tributa, & cyclus Luna in margine appositus, quem aureum numerum vocamus, exemplo Kalendarii Alexandrini.* Anteà nondum Kalendarii Iulianis annotabatur numerus aureus. Nam planè inventum est Christianorum post confessum Nicenum. *Vt satis mirari non possum doctos viros, qui asseverant etiam epactas à Julio in Kalendario suo impresas.* Diceres eos cum Sosigene in consilium à Dictatore adhibitos.

^b De Doctri- Eādem item de re Dionysius Petavius^a; *Minimè dubito, quin falso na Temporū lib. 6. cap. 12.* Kalendarium istud Iulium Cāsarem, vel Augustum auctorempref- rat, ac tantam originis sua vetustatem ementiatur. Nam est longè recentioris inventi & instituti: prorsus ut à Christianis concinnum appareat. Cujus rei complura sunt argumenta. Sed illa maxi- mè, quod Circulus Heptazoni veteribus Romanis ignotus sit (publico scilicet temporis calculo non receptus; aliter nec verum est, ut mox ostenderemus) nec ab aliis quàm à Christianis secundum Iudeos usur- pari solitus. In illo verò Calendario Dominicales literae septem feriarum orbem circumagunt. Quod aureorum numerorum usus in Ca- lendariis sub ipsum Nicenum Concilium introductus fuerit, ut Libro II declaravimus. Quod parùm Latinè multa in Gaurici Calen- dario concepta sint. Hac enim scilicet Augusti seculum redolent? Ori- chronice, heliacè, cosmicè, medietas Veris & alia compluria, recen- tioris seculi barbarie digna. Postremò quod in sex duntaxat primis mensibus Festa & Sidera ortus occasusque notantur. Hinc enim evidens est, ex Ovidianis Fastis Calendarium istud esse descrip- tum. Et quæ

Et quæ obiter in Calendariis aliis, velut ex Romæ veteris consuetudine, habentur dierum Hebdomades apposita, ex incuria pariter, atque oscitantiâ summâ scriptorum ortæ sunt, vetustati ipsi planè refragantes, quod ex eis, quæ supra differuntur, sit satis manifestum. Interdum autem tam Ogdoas, quam Hebdomas à Christianis apponitur, ut in Calendario illo Constantini Magni dicto, quod è Bibliotheca Joannis Georgii Herwartii primò ante annos aliquot in lucem seorsim emissum, nuperque Dionysii Petavii Uranologio insertum.

CAP. XIX.

Flavii Iosephi verborum de Hebdomadis more (quæ ad Gentes universas eum pervenisse ait) Explicatio initur. Cuius graria quadam premittuntur. Primo, Dierum per Hebdomadas distributio, & Planetarum nominum adjectio, ejusque Veteristas.

Um igitur verba illa Flavii Josephi, *nostri tempsis Eccclesiastico* *letter*a *ad* *ag*ayst *ph*o *ne*s, Confuetudinem seu morem Hebdomadis, quam vacatione operum celebramus nos, seu qua nos otiamm^{ur}, ad alias gentes civitatesque universas pervenisse, de diei Septimi cultu seu Sabbati Hebdomadici Festo, ex instituto aliquo Civili seu publico recepto, non sit sumendum (quod in superioribus fuisse demonstratum est, restat ut expendamus, quinam eorum verborum fuerit sensus & vis. Ego sane sic statuendum duxi. Nemo non videt ex iam superius dictis Triplicem Hebdomadis seu diei Septimi circumacti rationem & haberi posse, atque etiam habiram. Primam, quia septimus, ut festus seu Sabbarum, aliterve seorsim ex religione recepta, atque in instituto publico colitur; Secundam, quia in Fastos, Calendaria, ac publicas Temporum, citra Sacra, rationes admittitur; Tertiam, quia septem dierum sive apud Mathematicos eorumque in rebus gerendis sequaces, sive apud alios sic qualitercumque (sed citra institutum civile aut publicum) numerantes, periodum die proximo semper instaurandam tantum finit. Quolibet pariter modo Hebdomas dicitur dierum Septem postremus, & cuiilibet ritu tribui potest vocamen illud *nostri tempsis Eccclesiastico*. Con-

Fff 3

Secundo,

suetudo, usus aut mos Hebdomadis seu diei Septimi recurrentis ac Systema finientis. Jam verò Tertio modo usus erat Hebdomadis passim inter Gentes Josepho cognitas auditasve omnes seu plerasque, forte & alias, isque tunc vetustus; etiam & Secundo, ut videtur, apud gentes saltem aliquot alias, præter Judæos, Orientales, tametsi nec Græcis, nec Romanis admissus. Modo verò Primo nullibi Josephi seculo, præter Judæos, saltem si nascetem tum Ecclesiam Christianā excipias. Usus scilicet tum dies per septenarios distribuendi, tum Planetarum ut hodieque, nominibus signandi juxta modum Tertium, passim invaliduerat; ita ut septimo præcesset Saturnus, ut Sol primo. Sensus igitur, opinor, est; Usus seu Consuetudo diei Septimi velut termini redeuntis dierum periodi, nulla in Civitate, in Gente nulla sive Græca, sive Barbara (quale dici solet de plerisque) non reperitur; quin & ejusdem ipsius diei *λύτρων μηνίς qua ostiamur, seu quam otio celebramus nos.* Nam in dinumeratione itidem is apud gentes alias est periodi terminus; uti nobis non solum laborum terminus, sed & Festus. Adeò ut eo in loco, *περὶ τοῦ οἴκου μοναστηρίου Ἐλλήνων καὶ Βαρβάρων οἱ τινὲς Μαθηματικοὶ ὀπτικοὶ μηνὸι λαμψοῦσιν, in honore etiam habetur apud illustres τὰς Γραcorum, quam Barbarorum, qui disciplinus versantur Mathematicis.* De numero septenario, non de Sabbato, manifestum est eum loqui. Ut verò Sententiae hujus ratio rectius capiatur, Sex sunt in primis animadvertenda. I. Dierum apud alias gentes per Septimanas distributionis qualiscunque Vetustas & Origo. II. Planetarum septem nominum Hebdomadi adjectionis, eorumque in orbem sic redeuntium Observationis qualiscunque itidem Vetustas. III. Planetarum in orbe illo seu Periodo septenaria Ordo singularis, uti & Dierum. IV. Ordinis ejusdem Ratio. V. Usus hujus Ordinis,

** Lib. deī
τροπονομία.*

Ordinis, & undenam in vulgus Observatio ejusdem ita olim disseminata. VI. Scopus Josephi in verbis illis, unde mens ejus ac sententia, quam amplectimur, clarius elucescat. Quod ad Primum attingit; Quanquam ex Græcorum ac Romanorum veterum institutis publicis seu disciplina civili, Hebdomadicam temporis rationem neutiquam adhibitam comperimus, (quod ex superius ostensis satis dignoscitur,) attamen autores sunt non ita contempnendi, qui etiam ab ipsis seculis primis Hebdomadum in dierum periodis Usum pertant, atque eum apud antiquissimos temporum artifices putatoresque receptum, per alias præter Judæos, seculis vetustissimis, Gentes sic velint inde propagatum, ut nullibi fermè incognitus planè esset. Hic in primis spicitat, quod capite superius undecimo legitur ex *Sopherozri de Septenaria* dierum periodo ab Ada incepto & in posteris propagatâ. Ex Georgii item Syncelli Chronologia MS. in Regis Gallianum bibliotheca observatur, priusquam ratio computandi per menses & annos ab Astrologis inventa fuisset, veteres illos patres spatia distinxisse tantum καθ' Εβδομάδας, ut ex Claudi Salma-^{1 Differ. de}
^{sabbato, c. 5.}fii indicatione citat Andreas Rivetus². Certe in annalibus Michae-

Glycæ legitur (interprete Joanne Leundavio) Georgius tradidit Sethum primum invenisse literas Hebraas, signa Cœlestia, conversiones annorum, Menses, Septimanias. Neque Georgius hic alius est à Syncello illo, quem saepius citat Glycas. Sed quicquid de Setho dicendum, vetustissimum interea esse, atque ab intima antiquitate petendum Hebdomadis in Temporum ratione usum, scriptores superiorum seculorum existimasse videmus. Et Joannes Philoponus, ἐκεῖνο γε τῷ μὲν, inquit² οὐρανοφάνηται πᾶσιν αἰθρίωις εἰπεῖ μό-^{2 De Mundi creatione, L.}
^{c. 7. cap. 14.}νε, ταῦτα ιμέρας αἴτινες εἰς ταῦτας αιώνικας αἰδημοναὶ τὸν ὄλον ποιῶστερον, In illa certe omnes homines consentiunt, Septem solos esse dies, qui in seipso revoluti totum tempus constituant. Quibus dein subjungit, τίνει τὴν τέττα λόγον εἰσὶν ἐπίγονοι ημένον ὃν εἶχες Μωϋσῆς; bus-
jus rei quam certe aliam rationem dare possumus præter illam solam, quam Moses assignavit? Nempe in Creationis historia numero Septenario signata. Quod verò ait, omnes homines consensisse, sumendum est, ut id genus locutionis aliaz, pro quamplurimis, idque tam

tam Gentilibus, quam Judæis aut Christianis. Floruit enim Philoponus ille, quem & Joannem Grammaticum appellant, scriptor Cilicis.

^a Nicop. Cat. cet in Aristotelem celeberrimus, sub annum ^a Christi DC, quo tempore gentes complures quidem Græcis Romanisque satis nota fuere. ^b ipse Philoponus re, quæ Paganismum nondum exuerant, adeoque nec è Christiano, nec è Judaismo (nam Mahumedisimi natales Philopono covi-
4. Physicorum. fuere) sed ex antiquissima Creationis historia per genus humanum diffusâ, utcunq; sive interpolatâ, ut fit, sive oblivione inobscurata, Hebdomadum morem aliquem, tametsi non sacrum, acceperant. Sic vult Philoponus. Et Theophilus Patriarcha Antiochenus;

^b Lib. 2. ad Præterea, inquit ^b, de die Septimo, qui inter omnes mortales celebratur Ansolycum. est, magna apud plerosque ignorantia est. Hic enim dies, qui ab Ebrais Sabbathum vocatur, Gracè, si quis nomen interpretetur (quæ de resuprà diximus) Septimus dicitur. Hoc nomine mortales omnes diem istum appellant. At nominis causam nesciunt plerique. Certè per insigne heic habetur de cycli dierum Septenarii apud Gentiles usu aliquo, etiam universo, id est, notiores seu plerosque, testimonium, idque de seculis vetustissimis. Saltem, si opus illud Theophili hujus esse genuinum cum viris aliquot doctissimis admittas. Neque enim aliter loquitur, atque de re diu antè per Gentes diffusa. Et seculum ejus est Josepho omnino proximum. Astipulantur heic è

^c Vide An- recentioribus ^c, viri clarissimi, Theologi aliquique quotquot etiam à primis seculis per Gentem humanam, sacram diei Septimi observatio de Sabbatho, volunt disseminatam. Quam autem Sacram fuisse illi volunt, si in Astrologicam aut Chronologicam tantum observationem, ut debent, mutant, id ipsum, quod voluere veteres, satis enuntiant. Sed & ad hanc rem plura habentur in eis, quæ statim de Planetarum nominibus Hebdomadi inditis sequuntur. Planetarum Septem nominum diebus Hebdomadis Adiectio ejusque Observatio (de qua proximè juxta institutum est heic videndum) ex intima lios, qui de etiam petitur antiquitate. Id est, ex veterima Astrologorum disciplina, non ex civili seu publico aliquo instituto; dum scilicet de seculis illis priscis loquimur. In scriptoribus seculis aliquot Josepho recentioribus manifesta quidem occurunt Adiectonis hujus testimonia

^a Vide An- recentioribus ^c, viri clarissimi, Theologi aliquique quotquot etiam à primis seculis per Gentem humanam, sacram diei Septimi observatio de Sabbatho, volunt disseminatam. Quam autem Sacram fuisse illi volunt, si in Astrologicam aut Chronologicam tantum observationem, ut debent, mutant, id ipsum, quod voluere veteres, satis enuntiant. Sed & ad hanc rem plura habentur in eis, quæ statim de Planetarum nominibus Hebdomadi inditis sequuntur. Planetarum Septem nominum diebus Hebdomadis Adiectio ejusque Observatio (de qua proximè juxta institutum est heic videndum) ex intima lios, qui de etiam petitur antiquitate. Id est, ex veterima Astrologorum disciplina, non ex civili seu publico aliquo instituto; dum scilicet de seculis illis priscis loquimur. In scriptoribus seculis aliquot Josepho recentioribus manifesta quidem occurunt Adiectonis hujus testimonia

monia, velut rei cuius tunc origo in Gentilismo veteri agnita. S. An-^{Epist. 150.}
guistinus ad titulum illum Psalmi x c IIII *Psalmus ipsi David in quar-*<sup>ad Agagiam,
et Sabbathi (qui reperitur quidem in vulgata atque in editionibus ali-</sup>
^{quot Hellenisticis) Quarta Sabbathorum}, inquit, *quarta feria, qui in Feria,*^{quaest. 4.}
Mercurii dies dicitur a Paganis, & a multis Christianis. S. item Hic-^{C. Theo-}
tonymus^d, *una Sabbathi dies Dominica intelligenda est; quia omnis lib. 2.*
Hebdomada in Sabbathum, & in primam & secundam & tertiam &^{In Ecloga-}
*quartam & quintam & sextam Sabbathi dividitur, quam Ethnici
idolorum & elementorum nominibus appellant. Alia sub horum^{x-8. Antibolog. I.}
nominibus, id est, sub trecentos a Josepho annos obvia sunt, e quibus Plane-^{I. cap. 91.}
tum septem nomina tunc e Gentilismo veteri inedita scimus; vel-^{b H. B. Eccles.}
ut Rescripta aliquot^c Valentiniani Theodosii & Arcadii AAA. Au.^{lib. 1. cap. 8.}
sonii ea de re carmen^f, uti & Theonis^g, Sozomoni^h historia de
Constantino, Petri Alexandrini Isagoge Apoteleⁱmatica, alia^j. Ce-^{Vide Bar-}
terum, ut res manifestior fiat, ab hisce ascendamus per scriptores ali-^{nab. Brisson.}
quot, qui etiam ultra Josephum suersum excurrunt. Nam & haec^k
cum eis, quae sic vetustiora sunt ritè commissa, liquidum facient, Pla-^{L. 1. C.}
netariam dicrum denominationem, idque in Paganismo, fuisse Jose-^{Theod. lib. 2.}
pho multum antiquorem. Constantini Magni de Die Solis habe-^{tit. 8. Cf. Sozom. C. Infin. sit.}
tur^k rescriptum; *sicut indignissimum videbatur diem Solis* (inseritur^l de Feria. 3.)
ibi, in Guilielmi Monachi Malmesburiensis, quae habeo MS. Excer-^{1 Enarr. do}
ptis è codice Theodosiano, quem Dominicum dicimus) *venerationis*^m *Gesta Constan-*
sue (ex MS. corrigere *veneratione sui*) *celebrem alter cantibus jurgitis*ⁿ *18. Sozom.*
& noxiis partium contentionsibus occupari, ita gratum ac jucundum^{lib. 1. cap. 2.}
est eo die, quae sunt maxime votiva, compleri. Atque ea de r. luculen-^{Nicéphor. Cal-}
terian historiæ Ecclesiasticae. Constantino autem vetustior Dio^{46. Baron.}
Cassius sub annum a Josepho centesimum quadragesimum floruit.^{Annal. 16. 3.}
Is nō ἡ δι, inquit^m, οὐ τὸν ἀστέας τὸν ἐπὶ τῷ τοῦ πατρὸς ἀνθεῖταις ὠνομασθῆναις, ^{ann. Chr. 321.}
Οὐ μέγας ανακοῖδη, κατίση μὴ τὸν Αγυπτίουν· Πάρεστι γὰρ τὸν παῖταις Χριστὸν. in
αἰθέρας, καὶ πάλαι ποτὲ, οὐ λόγω εἰπεῖν ἀρξάμενον. οἱ γοῦν ἀρχαῖοι Pompeio. Et
Ἐλλήνες ἔδαμεν αὐτοῖς, οὐτε γὰρ εἰδένειν, πάτισαντο. Quod vero Septem^o gel. Pedian.
Bellis, qui Planete vocantur, dies assignari receptum est, inventum^o Mis. Coll.
quidem putatur Aegyptiorum. Sed in omnes tamen homines, hanc
vulgariter, ne sic dixerim, vulgariceptum. Certè Graci veteres
Ggg (quaer-*

(quantum equidem scio) nullo prorsus eam rem paeſto cognitam habet-
re. Sed ea de re vide, quæ mox dicentur. Et quidem de tempore suo
expressim heic Dio, καὶ πάντα νῦν τοῖς περὶ ἀλλοις ἄπειστος καὶ αὐτοῖς τοῖς Ρωμαίοις
πριγκιψάσαις καὶ ἦδη καὶ τόπο σφίσι πάτερον τρόπον τινὰ εἴη. Et nunc ubique
ferè apud omnes alios, etiam et ipsos Romanos in usu est, et velut
nōs ipsis patriis habetur. Quod sine vetusta tunc origine factum in-
telligere nequis. Morem dicit velut patrum; quia ita inter Mathe-
maticos, id est, Astrologos, & qui eorum disciplinæ sequaces fuere nu-
merosissimi alios, non omnino interea ex instituto civilisive Roma-
nis sive Græcis tunc receptus, ut & suprà ostensum est. Quod heic
semper animo recolendum. Dione antiquior circa annos quadra-
ginta Clemens Alexandrinus, de quarta & Sexta feria verba faciens
ἘπιΦυλάκοντα, inquitⁿ, οὐ μὴ Εὔρεις, οὐ δὲ Αφροδίτης Νυκτουράνη qui-
dem hac Veneris, illa Mercurii. Atque huic coævus Tertullianus
Afer, diem Solis & Saturni disertè memorat locis capite supra deci-
mo sexto, ex Apologeticō ejus & opere adversus Nationes adductis.
Egregii sane testes, in Occidente aliter, aliter in Oriente, moris hujus,
et in Paganismo passim, modo, quo diximus, usitati. Hisce antiquior
Justinus Martyr, qui Josepho sexaginta aut circiter annis tantum re-
centiūs scripsit, Solis itidem Diem & τὸν Κρονίκον id est Saturni am-
verbis memorat expressis. τὸν δὲ Γεράσην μέρεα, inquit, καὶ τὸν τελείωτα
τὸν οὐρανὸν παρέμετρα Die Solis communiter omnes convenimus.
Et τὴν τοῦ Κρονίκην εἰσαύγων αὐτὸν Pridie Saturni dici in Crucem a-
ctus est Iesus Christus. Si nupera tunc fuisset denominatio illa Plane-
taria, velut è Gentilium Theologia & artibus pridem nata, proculdu-
biò eā uti noluisset Pater ille adeò familiariter. Illustrēs, dum ad Jo-
sephi tempora ascendimus, sequuntur bini illi, Plutarchus & Tacitus,
Græcus alter, alter Romanus; eiusdem cum Josepho seculi, etiam
fatis coætanei. Disquisitionem inierat Plutarchus, undenam evene-
rit Planetarum nomina diebus Hebdomadis sic esse assignata. Ti-
tulus ejusdem haec tenus visitur in Symposiacorum^p editione Aldina,
aliisque aliquot. Nam in recentioribus, nescio, quare cum nonnullis
aliis prætermittitur. Verba sunt, Βλ. τὸν τοῦ ομονύμου τοῖς τελεί-
ωτοι μέρεσι, αὐτοῖς τελείωτας σκέπτων τοξεύει, αὖτις ἐπιλαμψίας αὐτοῖς τοις

Quam-

ⁿ Sriman.
Eg. 7.^o In Apolo-
ge. 2.^r Lib. 4
quæst. 7.

Quamobrem dies Planetis cognomines, non juxta Planetarum ordinem, sed mutato ordine numerari soleant. Ipsa disquisitio utinam minimè temporum injuriā, cum aliis ejusdem operis, periisset. At cum eā miscuerat Plutarchus scriptum *τεῦ ηλαν τιχεῖας de clavorum ordine*. Id est, de clavis annalibus Idibus Septembribus Romæ in ædium sacrarum pariete ad annos dinumerandos ⁹ pangj antiquitūs solitis. Ante scilicet annorum à consulum nominibus numerandum morem. Anne Planeratum Clavorumque hec usum parilem habuit, aut non ita dissimilem vetustatem? Certè ex eo solum quod ipse tunc sub Josephi ævum rem, pro more suo vetera indagando, aggressus sit, non obscurè liquet etiam Josephi ævo nomina illa diebus adhibita, maximè apud Græcos. Tacitus autem manifestò idem inuitum rationem Sabbati seu Septimi diei apud Judæos quietis, ex honore Saturno habito, juxta nonnullos ait deduci seu *quod è Septem syderibus, quis mortales reguntur, aleijimo orbe, & præcipuâ potentia Stella Saturni feratur: ac pleraque cœlestium vim suam, & cursum Septimos per numeros confiant.* per Septimos scilicet tum in horis, tum in diebus numeros, juxta Astrologorum, qui tunc maxi habitu sunt, disciplinam. His conjungendus est Damis Assyrius, qui de rebus Apollonii Tyanci, cui socius erat, scribens, tradidit Jarcham Brachmanum Principem ei dedisse δακτυλίς ἵπτα τῶν ἵπτα τικεύμενος αἰγαίων, οὓς Φορέν τὸν Απόλλωνον καὶ τὰς τὰς τικεύμενος Σεπτην annulos septem stellis (planè Planetis) cognomines; eorumque singulos secundum dierum nomina, Apollonium gestasse. Sic ille Josepho coævus; ut legitur apud Philostratum ¹. Tibullus ^{De Gia. 1.} autem centum amplius annis Josepho est antiquior. Saturni diem ^{Apollonis lib. 2.} differè apud eum memorari antè notatum est. Quin & Oracula defecisse diu ante Josephum creditur. At verò in vetusto Apollinis legitur ex Porphyrio apud Eusebium ².

Κληῖζον Ερμὺν ιδὲ Ήλιον καὶ ταῦτα
Ημέν Ηλίου, Μήλων δὲ ὅπε τῆς ἡ μερείη
Ημέν, ιδὲ Κρόνον ιδὲ ιξεῖης Αφροδίτην.

Invoca Mercurium, & pariter Solem die Solis. Lunam itidem cum aderis ejusdem dies, & simili modo Saturnum & Venerem. Atque

Ggg 2

⁹ *Pefas in
Clavus. C.
Gesells Jacob
Durantium
Var. Lat. 1.
cap. 3.*

¹ *Prepar.*
Evangelic. I.
5. cap. 14. C.
habent in O-
rac. Ver. c. 8.

^a In Prolo-
gum. ad lib.
^b de Emanadas.
^c Temp.

hinc ait Josephus Scaliger^a, demonstratur, quod vetustissima sit ap-
pellatio dierum à Planetis, etiam apud Gracos. Ubi etiam adnotat, in
oraculi explicationem, vulgus credidisse Planetas apparere die suo;
nemp̄ omni die Martis ipsum Planeram sui videndi potestatem fa-
cere. Et sic de reliquis. Idque, inquit, planè Orpheus designavit in
Elysias καὶ Εἵμεροις.

Περάτα μὴ εἰ τεράτω ἐν ἡμέραι Φαίνεται Κῆρυς,
Μέλιν δὲ τὸ Αἷρεν Θητεῖλλεται, ἵγεο δὲ έργων.

Nam disertè intelligit, si Neomenia καὶ Σελήνη inciderit in diem
Martis, id est, feriam tertiam, abstinendum ab opere. Ita scilicet Scaliger
versus illos ex Orphei Ephemeridibus sumptos, & depravat
apud Joannem Tzetzem in animadversionibus Hesiodianis olim
editos legit & explicat. Aliis ibi viris doctissimis πρῶτον μὴ τεράτω
ἐν &c. legentibus. Sed quod ait Scaliger heic de vulgi opinione,
Planetas dies suo exoriri solitos, satis amplecti nequeo. Nec sanè ibi
mentionem fieri diei Martis, quā in orbe Hebdonadicō locum ha-
bet. Hoc enim tantum, ni fallor, significare versus illi; Si die primo
^d Circum ab Andrae Ri-mensis apparet Mars, Sidus in faustum, & cum Marte Luna, operibus
ero in Dīc abstinence. Ut cunque verò, ex Oraculis vetustissimis, atque etiam ex
Sabbati, c. s. Orphicis (si conjecturæ Scaligerianæ fidem tribuere velis) denomina-

^e Eusebius in Chro-
nica Scriptore veteri Græco nondum edito, Zoroastris & Hyksopis Scho-

^f Xanthus lex Chaldaicæ & Aegyptiacæ tribuitur. οἱ τεῦ Ζωρόαστροι καὶ τελετῶν
Lydiis apud Χαλδαῖοι καὶ Αἰγύπτιοι αἴτιοι ἀρχθεῖς τῶν τελετῶν εἰς Εὔδομαδί τοις ιμέ-
λαις. Εὐ-ρες αὐτοῖς. Qui Zoroastris, inquit^g, & Hyksopis sectam amplexi-
de Ios. Scalig. sunt, seu eorum sectatores Chaldaei & Aegyptii à numero Planetar-
um dies in Hebdonade repetebant. Certe Zoroaster Magus non-

^h Vide Plin. lib. 30. cap. 1. Xerxis transitum collocantibus, id est, sub Ebræorum regni initia, er-

ⁱ Sisamnes. s. iam aliis^j aliter atque aliter verustiorem cum facientibus. Et Hyksopis,

^k Apolog. 2. spis, ut autoris ac Prophetæ Magique vetustissimi, mentio apud Cle-

^l Histor. lib. mentem^m, Justinumⁿ, alios. Darii Patrem eundem fuisse, vult Am-

^o Marcellinus^p. Hydaspen vocat Lactantius^q, uti & alii tamen
^r lib. 7. cap. 13. de fluvio cognomine, quam de viro loquentes. At multis interea
seculis

satis doctrinam illam de planetaria dierum denominatione Fl. Josephum etiam sic antevertisse sequitur, quemadmodum insuper ex eis, quae Oraculi versibus paulo heic ante è Porphyrio citatis contulerint subjunguntur.

Κλέοντος ἀπόγρυπτος ἀπὸ εὐρα Μάγων ὁ Χ' ἀριστός

Τῆς ἐπερφύγης Βασιλέως ὃν πατέρις ιόντος.

Invocationibus arcaniis, quas invenit Magorum prestantissimus scriptor
Septifonsa Rex, quem omnes norunt. Scu ut veritatur

Vocibus arcaniis, quas maximus ille Magorum
Septifonsa Dominus reperit, notissimus idem
Omnibus.

Designari autem ab Oraculo, intelligere dixerunt se, qui praesentes
fuerint Hostanem seu Ostanem, Astanem f interdum etiam nuncupata;
quod nomen quidem est obvium apud Scriptores g, qui de
Magis veteribus, eorumque Philosophia agunt. Etiam & eosque
familiam in Magia duxit, ut Hostane apud Persas dicti^h ipsi Magi. in Proemio
Scaliger autem, ad secundum versiculum, βασιλέως, inquitⁱ, τῆς^j Suidar in
ἐπερφύγης (Rex Septifonsa) est Ostanes Rex Babylonis. Babylon^k in Prologou.
enim est ἐπερφύγης, hoc est, Septem literarum. Babylon quidem^l ad Emend.
est Septem literarum, quod & æquè dixeris de τῷ Οσάνῃ. Nam ele- Temp.
mentum heic secundum seu ὀπίσημον, in bina rite tribui posse nemo
non videt. Atque ita βασιλέως τῆς ἐπερφύγης, Rex seu Dominus
Septifonsa possit quidem intelligi tam pro Rege aiōnī seu λέξεως τῆς
ἐπερφύγης seu vocis septem litterarum, (ut dixit ille, homo trium li-
terarum, quam pro Rege πέλεως seu urbis Septifonsa; uti vult Scalig-
er. Sed verò φύγη^m rarò pro litera alia usurpatur, quam vocali
stusono per se ab alio diverso. Atque ita sanè, nec Babylon, nec Ostane
est propriè Septifonsus, sed trium tantummodo sonorum seu syl-
labarum. Neque interea tam pro Rege βασιλέα ibi sumi existimandum
est sensu vulgari, quam eo quo viri insigniores eminentiores
que Homero, Hesiodo, aliisⁿ βασιλεῖς dicti. Nec satis competitum^o
habeo, Ostanem Babylonis Regem omnino fuisse. Suidas^p; Astro-
nomiam Babylonii primū invenierunt Διὶ Ζεροδέρη μεθ ὃν χριστόν^q Verb. Appar.
της per Zoroastrem; post quem etiam Ostanes. Cujus nomen tamen

celebre non tam apud Babylonios, quam Persas primò fuit. Malim sanè ego per τῆς ἐπαφθόγγυς intelligere aut τῆς συμφωνίας τῆς ἐπα-

^a Vide sis Ni- Φόργυς, Concentus Septisoni, quo nomine^m etiam ars sideralis, ob-
comach. Ge-
rafen. in En-
chirid. Har-
monices, lib.
l. & 2.

veterum de orbium septem coelestium harmonia opinionem, satis indicatur, aut τῆς αὐδῆς, λέξεως seu πελετῆς ἐπαφθόγγυς, vocis, oratio-

nis, seu Sacri sermonis ritusve Septisoni. Adeò ut Ostanes sic dicere-

tur hujusmodi Vocis Ritūsq; solennis Rex, præfectus, seu moderator,

Autor, Præceptorque summus; Qua notione & Regem inter dum La-
tinis usurpari, sciunt pueri. Ritūs nempè ἀρροβυτᾶς, seu astrorum sa-

cificulū solennis septies Deos illos coelestes seu Planetas verbis arca-

^a Vide sis Phi-
lostratum de
Gita Apollo.
mū, lib. 3. cap.
11.

nisⁿ invocandi. Septies, sive ipsorum species per singulorum dics

numerum, sive ritūs ejusmodi solennis septemplicem cuilibet repe-

tionem. Nam & ea videtur fuisse in Ostani disciplina hac Magi-

ca. Quod eliciendum ex versu, quem, simulac nominatus est ab au-

dientibus Ostanes, effutit Oraculum;

Καὶ σφόδρα καθ' ἔκαστον ἀεὶ Θεὸν ἐπεκτιφάνεται.

Vetitum Magna quenque Deum ac septenā voce vocabis. Et valde

& singulatim semper Deum septemplici voce. Pro vocabulo postre-

mo legitur in Mss. aliquot ἐπέχει φανεῖ forte pro ἐπέχα φανεῖ,

quod versioni priori satis consonum. Id est, Planetam quemlibet

suo die septies voce altâ invocabis. Nisi forsitan ἐπέχει φάνεται velis

heic fuisse nomen mysticum ipsius Solis, seu Phœbi, eumque quoti-

diè, velut Numen supremum, ex prærogativa etiam simul invoca-

dum. Nam Theologis Gentilium τὸ ἐπέχει ei singulare fuisse, sci-

^a In Timaeum
Platonis lib.
1. pag. ii.

mus ex Proclo^o. Palam verò Morem istum denominationis Pla-

netariæ, ab Oraculo, seculis etiam ipso vetustioribus ac Magorum

Primariorum ævo tribui sic videmus. Invocabantur autem velut

dii, quales existimari eos voluit antiquitas Gentilis. Unde etiam feri-

æ seu dies Septimanæ apud Astrologos diù postea ἡμερῶν τῶν ἡμε-

dierum deorum nomen retinuere. Lemma est apud Petrum Alcan-

^a Ifage ins-
drinum P., τοῦ Εγγνῶν, ἐκάστου ἡμέρου, τίνος τῶν ἡμῶν εἰσίν, ut scia-
tis διατά-
ρουνται.

τοῦ διατά-

ρουνται. qualibet dies ejusnam Deorum sit; id est, cuinam in orbe Heb-
domadico Planetæ sit assignanda, seu quomodo ordine feriarum sit

denominanda. Nec prætermittenda est hæresis illa vetusta, qua-

dixit,

dit, *Nomina dierum Solis, Luna, Martis, Mercurii, Iovis, Veneris, Saturni, à Deo ita posita ab origine mundi, non hominum vana presumptione nuncupata, ut refert Philastrius*⁹; *qui dum ejusdem fratratem detestatur, originem interea ejusmodi denominationis Planetariorum Hermeti Aegyptio tribuit. Expressim ait, à Prima origine usque ad Græcos Reges & Hermetum fallacissimum illum, qui hec nomina vanissima & frivola mentiendo ausus est nuncupare, si querere volueris, invenses multum fluxisse temporis, & sic Paganos, id est, Græcos hec nomina posuisse: cum (per) hac nomina etiam secundum septem Stellas, dixerint hominum generationem consistere, ut ille ipse delirans hoc definit.* De ipso originis denominationis hujusmodi momento seu anno seu seculo non ita anxiè disquirimus. Sed ex hisce demum liquet per Gentes tum Orientis, tum Occidentis, per quamdiu ante Josephi ævum, idque per Barbaras Græcasque morem illiusmodi dies denominandi fuisse diffusum, & temerè nimis scripsisse aliquos¹, *Diesi Solis, Luna, Martis, Mercurii, Iovis, Veneris, aut Saturni, nusquam in antiquis autoribus apparere vestigia.* Etenim non solum, de more illo velut de re notissima, loquuntur monumenta Græca ac Latina, etiam Josepho vetustiora aliqua, ut indicatum est; verum etiam petitur ex Aegyptiis Babyloniisque, id est, primariis rerum Mathematicarum arcanorumque Theologiae Gentilis magistris, *καὶ ἀντικαὶ πίστεις τοῖς εἰδάσπερ, οὐ καὶ πληρίας de unoquoque astro persuasiones Græcos veteres imbibisse, scribit Aristoteles*², aliique passim. Quin nec desunt in Magistris priscis, *qui illud Decalogimento diei Sabbati, ut Sanctifices eum, sic lectionem intelligi velint, ut etiam tunc temporis velut monitum habetur*³. ne numerarent dies Hebdomadis more eorum, qui Planetarum nomina eis indiderant, sed quenlibet ipsius Sabbati vocamine denotarent, quemadmodum cum dicunt, Primâ Sabbati, Secundâ Sabbati, tertiâ Sabbati, pro die Solis, die Lunæ, die Martis. Rabbi Isaac⁴ sic verba illa interpretatur, *הַיְלָה מִנְהָה כְּדֵרֶךְ שָׁאָדִים נַעֲמָה תְּהִלָּה מִןְהָה כְּנָנִין non numerabis more, quo numerare solent alii; sed numerabis per nomen Sabbati. quodad denominationem Planetariorum, Gentilibus olim in usu, spectare vult Isaac*⁵.

Abar-

<sup>Lib. de dea
refusa, num.
III.</sup><sup>Phid. Bere
ald in Chro
lib. cap. 4.</sup><sup>De Calo, lib.
2. cap. 12. Pto
lem. Tetra
lib. lib. 1. Sc</sup><sup>Sopher Me
chila, fol. 26.
col. 2. Abar
im. in Pi
rash Tora,
fol. 175. Col. 3.</sup>

Abarbinel. Accedant heic etiam Vettius Valens Antiochenus, & Petrus Alexandrinus Astrologi antiqui, & Ebraeus Josepho, ut Magistris vulgo creditur, coævus, id est, Rabbi Eliæzer ר' בר קפָּר Capitum, nomine hoc insignitorum, autor celebris. Hic sancè, ut rem notissimam vetustissimamque, Planetas diebus Hebdomadis assignatos tradit, & cum eo alii congeneres. Vettius etiam Astrologis seu Theologis vetustissimis Gentium assignationem illam fert accepto. Sed opportunius horum verba asserimus, dum lemma, quod supra proposuimus, Tertium, seu illud quod est de Singularei Planetarum in hac distributione Ordine, tractamus; quod proxime faciendum. Unde etiam uti & ex aliis, quæ in hac dissertatione sequuntur, ea quæ de vetustate Dominationis jam diximus, haud parum firmabuntur.

C A P. X X.

De Planetarum in diebus designandis Ordine, ejusque Vetustate. Επίλογος.
Huius Σατανᾶς. Zonarum notio, pro Orbibus Spatiis seu Circulis, quibus circumferuntur Planeta Septem. Commentitia, apud Judæos aliquor, Planetarum, in diebus Hebdomadi, Ordinis dispositio. Orbis dierum Hebdomadi, constans apud veteres initium in die Solis, quale hodieque manet. De Mahomedanorum ﷺ seu Die Veneris illis sacro.

IUm ipsum Planetarum in diebus denominandis Ordinem, quo iam & per plurima abhinc secula utimur, Dionis tempore apud Græcos ac Romanos, etiam & Ægyptios, unde acceperant isti, obtinuisse, ex verbis ejus superiori capite allatis liquet. Floruit ille sub Alexandro Severo. Nimirū, Solem, Lunam, Martem, Mercurium, Jovem, Venerem, Saturnum, hoc ordine, dierum denominasse Orbem Hebdomadicum. Neque opinor dubitandum, quin superioribus in seculis, & quæ ultra Josephum sursùs excurrunt, idem esset ordo receptissimus. Elicere fas est quidem illud etiam ex antè dictis de Planetariæ denominationis, qua ordo is nec alius innuitur, vetustate. Et videmus ibi Solis, Saturni, Veneris, Mercurii dies ita ex veteribus memoratos, ut ipsis, qui nunc sic dicuntur, prorsus quadrent. Neque est quod ambigamus,

gatus, quin is ipse ordo fuerit, de cuius ratione disputationem instituit Plutarchus⁴. Quid quod etiam in Oratione sacra ipsi Pythagoras tributa monitum reperitur^x ΑΦροδίτη π̄ θυσίας τη̄ ἔκτη Veneri sacrificandum esse sextā? si de sexta Hebdomadici orbis capiatur, testimonium videtur insigne, Venerem in diebus locum, uti & nunc, tenuisse sextum aero Pythagoræ, quod vetustissimum. Sed fortè de^{28.}
sexta mensis ineuntis est intelligendum. Nam paulò post dixit, & Herculis sacra immolanda ὥδόν γέμιως ιστελήσει octava mensis consenserit. Ceterum egregium est ad hanc rem, quod legitur apud Vettium Valentem Antiochenum, Astrologum priscum. Is de Heptazono & die Sabbatica seu Hebdomadico orbe agens, ab intima antiquitate ipsum, quo tamdiu usi sumus, ordinem Planetarum manasse haud parùm confirmat. Caput ex Αὐθολογίαι seu Floridorum eius MS, primo integrum exhibemus unum & alterum.

Τὸν δὲ Επίταξών γένετο Σαββατικῆς
ἡμέρας, δύο χειρός.

Περὶ ὀικοδέσποτης ἔτεις.

Εἰς ἡ τὸν ὀικεδιαστόντων γέτεις θέλησε προγνῶναι τῷ αὐτῷ πάροιον ὅπει γένεται
αὐτῷ ταῦθεν γμαῖ. Τὸν ταῦθεν γμαῖ τὸν ταῦθεν γμαῖ τὸν ταῦθεν γμαῖ τὸν ταῦθεν γμαῖ

Θωθ. δ' (lege a, ut res ipsa exigit; neque heic solū in exemplari meo δ sic pro a in numeris, librarīi incuriā, perperam substituiunt) γίνονται επε. ἐκ τέταν ἀφαιρεῖ Εδομάδας καὶ λοιποὺ γ. πάντας δὲ
 Ο καταλήγει, τὸ εἴτε ζεῖσιν. Επαν δὲ σπληγνώς τὸν κύρεον δέ τοι,
 εὐρήσεις καὶ τὸν κύρεον δέ μηνός τέταν τῆ τῶν ζώνων Διεύθυντος αἰώνεος χριώ-
 μενοῦ. διον ὁ Θωθ ἔξει ζεῖσιν. ἐπεὶ δὲ οὐ καὶ δέ Θωθ πάλιν εἰς τὸν ἀρέτα κα-
 ταλήγει, οὐ λόγος, οὐ πρώτη δέ Φαινόεσσι Ζ, οὐ π. Φ. οὐ αὖτε δέ τοι h
 (locum incuriā librariorum depravatum restituo; Ζ, οὐ αὖτε Αθνύ h)
 οὐ δέ χοιάν Ζ, οὐ δέ τυβού ζεῖσιν, οὐ δέ μεχεῖρ Φ. Επεὶ δὲ δέ θεοὺς εἴτε κύρεον ζεῖσιν
 οὐ μηνού Φ. Της δὲ ημέρας ζεῖσιν, της δὲ ἡμέρας Ζ, της δὲ ἡμέρας Ζ, τέταυς σπουδὴν δίην δὲ
 τὸν γνέσεως τῶν εἰσὶ κατέμριψεν. ἐπεὶ τόπον θεοὺς καὶ τῆς γνέσεως πρόσχεις
 δηλωτικοὺς καὶ μάλιστας ὅκιμοι ζεῖσιν Διευθυντορύμονοι ζεῖσιν τούχη τὸν κατα-
 γόμενον εἰναιοτὸν. Οὐ δέ μηνός τὸν μεῖνα, οὐ δὲ τῆς γνέσεως τὴν γνέσει.
 Εαν δέ πως παρεπεσθετον οὐ ταῦτα κακοποιῶν μαρτυρήθωσιν ἐπιπορ-
 τῶν καὶ παρεχῶν εἰσὶν δηλωτικοῖ. Εμοὶ δὲ μᾶλλον Φυσικῶπερον ἔδοξε τὰ
 ταῦτα πάντα δότο Αυγούστῳ ἔπειτα τὰς ἐμβολίμυκας λαβόντα καθὼς προκηπταὶ
 τὰς δότο Θωθ ἔως τῆς γνέσιακῆς γνέσεως καὶ ἐπικράτουσα Εδομάδας καὶ
 λοιποὶ δασαλύσαντα δότο Ζ, ἐκεῖνον κείνην δέ τοις κύρεον εἰς ὃν κατέληπτε
 οὐδειθμός. Εκάστης καὶ γνέσεως η Νεμενία τὴν γνητηλεὺν γνέσεων ἐφέζει.
 Εν δὲ αὐτῷ ἔτει τοῦ γνοιμήκα ταῦτα μίαν διαχρεποτοῖσιν πειθαρέντας δοκι-
 λόγους ἔχειν. Καβολικῶς διεῖ τέταυς κύρεον καὶ καστικῶν κινήσεων οἱ πελαιαι
 ἐκ τῆς Νεμενίας Θωθ καπλάβοντο. ἐνθει τοῦτο τὸν αἰρέτην δέ τοις ἴστι-
 μενον. Φυσικῶπερον δὲ ζεῖσιν (lego ἐκ) κυνὸς σπίτιολης. Quæ sonant.

Canon facilis de Heptazono, seu die Sabbatice.

Quod ad Hebdomadem, & diem Sabbaticam seu Septimane diem
 attinet, sic faciendum est; Integris ab Augusto annis ac diebus in-
 tercalatis, adde dies, qui à Thoth usque ad diem Natalis effluxi-
 rint. Ex his dein, quoties poteris, abdice septem. Reliquas à Ζ dinu-
 mera. Syderi, quod numerum terminat, dies natalis est tribuendus,
 seu dignoscitur ex syderum ejusmodi dinumeratione, quemnam in
 Hebdomade locum dies Natalis obtinuerit. Ordo autem syderum,
 quæ dies designant, ad hunc modum se habet Ζ Ζ Ζ Ζ Ζ Ζ Ζ
 Zona.

zarium auctem dispositio est hujusmodi $\text{h}\ 4\ \sigma\ \odot\ \varphi\ \delta\ \text{D}$. Aque
ex hac dispositione Hora indicantur. Ex horis vero, dies syderis or-
bitae in sequentis. Verbi gratia; nascitur quis anno Adriani Primo,
Mechir mensis, juxta Alexandrinos, 13, hora noctis 1. Integri ab
Augusto sunt anni 148, dies intercalari 36, & à Thoth (mensis ille
anni Egyptiaci primus erat) usque ad 13 Mechir mensis, 163. Finit
47. Abjicio Hebdomas 29. Reliqui sunt dies 4. Denumaratio à
Solefacta definit in Mercurii die. Hujus hora prima est φ (exem-
plarum habet heic η a $\omega\epsilon\gamma$ p φ & prima hora noctis φ ; sed
decendum est illud p quod pro Nocte substitui solet. Nam à sum-
momanie initium diem apud Vettium heic, uti apud Astrologos in
hujusmodi calculo alios, habuisse nullus dubito.) 2 D , 3 h , 4 z , 5 σ ,
6 ϑ , 7 φ , 8 δ , 9 D , 10 h , 11 z , 12 σ , hora prima noctis \odot (In MSS
meo habetur tantum $\omega\epsilon\gamma$ \odot hora Solis; sed docet res ipsa, legendū
 $\omega\epsilon\gamma$ a p \odot) 2 φ , 3 δ , 4 D , 5 h , 6 z , 7 σ , 8 \odot , 9 ϑ , 10 φ , 11 D , 12 h .
Indefinitus dies in sequens, seu 14 Mechir, Iovis; Cujus etiam est ejusdem
hora prima.

De Gubernatore Anni.

Sin vero anni gubernatorem scire velis, pariter eodem in exemplo
cum sint anni Augusti integri 148 & dies intercalari 36 & Thoth
mensis 1, sunt 185. Ex hisce, demptis Hebdomadibus 26, reliqui sunt
dies 3. Denumaratione à Solefacta, Annus Martis est (nempe ad die-
rum rationem, qua \odot σ Hebdomadis priores tres dies denomi-
nant.) Cognito ita Anni domino, reperies etiam dominum Mensis,
sibacratione, Zonarum positaram ascendendo, utaris. Tē Thoth do-
minus erit σ . (scilicet, primi mensis idem est planeta, qui, in ostendo
calculo, anni est.) Quandoquidem igitur vigesimus nonus revolvi-
tar in σ , adeoque trigesimus in φ , prima dies Phaophi (vulgo Pao-
phi) erit z , prima Athyr h , prima Choiac D , prima Tybi φ & de-
mum Mechir (qui mensis est Natalitus) ϑ . Reperto ita, Anni domi-
num esse Martem, Mensis Venerem, Dies Mercurium, Hora Solem, quo-
modo hi in themate disponantur, advertendum est. Confert enim lo-
cus ad rerum gerendarum electionis indicationem; tunc vero in-
primis, quoties anni dominus anno instanti cum pertransit, aut domi-

nus mensis in mense instantे, aut diei dominus in die. Quin, si debiles fuerint, aut stellis maleficis conjuncti, adversa & perturbationes significant. Ceterum mihi naturae videtur convenientius, integras ab Augusto annos atque dies intercalatos, ut dictum est, sumere præter illas, quæ ab (initio) Thoth fluxerè usque addiem Natalitium, & abjectis Hebdomadibus, reliquos à ① dinumerare, atque ipsum annum dominum censere, in quo finitur numerus. Vniuersusque enim nativitas Novilunium diem natalitium ipsum coercebit. Eodem autem in anno natos gubernationi unicæ subditos esse, rationi non videtur consonum. In universum igitur, tum anni, tum motuum mundorum dominum vèteres è novilunio Thoth accepere. Etenim inde Annū sunt auspiciati. Naturæ verò magis est congruum, ut etiam ex Canis ortu. Hactenus Antiochenus ille, cui annorum ab Augusto putatorum epocha est Aegyptiaca illa, Romanā annorum Augustanorum biennio, ut est apud Censorinum, antiquior. Menses sunt

¹ Lib. 5. de E-Actiaci. Sed de hisce consulas Josephum Scaligerum ², Chronologianos alios. Et de rotundo heic annorum numero, viderint idque Thoth. ³ Au- non immerito Chronologi; etiam de næniis genethliacis Astro- gusi. ⁴ &c. lib. 3. Canon. I- denominationem Planetariam eodem, quo utimur ordine, Vettii sig. pag. 267. hujus ævo notissimam fuisse, & in Astrologicas rationes ex antiquitate intima tunc receptam. Josepho quidem is recentior est. Nec fortè alius à Valente illo Mathematico summo, qui natalitium Urbis Constantinopolitanæ thema, jussu Constantini Magni, constituisse tradidere aliqui, ut refert Zonaras ², atque ex eo Michael Glycas ^a, alii. Et è schedis vetustis ex Oriente allatis descripsit olim mihi tantundem amicus eruditione ac virtute ornatissimus, Patricius Junius; Σημεῖσσα (sic schedæ illæ) ὡ̄ έθεμαλίδη ή Κωνσταντίνου πάλις παρεῖ Οὐάλεν³ αἰσχρούμενον τῷ ημέρᾳ τῶν ἐγγύθιων (legendum ἐγκύθιων) αὐτῆς Διοίκητος Βασιλέως Κωνσταντίνου εν μέσῳ Μαΐου ταῦται εἰς, ἵνδικλιαν⁴ γ., ἔτης δοτὸς εἰλισσεως κάρπυ εις λ. η. Nota quod thema natalitium Urbis Constantinopatana constitutum est ab Valente Astronomo in die dedicationis ejusdem, idque jussu Imperatoris Constantini mensis Maii XI, feria secundâ, Indictione III, anno abor-

¹ Annal.
Tom. 3.

² Part. 4.

bis con-

hic condidit 5838. At verò tametsi antiquior is non fuerit, nihilominus disciplinam suam Astrologicam, cuius hæc pars est insignis, haussisse le passim faterur Valens ex autoribus vetustissimis, Petosiride, Necepsone^b, Abramo, quem τὸν Θεοφάσιον nuncupat, Hermippo^b, Timæo, Critodemo, Seitho, Apollinario, aliis, qui prorsus perire.

^b Vide *des Pe-
trum Crini-
sum de Hono-
rificis disciplina
lib. 19. cap. 13.*

Similia apud Petrum Alexandrinum in Isagoge apotelesmatica habentur. Nam de diebus Deorum, ut i vocat ille sepius, eorumque dominio horario, ut tempore suo (coœvus Theodosio & Gratiano creditur) ex vetustissima origine in usu, qualem è Vettio Valente dedimus, fusè loquitur. Vide quod capite superiori ex illo affertur.

Et rem tam à Valente, Petro Alexandrino, aliisque de denominatione quæmodi tam mensium, (ut vides in eis, quæ exscripsimus,) quædierum succinctè complecti videtur Herodotus autor vetustissimus, dum priscos Aegyptiorum mores exequitur. Kaj, inquit^c,

^c In Enter-
tia d'alla Antiquitatis esti ἐξ Συριας μείς τῷ γῇ ημέραν ἔταν δεῖν ὅτου

τοῦ ημέρας γενόμενος, οποιοις εγκυροὶ γάρ οὐκας πελεύθεροι, γένοις τοις επεισοδοῖς, καὶ τοις τῶν Ελλήνων διατητοῖς γενόμενοι ἐχρήσαντο. Alia etiam sunt ab Aegyptiis excoigitata; quis mensis diesue cuiusvis deorum sit (id est, Planetarum, ut disertè Petrus Alexandrinus) & quo quis die genitus, qualia sortieunt, & quam mortem obierit, & qualis existet. Quibus rebus ita, qui è Gracis in poësi versabantur, usi sunt.

Sic ex Aegypto, ejusq; moribus ac disciplina vetustissima in Græciam, illam de Planetaria denominatione cum ceteris ad artem genethliacam attinentibus traducit. Viderat illa Vettii Josephus Scaliger. Is

scilicet, *Hebdomadem*, inquit, dierum veteres Graci, τοις ἑπτάρων vel τοις ἑπτάρων τῆς Σαλελυκῆς ημέρας vocant, ut distinguant ab ea, que dicitur ἡ ἑπτάρων τῶν ἀστέρων, quæ est series septem Planetarum

ἥ τις Φ Δ. sed ἡ ἑπτάρων τῆς Σαλελυκῆς ημέρας, ut eam vocat priscus scriptor Vettius Valens Antiochenus, est series dierum hebdomadis per notas septem Planetarum Ο Δ Ζ Φ Τ Φ Η. Postea

etiam, *Cylcus Solis* est orbis, ἐπτεχών τῆς Σαλελυκῆς ημέρας. Et alibi^d; ^d In Manilius Isagog. c. 2. Quam vocamus Septimanam Christiani, ipsi Gentiles vocabant τῶν πηγῶν, septizonium, praesertim Aegyptii. Alii Scaligeri sequaces eodem modo subinde *Hepazoni* vocabulum usurpant, viri quidem

H h h 3. doctrinæ

^c Animad.
pag. 209.

doctrinâ illustres; scilicet pro dierum orbe Hebdomadicô. Ipse item in Eusebianis^c de Septizonio, quod & Septizodium interdum scribitur in Historia Augusta alibique, verba faciens, veteres, inquit, commutant hæc inter se: ut circulum dierum Hebdomadis quidam Septizodium, alii Septizonium vocant. Et Bedæ in Ephemeride, Septizodium usurpatur pro eo, quod est redeuntium dierum Septimorum cyclus. At verò non appellavit Vettius seriem dierum Hebdomadis τὰς ἡπτάνυμον τῆς Σαββατικῆς ἡμέρας seu Septizonium diei Sabbaticæ, nec quantum video veterum aliquis. Id quidem palam est, τὰς Σαββατικῶν ἡμέρας, ei dici diem in orbe Hebdomadicô quamlibet, perinde acsi dixisset, septenariam. Nam quo modo apud veteres Sabbathum adeoque Sabbaticum, quæ ab eo, quod Quietem Ebraicè significat, fiunt, etiam pro septenario sumpta sunt, superius^f est ostensum. Et ἡμέρα η Σαββατική ita non alia accipiturnotioe, quam ἡμέρα η ηδοματική, ut Græcis aliis nuncupatur. Et rectè quidem Scaliger^e, Vettius Valens, inquit, Antiochenus priscus scriptor Σαββατικῶν ἡμέραν vocat quamlibet diem septimanæ. At vero τὰς ἡπτάνυμον adhibetur à scriptoribus Græcis pro serie duntaxat Planetarym septem, non quæ alio, quam suo, quem in celo tenent, ordine diebus tribuuntur, sed quæ in celo collocantur. Id manifestum satis est ex illo Valentis, ubi de dierum etiam à Planetis denominatorum serie heic locutus, seorsim τὰν ἡπτάνυμον Zonarum dispositiōnem septem (unde ἡπτάνυμον fit) cœlestem & continuum Planetarym ordinem tantum, nec semel, nuncupat. Et Heptazonus simpliciter pro eodem ordine seu compage cœlesti solum sumitur ab scriptore anonymo (quem compactum habeo cum Valente) de Temporibus natidomini distribuendis. Οἰταλίεις μάρτιον, inquit ille, μαρτίου τοῦ γεόντος ὅτι πάντας φύσεως καὶ τὰς Ἑπτάνυμον, αὐξάνουσα περὶ τὸν Ηλίου διδόναι, ἐπειδὴ Δ, εἶτα Ζ, εἶτα Θ μεθ' ὧν Φ, εἶτα Ψ, καὶ ζητεῖ).

Plerique distribuunt tempora cuiuslibet thematis natalitiū juxta Heptazonum, incipientes a Saturno, & dein per Iovem, Martem, Solē, Venerem & Mercurium ad Lunam pervenientes. Sicetiam Petrus Alexandrinus ὁ τῆς ἡπτάνυμον σοιχειώνος λόγος Elementaria seu vulgo receptissima Heptazoniratio, usurpatur^b pro eo, quod est Planetarym

^a Scaliger. cap.
209. pag.
209. 177.

tristis. Petrus^c etiam^d dicit^e τοῦτο^f.

tarum in Cœlo series vulgata. Qui intereadum, quemadmodum
Venus, disciplinam illam horarum & dierum Astrologicam tradit,
nullibi orbi dierum Hebdomadico, sed diuntaxat Planatarum ordini
continuo eorumque compagi. Heptazoni nomen tribuit. Quoniam
scilicet Zonas habent Planetæ sibi numero pares. Nam tametsi apud
Cosmographos & Astronomos, sive veteres, sive recentiores, quos
terris vulgus, Zonæ nomen ita plerunque occurrat, tum pro interval-
lis quinque illis notissimis, quæ Paralleli distinguant Tropici & Po-
lares, tum pro ipsis his Parallelis & Aequatore, perinde ac si orbes seu
circuli cœlestes alii eo nomine neutriquam indigentarentur; atque
etiam Zonis hisⁱ, uti & Climatibus^k Planetas praesse subinde do-
ceantur; nihilominus Zonæ vocabulo etiam usi sunt veteres, tum
Greci, tum Latini, pro cuiuslibet Planeta, sive sede, sive orbe, sive
spatio circulari, in quo circumfertur æthereo. Theon Alexandri-
nus^l ἔχει ὁμογενὲς ζώνας τὸν Πτυχαύσας τῷ Ζῳδιακῷ, ἢ πλὴν τριώ-
την ἔχει ὁ Κρόνος, πλὴν δὲ πέντε εἰς ζῶνας, πλὴν ἡ τρίτη πλανήτης ἀρχή, πλὴν ἡ τετράτη πλανήτης ἄλλη, πλὴν ἡ πέμπτη πλανήτης οὐ Αφροδίτη, πλὴν ἡ εντελεῖς ἡ Ερμῆς, πλὴν ἡ εἰδότης η Σελήνη. Οὐ μὴν ἡ Ζῳδιακὸς κύκλος αἰώνιος εἰσὶ ταῦτα.
Et habet cœlum Septem Zonas Zodiaco non conterminas, quarum pri-
mam habet Saturnus, secundam Iupiter, tertiam Mars, quartam Sol,
quintam Venus, sextam Mercurius, septimum Luna. Circulus autem
Zodiaci (in cœlo stellato) his omnibus est superior. Petrus item A-
lexandrinus^m; εἰς δὲ τὰ ξενία τὸ Επτάζωνον ἔχουσας τὸν Ζῳδιακὸν
κύκλον πάσιν πλανηταῖς αὐτῷ συνδιπλωμένον τοῦτο πάχω, οὐ δὲ τὸ Δ. πλανητικὸν νομίζει
εγερτανός &c. Ordo Heptazoni hujusmodi se habet. Stella Saturni for-
titur primam & supremam Zonam, qua frigida est, ac in glacie sita;
Iovis secundam, qua temperata est. Et sic de ceteris pergit. Achilles
item Tatius in Aratum; οἱ τοῦτο μετώπει δεναι φασι ζώνας πνεύμα
ιπταὶ διών φέροντας ἐπὶ τὰ αἰσθήτα Cœlestium rerum periti aiunt, Zō-
nas quasdam esse Septem, per quas totidem feruntur stelle, scilicet Plane-
tas Septem. Inde vetus illudⁿ, τὸν δημιουρὸν ἐξ αὐτοῦ μετασει ζώνας,
Ἐβδομὸν ἥλιον μεταβολήσασε τοῦτο. Rerum Creatorem sex suspendisse
Zonas, atque eorum in medio Solis Ignem collocasse. Consonum est
Ornatum illud Apollinis, qui consultus, quo sensu cœlestes orbes
mixtos esse dici soleret,^o

• Porphyrius "Eis, inquit^o, cū ταῦτη πέλει κόσμῳ κύκλῳ, ἀλλὰ οὐκ ἐπὶ^o
 apud Euse- Ζώνας περίφορον τοῦ κόσμου κύκλῳ. In
 bium Prepa- rat. Evange- Unicus in toto est mundo circulus; sed cum Septem Zonis fertur in
 lic. lib. 9. cap. Africā. Atque Zonas has pōrò zēgias Cælestes dici soli-
 to.
 tas ait Chaldæis Ebræisque. Hinc etiam Chaldæis Dii fuere allii
 Ζώναιοι, alii Αἰωνοι, ut notat Michael Psellus ad Oracula Chaldaica.
 * ad Aeneid. Et Servius Honoratus^P ad illud Virgilii, Et diis communibus oras; ut
 12. altioris scientia hominibus placet, dii communes sunt, quæ Αἰωνοι di-
 cuntur, id est, qui cœli certas non habent partes, sed generaliter à
 cunctis coluntur. Vbiq[ue] enim eos esse manifestum est. Ut Mater
 Deum, cujus potestas in omnibus Zonis est. Nam ideo & Mater Deum
 dicitur, quod cum omnibus est ejus communis potestas. Et Martianus
 * De Nuptiis. Capella^q; Ex cunctis igitur cœli regionibus advocatis diis, ceteri, quos
 lib. 1. Azonos vocant, ipso cōmonente Cylleño convocantur. Id est, Dii Zonæ
 sibi propriæ, orbe, seu circulo carentes. Adeò tandem ut Cirali, or-
 bes seu spacia, quibus circumferrentur Planetae septem, totidem dista-
 fuerint Zonæ, velut inferiora mundi circumcingentes; quemad-
 modum & signifer ipse, sub quo moventur, Manilio^r dicitur *ingenni*
Stellatus balteus orbe. Nam balteus planæ Zona est. Unde & Vi-
 truvius^s loquitur de Zona xii signorum & Septem astrorum. Et Ara-
 bes Zodiacum subinde eadem notione appellant
 منطقه & النطاق & Alnætāt
 id est, cingulum seu Zonam. Hinc in Alcabitii fronte, Nitach, id est,
 circulus signorum dividitur in xii partes &c. Ab hac etiam Zonæ
 * Dionysiac. notione nuncupavit Nonnius^t Οὐρανὸν ἐπὶ Αἰωνον Cælum Heptazo-
 num. Et parili notione Zona usurpatur non semel Claudiano. In
 * Panegyric. Theodosii apotheosi ait^u eum, globū Lunæ ingressum, Mercurium
 de 3. Consula- dein, Venerem, Solem, Martem, & Jovem permensus esse, & de-
 su Honorii. mūm stetisse

— arce suprema

Algenti, quæ Zona riget Saturnia tractu.

* De laudi- Alibi^x etiam de Urbe Roma;

bus Stilico- quis. lib. 3. Quæ Septem Scopulis Zonas imitatur Olympi.

* Ibid. lib. 2. Et de Clementia^y;

Quæ Iovis incoluit Zonam —

Non

Non dissimili notione dicta est Orpheo² Oceani seu Pelagi Zona^a. In Theolo-
co quod terram cingit. At vero nondum comperi, orbem dierum
Hebdomadicum Septizonum aut Heptazonum apud priscos, ut
vult Scaliger, dici; tametsi diem in orbe illo Zonam per metapho-<sup>gis apud En-
sebium Prop.
Evang. lib. 3.
cap. 9. aliis.</sup>
ram non immerito autumarit forte quis nuncupari apud Ausonium
in Edogario. Nam nomina Septem dierum planetaria carmine de-
scribens, de Mercurii & Jovis die inquit

*Mercurius quartisibi vindicat astra dies,
Illustrans quintam Iovis aurea sidera Zonam.*

Ubi tamen Zona potest etiam accipi de ipsa Planetæ Zona, quinta
ibidem, si Heptazonum de Planetis iridem dici velis, cum nec suo,
sed dictum ordine ipsi numerantur. Cæterum Scaliger non solùm
Septimanam, sed & omnem Septenarium ordinem Septizonum &
Septizodium vocatum ait. Quin & Septizonium apud Aelianum
Spartianum (Septizodium etiam dictum, ut ejusdem libri præ se fe-
runt, qui idem vocabulum habent tam in Antonio Geta, quam in
Severo^c) ita censeri vult ille^a, ut omnia ædificia ex molibus alia alii
impositis consurgentia idem significet. Severi Septizonii, inquit
Marlianus^b, *superfunt (Romæ) tres ordines columnarum in vicem*<sup>Arianod-
Ger. Euseb.
ad n. 2216.</sup>
superimpositarum. Alios autem quatuor insuper fuisse quidam pu-^b Topograph.
tans, & ideo Septizonium dictum, quod Septem Ordinibus columnas<sup>Roma lib. 4.
cap. 6.</sup>
rum jungeretur, ut Septem Zonis. Sic item Cœlius Rhodiginus^c. *Antrig. Lett.*
Sed & Severo vetustius illud in substructionibus nomen. Nam Sue-^{lib. 22. c. 19.}
tonius^d Titum memorat natum in sordidis ædibus propè Septizo-^d In Tito, cap.
nium. Sed, (ut de Heptazoni & Zonæ notione ac usu plura non ad-
iudicamus,) luce puto clarius est tam Vettio Valenti, quam Petro Alex-
andrinus aliisque, Seriem seu compagem Planetarum Continuam &
Cœlestem, non, pro dierum sive denominatione sive regimine, Im-
mutatam Heptazoni nomine indigetam; uti etiam ordinem illum
immutatum, quo hodieque utimur, ex vetustis Astrologorum moni-
mentis ac disciplina manasse. Neque enim aliter de hoc loquuntur,
aque de eo quod ex antiquitatis intimæ penu, id est, Ægyptiorum
Chaldæorumque disciplinis, quas Occidens accepérat, haüsif-
sent. Quin & ordo seu series illa Planetarum in diebus designandis

eadem est Judæis vetustis, & vetustissima habita, tametsi non sit eadem eorum omnibus ordinis illius in crbe Hebdomadico nominibus aprandis dispositio. Etenim in iis sunt, qui ab ipsis rerum initiis ordinem petentes primum diem Mercurio, secundum Jovi, tertium ♀, quartum I₂, quintum ☽, sextum ☽, & Marti septimum assignant; adeò ut à rerum origine diebus putatis, Mars Septima, non Saturnus, ut vulgo, sortiretur, & Sol sextum, non primum. At interea non solum ordinem eundem ipsum, quem tum ex Dione & Vettio, tum ex hodierno habemus usū, retineri yides; verum etiam vetustissimam dierum juxta Planetarum apud Gentiles numerum dinumerationem ipsis Judæis habitam. Commentum habent,

Liber Neomachus dum hac de re loquuntur *Judaei* aliqui perridiculum de exorta die
marum & creationis quarto, seu quo sydera creata sunt inter luminaria contro-
Munstero e-versia; Lunam scilicet graviter ferentem Planetarum postremum se-
der. pag. 91.
*in Calenda-
rio Ebraco.* fieri, non solum in orbium positura, verum etiam in diei horarum
dominio, in Solem querelam procaciter instituisse, atque obcalu-
mniam demum luce, quam antea multò majorem fuisse negantur,
minutam esse. Quod verò habent de postremo Luna loco in hora-
rum dominio non satis, si diis placet, procedit, nisi diem illum qua-
rum, (quo Lumina creata,) Saturno, ut dictum est, tribuant. Nam sic
hora ejus prima erit, Luna quicq; Septima seu in primo horarum as-
gnatarum ordine postrema. Adcoque ex hoc commento alia illa
jam memorata Planetarum, in Hebdomade, ordinis dispositio nra
est. Atque hinc intelligendus Rabbi Eliæzer ^f מישרתה ים
לשכעה וכוכבים טל שעות ושםן כלט צמחן והם משותי לשבע ים
השבע יום א' כוכב חמה יום ב' צדק לבנה יום ג' נוגה מאדים יום
ד' שבתאי כוכב זייר ה' חמה ציק יום ו' לבנה נוגה יום ז' מאדים
ח' שבתאי *Hæc quidcm sonant, sydera universa ministri sunt syderibus*
Septem, quæ horis præsunt, quorum characteres sunt ☽ ☈ ☉ ☉ ☉ ☉ ☉
Hi autem ministri sunt diebus Septem Hebdomadis. Diei 1 Mercurius,
Sol; Diei 2 Iupiter, Luna; Diei 3 Venus, Mars; Diei 4 Saturnus,
Mercurius; Diei 5 Sol, Iupiter; Diei 6 Luna, Venus; Diei Septimus
Mars, Saturnus. Ita, inquam, verbotenæ redditæ sonant. Sensu
autem neutiquam proculdubio est binos cuilibet diei Planetas assi-
gnari

gnari. Sed cum juxta commentum illud de Solis & Lunæ controversia, dies quartus Saturno, primusque Mercurio (unde ab hoc, Planarum etiam numerus heic, sumit initium) tribueretur, ceterique eadem dispositione dies alias quam vulgo acciperent denominatio-nes, vix ambigendum putaverim, quin commentitiæ huic dispositio-ni vulgaris ac recepta, sive à librariis sive à lectore aliquo prisci seculi inter lineas posita typis simul mandaretur, adeo ut verba, dispositio-nis diversitatem tantum, non partiarium singulis diebus Planetarum sive ministerium sive imperium, ad hunc modum denotent.

♀ 4 ♀ 12 ♂ ♂.
Dies 1 2 3 4 5 6 7.
○ ♂ ♂ ♀ 4 ♀ 12.

Superior verparum aliquot commentitia est, inferior vulgaris & antiquissima dispositio, quam & ita esse satis asserunt Judæi alii, quibus ^{g. Ichudat Ben} Saturnus Ebraicè, id est, נִקְרָא בְּנֵי מֹשֶׁל Sabthai, ^{Saul ad Se-pher Cozri} sic nuncupatur, quia Dominus est Sabbati, seu Sabbatho ^{part. 1. cap. 57. fol. 24.} inter Planetas assignatus est, id est, dici Septimo, non quarto. Certè ^{Cap. II. 16.} inter Levitas apud Nchemiam ^{h.} nomen habetur etiam Sabthas ^{Cap. II. 16.} seu Sabbathus, velut à Sabbatho itidem deductum. Perinde ac si Hesychium aut Requietum diceres. Summa demum esse videtur, quod existimat Joannes Philoponus ^{i.}, Gentiles, quemadmodum stellas ^{De Mundi Creatione} inerrantes aliis atque aliis Deorum dæmonumque aut Heroum, ^{lib. 7. cap. 14.} velut Orionis, Herculis, id genus aliorum nominibus dedicarunt, sic etiam οὐμέρας ἐπὶ τὰ πεντεμέρας τὸ πάντων τούτων κυρίων cum ab Omnibus Septem dies (seu periodus à rerum initii dierum Septenatio numero terminari solita) esse crederetur, aut hisce Planetas numero supares, aut Planetis hosce ordine jam dicto tribuisse. Et de Ordine ipso Planetarum in diebus denominandis, hactenus. Dierum autem denominatorum Ordo (quicquid de Mercurii initiis & inaudita alibi illa orbis Hebdomadici dispositione, quam Sol quintum sortitur diem, & Saturnus quartum, loquantur Judæi aliqui jam citati) passim apud veteres alias ejusmodi est, ut Primus Soli tribuatur, adeoque postremus Saturno, ceteris intervenientibus, non aliter atque juxtam morem hodiernum, seu ut Ausonio,

*Cuncta supergrediens Saturni Septima Lux est,
Octavum instaurat revolubilis orbita Solem.*

Solis diem Octavum, supremum, & primum pariter vocat. In Ogdoade scilicet ex repetitione facta, est is tam supremus, quam primus. Neque alium fuisse veteribus Ordinem palam liquet ex eis, quae e Vettio Valentia siisque supra deponita sunt. At vero Nicolaus

¹ *In Reparati
Calendarii.*

de Cusa Cardinalis, *Septem*, inquit ^k, *dierum numero apud omnes
nomina revolvuntur* (de Gentibus, quae Europaeis etiam antiquitus
cognitae, Omnes hac in re semper intellige) *licet de prima septima-
na die, ac dierum nomine diversitas sit. Christianorum Septimanæ
initium est à die Dominico, Græcorum ac Alexandri à die Lune,
Iesnargin (Jesdegird) à Die Martis, Nabugodonosor à die Mercurii,
Ethnicorum à die Iovis, Elhigera à die Veneris, Hebraorum à die Sab-
bati.* Palam negat initium Septimanæ idem omnibus esse, utcun-
que in universum periodum dierum Septenariam omnibus in usu
esse afferat. Sed oscitantur nimis perperamque hoc traditum. Quz
enim affert de omnibus, quos memorat, modò Christiano excipias,
ad rem, de qua loquitur, non omnino attinent. Certè ut Christiani
tam Orientis, quam Occidentis initium Septimanæ est dies Do-

¹ *Maximus
Martyr in
commodo Ec-
clesiæ part.
1. cap. 23.*

minicus seu Solis (unde & dixerunt Græci Christiani¹, annum ἑδομα-
luxūs καρονίζειν Hebdomadicè ordinare pro eo quod est à die Solis
incipere), ita pariter reliquis. Dies autem, quos habet ille alios
velut pro variis Septimanæ initii, sunt dies Epocharum Chronolo-
gicarum, scilicet alii atque alii in Septimanæ, id est, seriae aliae atque
aliae, à quibus anni solùm putantur, neque ad orbis Hebdomadici ini-
tium spectant. Verbi gratia, ubi ait Septimanæ Jesdegird, id est, Per-
sicæ, initium esse à die Martis, id non aliter verum est, nisi intellegas
Characterem annorum Persicorum à regno Jesdegird, esse diem Se-
ptimanæ tertium, interim Septimanæ initio etiam apud Persas in die
Solis, non Martis collocato. Sic illud, diem Mercurii initium esse
Septimanæ Nabugodonosor, nihil aliud est, quam à feria quarta an-
nos ejus putandos. Nabonassarus scilicet ille, cuius Epochæ Astro-
noma illustris in Almagesto Ptolemaei, intelligitur: Alfraganus; *Cha-
racter annorum Persicorum à regno Iezdaieris* (Jesdegird) *filiis Scha-
ned filii Cosre est dies tertius;* id est, Martis. *Character annorum Ac-
gyptio-*

epiorum in Libro Almagesti à regno Nebukadneziris Babyloniis est dies quartus, id est, Mercurii. De aliis ille similiter. Quod idem adiici, ut etiam ex scriptore Mahomedano hoc vetere manifestum fiat, Septimanæ initium dierumque in ea ordinem ejusmodi fuisse, ut locum primum Solis dies sortiretur. De ceteris apud Cusânū non aliter statuendum. Quod habet de Ethnicis, intelligo de Mahomedanis, quos eo nomine Occidentis lingua non semel notavit. Dies Jovis seu quintus Epochæ fugæ Mahomedis è Mecha assignatur etiam ab Alfragano, unde Cusanus. Sic Georgius Almacinus, alii.

Eligera autem, seu حجّة، pro eadem notissima Mahomedis æra etiam sumitur, cuius initium feriâ sextâ ab aliis collocatur. Dics vero secundus seu Lunæ, æræ Alexandreæ etiam Alfragano aliisque initium est. Sed quid hæc ad initium Scptimanæ? Sabbatum demum Ebræis, ut vult Cusanus, septimanæ initium fuisse, nemo dicet, qui sive novi federis illud recoluerit de Vna seu Prima Sabbati pro die Solis, seu Prima septimanæ, seu tralatitiam eorum dinumerandi rationem per primam, secundam, tertiam &c. Sabbati, pro Hebdomade sumpti, nieminerit; Tametsi videam quidem alios^m cundem errorem cum Cusano obiter admittere. Sed planè, quod Cusano in animo heic fuit, id ad annorum mundi epocham spectat. Nimirum palam liquet Sabbati diem seu septimum esse in computo inde annali, sed intercà septimum seu postremum in orbe Hebdomadico. Neque solum eis, qui Planetarum nominibus heic frequentius usi sunt, adeoque Solem præposuere, nec Judæis solum & Christianis, tam Orientis, quam Occidentis, quibus idem est, Festi etiam recurrentis gratiâ (his diei dominici, quem primum habent, illis Sabbati, quem diem habent supremum) in orbe hebdomadico initium, dies Solis, idque ex more veterissimo, est feria prima, seu prima Sabbati; verum etiam apud ipsos Mahomedanos, quibus nec Solis, nec Saturni dies Festus est, is, qui Soli tribuitur, locum in ordine illo obtinet primum, quod tum ex Alfragano Mahomedano superius citato palam scimus, tum ex Abugiafare aliisque ejusdem festæ Historicis, Theologis,

ⁿ Henr. Rass.
Zofina in Ca-
lendaro, p.
112. Valent.
Schindler.
Lexic. Pen-
tagor. col.

Chronologis. Almacinus ex Abugiafareⁿ; يوں مکان الْهَجَرَةُ اول

ⁿ Saracens.
Hist. lib. I.

الخميس واخر مدة حياة يوم الاثنين Primus dies Hegira seu Mahumedis fugæ dies fuit quintus, & ultimus Vitæ ejus secundus. De Jovis & Lunæ diebus, nemo non intelligit. Quamplurima id genus sunt obvia alia apudeum ex eodem Abugiasfare. Et vide seriem dierum inferiùs capite vigesimo secundo. Festum autem hebdomadicum interea illis est dies Sextus seu Veneris. Sed nec inde orbem septimanæ incipiunt, nec eo claudunt. Josephus Scaliger^o; Quod Temp. lib. 2. Mucharam Hegira cœpit à feria sexta, idco eam diem sacram Mahumedianis dicunt ab eo tempore. Ego scio antiquorem superstitionem esse propter Venerem, quam CHOBAR vocabant & summa superstitione antiquitus venerabantur. Ceterū feria sexta illis dicitur جمعة (Giuma) hoc est οὐάχις, ἡκλησία, ουιδία, que ea reverentia illis est, qua Iudeis Sabbathum, Christianis dies Solis. Atque sic passim apud viros doctissimos nominis ^{يوم الجمعة} dies Giuma ratio inde petitur, quod conventus Mahumedianis sacer tunc haberi qualibet septimanâ solet. Verum quidem est, ex vi nominis simplici, illud idem significare. Cæterum sunt in Mahumedianis ipsis, qui ex rerum creatarum, eodem in rerum initii die, seu universi compage absolutâ, diem Giuma dictum velint. A verbo scilicet جمع quod congregare seu in unum corpus conflare denotat. Et enim sic lego in Abu Walid Mahumed Ben Elshecina, historico veteri Mss qui rerum initia & sex creationis dies exequens, ait, ثم خلق الكواكب والسماء وعمره ملك وكان ابتدأ ملك يوم الأحد إلى يوم الجمعة وسيم يوم الجمعة لاجتماع تكامل أصول الخلق فيه Tunc creavit Stellas & Solem, & qua sunt id genus cetera. Et continuatum est opus illud à die primo in diem Giuma. Ideo autem vocatur dies Giuma, quoniam eo in universum rerum primò creatarum compages est absoluta, seu & waris fuit ουμωλησις. Certè & Arabes Christiani eodem nomine solent scriptis suis nuncupare feriam sextam; quod eos noluisse facere au-

^o De Emend.
Temp. lib. 2.
pag. 132.

تuman-

umandum, si tantummodo sacer Mahumedianorum conventus co innueretur. Sic Saidus Barricidas, Patriarcha Alexandrinus, scribit Adamum è Paradiso ejectum hora nona *من يوم الجمعة* *diei*

Giama. Quo nomine aliás pro eodem die ei solenne est uti. Quin & qui Arabicè Novum transtulit fedus pro parasceve Sabbati, id est, die Veneris, *الجمعة* *Jumma* passim substituit^{P.} Mahumedianum autem ^{D. Mark.}
27. 62.
 illum, qui, sicut diximus, hoc derivat, in animo etiam habuisse non dubito vocabulum *جَمِيع* *Jamia* toties iteratum in Genesis Arabica historia Creationis pro eo quod est *Omne seu universum.* Et ^{Marc. 15. 42.}
Luc. 23. 54.
Ioann. 19. 42. ^{¶ 31. ¶ 42.}

وَيَطْلُبُ فِي الْيَوْمِ السَّابِعِ مِنْ جَمِيعِ صَنَاعَتِهِ الَّتِي عَاهَدَ

Et quevit in die Septimo ab Universo opere quod fecerat. Certè persuasum habeo cum Scaligero, Hegirâ antiquius esse, etiam sub nomine Giama, Festum illud. Sed an à Saracenico cultu Veneris derivandum, (quod & olim existimavi ipse,) hanc parum dubito. An ^{De Diis Syriae Synagoga.}
2. antiquius esse, eliciendum videtur ex eo quod in Alcorano memoratur, 2.
 velut notissimum, Festi nomen, quo etiam, ut lemmate, Capitis integrī frons insignitur. *أَيَّا إِلَيْهَا الظَّاهِنُونَ أَصْنَوْا لَهَا*, ^{Azor. 62.}
"Arab. 72. Ias.

نُوشِي الصَّلَاةُ مِنْ يَوْمِ الْجَمِيعِ نَاسِعُوا إِلَيْهِ نَكِرُ اللَّهَ وَنَرِنَا

الْيَعْ نَلَكُمْ حِيرَ لَكُمْ أَنْ حَكَمْتُمْ قَلْمَوْنَ *O vos qui è credentium sitis numero, quando convocatur ad precandum in die Giama, seu die Veneris (uti & vertitur à Retinenfi; & notat ibi Mahumedes Ben Achmed) من يمعني في mercandi negotia relinquere;*
quod bonum est vobis, si sapientis. Et quod ad originem Festi, quatenus à Mahumedianis retinetur, attinet; cum partim è Christianis, partim è Judaicis ritibus conflatum esse Mahumedianum certum sit, an non constitutioni Constantinianæ illi, quâ tam Dics Veneris seu feria quod profabbatum est, quam Solis dies seu Dominicus Festus habendus erat, ea debetur? In Christianismo quidem diu est, quod evanuit constitutio illa. Sed forte inde diem illum in colluviem suam

¹ De Gita Cō. suam recipi voluit Mahumedes. De constitutione illa Eusebius, Flavini. lib. Sozomenus², Niccephorus³ Callistus; unde Baronius⁴.

4. cap. 18.

¹ Hist. Eccl.
lib. 1. cap. 8.

C A P. X X L

¹ Hist. Eccl. De Ordinis in orbe Dierum Hebdomadico Planetarii Ratione. Horarum Præfecturæ, apud Astrologos veteres, Planetaria. De Horarum vetustate. Prisca rum sententia de Heptazoni seu Planetarum in Cœlo Ordine. Vnde Argumentum à nonnullis adversus denominationis Hebdomadicec veritatem perperam affertur.

7. Annal. tom.
3. ann. 321.



Rdinis in diebus designandis Planetarum jam ante ostensi Ratio seu Causa, juxta superiùs proposita, proximè est inspicienda. Nam ex ea etiam ritè perpen- tum faciliùs diluuntur nonnulla, quæ ejus orbisque dierum, qualem descripsimus, hebdomadici vetustati adversari vi- deantur, tum ipsa vetustas pressius asseritur. Sunt quidem, qui rem fortuitò seu καὶ ἐχοῖς αὐτόνομοι, pro hominum libitu, citra ratio-


² Philopon. de Mundi crea- tione, lib. 7. cap. 14.

nem rei ipsi aptandam, factam opinentur². Alii inter veteres de Causa dispuarunt, quorum scripta temporum injuria delevit. Par-

tem dico desideratissimam quarti Symposiacion Plutarchi Josepho, cuius verborum gratiâ dissertatio hæc tota instituta est, coævi. Ti- tulum ejus ea de re habes suprà capite decimonono. Certè & ve- risimile est, Hermetis Ægyptii libros illos vetustissimos, de quibus Clemens Alexandrinus, seu volumen illud ejus Panaretum dictum apud Petrum Alexandrinum, rationem hanc aperuisse. Nam Astro- logica non pauca, atque in primis ad Planetarum ordinem, regimen, usum spectantia, in libris illis contineri ex autoribus jam dictis, qui eos memorarunt, satis liquet. Ratio autem seu causa Ordinis illius Planetarum intermissi, alia atque alia habetur tum apud Veteres, quorum scripta non periére, tum apud Recentiores. Triplex fermè apud veteres occurrit. Prima ex proportione Musica petita. Ex Horarum præfecturis Secunda; & demum, ex alternatione quadam Planetarum Luminibus vicinorum, Tertia. Quod ad primam at- tinet; cum in Hebdomade sic disponantur Planetæ, ut Sole diem primum

primum occupante , Lunâque proximum , bini in ea orbiuni sc-
rie, quæ vulgo agnoscitur & Ptolemaica est , semper itidem præ-
termittantur, quartusque ab antecedente repetito in dierum de-
nominatione (ut in adjecto tum Heptazoni , tum denominatio-
nis hebdomadicæ ordinis paradigmate) sequatur, id est, ut saltus in &c.

quartum quem-
que Planetarum
fiat; fuere^a qui
juxta harmo-
niam, quæ dia-
tessaron, dicitur,
Ordinem Pla-
netarum illum
intermissum ex-
istimarent pri-



mò institutum; adeoque Musicum esse voluerint. Et de Musicis in coelo rationibus obvia sunt non pauca ex Pythagoreorum alio-
rumque veterum scholis apud Ptolemæum^b, Macrobitum^c, Nico-
machum Gerasenum^d, alios; quemadmodum & inter recentiores
summi nominis^e Mathematicos. Ratio heic secunda, seu quæ ex Ho-
rarum præfecturis pendet, ipsissima est quæ exhibetur in eis, quæ su-
periū ex Vettio Valente Antiocheno afferuntur. Etenim distribu-
tis, secundum vulgarem orbium seu Heptazoni seriem continuam,
viginti quatuor dici cuiuslibet seu temporis nychthemerini horis
inæqualibus (scilicet dici naturalis duodecim, totidemque noctis)^f
ad eout Planeta, cui dies cognominis, primam sortiatur horam, cete-
rasque ceteri suo deinceps ordine continuo in orbem redeentes; is^g
qui horæ proximi perpetuò diei primæ præfetus est, eidem etiam
dici nomen tribuit; quod putanti manifestum est. Ultraque ratio à^h
Dione simùl, velut ab anterioribus seculis accepta, traditur. Sedⁱ
posteriorem video viris doctis, qui res hujusmodi seculis recentiori-
bus tractant, maximè placere; veluti Nicolao Cardinali Cusano^j,
Joanni Garcæo^k, Francisco Maurolyco^l, Joanni Lucido^m, Christo-
phoro Clavioⁿ, Francisco Barocio^o, Rudolpho Hospiniano^p,
Joanni Keplero^q, aliis. Tertia ratio, seu quæ penderet ex varia Plane-
tarum

K k k

tarum

^a Dio. lib. 37.
^b Xiphilin. in
Pompeio.

^c Harmonie.
lib. 3. cap. 10.

^d Macrobi. in
Somn. Scipio-
ni.

^e Enchirid.
Harmonie.
lib. L.

^f I. Kepler.
Harmonice
Mundi, lib. 5,
cap. 3. Et in
Prodromo
dissert. Cos-
mographie.

^g In Reparat.
Calendarii.

^h Tractat. 1.
de Tempore,
cap. 29.

ⁱ Lib. de
Sphera, &
in Cosmo-
graph. Dia-
log. 1.

^j De Emend.
Temp. lib. 1.
cap. 1.

^k In cap. 1.
Ioan. de Sa-
cro Bosco.

^l Cosmogr. lib.
3. cap. 2.

^m De Origine
F. lib. cap. 5.

ⁿ Epist. Astro-
nomie Co-
pernicana,
lib. 3.

tarum reliquorum Luminibus vicinitate atque alternatione, habe-


<sup>• De Tempore ad per
rum ratione cap. 6.</sup> tur apud Bedam^o. Hec erat, iriquit ille, stultitia Gentilium, fatigari ratione subnixa, qui quasi jure primam diem Soli, quia maximum est Luminare; secundam Lunam, quia secundum Luminare est, se consecrare putabant, (&) de inordinata alternatione tercia dicit primam à Sole Stellam, quartam primam à Luna, quintam secundam à Sole, sextam secundam à Luna, septimam tertiam à Sole preponabant.

Atque ita hac de re veteres. Recentiorum autem, qui dissident, in star omnium erit vir præstantissimus Josephus Scaliger. Is non Horas in causa fuisse opinatur appellationis dierum (nam appellatione ejusmodi, Horarum usum ac distributionem recentiorem facit) sed potius dies, Horarum. Ea appellatio, inquit Scaliger P, longè antiquior Horis. Quare non ab Horis Planetariis nomina diebus Septimanis imposta, sed potius superstitionis appellationis dierum in Horas de-

^{• Prolegom. ad Emend. Temp.} ^{9 Lib. 2. de E. lib. 2. pag. 131.} rivata. Alibi item de Ebraeis veteribus^q, quorum scilicet res in fede- mentio. Nam diem, id est, τὸν χθονίον in xxiv horas partiri & Gracorum est cōmentum, & longe post tempora Solonis in Heliotropis Gracorum notatum, & tandem sub Romanorum imperio ad Iudeos a Romanis translatum. Itaque antiquior, ut mea fert opinio, feriarum appellatio à Planetis, quam ut ab horis, quæ singula Planetam suum sibi vindicant, nominata sint. Causam autem seu ratio-

nem, cur dies cognomines Planetarum non sequantur ordinem & sicut siderum, quorum sunt cognomines, sed, binis prætermis, quartum semper in die- rum denominatione sit sicut proximum, ad hunc modum assignat^r. Septem Planetae per-

^{• Lib. 1. de E. lib. 2. pag. 8.} Circulum secundum ordinem per- sum dispositæ aquabili inter- vallo constituant septem trian-



gula Isoscele ad peripheriam, quorum bases sunt Latera Heptagonis Circulo inscripti, ut habes in Circulo proposito, ad cuius peripheriam septem errantes sunt secundum seriem suam sita constituentes triangula Isoscele $\text{h}\varphi\text{q}$, $\text{q}\vartheta\delta$, $\delta\text{D}\circ$, $\circ\text{h}\vartheta$, $\vartheta\text{q}\delta$, $\delta\vartheta\text{D}$. $\text{D}\circ\text{h}$. In quibus Triangulis dexter angulus ad basim est prima stella trianguli, secunda in angulo ad verticem, tertia angulus finitus ad basim: ita ut omnis stella anguli dextri habeat oppositam stellam anguli in vertice, stella autem anguli à vertice stella anguli sinistri ad basim sita opposita. Sequentur igitur sese omnes septem Planeta non per seriem suam, sed per intervalla laterum, que vera sunt oppositiones. Sit igitur Triangulum $\circ\text{D}\delta$ primum ordine. O in angulo basis dextro praebet. Sequerutur Luna ei opposita in vertice; eam oppositus Mars in angulo sinistro basis. Qui quidem Mars cum in triangulo $\text{D}\delta\vartheta$ sinistrum angulum basis occupet, in triangulo $\vartheta\text{q}\text{D}$ occupabit dextrum basis angulum, babens oppositum Mercurium; Mercurius autem oppositum Iovem in angulo sinistro: Qui Iupiter faciet angulum dextrum in Triangulo $\text{q}\vartheta\text{h}$ habens oppositam in vertice venetrem, ut ea opposita est Saturno in angulo sinistro, sed angulus ille rursus erit dexter in triangulo $\text{h}\text{D}\circ$. Et sic erogati sunt septem Planeta in totidem dies, quas Ecclesia Romana vocat ferias. Hec est vera harum appellationum ratio. Sic Josephus Scaliger. Quod verò loquitur ille de Horis seu vicesimis quartis diei civilis partibus, quasi recentius illarum inventum esset & usus; certè dum ævo Soloni proximo in Heliotropiis notatas admittit, eas admodum vetustas facit. Nam Solon sexcentis amplius annis Natales Christi antevertit. Et expressim Herodotus^f, ^{in Europa} gnomonem, inquit, ἐπὶ δώδεκα μέρεα τῆς ἡμέρας παρὰ Βασιλούνιον οὐαδοῦ ἐπίλευς, & duodecim partes diei didicerunt à Babylonis Graeci. Quod intelligo de xii horis inæqualibus diei naturalis, totidemque noctis. Quales quidem vulgo ab intima antiquitate in usu, diù olim obtinuere, à Planetis nomina, ut ostensum est, sortiti. Tametsi interea Mathematicis ipsis seu Astrologis in motuum temporumque calculo horæ æquinoctiales, ut quidem necesse erat, adhiberentur. Certè de Anaximandro Milesio legitur apud Eusebium^g ^{Preparat.} ^{Evangel. I.} ^{io. cap. adde.}

Kkk z

Ἐτῷ τρέπεται γνώμονας καποιοῦσαν τοὺς διάγνωσιν τρόπων Ηλίου,
καὶ ξερῶν, καὶ ὀρῶν καὶ λαμπερῶν, primus stylos elaboravit, ut dignoscere
renetur conversiones Solis, Tempora, Hora & Aequinoctium. Qua de

⁴Hist. Nat. re etiam Laërtius in Anaximandri vita, & Plinius⁴. Horas item ejus-
lib. 2. cap. 76. modi in usu Romanis sub Augusti ævo scimus ex Varrone, Manilio,
Virgilio. Antiquorem item earundem distributionem, ex P. Cor-

⁵De Die Na- nelii Nasica censoris Horario, quod ex aqua fecit. Et Censorinus⁵;
tali, cap. 23. Horarum nomen non minus annos CCC Romæ ignoratum esse cre-
dibile est. Nam xii tabulis nusquam nominatas Horas invenies,
ut in aliis postea legibus, sed ante Meridiem. Ex Ebræorum item hi-

⁷2 Reg. cap. storia sacra⁷ notissimum est illud de Achazi Regis solario. Et ne qui-
20. & Isaias dem, qua ratione calculum inire Astronomicum possent veteres illi
cap. 38. citra horas, qualibus utimur, aliasve certas & invicem syderum ven-
toribus cognitas temporis mensuras, quæ eas iimitarentur, ex cogita-
ri potest. Et postquam horæ æquinoctiales seu æquales tempori-
nythemerino à Mathematicis in calculi usum tributæ sunt, succedit
proculdubio altera illa apud vulgus inæqualium seu Planetariarum,

⁸Vid. Fran- ciis, Barociū in Cosmogra- phia, lib. 3. giis, Schiothericis id genus aliis consulas, si vis, Josephum Scalige-
rum^a, Claudium Salmasium^b, Dionysium Petavium^c. Interē
cap. 2. agnoscendum videtur, ut vult Scaliger, rationi magis consonum esse

⁹Ad Manil. Horarum nomina ex superstitione appellationis dierum seu Hebdo-
Mīag. 2. pag. madicæ orta, quam hanc ex horarum cyclis. Suadet in primis illud,
254.

¹⁰Plin. exer- citor. p. 632. quod è commentis Astrologicis vetustissimis legimus apud Petrum
Alexandrinum^d τῷ εἰς τὸ λαζῶνται καὶ διέπονται de Planeta possidente
& administrante. Scilicet Planetam diei cognominem totum

^eAd Augst. diem & quamlibet ejusdem horam τὸ λαζῶν ποσιδεῖ, adeoque re-
rīum Differ- gere, Horarium autem Planetam ministerium præstare. Verbigra-
tar. lib. 7. c. s. & 9. tiā die Saturni ajebant, οἱ αὐτὸς ἀστὴ κύρει τὸν ἡμέρας γένεται καὶ τὸ

^fIn Iapoge λαζεῖ ὄλης τὸν ἡμέραν· τὸν αἴρετον αὐτὸς πολλῶν καὶ διέπων, τὸν δὲ πε-
Aporēmat. εγέρθεισι τῷ Ζεῦ, καὶ λέγομεν, τὸν δὲ ὠρανὸν τὸ πλαζόνται καὶ τῷ Ζεῦ διέπονται ipse

¹⁰Scalig. ad Saturnus Dominus est diei, & possidet integrum diem. Quin &
2. Iapoge. Ma- Horam primam non solum ut dominus possidet, verum etiam sibi ipsi
nulis, p. 290. regiminis ministeria præstat. Secundam vero horam tradit Iovi. Et
dicimus

dicimus Horam secundam possidente quidem seu dominante Satur-
no, sed ministerium praestante aut procurante Iove. Quin & Rabbi
Gedaliah Ben Jechai ex disciplina illa futili, sed prisa ; ^{הכוכב Sepher.}
המתחל למשול בשעה ראשונה בין ביהם בין בלילה נמצתת כל הום
זהוּא וכל הלילה ההיא יהיה מוטל על כלן אמן יותר הנוננים
הנכנים למשול בטאר טוות הם כמו בחריבת המושלים זוֹן
Planeta, qui Hora pri-
maincipit dominari, sive interdiu sive nocte, totum diem illum &
utam illam noctem posidet, quoniam is dominus est supremus. Atta-
men & Planeta ceteri, qui ordine suo horis præsumt reliquis, sunt
(quatenus primæ horæ Dominum respiciunt) veluti Socii qui & si-
mul dominantur. Veruntamen Hora prima Dominus ceteris præcel-
lentior est. Hinc sanè existimandum non videtur, Dominium to-
tius diei & potestatem cuiuslibet etiam Horæ superiorem & conti-
nuam, adeoque Planetarium diei denominationem, ab Horario illo
recurrente qualicunque dominio ortum habuisse, sed potius Horar-
ium illud dominium, quod minus habitum est, & inferius est diur-
no, ex dici dominio manasse, atque ansam Horarum sic denomi-
nandarum inde arreptam. Ministros, Procuratores, legatos, præ-
sides Principibus, qui universis imperent, posteriores esse, palam est.
Quod verò ad Planetariæ denominationis ordinis Rationē seu cau-
sam primariam spestat ; sanè mihi nondum persuasum est aut à
proportione Musica, aut ab Horarum præfecturis, nedum à triangu-
lis laterumve aut basium ratione seu oppositionibus, hujusmodi or-
dinem manasse ; sed à simpliciori multò origine, eaque quidem al-
ternationi illi, de qua loquitur Beda, proximante. Nimirum adver-
tendum est inter Planetas, seu in Heptazono, longè primariam ob-
tinuisse semper dignitatem Solem & Lunam. Etenim apud Philo-
sophos, Astrologos, Gentium Theologos aliasque ^f passim dicun-
tur, & sunt illi bina Lumina (per excellentiam sic nuncupata) tempo-
rum rerumque moderatores adeo singulares, ut tam reliquos in <sup>Ante: alios
Gadefis lib.
Firmocum
Mashef. lib.</sup>
Heptazono variâ suarum configurationem vi potissimum regant <sup>3. cap. i. Ne-
cessariae & Ad-
missio..</sup>

gubernent, atque etiam in veteri Paganismo universa divinitatis no-
mina:

mina alia complectantur. Ea de re consulas Macrobius, ut certos mittam pariter obvios. Unde evenit etiam Solem ex disciplina Indorum, Persarum, & Aegyptiorum in Onirocriticis, Regem, Lunam τελέσων & διὸ Βασιλέως δὲ πόρος ἐξουσίας personam ejus, qui

² *Onirocritic.* secundus à Rege præst, denotare, ut docet Achmes ^g. Unde & Aegyptii assimilare soliti Solem Regi & oculo dextro, Lunam autem Reginæ & sinistro, reliquos quinque hisce εγεῖδοφόρος seu Satellites habentes, ut tradit Sextus Empiricus ^h. Quin & in ipsa creationis historia sacra soli illi bini, ob præcellentiam memorantur per nomina majoris & minoris Luminaris.

^b *Adversus Mathematicos* Ist. 5. ¹ *Genes.* 1, 16. *Luminare majus* הַלְלוּלִי in dominium diei, & *Luminare minus* in dominium noctis. Quod postquam Hellenistæ verterant eis ἀρχὰς τῆς ἡμέρας in principatus seu Dominium diei, & eis ἀρχὰς τῆς νυκτὸς in principatus seu dominium noctis (idque satis juxta veritatem Ebraicam) legerunt nonnulli veterum τινῶν ἀρχῶν, & vocabulum Græcum aliâ illâ notione, qua initium seu inchoationem significat, accepere. Ita ut sacram sermonem perperam intelligerent, fuisse *Luminare majus ad initium seu inchoationem Dicī*, *Luminare minus ad initium seu inchoationem*

^k *In Genes. ad nem Noctis.* Qua de re præter S. Augustinum ^k, Isaacum Monachum, liberam lib.

Eugenbinum ^m, (cujus verba Græca ex Isaaco Monacho desumuntur.)

¹ *In Comparo.* videsis Robertum Episcopum Lincolnensem in Hexaemero, citatum in *summa Astrologiae Anglicana* ⁿ in impressis, quos vidi, tributa Joanni Eschrido, quem & Esquidum nominat Gulielmus

^o *Tract. 1. Diff. 1. Vt-* Camdenus ^o. Autor verò est Joannes de Esthenden, Esthenden, natus, 1489. etiam & Ashelden, in MS. Bibliothecæ Oxoniensis. Socius erat

^p *In Britan-* olim Mertonensis ibi Collegii ^p, nostratisbus etiam subinde de nis, pag. 132. Estwode, quod in Esquidum degeneravit dictus. Sed ex utravis

^q *I. Balaw* versione præcellentiam vides pereximiam utriusque Luminari tribui.

^r *Cens. 6. scrips.* Cens. 6. scrips. Summa heic est, quod ex Astrologorum veterum scitis habet Prole-

^s *14. I. Persau* ar. 14. scrips. mæus ^q; ὁ μὲν οὐχὶ ἡ Δαναίλης ὠαρεὶ ἡγεμόνες εἰσὶ τῶν ἀλλα-

602. *Sol & Luna, ut principes ceterorum, imperium exercent.* Cum igit-

^t *Terrabib.* tur tam insignis habita sit semper, idque meritò, utriusque dignitas lib. 2. c. sp.

^{ac} *τῆς πόλεως* ac præcellentia, diesque inde Hebdomadis primus Soli, velut siderum

^{τῆς θεοῦ} τὸ δέκατον plane Regi summo, & ob dignitatem secundam, Secundus Lunæ

eficit

et quod aliter inter denominandum vix fieri quibat) assignandus; videtur quidem intervallum, non dico Magnitudinis seu Spatii, sed Numeri, quo bini hi Planetæ primarii in Heptazono invicem disjungentur, velut prototypum fuisse ceteris in Heptazoni cyclo sequentibus. Adeo ut quemadmodum & quoniam Luna Solem binis intermediis, nempe Venere & Mercurio, prætermis, in Hebdomadicæ denominationis initio sequebatur, ita etiam atque ideo parili, in revertente Heptazoni cyclo, intervalllo numeri distaret tertius à Luna.

Unde
tertium diē sortitum est Mars, &
simili semper
intervallo deinceps dies suos
reliqui quatuor,
ut in figura adjecta. Atque etiam hinc fortè

ratio aliqua est petenda, cur Sol, Phœbus, Apollo (nam nomina hæc eadem esse, sciunt pueri) E'bdōmaγ̄τας, id est, E'bdōmaγ̄της veteribus dicetur. Quoniam scilicet τῆς E'bdōμης esset ιγίτης, seu septenarius tam in Planetis, quā Cœlum tenent, quam in Hebdomadicâ die- rūm denominatione Princeps, Dux, seu qui velut in exemplum præ- ibat. *Aeschylus*;

Καλώς ἔχει τὰ τολεῖς¹ τὸν ἔχει πυλώναστ
Ταὶ δὲ Ε'bdōμεις οἱ σεμένοι Ε'bdōmaγ̄τας
Ἄντες Απόλλων εἴλετο

*In iuv. lib.
Cap. 17.*

Bene se habent reliqua in sex portis. Septimam vero venerandas Hebdomagetas, Rex Apollo elegit. Scholiares autem ibi, ὃν τὸν Ε'bdōμην θύμως φύνθεις ἀπλήθη Ε'bdōmaγ̄τας, quoniam septimā mensis die natus (qua de re supra¹) vocatus est Hebdomagetas. Id ipsum illi¹ cap. 17. nomen tribuitur apud Proclum. Apollini τῶν, tñquit, ἐπάθα¹ In Timeum. αἰδοὺς οἱ σωμέχοντα πάσας τῆς οὐμφανίας &c. διὸ καὶ Ε'bdōmaγ̄τας οὐδε- Plat. lib. 3. περ τὸν Γεών, septenarium dedicarunt veluti ei, qui concentus uni- pag. 200. versos

versos completeretur &c. unde & Hebdomagetas eum vocabant.

^a *I. Mensis* Quam locutionem retinendam sentio, neque mutandam in 'Εβδομα-
in Gracia χρήσιμη, id est, *Septimo die natum*. Pace dico viri literatissimi^u, qui non
Feriarum, lib. semel monuit sic potius mutandum. Scimus quidem etiam hoc no-
3. in 'Εβδομα-
mīne Apollinem à Sacerdotibus ^x dictum, quod & supra^y memo-
& lib. de-
Denario Εγ-
thagorico,
cap. 9. ratum est, uti & à nonnullis ^z Επιτημωνίαι septimestrem. At verò nec
ideò sequitur apud Proclum 'Εβδομαχρήσιμον substituendum, cum & res
ipsa & quod Aeschylum legitur 'Εβδομαχρήσιμον palam videantur asse-
rere. Nam & apud utrumque non natales, (quicquid nugatur scho-
liafestes,) sed principatus ejus & in septenario prærogativa singularis
designatur. Et Sextus Empiricus^a, τῶν ἐπιτημών, inquit, ἡγεῖται μῆνας

^b *Scholia* Ηλιον καὶ τὴν Σελήνην διονύσιον την *Septem stellis arbitrantur præesse Solem*
Callimachi ad hymn. in Cr Lunam, id est, Hebdomagetas esse. Rationi autem, quam con-
jectando adduximus, de ordine ceterorum in diebus denominandis,

^c *Adversus Mathemati-
clos, lib. 5.* Solis & Lunæ, qui heic Principes sunt, licet Disparés, ordinem & in-
tervallum imitante, similis fermè ratio est, quæ habetur in aliquot
Ecclesiæ Christianæ nominibus dierum, qui ex nulla sui omnino ra-
tione ea sortiti sunt, sed tantum è solennitatis primariæ, è qua pendet
denominationis imitatione quadam seu respectu. *Quadragesimæ no-
men* inditur primo diei Dominico, à quo jejunium sic dictū auspica-
mur. Hujus gratiâ seu imitatione^b, Dies Dominicos retro putatos

^d *Guil. Durand. Ratio-
nal. lib. 6. c.
24. s. 5. & 6.* dicimus *Quinquagesimam*, *Sexagesimam*, *Septuagesimam*, nullam
numerorum his nominibus denotatorum rationē, quod nemo non
videt, habentes, sed quadragesimæ seu primariū respicientes solum-
modo nomen, quod sono & similitudine quadā non re omnino no-
mina cetera imitantur. Sic fere Feriarum nomen à feriis reverà pri-
mariis ad alios dies, qui nec revera feriæ, translatum. Sic à Sabbati
nomine primario Hebdomas ipsa & dies quælibet, prima, secunda,
tertia & deinceps, Sabbati dicta. Nimirū, ut inquit Beda^c, *in
quietionum die, quæ suo nomine & cultu singularis excellebat*. Sed
verò objectio heic obvia est, quæ ex ordinis eiusmodi, in diebus de-
nominandis, Planetarii ratione qualicunque, sumpta, vetustatem
ejusdem denominationis, quam anteā adstruimus, haud parum im-
pugnare videatur. Ratio nempè quovis modo hactenus adducta
admit-

^e *De Temp.
Ras. cap. 8.*

admitit, scriem Heptazoni, seu in cœlo Planetarum, vulgarem, veteribus, qui diebus nomina indiderint, receptam esse, juxta paradigmata ante ostensa. At verò icimus, apud veteres aliam atque aliam fuisse Planetarum in cœlo ordine & locis sententiam. Supremo in loco collocarunt aliqui Solem, atque huic Lunam proximam, ut A maximander, Metrodorus, Crates^d. Alii superiores tres h , 4 , 5 , in ordine, quum vulgo, tum Mathematicis, post hosce, plerisque; omnibus placuit, ponentes, Solem Lunæ sursas proximum fecere, (ut non solum Plato^e, & Eratosthenes^f, atque autor libri de Mundo Aristoteli^g tribui soliti, verum etiam Ägyptii^h, saltem in eis nonnulli nominis celebrioris, (adcoque Venere & Mercurio inferiorem. Et de dissensu circa hanc rem Veteres alii, recentioresque obiter atque affatim. Quin discretè scribit Moses Maimonidesⁱ, tam Physicae ac Mathematicae, quam Theologiae ac Jurisprudentiae Judaicæ magister quidem eximius, נגה שבדורי כלם הרשותין הילא רעת וכוכב למלחה מהתה Veterum omnium sententia fuit, Orbes Veneris & Mercurii esse supra Solem, quod nec semel dicit. Atque fuisse ita Heptazoni ordo, horum alteruter. Subiungit verò נגה בטלמוס והוא מוחת Maimonides, & sequitur est postea Ptolemaus, qui argumentis obtinuit eos esse infra Solem. Certè si Veterum omnium opinio esset, Solem Mercurio & Venere inferiorem fuisse, adcoque aliud fuisse Heptazoni ordinem abeo, quo in ratione dierum denominandorum dispiciendâ usi sumus, sequeretur aut denominationem illam vetustam non fuisse, aut saltem rationes hactenus sive ex ejusdem ordinis intervallis, sive è recurrente in horarum præfектuras, juxta eundem ordinem, successione nihil plane esse. Nam quæ dicta sunt, vulgari ordine velut priscis receptissimo nituntur. Unde etiam nec defuere, qui cum Maimonide heic sentientes, ante Ptolemaum scilicet ordinem illum apud veteres non admissum, ipsam denominationem hebdadicam, ex ordine illo natam, Ptolemao antiquioram esse negent.

h	h
4	4
♂	♂
♀	♀
\odot	\odot
☽	☽

Floruit Ptolemaeus sub annum post Christi natales c x l . Expressim
 De Origine Hospinianus^m; Nec dies Hebdomadae ante tempora Ptolemai no-
 deorum. c. 5. minibus Planetarum eo ordine ut hodie distincti fuerunt. Sed no-
 minati solum à numero, quo se invicem in mense sequebantur. Id
 bac ratione probo. Veteres Astrologi ante Ptolemaum statuerunt, Sol
 lem immediatè suprà Lunam, sic ut illis Saturnus esset primus, secun-
 dus Iupiter, tertius Mars, deinde Venus, post eam Mercurius, inde Sol,
 ultima Luna, &c. Et pluribus sententiam suam adstruere conatur.
 Sed palam hallucinatio est insignis. Neque enim ordinis Hepta-
 zoni illius receptissimi autor est Ptolemaeus. Vetus et manifesto liquet. Certè tametsi in mutilo Ciceronis de
 Universo opere, ex Platonicorum sententia, Lunæ proxima supra
 Terram est Solis circumvectio, atque inde ad Venerem & Mer-
 curium ascenditur, in Somnio nihilominus Scipionis satis expressum

Astrono-
mic. lib. 1.

• De Doctri- collocatur Sol in Heptazoni medio. Subter, (scilicet post tres su-
 na Temp. lib. periores,) inquit, medium ferè regionem Sol obtinet, dux & Princeps,
 2. cap. 6. in & moderator luminum reliquorum. Hunc ut comites consequun-
 minum. pag. tur Veneris alter, alter Mercurii, in infimoque orbe Luna &c. Cicero
 411. Ratio- mar. Temp. autem ducentos circiter ante Ptolemaum annos floruit. Eiusdem
 part. 1. lib. 4. item seculi Maniliusⁿ, sunt, inquit, quæ Cœlum terramque inter-
 cap. 14. volitantia pendent sidera.

Mathema-
tic., Chrono-
log. secul. 13.

Saturni, Iovis, & Martis, Solisque: sub illis

Mercurius Venerem inter agit Lunamque locatus.

• Censorin. de Sic & Hyginus in Astronomicis, Manilio coævus. Quin & Cicero-
 die Natal. c. nerecentior non fuit Geminus, si Dionysii Petavii^o de tempore ejus
 21. Iof. Scalig. de Emend. conjecturæ fides. Quem tamen non desunt, qui tertio à Christo se-
 Temp. lib. 4. culo ponant, ut Josephus Blancanus^p. Certè Geminum, si quid vi-
 pag. 221. Do- ony. Petav. deo, palam est scripsisse ante Actiacam Victoriam. Nempe, sub id
 tempus^q annus Julianus receptus est ab Ægyptiis, qui antè anno usi
 Temp. lib. 4. cap. 5. & lib. 4. sunt æquabili ac vago illo, cccclxv dierum, quadrantis, qui ex-
 10. cap. 72. crescit, nullâ habitâ ratione; adeò ut in periodo 1461. annorum festa
 • In Enterpe. eorum singula per totum annum vagantia nullo mensis alicujus
 15. Isagog. cap. die semel non celebrarentur, ut & monet Herodotus^r, & res ipsa
 docet. Disertè autem Geminus^s devago illo anno, suo tempore
 Ægyptiis

Egyptiis in usu, ac Festorum circumactione pluribus loquitur, nec Thoth mensem in calce Augusti fixum, à quo, postquam Julianum acceperant, annum semper auspicabantur, omnino agnoscit. Jam vero pugna Actiaca Ptolemaeum annis C L X X X aut circiter antevit. Et Geminus expressim eundem facit ordinem Heptazoni,^{ibid. cap. 1.}

quem approbat Ptolemaeus, vulgari scilicet consonum. Sic etiam Alexander Milesius apud Chalcidium^u; alii Ptolemaeo vetustiores.^{In Timaeum Platonis.}

Quin & Macrobius^x de Sole à Cicerone sic medio Heptazoni in somnio Scipionis collocato, ac Platonis sententia de proximo Lunæ surfum ejusdem loco verba faciens, *Ciceroni*, inquit, *Archimedes*^y *cap. 19.*

Chaldaeorum ratio consentit. Plato Aegyptios omnium Philosophia disciplinarum parentes securus est. Ita non solum Cicero, Manilius, Geminus, Archimedes, Alexander Milesius, verum & Chaldae, natio quorum è scitis ipsam Astrologiam natam esse dici solet, de ordine Ptolemaico diù ante Ptolemaeum consensere. At vero & ipse Ptolemaeus^z; videntius τὸν τῆς Αφροδίτης (σοφίας) καὶ τὸν Ἐρῆμα παρὰ μὲν τοῖς παλαιοτέροις ἵστοις περιέχει τῆς ηλιακῆς, παρὰ δὲ εἰσι τῶν μὲν τῶν καὶ αὐτοῖς ἵστοις Δύος, Veneris Sphaeram, atque eam, quae Mercurii est, à vetustioribus sub Sphaerae Solis positas. An nonnullus autem Iuniorum eas supra collocari. Ipse disertè agnoscit, antiquitus receptum eundem esse, quo utimur ordinem seu vulgarem, quem & disertè postea appellat παλαιοτέρων τοῦντιν *vetusiorem ordinem*, coque nomine eum laudat amplectiturque; alterum aurem illum recentiorum esse ait commentum. Idem ipse ordo palam etiam agnoscitur in Harmonico coeli Pythagoræ calculo, apud Censorinum². Nec alius est hujus calculus apud Nicomachum Gerasenum³, nisi quod Mercurius inter Venerem ab hoc ponatur & Solem; quo nomine certè libris ejus librarii errorem inesse suspiciunt sunt veterum aliqui^b. Et expressim de Ordine Pythagorico quemadmodum Censorinus, Plinius^c. At, ut Nicomachus, *Vide edet.* Meursian.^d Sed de Veneris *De Die Naturae* cap. 13. *Harmonic.* lib. 1. *pag. 86.* *H. B. Nat.* lib. 2. cap. 22. *B. B. lib. 16.* *Cod. 259.*


negent. Et planè hallucinati sunt, sed & cum ipso Maimonide, ex historiæ Astronomicæ imperitiâ. Qualisq; autem Sententiarum fuerit heic diversitas, animadvertisendum est, quēadmodum in rebus aliis hujusmodi, ita in hisce, aliud esse receptionem vulgo Astrologorum aliorumve Magistrorum, qui vetera secure docent retinentque, sententiam, aliud singulares, sive Philosophorū, sive Mathematicorum opiniones, qui disciplinas, ut fieri amat, sive novatū eunt, sive emanatum ex suo ingenio ac inventis, tritiori orbitæ doctrinæ, qua primò imbuuntur non ita confidentes. Apud genus hominum posteriorius, nulla ætate non habentur sententiae à receptis aliter atque aliter diversæ, neque eæ quidem paucæ, cum interea prius sit hominum genus quorum scitis & ex antiquitate receptis dogmatis regulæ, mores, ac disciplinæ, quibus vulgo utimur, innitantur. Ex antiquo igitur ordinis Heptazoni illius vulgaris usq; (qualem ostendimus) tatis constat penes genus hominum, quod diximus heic prius, id est, qui receptiones sententias & amplexi sunt & professi, & rationes qualecunque Astrologicas, è quibus nasceretur denominatio hebdomadica, invenerunt, receptissimum fuisse ordinem illum; penes alterum autem genus non item. Quale in rebus aliis evenire nemo non videt. Etiam superiori & nostro in seculo dæ Marte, Mercurio, Venere, Sole, novis etiam Planetis circum Jovem & Saturnum latis, sententiae ortæ sunt Mathematicis summis, Copernicis, Rheticis, Tychonibus, Kepleris, Galilæis, aliis, ab antiquorum receptorumque perquam diversæ, quæ tamen imposterum argumento neutiquam omnino erunt, vulgus astrologorum velut ab intima vetustate ordinem cœli, quem populariter agnoscimus, continenter propagatum non accipisse; non magis sānè quam Pythagoræ, atque Hippocrati Chio, eundem non receptum asserere, ideo quòd Planetam octavum esse

^a Apud Ari-
bos. in Me-
teorolog. a. c.
6.

dicerent, cui raro apparenti. Cometa: nomen tribueretur. Sed singularia ejusmodi receptionis sententiis advertari neutiquam solent. Ægyptii autem illi aliquique, qui supra Solem Venerem, & Mercurium collocarunt, (quonum scilicet loca rem heic primariò turbare videntur,) etiam & utrunque, ut in hoc schemate, Sole pariter inferiorem agnovere. Scilicet ita Solem inter Lunam & Mercurium lo-
calum

etum volebant,
iteratione depre-
benderint (sic
Macrobius^f,) &
edixerint cur à
nonnullis Sol su-
pra Mercurium
supraque Vene-
rem esse credere-
tur. Ita nimirūm
circuambire Ve-
nenis Sphaeram
eam, quæ Mercur-
ii est, atque hu-
ius eam, quæ est
Solis, volvēre, ut
situs utrunque
in perigeo seu se-
micirculo infe-
riore constitutā
Sole inferius es-
set, sicut in apogeo seu semicirculo superiori, eo superius. Cum enim
consensus ferme nullibi non esset de tribus superioribus, horum
trium (appositissimè scribit Macrobius) sibi proximorum, Veneris
Mercurii & Solis ordinem vicinia confudit; sed apud alios. Nam
Aegyptiorum sollertia ratio non fugit, que talis est. Circulus per
quem Sol discurrat, à Mercurii circulo ut inferior ambitur; illunc
quoque Superior circulus Veneris includit. (Sic etiam voluit Coper-
nicus, & qui cum sequuntur, vii magni.). Atque ita fit ut ha-
bella, cum per superiores circulorum suorum vertices currunt, inteb-
ligantur supra Solem locatae; cum verò per inferiora commaneant cir-
culorum, Sol ei superior estimetur. Unde sententiarum diversita-
tem ex ipsorum Aegyptiorum disciplina sic reconciliat. Illis ergo,
qui sphaeras earum sub Sole dixerunt, hoc visum est ex illo stellarum
cursu,

^f In summ.
Scip. lib. I.
cap. 19.
Videsis Mar-
tian. Capel-
lano de Nu-
piss Philolo-
gia, lib. 2.
cap. quod
Tellus non
sit, C. Co-
pernic. Revo-
luer. lib. 1, cap.
10. Athanasij.
Kircher. in
Prodromo
Capro, pag.
266.



cursu, qui nonnunquam, ut diximus, videtur inferior, qui & verè
notabilior est, quia tunc liberius apparet. Nam cum superiora te-
nent, magis radius occuluntur. Et ideo persuasio ista convaluit, &
ab omnibus proprie hic ordo in usum receptus est. At verò dixerit quis,
qualisham ad rem nostram reconciliatio hæc? Nam sic Venus in
Semicirculo suo inferiori, cuius loca quæ à Sole maximè distant, eam
terris splendidiorem, utpote vicinorem, reddunt, Mercurio infe-
rior est. Atque ita Heptazoni vulgaris luxatio remanet. Quod ve-
rum quidem est. Sed antequam accuratiùs Veneris & Mercurii si-
tum sic explorarant Aegyptii, natus est ex veteri coelestium corporum
ignorantia, tametsi docta, apud Chaldaeos ordo ille vulgaris, quem
in judiciis Astrologicis novari nolebant ne quidem ii, qui coelestem
semper esse negarent. Semper dico. Nam ex schemate superiori
nemo non videt saepius fieri, ut Mercurius, (qui etiam velocius & sa-
pius circumagit,) inferiorem suum semicirculum peragrans, Lunæ
sit Venere proximior. Atque ita Heptazoni in simplici enumera-
tione ratio & usus popularis idem erat apud omnes, etiam & ipsos
Aegyptios, ut ex Vettio Valente & Dione superiùs allatis¹, itidem do-
cemur. Summa est, veterinos Astrologos, Chaldaeos nempe, etiam
& Aegyptios ipsos turbamque reliquorum, qui postea vetustatis dis-
ciplinâ acquiescentes, eam ingenii atque inventorum accessione mi-
nimè novatam vellent (quorum ratio in rebus moribusque hujus-
modi popularibus solum habenda) ordinem illum Heptazoni vul-
garem semper in re Astrologicâ retinuisse; nec placita eorum, qui
diversimode sive apud Aegyptios recentiores sive apud alios sense-
rant docueruntque, magis in denominationem illam sive Hebdo-
madicam sive Horariam ex ordine illo, ut ostensum est, pendentem,
invaluisse, aut in ejusdem antiquitatem invalescere, quam Copernici
Galilæi, Kepleri Astronomiam novatam in hodiernam diensem de-
nominationem Planetariam, cui, ut ex Heptazono veteri nata est,
horum hypotheses æquè dissonæ sunt. Certè & R. Abraham Ju-
dæus Hispaniensis, Ben Chaia ², de Venere & Mercurio expressim
nil החמיט הקדמוני סוברים טהן תחת כירור החכמה והיו מסדרין
 Sapientes seu Philosophi veseres uni-
versi

¹ In opib*a* mundi, cap.

²

versi (seu Philosophorum ac Astrologorum vulgus) opinari sunt eos collocari infra Solis orbem, atque ordinarentur Planetas Ordine hujusmodi $\text{H}\ \text{A}\ \text{C}\ \text{O}\ \text{D}\ \text{E}\ \text{S}$. Vera horum positura ad rem hanc non omnino attinet. Sed ex eo quod est, hujusmodi fuisse veterum idque ab intima antiquitate de eorum ordine sententiam, eamque populariter passim receptam, planè satisfit objectis, que ex Ptolemaico Heptazoni ordine velut novo adversus Planetariæ denominationis vetustatem afferuntur. Quin & in Sinensium Paganismo, & civili temporum ratione ex seculis antiquissimis longeque Josephum (si fides eis, qui rem narrant) antevtentibus petita, idem habetur ordo in diebus denominandis Planetarius; qua de re plura capite sequenti.

C A P. XXII.

Ordinum dierum in Hebdomade, & Planetariæ eorundem denominationis, Josephi seculo, Usus; In Oriente; in Occidente. Et undenam in vulgus hominum hujus Observatio adeo fuerit olim disseminata.

Iisce ita de Hebdomadis dierum Vetusate, Planetarum septem nominum assignatione, Ordine, Ordinisque Ratione ac causâ ostensis, sequitur ut de ejusdem Ordinis apud Gentes sive universas sive tot, quot universarum nomine apud scriptores veteres solent venire, Usu, atque unde Usus ille sic disseminatus, dispiciamus. Ex superius adductis satiis liquet diem in periodis dierum septimum seu Saturni, neque apud Græcos veteres, neque apud Romanos aliasve gentes, præter Iudeos (quantum ex priscis monumentis ritè intellectis est eliciendum) in Feli omnino habitum, seu laborum vacatione celebrari ex instituto seu moribus receptionis solitum. Cum verò facile, uti & suprà ^h Cap. 19. pag. monitum est, concipiatur, Triplicem haberi dicrum Hebdomadis ^{404.} usum; Primum, quæ Sacrum indicat Festum recurrens; Secundum, quæ in Fastos seu Temporis calculum, citra Festi rationem, ex instituto publico admittitur; Tertium, quæ ex artificum tantum disciplina Chronologica seu Astrologica, citra publicum institutum;

Tametsi

Tametsi usus Primus nullibi gentium præter Judæos, Josephi seculo (nisi exceptam velis Christianam tunc enascentem Ecclesiam) reper-tus est, nihilominus de Tertii generis Usu, apud Gentes tunc plerique, testimonia sunt satis frequentia. Atque Secundi etiam apud nonnullos Vestigia, ut mox dicetur, fortè non obscura. Tertii generis usum videre est in eis, quæ superiùs tum ex oraculis vetustis, tum ex Sabbatico in rebus genethliacis decernendis calculo aliquis id genus de promuntur. Atque Astrologicarum ejusmodi affaniarum usum in orbe Romano frequentissimum fuisse seculis Josepho vetustioribus palam liquet ex Manilio, Horatio, Lucano, aliis. Etiam

¹ Valer. Max. anno ferme, ante Cæsares, centesimo, editio jussi ⁱ sunt Chaldaïna-
lib. 1. cap. 3. tra decimum diem abire urbe atque Italiam. Et postmodum ^k tan-

² Dio lib. 49. tundem factum, non semel sub Augusti tempora; etiam sub Tibe-
r. & 56. rio ^l. Facta (inquit Tacitus) & de Mathematicis Magnisque Italia

³ Annal. 2. pellendis Senatus consulta; quorum è numero L. Pituanius saxo de-

⁴ Apud an- jetus est. Idem ^m memorat Ulpianus. Sub Claudio item Tac-
torum Collat. torum Collat. ⁿ; De Mathematicis Italia pellendis factum Senatus consultum

Legg. Ind. & tus ^o; De Mathematicis Italia pellendis factum Senatus consultum Rom. sit. de atrox & irritum. Nimirum in leges etiam invaluerant eorum ar-

Mathemati- tes. Egregium est illud ejusdem ^p de illis; Mathematici novos mo-
nichas. Et tuis & clarum Othoni annum observatione siderum affirmant; genu

^q vide Lips. ad hominum potentibus infidum, sperantibus fallax, quod in civitate no-
Tacit. An- mal. 2. num. stra & verabitur semper & retinebitur. Luculentissimum sanè est

60. testimonium, ipsi Josepho etiam coævum, de frequentissimo super-

⁵ Annal. 12. stitionum Astrologicarum (nam Astrologos, Chaldaeos, Mathema-

⁶ Histor. 1. ticos, idem genus hominum pariter veteribus dici nemo necit; adeoque Hebdomadis seu calculi Sabbatici, qui in eistam eximium,

uti superiùs ostensum est, obtinuit locum, usu tunc temporis inter

Romanos, quemadmodum & antè diu & apud alias gentes, recepto;

qui nec legibus abigi potuit. Atque hinc sanè facile est conjectari,

quam per alias gentes seu orbem Romanum tunc temporis fuit

⁷ De Tempo- usus ille diffusus. Et appositi scribunt Beda ^P & Isidorus ^q Hispalensis,

ribus, cap. 4. Gentilitatem credisse, in hebdomadica illa dierum juxta Planetas

⁸ Etymolog. distributione, habere se à Sole spiritum, à Luna corpus, à Marte sanguinem, à Mercurio ingenium & Linguam, à Iove temperantiam, à Ve-

ne voluptatem, à Saturno tarditatem, velut à diis quorum imperio
liberant. Adeò ut quidem sic tām Theologica etiam, quām Astro-
logica Hebdomadi inesset ratio. Sed non omnino quæ publicis ni-
tetur moribus, sed nugaci disciplinæ circumcellionum, qui levibus
& ineptis ingenii, ut ait Valerius¹, fallaci siderum interpretatione
quæstuosam mendaciis suis caliginem injiciebant. Hinc Saturnides
inauspiciatus, nec rebus aptus gerendis, ut ostensum est, habitus. Hinc
Gentilitatis moris, tametsi non superstitionis, etiamnum reliquiæ in
Planetaria apud Christianos dicrum denominatione. Atque sane
sive hinc sive fortè à simplici temporū calculo, nec sine instituto pu-
blico, sed non omnino sacra ratione, Hebdomadis invaluit antiqui-
tus Usus apud Gentes, quæ cum nec Christiani, nec Judæi sint, nimi-
num, nec Dominicum Dicem seu Solis, nec Sabbati seu Saturni diem
Festum habeant, adeoque non Festi ratione orbe hebdomadicō
utantur, eundem dierum ordinem in numerando etiam & citra plen-
arie Planetarum nomina servant. De Christianis gentibus pa-
lam est, quotquot earum locutione & scriptione vulgari Planetariam
denominationem retinent, eam è veteri illo Gentilium usu accepisse.
Nam notissimum est illud, stilo magis proprio atque Ecclesiastico,
Feriarum nomine, non Planetarum, ex veteri Sylvestri primi, ut pas-
sim creditur, Pontificis Romani instituto, dies hebdomadis, adjecto
numero, nuncupandos; quorum & sextus Parasceve non raro dici-
tur, uti primus Dominicus, & septimus etiam Sabbatum. Atque hac
de re videsis, quæ concessit doctissimus Barnabas Brissonius¹. Et
sunt quidem gentes Christianæ, quæ undique, nisi fallor, veterem
illam consuetudinem ita exuerunt, ut nullius Planetæ nomine in dic-
bus designandis, ne sermone vulgari utantur; quemadmodum Po-
loni, Bohemi, alii lingua Slavonicâ cognati, qui¹ Nedele & Niedzela
aut vocabulo affini, pro Dominico primum vocantes, proximum
postriduanum Dominico dicunt, tertium secundum, quartum ter-
tium & deinceps usque ad sextum, quem quintum nominant, id est,
quintum à postriduano inclusō, & demum septimum Sobota quod
Sabbatum est. Hungari item¹, sine Planetarum adjectione dies de-
signant. Græci etiam, opinor, dia est quod à Dominico^x secundam,
tertiam,

M m m

*Lib. I. cap. 3.**Ad L. Do-
minico C.
Theodos. sit.
de Spectacu-
lis.**A. Roman.
in supputat.
Ecclesiast. &
vocabular.
Trilingue
Pragense.**" Hieronym.
Magister. in
Thes. Poly-
gloto Verb.
Dies.**Theodor.
Gaz. lib. de
Menſib. ,
cap. 17.*

tertiam, quartam diem & deinceps numerare solent, Planetarum non minibus planè sepositis. At verò in Ecclesiæ Occidentalis regionibus plerisque ceteris, celebrioribus, puto, universis, denominatio illa invaluit Planetaria, quam, cum è Christianismo ipso manare ea nequiret, ex vetustissimis Gentilitatis moribus ortam propagatamque planè censendum est. Gentes quæ linguis utuntur provincialibus seu à Latina degenerantibus, veluti Itali, Hispani, Galli, vestigia cuique manifesta nominum Planetarum Romanorum eorumque antiquitatis in prioribus sex diebus retinent, Septimum interea Sabbatum vocantes Hispani & Itali, ut *Sammedy* Galli. Et Cambro-Britannorum etiam denominatio dierum, adeo Latinam redolet originem (sic ab amicis, qui eorum linguam callent, mihi observatum est) ut è Romanorum Paganismo in Britanniam eam defusumptam esse non sit quod dubitemus. At verò Germanorum, Belgarum, Danorum, Anglorum, nomina dierum vulgaria ut sunt à Latinis alienissima, ita & summa ac singularem sui atque Planetariæ apud gentes has denominationis adeoque Hebdomadis Astrologicæ usus vetustatem indicant. Ea ad hunc modum se habent

	Germani,	Belgæ,	Dani,	Angli.
Dies Solis	Sontag	Sundach	Sondag	Sunday
D. Lunæ	Montag	Maendach	Maandag	Monday
D. Martis	Dienstag	Dinghestach	Thisdag	Tuesday
D. Mercurii	Mitwoch	Woensdach	Onsdag	Wednesday
D. Jovis	Donnerstag	Donderdach	Thaarstag	Thursday
D. Veneris	Freytag	Vreydach	Fredag	Fryday
D. Saturni.	Sambstag	Sacerdach	Loffuerdag	Saterday.

Saturni quidem dies heic Germanis & Danis non ab ipso denominari videtur. Sed *Sambs* in *Sambstag* Sabbatum, puto, est, unde forsitan & *Samme* in *Sammedy* Gallorum. Et tralatitium est apud eos, quilinguarum cognationes observant, quamplurima vocabula Persica in lingua Germanica aliisque ei cognatoribus reperiri. Certe ut Judæi Sabbati nomen, tum pro hebdomade ipsa atque die septimo, tum in hebdomadis diebus singulis recensendis adhibere solent, ita &

ita & Persæ سنبه Sanbe^r; tametsi pro eo quod est Sabbathum in <sup>1. Iof. Scalini
per. lib. 1. de</sup> Pentateucho Tawasii Persico طه quod requiem denotat, pas-^{Emendatio-}
sim usurpetur. De Danorum autem **Loffuerdag**, Loverdag item <sup>ne Temp. pag.
8.</sup> & Loffuerdag dicto, sicut non uno modo scribitur, ait Isaacus Ponta-
nus², ita nec uniusmodi haberi possest ejus interpretatio. Qui ^{Chorograph.} Loverdag scribunt, videntur respicere vel ad Lorionem publicam, ^{Dania de-}
enio die vacarent, vel ad nuptiarum contractus. Post nimirum ^{scrip. pag. 798} acceperum à Frea nuptiarum auspicium. Vnde & Loven, Loffte &
Brayloff ^{de nuptialia adhuc apud Danos verba sunt.} Alii Lofferdag significare volunt diem purgationis. Alii aliter^a. Germanis item ^{Olaus Wor-}
Metarrii diem dici vides **Mitwoch**, id est, **septimanae medium**, quia ^{minus in Fa-}
initium, & finem pari respicit intervallo. At cetera nomina Planeta-^{plus Danicus,}
num esse, quorum in Gentilismo gentium illarum usus, non iniquum ^{lib. 2. cap. 15.}
est ut sentias. De Sole & Luna, res palam in omnibus videtur; licet animadvertis Pontanus, ^{Danos non, ut omnis fere hodie Germania,}
Son sed Soel dicere; ut scilicet hic primus hebdomada dies **Sondag** diceretur, quod esset quasi dies pacationis ac judicationis dominica. ^{Olaus Wor-}
Nam & hodie adhuc **Sone pacare Danis** dicitur. Ita etiam subdu-
bitando alii^b, qui interea Solem in Danorum **Sondag** contineri ^{minus ibidem.}
malint. Quod ad Martis diem attinet, qui & **Zinstag** Germanis seu A-
lemannis, & **Düssendach** & **Düs dach** Belgis nuncupatur; opinan-
tur viri docti, à Tuitionis seu Teutatis (quorum alterum habetur
apud Lucanum^c pro Deo Barbarorum, qui Septentrionaliores re- ^{Pharsal. 1.}
giones incoluere, alterum apud Tacitum^d pro gentis Germanorum ^{De moribus}
conditore) nomine, diei prænomen in linguas illas cognatas pariter ^{Germanorū.}
deflexisse. Atqui & aliæ sunt de illis sententiae, uti & de dici hujus
denominatione. Sed cum locum Martis inter præcedentes sequen-
tesque occupet prænomen illud, vix dubito quin pro ipso Marte an-
tiquitus sumeretur. Mercurius autem **Wodan** aliisque, quæ proximant,
nominibus dictus est; & Danis **Othbin**; unde **Othinsdag** in
Onddag contractum. Certè dum de Paganismi hisce in regioni-
bus Theologia loquuntur subinde Scriptores veteres^e, **Wodan** ^{Adam. Bre-}
Martem nuncupari, aut saltem officium ejus ab illo præstari solitum, ^{men/is histor.}
^{Ecclesiastic.} ^{cap. 233.}

^t De G. f.
Longobard,
lib. i. cap. 9.

Sed tunc Mercurium cum fuisse disertè assérit Paulus Warnfredus^f, tum ea de re testimonia sunt quamplurima in annalibus Anglosaxonicis, id est, de Saxonum, qui in Angliam sedes transstulcre, rebus gestis, moribusque conscriptis. Ubi de primo Horsl & Hengisti, qui Saxones in hanc insulam secum duxere, atque Vortigerni Regis Britonum colloquio verba faciunt Annalium illorum autores, qua-

^{t Apud Mat.} Apud Mat. svit, inquiunt ^g, Rex ab eis, quam fidem, quam religionem, patres eo- Wifmona- feriensem scilicet Saturnum, lo- in Florilegio, nem, atque ceteros, qui mundum gubernant, colimus, maximè autem a.d. 450. alii.

Mercurium, quem lingua nostrâ Woden appellamus. Huic patres nostri veteres dedicaverunt quartam feriam septimana, qua in hunc hodiernum diem Wodenes day appellatur. Id est, poden-

dæze, si locutionis Saxonicae veteris rationem habeamus. Scilicet

^{b Leges. Ed-} dicebant ^h funnandæze, monan dæze &c. pro Die Solis, Die Lune. gari Regis, cap. 5. Hunc innuit & Tacitus ⁱ; Germanos ait ille, Deorum maximè Mer-

^{j De Morib. Germanorū.} curium colunt, cui certis diebus humana quoque hostiis litare fas ha- bent.. Herculem & Martem concessis animalibus placant. Pars

^{k De bello Gallico lib. 6.} Suevorum & Isidi sacrificat. Quod ideo libentiis citavimus, quia

hinc discimus deos quidem hos, adeoque Planetarym nominata tunc fuisse Germanis sua, nec adeo contracta, ut vult Cæsar, qui, cum non explorata ita ei esset eorum religio, Deorum numero, inquit ^k, eos so- los ducunt, quos vident, Solem Vulcanum & Lunam.. Reliquos nef- mā quidem acceperunt. Sed falsò, uti & rectè notat Lipsius ad Ta-

citum.. Et Wodenum jam dictum diu etiam à Paganis post Christia-

nismum in regionum harum nonnullis disseminatum, cultum esse

^{l lib. i. cap. 2.} memorat Ethelwerdus ^l. Nec raro in annalibus nostris obiter, alias pro Mercurio Gentilissimi Saxonici sumitur. Sic & Thonner, Donner,

^{m Adam Bre- & Thor.} pro Jove accipi solet, unde dies ejus inde denominatus. mens. bijs. Ecclesiastic. cap. 233. Haud alium fuisse à Tarani apud Lucanum, existimant aliqui. Frigga verò, Fricco, Frea, seu Frecca, unde Frie & Brey in prænomine dici Veneris, pro Venere passim apud Scriptores sumitur. Et in Hengisti

^{n Apud Mat.} ad Vortigernum oratione ⁿ; Post illum (Wodenum) colimus deam Wif. in Flo- rilegio, ann. inter ceteras potentissimam, vocabulo Fream, ex cuius vocabulo 450..

Sunday (id est, spiccan dæze) appellamus. Tam de hac dea quam Wodeno

Wodeno Gulielmus Malmesburiensis ^o; erant (Hengistus & Hor- ^{o De gestis}
fa) abnepotes illius antiquissimi ^o Woden, de quo omnium penè barba- ^{Reg. Angl.}
raventum regium genus lineam trahit, quemq; gentes Anglorum
Deum esse delirantes, ei quartum diem septimanæ, & sextum uxori
eius Frea perpetuo ad hoc tempus consecraverunt sacrilegio. Saturni
autem nomen pene ipsius Latinum à Belgis & Anglis retinetur in
septimo. Et de his & cunctis, vide plura si vis apud Gulielmum Cam-
denum ^P, Olaum Wormium ^q, Isaacum Pontanum ^r, Philippum ^s ^{Britan. pag.}
Cluverium ^t, alios qui de Septentrionalium moribus agunt. ^{97.}

Hinc autem liquet non minus in populorum Septentrionalium, ^{q In Fæf.}
quam Australium veterum Gentilitate seu Paganismo denomina- ^{Daniscu. lib.}
tionem dierum Planetarianum Hebdomade obtinuisse. Neque ^{Chorogra-}
minum est, tanta diversa Septentrionalibus fuisse à Latinis aut Græcis ^{phic. Danic.}
hæc sive Planetarum sive Deorum nomina. Nam satis quidem di- ^{descript. pag.}
versa sunt ipsa Latina ab eis, quæ Græcis vulgo recepta. Etiam & Græ- ^{797. &c.}
cis ipsis pariter fuere nomina diversissima, uti & Ægyptiis. Saturnus ^{Orig. Frat-}
tum Græcis etiam, tum Ægyptiis, qui Græcâ linguâ uterentur, dictus ^{cic. lib. 6. c. 1.}
est Phœnon ^t, sed ipsis Ægyptiis (si fides Planetarum nominum de- ^{1 Germania}
scriptioni Româ ad Claudiū Salmasiū missæ, quanis typis numeris ^{Aniqua. lib.}
edidit V. præstantissimus Ludovicus de Dicu ^u, nunc etiam in Atha- ^{1. cap. 26. &c.}
nasii Kirchneri Prodromo Copto ^x Romæ evulgatam) Rephan, at- ^{Mars. Ca-}
que, ut alii, Nemesis Stella; Jupiter item, Phacton, & ab Ægyptiis ^{pella lib. 8.}
ipsis Pizeus, &, ut alii, Osiris Stella; Mars, Pyroeis, & ab Ægyptiis ^{Achilles Ta-}
ipsi Moloch & Stella Herculis; Sol Ægyptiis ipsis Pire; Venus ^{ius Iagob.}
Phosphorus, & Ægyptiis ipsis Surot; Mercurius, Stilbon, Ægyptiis ^{in Phenome-}
ipsi Piermes & Apollinis Stella, & Luna Ægyptiis ipsis Pia. Quin ^{na. Et Firm.}
& nomina Planetarum alia atque alia sunt, atque à Græcis Latinisque ^{Masbef. lib.}
diversissima Arabibus, Ebrais, Polonis, & qui linguae Slavonicæ pro- ^{1. cap. 2. &c.}
paginibus utuntur. At & aliæ quidem atque aliæ nominum ratio- ^{Animad-}
nes. Atque ita fuere olim à ceteris diversa Germanis & Saxonibus ^{Gers. ad 18.}
seu septentrionalibus sub Cauro positis Planetarum vocabula, prout ^{Apof. cap. 7.}
in dierum nominibus supra ostensis; licet nunc, Sole & Lunâ exce- ^{Gers. 43.}
ptis, Latinorum nominibus in idioma suum deflexis, ubi de Planetis ^{Cap. 5. pag.}
simpliciter loquuntur, uti soleant. Et de reliquiis Gentilismi ex Heb- ^{147.}
domadis.

M m m 3.

domadis usu ac Planetaria denominatione apud gentes Christianas,
haec tenus. Jam verò in Oriente alibique sunt, Mahomedani complu-

<sup>1 Videsis 10-
seph. Scaliger
lib. 1. de E-
mend. Temp.
pag. 8.</sup> res, qui etiam absque denominatione ⁷ Planetariâ (utcunque Plane-
tarum ratio Astrologica interea ipsiis habeatur, & subinde etiam in de-
nominatione usurpetur) Hebdomadem in diebus enumerandis re-
tinent.

Nec tamen cum Judæis diem Saturni, nec cum Christianis
diem Solis Festum habentes. At interea in die Solis Hebdomadis
initium ponunt & ipsi: id est, Hebdomadem, quatenus Hebdomas
est simplex, sine Festivitate in termino ejus ullâ servant, qua
de re vide, quæ superius occurunt sub calcem capitis vigesimi. Ara-
bum, Turcarum, Persarum Hebdomadem statim damus, quatenus

<sup>2 Pandect.
Turcic. cap.
11.</sup> scilicet ex Joanne Leunclavio ², Josepho Scaligero ³, Hieronymo
Megisero ⁴, aliquotque etiam Orientalium ipsorum monumentis
eam didicimus. Et Mahomedes Alfraganus *Dies*, inquit, *Arabum*,

<sup>5 De Emend.
Temp. lib. 1.
pag. 8.</sup> quibus numerant menses, sunt septem, primus, secundus, tertius,
quartus, quintus, *Dies congregationis*, *Dies Sabbati*. Retinent qui-

<sup>6 Thes. Poly-
gloss. Verb.
Dies.</sup>

<sup>7 Astronomic.
Elem. cap. 1.
edit. Christ-
manni.</sup>

Arabes.

يَوْمُ الْأَحَد Dies 1.

يَوْمُ الثَّنِي Dies 2.

يَوْمُ الْثَالِث Dies 3.

يَوْمُ الْرَّابِع Dies 4.

يَوْمُ الْخَامِس Dies 5.

يَوْمُ الْجُمُعَة Dies Giuma

جَمِيعُ لَيْلَتِيْنِيْنِ Dies Sabbati. يَوْمُ السَّبْت Giuma postriduanus.

Persæ.

يَكْشِنَه Dies 1. seu prima Shanbe.

دو شنبه Dies 2. seu secunda Shanbe.

نمیشان Dies 3. seu tercia Shanbe.

Turcæ.

بَنْرِ كَوْه Dies mercatus.

بَنْرِ لَيْشِي Dies mercatus postri-
duanus.

صَلَب Salli.

دَرْشِنَه Dies quartus.

بَسْتَنَه Dies quintus.

جَمِيع Giuma.

جَمِيع لَيْلَتِيْنِيْنِيْنِ Giuma postriduanus.

יום רביעי Dies 4. seu quarta Shanbe.

יום חמישי Dies 5. seu quinta Shanbe.

יום שישי Adina.

יום שבת Shanbe.

dem Arabes ipsum Sabbati nomen, quod Ebraeum est, pro die septimo. Neque, opinor, in Persica, Hebdomade $\pi\alpha\mu\tau$ aliud, quam Sabbarum denotat, quæ eo vocabulo, ex Ebraeorum usu, designantur & Hebdomas ipsa, & ejusdem dies. Sed palam est primum orbis Hebdomadici diem esse diem Solis etiam gentibus hisce, quæ nec ipsum nec præcedentem Festum habeant, adeoque nec è sacrorum ratione, sive terminum, sive initium Hebdomadis figant. Unde igitur illis mos hic, nisi ex intima vetustate, quæ primò illum sive ex Chronologica aliqua, sive Astrologica disciplina induxerit? Absolum enim est existimare, ex Judaismi ritibus, quos satis plerunque aspernati sunt, & in cultu Sabbati planè rejecere, seculis Josepho recentioribus morem illum enatum. Et ritus Christianismi, illos hac in re imitatos esse, nisi simùl Festum, quod die primo celebramus, etiam receperissent, vix queo suspicari. Quin & ex superiùs adductis liquet, Orientis nationes fuisse è quarum scitis Hebdomadicus dierum calculus Astrologicus in Græcos & Romanos Occidentisque populos reliquos diffusus est. Atque & inde dubitari nequit, quin apud illas vetustissimus fuerit. Neque interea magis sequitur, festum illis ideo fuisse septimum diem, ob calculi solum usum, quam trecentesimum sexagesimum quintum diem anni, aut vicesimum nonum aut trigesimum mensis festos fuisse. Qui tamen in calculo & Chronologico & Civili etiam, uti hodieque, semper ferè in usu. Quod similiter de aliis in calculo periodis sine festivitate dicendum. Cum autem festus non esset dics septimus Gentilibus illis priscis, è quorum usu in secula posteriora enumeratio, tum simplex hebdomadica, tum Planetaria in Oriente, & in Occidente Planetaria manavit; anno publico olim

co olim apud illos nitebatur orbis hebdomadici observatio qualis cunque se uicili etiam instituto , an disciplinâ tantum Astrologicâ, pro libitu , ut fieri solet , privatis receptâ ? Certè ex utraque ratione in Oriente , extra Judæos , diu etiam ante Josephum , Hebdomadis usum fuisse forte existimandum. Ita proculdubio existimarent illi, qui sive Adæ, sive Setho Hebdomadici calculi initium atque institutionem tribuunt , de quibus suprà⁴. Argumento etiam videntur esse, quod simplex enumeratio dierum Hebdomadica, sine Planetariâ, adeo eis in usu fuerit , ut ex intima vetustate etiamnum retineatur. Accedat heic in Sinensium ipsorum Paganismi Fastis acci- vili temporis calculo , observationem Vetustissimam hodieque esse hebdomadis recurrentis eodem modo , ac ordine , quo apud alias gentes , citra tamen Festivitatis alicuius rationem , quam aut à Mahumedianis in Oriente didicisse , aut longè ante Mahumedinum à majoribus (quorum moribus , in hisce, non dissimiles fuisse aliarum in Oriente gentium , non iniquum est conjectari) ac seculis Josepho vetustioribus accepisse eos opinandum. Fide dico Patrum è So-

⁴ Litera è re- cietate Jesu, qui hac de re expressum^c in literis ad Claudiū Aquav- gno Sinarū, vam ejusdem Societatis Præpositum Generalem. Verba sunt. Sine ann. 1610. C^o 1611. Ant- constellationes numerant octo & viginti, que singula proprium ha- verpia 1615. pag. 131. bent characterem. Hi quoque characteres singuli cum singulis Pla- netis componuntur. Planeta ergo cum septem sint singuli quatuor ha- bent sibi adjectos characteres, quod ad amissim respondet numero no- stri Cycli Solaris. Nam quoniam singulis Hebdomada diebus unam ex his constellationibus cum Planetarum uno componunt, hinc fit ut quatuor illi constellationum characteres, qui Soli sunt addicti, perpe- tuò in diem Dominicum incident, quatuor Luna in secundam feriam, Martis in tertiam, atque ita deinceps. Dixi perpetuò. Nam cum apud Sinas intercalans dies nullus inseratur, ipsæque constellationes sint quaternæ, & evoluto constellationum numero, à capite ex integro inchoetur à primo, ipsi quoque hebdomadarum dies perpetuò pro nu- mero Planetarum Septem numerentur, hinc fit ut illi quatuor cha- racteres constellationum singulis addicti Planetis in unum eun- demque semper diem indicant. Hi porro characteres cum in dies singulos

angulos in Fastis Sinensibus applicati reperiantur, fit ut Neophyti (Sinenses quotquot sacro imbutilavacro) si quatuor morint Soli addicatos charakteres, quos ipsi sun fam hium mad vocant, nullo negotio ex suis iporum Fastis Dominicum Diem explorent, quo in sedem sacram conveniendum sciant. Et quantum video, à quater millibus abhinc annis aut circiter, hanc, uti alia in temporum calculo, Calendarii seu Fastorum publicorum rationem petunt. Atque ita etiam apudipso in extremo Orientis positos, ex intima vetustare habes usum civilem non tantum Astrologicum, tum ordinis hebdomadici, tum Planetariae denominationis, in qua & qui Soli tributus, est dies primus (quod forte, ut Synodi Palæstinæ^f Patres olim, ex historiæ creationis auditâ sic esse sibi probarant) & Lunæ secundus est, ceteraque deinceps sequuntur ut in hebdomade vulgari. Sic de Orientis populis statuendum videtur. Non item de Occidentis. Tunc^g Græcis tum Romanis civilem Hebdomadis usum fuisse in Paganoismo nullum, ostensum est suprà; sed tamen Astrologicum. Qui,^{79.} postquam Christianismi, diei Dominici gratiâ, Hebdomas in Fastis invaluerat, etiam Civilis factus est; utpote ex more vulgi, Astrologiæ rationibus plus æquo antè dediti, sic desumptus. Quod manifestum est ex eo quod Planetariae hebdomadis usus civilis ex seculis illis priscis inter gentes Occidentis tot Christianas, quæ orbis fuere Romani, propagatus sit. Nec aliter, opinor, dicendum de Septentrionalibus illis populis seu sub Cauro positis, qui, tametsi Planetariam haberent & ipsi Hebdomadem, quæ etiam haec tenus in usu est Germanis, Belgis, Anglis, Danis, aliis, eam nihilominus in civilem temporum calculum seu Fastos ante Christianismum non videntur recipisse. Beda Anglosaxo^g annorum ac mensium, adeoque temporum calculum majoribus suis, antequam Paganismum exuerant, in usu diligentius docet; Menses eorum aliquot item nominibus deorum ritibusque Paganismi signatos ostendit, veluti illum qui Martio responderet jñhedmonap dñctum à dea illorum Rheda, Aprilim Eostup monap, qui nunc, inquit, Paschalis mensis interpretatur (unde & Paschatis tempus hodieque Easter Angli vocamus, ut & Alemanni Osternag; neque aliter in Beda heic depravaro legendum)^h

N n n

dum) à

^f Apud Be-
dam in lib.
de Aquino-
rio Vernali,
^g in Tom. I.
Concil. Edis.
Bm. 1618. p.

^h De Tempo-
rum Ratione,
cap. 13.

dum) à dea cognomine, & Septembrem Halizmonab seu *Mensem sacrorum*, & Novembrem Bloðmonab *Mensem immolationum*, à Bloð quod *sanguis* est. Initium item anni illis fuisse ait in **VIII** kl. Januarii seu ipso Decembris Juliani, Giulii dicti, die **xxv**, quem

¹ *Videsis Iof. Modjanecht id est, matrum*, ut inquit ille^h, *noctem* appellitarunt. *Scalig. de E-* Persequitur etiam ⁱ concordiam Maris & Lunaë, & juxta quidem *m. n. Temp.* lib. 2. pag. 162. *jus motum*, maximè autem iuxtra illius fluxus refluxusque, quos pro

ⁱ *Bed. de Ra-* incrementi & decrementi varietate *Maëlinas* nuncupatos ait & *sione Temp.* *Leðonef*, majoribus suis menses in dics tributos, nunc septenos, *cap. 27. Et* ⁱⁱ *nunc octonos, alternante successu*. *Quia in re totius temporis ratio-* *lib. de Naru-* *Rerum*, nem cis constitisse vult, unde & cyclum illorum Lunare in hausit *Jo-* *cap. 39.* *sephus Scaliger^k*. At de Hebdomadico recurrenti perpetuo dierum

¹ *Loc. citat.* *Orbe aliquo apud eos non omnino loquitur Beda, tametsi de Hebdo-* ^{Et videsis.} *madis Planetaria denominatione à Gentibus adhibita non semel* *Bronys. Pe-* *alibi generatina loquatur, ut & ante memoravimus*. *Et de antiquo-* *Temp. lib. 2.* *rum Anglorum tempotum ratione sic verba facturus distinet in-* *cap. 70.*

Neque mihi videtur congruam alias arum Gentium annalem ob- *servantiam dicere, & meæticere*. Quasi vellet indicare, in usu *civili ac Fastis Anglorum veterum, seu Saxonum, adeoque aliorum* *eisdem moribus in vicinia utentium, omnia qua subdit, nec alia lo-* *cum obtinuisse*. Neque igitur Hebdomas eis civili seu publico in *usu, sed tantum Astrologico, aut si vis, Theologico, quæ hic, subinde* *cum Astrologico, nondum in publica sacra aut Fastos recepto, penes* *Gentiles confundebatur*. Id est usu non dissimili ab eo, qui inter *Græcos ac Romanos, ut ostensum est, ex disciplina Astrologica, circa* *institutum publicum, invaluerat*. Nec interea miretur quis, discipli- *nam, qualem diximus de Hebdomade, Astrologicam adeò per tot* *orbis terrarum populos olim disseminatam esse*. Nam illud non *magis mirum quæ Medicinæ artem & sacros Orientis ritus per Oc-* *centem diffluxisse*. Scilicet *Ægyptiorum* (uti & par est credere *ceterorum, quorum illi sive magistri sive discipuli*) mos erat *Sacros* *ritus, Medicinæ præcepta, & Astrologica simul eisdemque in libris* *consultò tradere*. Rem quidem tangit Ptolemæus^l. Sed expressius *vetus ad eum Scholia festes; οἱ ἀρχαὶ τοιεντες τὰς αἴσθητας τῆς τοιαύ-*

¹ *Terrabib.*
lib. 1.

της ἀγνόιας συκοδεια μὲν τὰ ιατρικὰ Κυπετέχων, οὐδὲ γέ τε αἱρολογητὰ καὶ πελεσικά, ἀλλὰ ἄμα πάντα συνέγεγνων. ἵνα τὰ συγγενῆ καὶ ἐφεξῆς περιγράψαι, εἰς τὸ ὅ αὐτὸς εἰδὼς μὴ παρεῖταις ἀγνόιας τὸν κοινῶν ὕτον, αὐτοῖς τοῖς θεοῖς τοῖς μὴ διώσθηται. *Aegyptii causam cognoscentes istius ignoracionis* (namīrum quā nec per Astrologiam plurimi hominum, artem interim obtendentes prævidere, nec aut per medicinam, aut per factos Diis ritus peragendos præcavere poterant) non Medicinam & Astrologiam & Ritus Sacros seorsim composuerunt, sed omnia simūl conjunxerunt. *Vt scilicet res cognatas & serie quadam coherentes uetus idemque sciens, per ignorantiam eorum, que stain vicem communia fuere, malis imminentibus resistere minimè requireret.* Ita Medicinam simūl Astrologiam & Theologiam imbibuerunt, sicut curiosiores. Neque harum aliquam sine reliquis. Unde facilius evenit multò ut hebdomadis Astrologicæ usus passim invalesceret, sicut reliquæ duo. Et de Theologia Gentilium cum Astrologia sic olim subinde conjuncta, testis est luculentus Julius Firmicus^m. Is de Astrologi qualitate verba faciens, *Antistitem*,ⁿ inquit, *Solis & Luna & ceterorum deorum per quos terrena omnia gubernantur, sic sportet animum suum semper instruere, ut dignus effetantis ceremoniis, omnium testimoniorum comprobetur.* Astrologus omnia deorum antistes habitus. Sed ex artis disciplina, non ex instituto publico. Unde & conqueritur Sextus Empiricus^o suo in *Adversus Mathematicos*, lib. 2. cap. 33. *quod à Josephi vix dissitum, Astrologos τοιχίως ἐπηρεάζειν τοὺς θεοὺς λόγον ἔνεγγεν, diversimode magnam vite humana afferre injuriam & in nobis magnam fruere superstitionem, neque quidquam permittentes agere ex recta ratione.* Atque adeò apud Gentiles invaluisse Astrologiam, Theologiæque sic commissam esse, minus dubitabit, quisquis observaverit etiam inter Christianos fuisse, dum superioribus seculis Astrologiæ judicariæ deditiores erant, repertos viros sanè eximios, qui ratione Astrologicâ tantum, non omnino sacro aliquo obtentu, die Saturni seu septimo illo quolibet, laboribus vacandum etiam Christianis, voluere. *Joannes Franciscus Picus^p, Rogersius Bacon, inquit, eo usque evectus est, ut scribere non*

Non 2

^{De rerum Præmissione,}
^{lib. 3. cap. 7.}

re non dubitarit, errare Christianos, qui die Sabbati non ferientur, & ab opere vident ritu Iudeorum, cum sit ea dies Saturni parum commoda rebus agendis. De celeberrimo loquitur illo Rogerio Bachone Anglo, qui Sectæ Franciscanæ ante C C C X L amplius annos Philosophus, Theologus, Mathematicus floruit per insignis. Quid

^{¶ Apud Gu-} quod etiam sub id tempus non decesserunt, qui [¶] ipsum Judaicum dici
^{lilem. Par-} cultum Saturni gratiâ, quemadmodum & conjectabat olim Tac-
^{sicensem, lib.} de Legibus, tus [¶], habitum, existimarent, Christiani quidem, sed nugacibus A-
cap. 4. ¶ 20. strologorum scitis fanaticè dediti. Mitto qui ex ipso Schemate tum

^{¶ Histor. 5.} Munditum Jesu Christi natalitio, quem frustrâ sibi fingunt, ex Ma-
^{Summa An-} gnis conjunctionibus, atque ex imperii, si diis placet, Planetarii suc-
^{glie. Tract. 1.} cessione, mira etiam de Theologiae ac Religionis statu mutatione-
Diss. 1.

^{¶ Elucidario} que superioribus seculis scire videri ac prædicere auderent; ut Joan-
^{Astronomia} nes ille Esquidus dictus [¶], seu apud illum alii, Petrus de Alliaco [¶], Hie-
concordia. ronymus Cardanus [¶], alii similes. Scd de hisce satis superque.

^{¶ Ad Ptole-}
^{mai Quadrin-}
^{paris, lib. 4.}
^{diss. 54. ¶} Scopus Flavii Josephi in verbis illis, quorum gratiâ hactenus disputatum est,
^{Videsis Sexti} eiusque vera ibi sententia de More Hebdomadis, quem ad gentes univer-
^{Serensem Bi-}
^{blioth. lib. 6.} las aut pervenisse..

^{annot. 10.}

^{¶ Lib. 2 ad-}
^{Gesu sus Apio-}
^{ucm.}



Am verò, ut ad ipsa Flavii Josephi verba, de quibus quæstio instituta est, tandem revertamur; animadver-
tendus est eiusdem ibi [¶] Scopus, unde sanè mentem ejus quæ vulgo accepta totius antiquitatis fidei palam renitur, non obscurè per quam veritati consonam esse patebit. Sci-
licet præter dignitatem & vetustatem Mosis, Ducas, Doctoris, Legis-
latoris Iudeorum singularem, dum in Apiones, Molones, alios gen-
tiles ibi scribit, suminopercleges seu jura eorum collaudans, ea antè alia, universis hominibus in pretio habita esse tradit; Philosophos item veteres de Deo aliisque vitæ rationibus sententias aliquot do-
ctrinæ Mosaicæ non dissimiles amplexos esse; etiam & cultum Ju-
daicum seu religionis eorum aliquot ritus Gentilibus eousque pla-
cuissè, ut tametsi suosib[il] peculiares haberent, Iudaicorum tamè à longè imitatores seu amantiores interea sepalam ostenderent, dum ex eis

et eis mores aliquot, utcunque Judaicis non satis consonos, sibi adsciscerent, adeoque etiam ipsum Hebdomadis seu diei septimi (in quo labore vacabant Judæi, non item Gentiles) morem qualem superfuisse demonstravimus, item Jejuniorum, Luminum accendorum, animalium aliquot abstinentiam. Verba ejus ibi perpendenda: οὐ φημῶν, inquit, διηλέγυχθησαί νόμοις καὶ τοῖς ἄλλοις ἀπεσταθεῖσιν δεῖ νοῦ μᾶλλον αὐτῶν ζῆλον ἐμπεποίηκαστον πρῶτον μὲν γὰρ οἱ παρεῖταις Ἐλλησ Φιλοσοφίσσαντες ταῦτα δοκεῖν τὰ πάτερα διεφύλασσον, εἰ δὲ τῷ περίγυμαστι καὶ τῷ Φιλοσοφεῖν ἀκείνῳ κατηκόλεθησαν. Ὅμοια μὲν τοῦ θεοῦ Φρονεῖτε, ἔντελέαν δέ βίον καὶ τὸ πρὸς ἀλλήλας κειμενίαν διδάσκοντες. Et nostrum causā accusari solent leges, (ita vertendum; non, ut interpres, *Anobis itaque declarata sunt leges, quod ibi nihil est,*) etiamque hominibus ceteris universis zelum seu imitationis cupidinem, seu honorem sui prae aliis induxerunt. Primum enim qui apud Graecos philosophati sunt, vissi quidem sunt iurapatria observare, ipsis autem vite actionibus seu revera atque inter philosophandum, illius (id est, Mosis) sequaces fuere, similia de Deo sentientes, & vitam frugiarque ad invicem communionem edocentes. Hæc statim sequitur, εἰ μὲν ἀλλὰ καὶ ταῦθεστιν ἡδη πόλις Κρήτη γέγονεν εἰκασθεῖσας ἐνοεῖταις, quod mihi sonat, quin etiam hominum vulgo zelus non exiguis evenit, à longè nostri cultūs: id est, cultum nostrum tanto habent in pretio, ut imitari videantur, tametsi ab eo, qui verus est, nimium exorbitent. Hisce dein proxima sunt verba de Hebdomadis usū supra allata. Neque verò est, inquit, civitas aut gens ulla sive barbara sive Graeca, ad quam μὴ τὸ τῆς ἑδομάδος, λοιπὸν ἀργυρόδρυιμον ημέας, τὸ θεοῦ & Αἰτίας Φοίτηκεν Hebdomadis seu diei septimi, quem laborum vacatione celebramus nos, consuetudo non pervenerit, εἰδούσης (sic enim p̄ergit) καὶ λύχνων ἀνακαύσεις καὶ τοσσὰ τῶν εἰς Βρῶσιν ἥμιν & νεομητισμίνων παρεχετήσηται μημεῖδος δέ τοι περάντας καὶ τῶν πρὸς ἀλλήλας ημῶν ὅμονοις καὶ τὸ οὖταν ἀνάδοσιν καὶ τὸ Φίλεργον σὺ τὸ πέχοντος παρεχειρόν τοι τὸν νόμον ἀνάγκης & Lejunia & Lumina accensa & multa circa ea, quæ nobis comedere nefas est, observantur. Conantur verò imitari mutuam inter nos concordiam, aquam rerum distributionem, industriam in artibus, & constantiam, quoties-

pro legibus ad necessitatem aliquam adacti simus &c. De Philosophis locutus est, de aliis item gentilibus, qui sive leges sive dogmata, de Deo vitæque ratione, aliquot Mosaica aut amplexi sunt, aut, zelo eorum qualicunque ducti, sunt imitati. Similia de Deo, inquit, sentiebant Philosophi Mosis sequaces. Idque de Legibus expressim dixerat, zelum easfui hominibus universis ceteris induxisse, tametsi ob odium gentis, ipsæ interea ab adversariis accusarentur. Et hæc scimus, Leges eorum tum Morales tum Judiciales, velut exempla, à quibus gentes aliae fuerint edoctæ, non raro sumi. Quemadmodum autem simpliciter primò dixerat, Leges Judæorum zelum sui hominibus universis aliis induisse, ita statim id ipsum de Eusebio, Cultu Ceremoniis seu Ritibus sacris, sed cum temperamento, subdit. *Quin & vulgo hominum*, inquit, seu quamplurimis zelus insignis evenit ēn manibꝫ tñs ἡμετέρas εὐσεβίas a longè cultūs nostri. Nonita quidem Ceremonias nostras sacras seu Cultum amplexi sunt Leges & Philosophiam. Attamen etiam Cultum seu Ceremonias nostras à longè imitati sunt alias, ut videre est in Hebdomadis (qua

^a Vide Senec. lib. de Vita Beata, cap. 27. Lipsium Elest. 1. cap. 3. Forenna. Scacchii Sa- crorum Eleo Chrysost. 1. s. cap. 6. animalium aliquot abstinentia. Licet eodem modo, quo nos animalibus, non abstineant, nec Lumen eodem modo seu ritu accendant, nec Jejunia celebrent, nihilominus in hisce omnibus suo modo observandis ēn manibꝫ wñ tñs ἡμετέρas εὐσεβίas, ἔνδοξος sed à longè; seu qui non ita rei ipsi proximat, ita tamen ut, dum in horum observatione longè à nobis dissiti sunt, nostrorum rituum, utpote omnium vetustissimorum, quadam tenus se imitatores non obscurè nec illibenter præbeant amantesque. Quod & de Hebdomadis usu dicendum. Scilicet Septimo quidem die seu Saturni laboribus vacamus Nos. Vacatio illa cultūs nostri pars est. Cultum ejusmodi licet in aliarum gentium instituta receptum esse non repemus, uti nec in Calendaria seu publica temporis apud Græcos aut Romanos monumenta periodum dierum septem transisse, ipsius tamen Hebdomadis seu diei septimi recurrentis observationem seu motrem (id est τὸ τὸ ἑδομάδος ἔθος) ad gentes populosq; universos utrumque

que pervenisse scimus, atque tam in disciplinis, quibus summopere incumbunt Gentiles, quam in hominum vitæ functionibus, tametsi non in publicis ubique temporum monumentis, locum primarium obtinere, & demum Gentiles ipsam periodum nostram septem dies num sacram, sed quidem à longè, dum dici Septimi cultus, cuius gratia nobis est in usu, ab illis prætermittitur, imitari. Horum quidem zelo ducti à longè sunt imitatores. Alia etiam nra imitari contendunt, ut concordiam, industriam, constantiam. Hic, nr fallor, est Josephi eo in loco sensus. Interpreti ejus η ἡ μάκρη tempusib[us] designat. Nam olim vertit. Alii itident à longo tempore substituunt. Ego potius à longe, notione jam ostensâ. Quod vero interead rem ipsam attinet, ex jam disputatis, opinor, est manifestissimum, locum illum, utcunque vertendum, non omnino de Gentium aliarum cultu Sabbatico intelligendum esse. Mores hac de re gentium aliarum suprà exploravimus. Ad eas ipse Josephus, velut ad rei totius & Judices & testes provocat. Αὐτὸς γέ τοι εἶπες οὐ inquit, τὴν πατερόθεα καὶ τὸν οἰκου θεοσκεπτὸν τὸν αὐτὸν τοῖς ιταῖς ἐμὲ λεγούσθοις. οὐδὲ τίσθαι. Quilibet suam patriam domumque inspiciat. Certè ita non recusabit jam dictis fidem adhibere. Si sensu nostro locus intelligatur, certum, opinor, esse ipsos, ad quos ipse sic provocat, Græcos scilicet & Romanos, Orientales Occidentalesque, gentes de- mūn ei cognitas universas, Hebdomadis usum sibi receptum fuisse asserere, adeoq[ue] dictis eius præbere assensum tunc voluisse. At verâ si de Cultu capiatur Sabbatico in Gentium instituta recepto, non solum non universæ gentes assensum sic appellatae præbuissent, sed nec etiam usla fuisse comperta, quæ mendacii cum manifesti non meritisimò coarguisset. Et de Jure tam Naturali, tum Gentium, ex disciplina Ebræorum, quantum ad Sacrum.

Cultum ejusque ritus attinet,
haec tenus.

Libri Tertii.

F I N I S.

DE

DE
JURE NATURALI
 ET
GENTIUM
 Juxta Disciplinam
 EBRÆORUM,
 LIBER QUARTUS;

Homicidii Interdictum Naturale (quod Noahidarum seu omnium hominum communis Iuris Illustrioris Caput est Tertium) cum Temperamentis suis, Limitationibus atq; Exceptionibus apud Ebræos ; Jus item Gentium, quo, apud illos, Caput hoc commissum , explicat : adeoque Jus apud eos Tutela sive sui sive aliorum , etiam ex vim inferentia cede, Jus item singulare Zelotarum. Excommunicationis insuper ac Hominis devovendi, seu Anathematis Jus, quæ cades humana sive inde revera permis sa, sive permitti à nonnullis credita ; Jura item Asyli, tum in Urbibus Levitarum, tum in Altari ; Jus vindicis Sanguinis ; alia ejusmodi.

C A P . I.

De Scelere Homicidii voluntarii. Ejusdem Genera , & Poena tum Celestis sum Forensis ; Ordinaria, Extra ordinem. Nefas abortum inferre, factum in utero extinguere, liberos exponere. Iuris discriminatio, quoad Poenam, inter

inter Originarios, Proselytos Justitiae, reliquosque ritè Circumcisos, & Proselytos Domicilii seu Gentiles in ditione Ebraica degentes. *De Vindictis Sanguinis, ex jure cognationis, potestate.*



Stenso, libris proximè superioribus binis, quid senserint docuerintque Ebraei veteres de duobus Juris Noachidarum capitibus Prioribus, quæ sunt בֵין אֲרָם לְמֹרַם seu *inter hominem & Numen sanctissimum*, id est, cultum divinum ejusque ritus spectant, id quem quæ simpli-
citer Naturalia sunt seu Universalia, tum quæ sive Imperativum sive
Interveniens Ebraëis aliisque Gentibus Jus eis accessit seu commi-
stum fuit, sequitur ut transeamus ad capita ea, quæ sunt בֵין אָדָם לְחֶבְרוֹן *inter hominem & proximum suum*, id est, quæ mutua hominum in-
ter se officia complectuntur. Ita scilicet dicta, quia in ejusmodi offi-
cii maximè cernuntur; tametsi etiam obedientiam Numini præ-
standam habeant conjunctam, & nonnulla insuper in eis contineantur,
quæ simpliciter duntaxat Numini obedientiam exigunt, veluti
simplex cædis sui interdictum, ut mox ostenditur. Horum Primum
est, (sed in enumeratione omnium simul Tertium) *על טפיכות רמייס* (*de Effusione Sanguinis*), quo nomine Generi humano Homicidium
interdictum. Qualisnam autem eis fuerit sensus ejusdem Interdicti,
tam quæ Naturale est, quam quatenus Jure apud eos Gentium sub-
inde commiscebatur, juxta quod supplent eorum commentarii,
imus nunc explicatum. Ex nonnullis obiter in superioribus dictis,
satis liquet, eos ita tantum habuisse interdictum hoc obligativum, ut
interea vim suam pariter sortirentur leges aliaæ moresque de Poenis
etiam Mortis, quæ scilicet, ut reliquæ in simplici Noachidarum jure,
ex capite illo altero de Judiciis, quod in enumeratione nostra Sextum
est, oriuntur. Nam de ultimo suppicio ipsis in usu tam ex iure eo-
rum Civili, uti & sacræ passim docent literæ, quam Gentium, aliquo-
ties supra, dum de Idololatria atque Blasphemia agitur, dictum est.
Et de ejusmodi aliis similiter dicendum subinde in sequentibus. Sed
vero Interdictum hoc non solùm sic temperant Poenis Mortis ex
sententia forensi seu solenni judiciorum more, interrogandis, verùm
etiam pariter aliis, quarum plerique revera Poena Scelerum & De-

O o o

licto-

lictorum sunt nuncupandæ, uti & nonnullæ Quasi Poenæ potius appellandæ, ut infra ostendetur. Summa erit, velle eos, Homicidium non committendum pro cuiusque arbitrio, aut extra Poenæ legitimæ, aut Quasi, rationem; qui quidem ipse est sensus Scholæ, dum ait, homicidium nefas esse sub ratione Indebiti. Interdictum hoc, etiam quæ Universale est, Noachidis ad hunc modum instauratur.

 cidam occidisset. Quod postea institutis Iudiciis summas ob causas
 adjuges solos restrictum est; ita tamen ut moris pristini vestigium
 manserit in jure ejus, qui occisum sanguine proximè attingeret et
 iam post Mosis Legem. Quod autem ad interdictum homicidii, quæ
 naturale

* Ibidem.

naturale est, attinet, manifestum est ex jam dictis, non alium esse, iuxta Ebraeos, ejusdem sensum, quam ut cædes etiam permitteretur humana sub ratione Poenæ legitimæ seu sub ratione reatūs, quod in idem recidit. Et mox ostendetur, tantundem etiam permitti apud eos sub ratione Quasi Poenæ, seu Quasi reatūs. Ad rationem autem Poenæ heic seu reatūs seu Quasi (id est, vindictæ atque coercitionis spectat item cædes bellica (de qua, ut à Jure Naturali, ex Ebraicadisciplina, non dissont, copiosè & doctissimè etiam Hugo Grotius^e; ut alios prætermittam; & nos plura libro sexto^f) & quæ sunt ^{Ibid. C. e.}

alia in sacris literis de capitali supplicio non raro irrogando Advertendum autem est, irrogari ex eorum disciplina, idque in Pace supplicium illud duplicitè; aut ex sententia forensi seu solenni magistratus civilis decreto, aut ex singularium etiam personarum, quarum sive privatum sive publicè intercerat, interdum Arbitrio aut Jure. Genius prius passim in sacris literis obvium est, & in antè dictis non semel occurrit. Etiam posterioris specimen habetur eximium in illo, quod jam tractavimus de Vindice sanguinis; de quo item apposite Grotius^f; Lex Hebræa propinquò occisi permittit, ut extra Asyli^g De Iure loca homicidam interficiat: recteque notant interpretes Hebrei talionem pro mortuo exigi posse; pro se, ut puta in vulnere, non nisi 20. 5. 8. per Iudicem, quia scilicet difficilius est moderatio, ubi proprius dolor accedit. Nec ejusmodi talionis Jus propinquis, tantum apud Ebraeos olim. Verba Theoclymeni ad Telemachum apud Homerum^h similem inter Græcos vetustissimos morem testari videntur. Fugisse se, ait Thococlymenus, ob cædem contributus patratam, cui plurimi καοίγυντοι επηρε consanguinei amicique, quorum

— οὐαλδάπλης Γαρατον καὶ κῆρε μέλαιναν

φέγω —

nece ac nigro fato ut me eximam, fugio. Nisi de ultionis qualisunque, non legitimæ, timore locum capi velis. Sed & apud Ebraeosⁱ imponè occidebatur sur nocturnus ædes invasurus, ab ædium domino aut custode, quemadmodum & ex lege XII tabularum & Platoni-^j Exod. 22. 2. C. 3. 28. Exemplum^k occurrit item insigne de trucidatis, velut absque cognitione forensi, ob vitulum aureum conflatum adoratumque, ^lIbid. 32. 28. tribus

tribus millibus. Viginti tria millia habet vulgata. Sed contra veritatem Ebraicam versionesque tum Hellenisticam, tum quæ linguarum sunt Orientalium omnes, modo Arabicam nuper Romæ cœsum excipias, quæ vulgatæ omnino versio est. De numeri autem discrimine ibi, vide Lyranum, aliosque commentarios Christianos. Sed verò & iussu Numinis, cui lex qualiscunque pro placito ejus credit¹, id factum; idque emundat Moses. Et pro judicio forensi principis extraordinario ac singulari, ante rem publicam ordinaram capiunt Magistri^m.

¹ Vide S. Au-
gustin. de Ci-
vitatis. Dei. I.
1. cap. 21.

^m Apud Moys.
Nachmann-
dem in Pi-
rush Tora
fol. 155b. ¶
Gideon S.
Thom. 2. se-
cunda quaest.
64. art. 3. ¶
ad eum alios
Dominic. So-
to De Instruc-
tione & Iure
lib. 5. quaest. I.
art. 3.

C A P. III.

De Pœna capitali à Privatis irrogata, adeoque Cæde, apud Ebraeos, Privatis, sed morum publicorum amissim, citra cognitionem forensem, variatim, extra causam vindicis sanguinis, permissa. Moderamen inculpatæ intellexit. Ebrei qui Ebraeum in Gentilium potestatem traderet; qui in contemptum Numinis præceptum aliquod violaret; Apostatae, Idololatriæ caderet. Dolore, ut vita horum nonnullis eriperetur, ut licuit, qualis in Gentilem non adhibendus. De officiis erga Gentiles humanioribus, seu charitate quid senserat Ebrei. De Fœtus nece, puerpera salutis causa.

IUere autem in moribus Ebræorum etiam alia, extricavam Vindicis sanguinis, Homicidii genera Privatis, sub ratione Pœnæ, aut Quasi citra judicium forense, permissa; sed ita ut & ipsi morte aliterve plectendi essent, nisi id in cæde sollicitius servarent, quod prescripti recipublicæ mores exigerent. Adeoque tamensi, quæ Judicibus tribunal tenentibus ministrisque publicè ac nominatum constitutis opponebantur hi, quibus sic permisum est, Privati etiam rectè dicendi erant, attamen, cum quicquid fas eis esset heic præstare, id publicis moribus, quibus Pœnz irrogandæ, ac autoritate publicâ, quæ hoc indulsum est, omnino interterret, etiam pro Publicis velut Judicibus simul & Ministris, saltē Ministris, quoties mortem cuiquam lícet inferebant, planè habendi. Quale certè dicendum de more illo Venetorum, qui cum cumplures à patria exiles habeant condemnatos, singulis facultatem faciunt (sic Dominicus Soto,) ut qui alium eorum interficerit, vitâ ac libertate donetur. Quod exiles heic lícet facere queunt, homines utpote pri-
vati,

vati, id reipublicæ Venetæ decreto ac autoritati tribuendum esse ^{Io. Mearsi-}
lam est, adeoque publicorum saltem ministrorum personam eos in-
duere. Mos ferè ejusmodi apud Græcos veteres observatur ^{ad Lycopbro.} à viris
doctis. Et vide sis, quæ tradunt Jurisconsulti ^{Propter. Pa-} aliqui, aliiq; P de Here-
ticorum manifestorū cæde. Adde, si placet, quæ de privatorum vin-
dicta disputant Scholastici ^{rinach. de Harefig. 189.} Jurisconsultique^{s. 3.}. Ex Jure autem ordi-

nario Ebraeorum & usu quotidiano, extra singulares, quales diximus
permissiones, intelligendum illud Judeorum de Herode ob nefar-
iam Ezekiæ, aliorumque necem Hyrcano conquerentium. Trans-
gressus est, inquit, legem nostram, quæ hominem quantumvis sce-
leatum vult affici supplicio capitali, εἰ μὴ ταράπερον κατέχειθεν τὸ τοῦ secundū qu.

τοῦ Σωτῆρος νισι prius eo damnatus fuerit à Synedrio, quod 64. art. 3. Pe-
memorat Josephus^{9. S. Thom. 2.}. Species autem insigniores cædis humanæ Pri-
vatis, apud Ebraeos, sicut jam dictum est, citra sententiam forensem, dem
sub ratione Pænæ legitimæ permisæ (præter illam, quæ permissa^{Perr. Faber.}

Vindici sanguinis, ut ostensum est) Binæ fuere. Altera violentiae in-
justæ quadam generā Repellenti impedientique seu sive se sive aliū

Tuenti permisæ, Altera Zelotis. Nam ex Jure ordinario dictum il-
lud apud Josephum jam memoratum verum esse, afferunt item Tal-
mudici^{2. c. 2. Hugo Gros. de Iure Belli. lib. 2. cap. 20. Vide Caspar. Bea-}

id, quod jam perpetratur, ex sententia forensi posset mors puniri. distore inope debitoris ad dicendo. c. 1.

Quod ad specierum jam dictarum priorem attinet; lex habetur^{S. 68. C. 69.} non stabis adversus sanguinem proximi^{1. i. D. adleg.}

mit tui. Hujus sensum, ex doctrina avita, docent esse, proximum, id Cornel. de s. suarū.

est, congenerem, à periculo imminentे ita ipsis tuendum, ut non

solum è flumine, puteo, igne aliove vitæ periculi genere, qua fieri^{Archæol. L. 14. cap. 17.}

posset, eset omni diligentia eripiendus, verum etiam ab occisuro, seu

qui necandi animo persequetur, liberandus. Non stabis ociosus^{Maimonid. halach R.}

seu iners adversus sanguinem proximi tui. Maimonides^{tzach. cap. 1.} וְרוֹדָף;

Moſes Mi-
kozzi Prae-^{tzach. cap. 1.} אחר חברו להרנו אפי' היה הראדך מיד הזרען

quæcumlibet minor, tenebantur universi Israelite (quilibet pro lo-^{Lev. 19. 16.}

cac temporis opportunitate) eripere seu liberare eum, cui vis ita il-

lata, è manu seu potestate persequens, seu aggressoris. Tute læ ejus-^{Halach R.}

modi prec. Negat.^{Mof Nikorze}

modi moderamē legitimum erat, ut si fieri posset, incuenta p̄fāretur. Sin verò, etiam cum aggressoris membra alicujus mutilatione seu abscissione. Quæ si nec sic præstari posset, cædes aggressoris legitima habita, nec aliter. Et tām tutela sui, quām alterius heic pariter intelligitur. Neque solū vim necis causā illatam, sic aggressoris cæde, cuique propulſare licuit; sed etiam adulterii ac incestū omni modi causā, uti & p̄oerastiæ seu concubitū masculi. Verbasunt

^{1. Tit. San- hedrin cap.} אלהן שמצילן אותן הרוּף אחר חבירו להרנו ואחר Misnæ^y

^{2. Gemar. Ba- bylon. ibidem} Hi sunt, qui etiam vita sua iacturā pre- ripendi sunt, seu impediendi, ne peccent. Qui alterum persequitur, fol. 73a.

ut cum occidat; qui persequitur Masculum; & qui puellam depon- tam. Recensetur heic species trina. Prima ad moderamen inculpatæ tutelæ attinet; adeo ut vim animo occidendi illatam, etiam inderentis morte, si citra eam fieri nequibat juxta jam dicta, repellere liceat non solū ipsi, cui vis inferebatur, sed & alteri cuiuscunq; qui suppetias adferret. Secunda est de eo, qui masculum, ut nefando cum eo coitu misceretur, fuerit adgressus. Tertia de eo, qui alterius spon- sam vi fuerit compressurus. Scelestos hujusmodi adfectus vi privata, etiam occisione (si verbere, vulnere, aut mutilato membro cohiberi nequirent) puniri volebant. Sed neque aliud obtinuisse ejus, aiunt ad Misnayam jam citatam Gemaristæ Babylonij, ubi illicitum aliam quemcunque concubitum nomine מצלין seu Turpitudinis in Levi-

^{2. Gemar. Ba- bylon. ad ssi.} tici decimo octavo denotatum (excepto concubitu bestiæ) vi quis

attentaret. Neq; ut præpedirentur ad hunc modum, occisione fol. 73a. O- nempe vim inferentis, alia præter hæc jam dicta, volebantii² qui hisce budias Bar-rebus prærerant; unde mendum, puto, esse manifestum, sive librarii tenorius ad sive Typographi, in Gemara Hierosolymitana³, ubi legitur

הרוּף אחר תב'יו להרנו ואחד הרוּף אחר כל שאר עבירות שבתורה.³

^{3. Maimon- des halach.} Eadem est ratio ejus, qui alium animo occidendi

Rotzach cap. persequitur, & ejus, qui vi attentat qualecunque ceterorum pecca-

torum, quæ in Lege. Vtrunque etiam vita sua iacturā præpedirefas

^{4. Adit. San- hedrin cap.} Pro עבירות quod peccata sonat, lego ריריות; quod Turpitudines

fol. 26. col. illas seu concubitus passim denotat, adeo ut versio ita sit mutanda, &

^{3. S. 9.} ejus, qui vi attentat qualecunque ceterorum concubitum (huma- norum.)

normum,) qui nomine *Turpitudinum in Lege occurunt*. Nam scribitur hoc ad Misnam, quam attulimus hac de re. Et *שָׁאַר תְּכִלָּת*, quod heic *et ceterorum* respondet, unicam illam *ערוה seu Turpitudinem*, sive cum sponsa aliena concubitum, in Misna memoratum respicit. Neque eum, qui Gemaram & Glossam ad eundem locum Babyloniam consuluerit, dissensurum omnino heic arbitror. Huc spectat cædis ejus, qui Israelim, ipse scilicet Israelita, (extra causas statim indicatas) *seu bona ejus in potestate Gentilium tradiderit*. Talmudici ^b *Maimonid.* *Nefas est Israelites* ^{halach Cho-} *asseor lemsor b'yd v'ym b'z bn bof b'mano* ^{bal Wema-} *tradere in potestatem Gentilium, quod ram de bonis ejus sumen-* ^{zik cap. 8.} *dum quam de Persona*. Id querit de scelestissimo, quam de probo ^{Miskor Zippore-} *ac pia*. Neque traditori sortem fore admittunt in seculo futuro. Et ^{70.} *מיור להרוג המוסר בכל מקום ואפילו בזמן זהה,* ^a *שאינו דין נפשות ומותר להרגו קודם שיכוח* *ditorem ejusmodi quoctunque in loco; idq, etiam hoc seculo, licet gen-* *ti nostrajam diu permissa non sint judicia Capitalia. Quin et fas* ^c *est cum occidere antequam tradiderit, ubi scilicet animum tradendi* *ei perseverare liquerit. Et quisquis eum occi-* *derat, quantoquies poterat, insons erat.* Addit vero Maimonides; *הרוי זה יירג טמא יסורי אחרים ומעתים בכל יום בעיר המערב להרוג* *המוסרים שהוחזקו למסור ממן ישראלי ולמסור המוסרים ביד הגויים* *להרוגם ולהנוטם ולאסרכם כפי רטעם וכן כל המיצר לצבאו ומצערו* *מותר למסרו ביד הגויים להנוטו ולאסרו ולקנסו אבל מפני צער חזק* *אסור למסרו ואסור לאבד ממנו טל מוסר ואעפ' טמוثر לאבד נפו* ^d *שנהרי מmono ראי ליירשו* *Cedes autem ejusmodi permissa est, ne is tra-* *des cui prodat alios. Sed et frequenter in civitatibus Occidentis* ^e *(id est, Occidentalium Judæorum, qui Terram sanctam incoluere; sic* *dicitur ab Orientalibus, qui Babylonem & loca vicina occupant,* *discriminarentur) evenit, ut, qui sic tradendi Israelite alicujus bone* *animoper severarent, occiderentur, aut in potestatem Gentilium tra-* *derentur ipsi, ut ab eis occiderentur, vapularent, & coercerentur se-* *cundum quod malitia eorum mereretur. Ita etiam si quis populi* *universitatem (Ecclesiam seu coetum Israelicum) acrius oppugnaret,* *comque contumeliis afficeret, fas erat eum tradere in Potestatem*

Gentilium, ut ab eis vapularet, coerceretur, multaretur. Non item, si privatum quempiam sic contumelias afficeret. Nec faverat bona traditoris diripere, tametsi esset fas personam ejus sed ledere. Nam Bona ejus ad haredes attinebant. Accedat & hec id, quod tradunt de cæde cuique permisâ Judæi qui palam atque ad irritandum Numen seu, ejusce contemptu, præceptum aliquod

^{* Halach Ro-}divinum violaret. Maimonides ^c ex veterum scitis ^d; עבורה זורה מישראל או העושה עבירות להבאים אפיקו ^{tzach cap. 4} ^{pag. 484.}

ענבי נבירה או לבש טעטנו להבאים הרוי זורה מין והאפיקורוסין והן גנאי נבירה ובנביאה מישראל מצוה לדרגן אם יש ביזו כח להרגן ^{* Gemar. Ba-} שגופין בחרורה ובנביאה מישראל מצוה לדרגן אם יש ביזו כח להרגן ^{bylon ad 111.} ^{Aboda zara} נסיף כפראטיא הורג ואם לאו יבא עליהן בעילילות עד שישכב הריגתן ^{c. 2. fol. 27. b} נגיד ראה אחד מהן שנפל לבאר והסולם בבאר קודם ומסלקו ואומר חזרני טרוד להורד בני מэн הנג ואחוינו לך וכיציא ברבירות אלו

Prævaricatores seu Minim (sic vocamus Israelitas idola colentes, ut & eos, qui alias transgrediuntur ad irritandum numen, seu in ejus contemptum, etiam si morticinum comedenterint, aut vestibus heterogeneis fuerint induiti in ejus contemptum) uti & Epicurei (quo nomine continentur nobis Israelita, qui abnegant legem & prophetias) occidenti sunt ab eo, cui facultas est eos occidendi, modo id gladio & palam seu in publico faciat. Id verò si facere nequeat, dolis cum adgrediatur, usque dum mors ei eveniat (non vi,) sed ad hunc, verdi gratiâ, modum: Si quis viderit ex hoc genere hominum aliquem in puteum decidisse, & scalam in puteo; hanc præoccupans relinquat eum dicatque, diligenter conabor, ut filius meus descendat è recto, &

⁽¹⁾ • vide lib. 6. tunc utrique ad teredibimus. Ut scilicet sic spe deceptus facilius cap. 3. periret. Eiusmodi aliis fraudibus, quibus mors ei inferatur, uti fas est.

² Levitic. 19. Nec quid sic commissum censemant adversus legem illam suam de non mentiendo, nec decipiendo proximum, quod nomen ex prævaricatione & apostasia ejusdem desuisse volueret. Quod de Israelita aliter, veluti in sua sive utilitatem sive voluptatem tantum, non contumaciter aut constanter peccante, non omnino intelligunt. Quanquam autem sic sive vi palam sive dolo Israelitam ejusmodi ob prævaricationem seu apostasiam, alteri (Israelite item) cuiquam fas habebatur trucidare aut morti dolo tradere; nefas ni-

fas nihilominus existimabant, Gentilem in sui exitium sic dolo circumvenire, tametsi nec legi nec Prophetis nomen daret is, sed eas planè abnegaret; uti nec tametsi Idololatriæ hactenus nō renuntiasset.

אָבֶל הַנוּס שָׁאֵן בְּעִינָנוּ ; וּבַינָּם מִלְחָמָה וּרֹעֵי בָּהָמָה דָקָה מִשְׁרָאֵל וּכְיוֹצֵא בָּהָן אֵין מִסְבֵּן לְהַזְּמִינה וְאָסֹר לְהַצְּלִין אֶת נָאוֹ לְמוֹת כְּנוֹן שְׁرָאֵה אֶחָד כְּהֵן טָנְפֵל

לִסְמָך אֵינוֹ מַעֲלָה הוּנָאֵמֶר לְאֶתְעָמֵד עַל דָמֵס רַעַד אֵין זְהַרְעָן At vero Gensis, quibuscum nobis bellum non erat, & qui pecora minuta Israelitarum nutriebant (moribus enim introductum est, ut haud ipsi, ne frequentiora inde vicinis damna evenirent, locis, quibus aut

vineæ aut segetes adjacerent), ea nutrissent, sed tantummodo in sylvis & desertis; unde factum est, ut gentilibus vicinis nutrienda sepiùs locarent) atque id genus reliquos dolo circumveniendi, ut morti tra- ^{⁸ Misna iit.}
^{Baba. Kama cap. 7. 5. ult.}

dcrentur, non erant. Sed nec fas erat, eos imminente morte libera- ^{& ibi Con-}
^{stantin. t}
^{Emperatur.} re. Veluti si quis eorum in mare caderet, cum inde sublevare. Nam Maimonides scriptum est^h, non stabis adversus sanguinem proximi tui, & hic balach Nazi- ^{ki Mammon} proximus tuus non est. Nimirum legem illam sacram capiunt, perin- ^{cap. 5.}

de ac si dictum fuisset, non piger stabis seu otiosus, quando periculum mortis proximo tuo imminet, sed eripere eum conaberis; ut ^{b Levitic. 19.}

& ante dictum est. Atqui quanquam concesseris proximi heic nomine Gentilem non contincri, (quod & de aliis legis sacræ locis non rarò scriptirant magistri,) undenam interea vetitum esse volunt Israelitis, Gentilem periculo ejusmodi liberare? Nam heic quidem precipitur Israelitæ, ut Israelitam liberet. An inde elicitur, ut Gentilem liberare non liceret?

אַתָּה נָכְרִי תַגֵּשׁ : Forte huc illud trahunt ⁱ, Deut. 15. 3. quod vertitur à peregrino exiges, & locum habet in leges singulari de Et vide Nachmanid.

debitorum in septimo anno remissione inter Originarios. Sed qui- in Pirush Tora fol. dem id intelligunt Magistri, perinde ac si pauculis illis verbis, ut cun- 323. a.

que ibi interpositis, vetaretur ipsis quidquam Gentilibus præstare, quod Charitatis Simplicis in se speciem, extra Juris Stricti amissimi, haberet; modo patcula aliquot sui interea in commodum, ac pau-

perum è Gentilibus, sed tantum inter Patres ex Israelitis, alendo- ^{¹ Exod. 22. 20.}
^{Et vide su-}
^{pr. lib. 2. cap.} dorum causam excipias, de qua inferius ^k. Et tametsi Gentiles, ut pri- 4 pag. 157.
to, noluntur, ex alia lege^l (saltē postquam Proselyti Domicilii fie- rent) contineant a justitiam meram seu jus strictum à se vexandos seu op-

primendos, fallendos, attamen scipios ab officiis humanioribus il-

^{• Vide Mai-} lis^m, maximè qui nondum Idololatriæ renuntiarint, etiam incon-

^m monid. ^{bu-} tractibus aliâs præstandis, ex jure suo sacro cohibitos docent; qua de

^{tach.} Ro- tzach cap. 12. re plura libro sextoⁿ, ubi de Usuris agitur. Quanquam interea sciam,

^{sub fine.}

^{• Cap. 10.} Josephum^o, ubi gentis suæ moræ evehere non parùm studet, tra-

dere, etiam ex receptis legibus ac moribus, advenis qualibuscunque

^{• Ad Ges. A-} scu Proselytis saltem Domicilii necessaria omnia præbenda ab Ebreis
pion. lib. 2. fuisse, ignem, aquam, cibum; viam item illis indicandam. Sed
verò ex jam ostensis juxta Talmudicos manifestum est, Cædem sic
Privato permisam, tam in Poenam permitti Aggressoris & Tradito-
ris, quâm in Tutelam aliorum, & planè in Poenam Prævaricationis
& Apostataræ, quos diximus. Jam verò ex illo Tutelæ jure ortum est
illud, quod Quasi Poenam ante diximus. Quasi item Poenâ, & Quasi
vis illara, cum reverà non esset, locum apud eos habuit, ubi, sine queri-

^{• Maimonid.} peræ exitio^p, foetus virus eximi nequiret. Utriusque virâ in justi-
^{bulach.} Ro- tiazach cap. 1. tiae statera positiâ, illius, ut dignioris, ita anteponebatur, ut huius ex-
ades iusta, quia necessaria, ob illius salutem, haberetur; quasi ob im-
minens matri, veluti ex vi illata, periculum, ipse Poenas meruisset. Ita

^{• Lib. de A-} in ipso adhuc utero, (quod ait Tertullianus^q,) infans trucidatur ne-
^{zima cap. 25.} cessariâ crudelitate, quum in exitum obliquatus denegat partum,
matricida, ni moriturus. Maimonides juxta Gemaræ paulò ante
citatae mentem; בָּרוּךְ הַמֶּלֶךְ שֶׁעָבֹרְתָּ שְׂהִירָה מִקְשָׁה לִילְדָּמָר;

לְהַזְרֵן הַעֲבָרָה בְּמִינְיָרָה. בֵּין בְּסִטְבִּין בְּרֵד מִפְנֵי שְׂהִירָה כַּרְוָךְ אַחֲרִיהָ Decrevere sapientes, si fæmina gravida puerperio labora-
ret, (ita ut ejusdem inde vitæ periculum planè immineret,) fas esse
fœtum in utero ejus sive pharmaco sive manu extinguere, quoniam
habitus est quasi aggressor seu quasi is, qui vim inferret necandi
causâ. Quod tamen sic temperant, ut si vel caput in lucem emiserat
foetus, ei non omnino matris gratiâ nocendum; quoniam inquiunt,
אָס מְשֻׁחָצְיָא רָאשָׁו אֵין דָוִחֵין נְפֵשׁ מִפְנֵי נְפֵשׁ
Verum si exeruerat caput, ei nocendum non erat, quia anima seu vi-
tapro anima seu vita pellenda seu tollenda non erat. Neque tunc
aggre-

gressoris instar seu quasi vim inferens habitus. Hac de re videsis, quæ disputant Theologi, maximè Sanchez¹ & Rainaudus¹, quibus aliorum turba laudata. Medicis item ea de re obiter.

<sup>Lib. 9. de
Marriagio
diff. 20.</sup>

<sup>De ortu in-
fantum cō-
tra Naturā
per Sectionē
Cesaream c-
9.</sup>

C A P. IV.

De singulari Zelotarum apud Ebraos iure, quo criminibus in aliquot atrocioribus d. prehensi, à Privatis illico sive imponè verber. ab. incur, sive occidetur.

^{9.}

Supplicium item Capitale, id est, *in ipso* <sup>תיר. Sanhe-
drin. cap. 9. 5.
als. Gemar.
Babylon. ib.
fol. 81 b. Ec.
Hierosolymot.</sup> *בשעת מעשׂה*, ^{הנגב ארת הקסוה והמקלל בקוסט והכובע} *committebatur facinus duntaxat momento*, scilicet homini ^{ἐπαυτωφόρῳ} deprehenso, à zelotis, id est, Privatis zelo ductis, infligi permittebant, quoties Sanctum sive Numinis, sive Templi sive Gentis, Ebræus aut circumcisus aliis seu in Judaismum cooptatus ita violaret, ut palam ac in publico eam sive denegare sive spernere, speciebus aliquot facti atrocioribus¹, videretur. Misna; ^{אזרםית קנאין פוגען בו כהן ששים בטומאה אין אחיו הננים מביאין} אוthon lab'd allia ^{פיהי כהונה מוציאין אוthon חוץ לעזרה זומפץין את} Qui sacrilegium commiserat (ex sacra nempe supellesti- li quid furatus erat;) qui per Idolum maledixerat (Numini,) qui coitu se miscueras cum foemina Aramaea, id est, extera seu planè Gen- tili, Zelotis fas fuit incurrere¹ in eum. Sacerdotem in immundicie ^{בבָּה} in eos sua sacra obeuntem, non erat necesse, ut Sacerdotes ceteri in forum ^{sodice Hiero-} deducerent. Sed Sacerdotes, quiper et atem nondum ministerio sacro ^{סומיינא} pares erant, eum extra atrium protrahebant, & cerebrum ejus fustibus elidebant. Heic Templi ac Numinis sanctitatis violatio manifesta. Gentis autem sanctitatem coitu jam dicto violari volebant, etiam & coitum ejusmodi veluti cultum extraneum, (sed non ita in foro puniendum) habebant. Gentilem autem foeminam heic intel- ligunt non qualemcunque, sed eam tantum^x, quæ nondum Proselyta Domicilii ipsa facta, aut Proselyti ejusmodi filia non esset. Nam si propter Israclitæ in hujusmodi Proselyta, sive libera, sive ancilla, (tametsi manserit planè Gentilis,) verberibus tantum in foro ex veterum traditione puniebant. Zelotarum verò, quorum heic mentio, & qui

<sup>Gemar. ci-
rat. Et Man-
monid. ha-
bach. Isuri-
bia cap. 12..</sup>

tu (id decernerent,) tametsi crimen esset manifestum. Agnoscitur heic Zelotarum jus, ejusque non obscurum vestigium. Jam verò קְנָאֵת Kinea Zelus est, & קְנָאֵן Kanna & קְנָאֵי Kannai Zelotes, unde pluraliter קְנָאִים Kannain Zelotæ. E quorum numero fuisse videtur Apostolus ille Simon cognomento Zelotes ^{Luc. 6. 15.} apud D. Lucam. Ap-
pellatur idem DD. Matthæo ^{Act. Apo. 1. 1.} & Marco ^{Cap. 10. 4.} קָרָבָרִים (ut in plerisque, &c.)
quos vulgo sequimur, codicibus) quod per Cananæum reddit vulga-
ta autor. Exemplaria alia habent קָרָבָה, alia קָרָבָּה, id quod Cap. 3. 18.
proxime accedit, ut ex Kanna seu Kannai, adjecta Græcorum termi-
natione, fiat. Necque assentire queo viris doctis etiam S. Hieronymi
sequacibus, qui à Cana, (quod קָנָה Hebraice scribitur) Urbe Galilææ cum ita dictum volunt. Etiam Urbs illa קָטָנָה Katana passim
Syroexaratur. Et quid Zelotæ cognomento cum Urbe illa? Cana-
æum autem seu Cananitem apud DD. Matthæum & Marcum rcd-
dit Synus per קָנָנָה Canania; Zelotem verò apud Divum Lucam
per קָטָנָה Tanana quod id est ipsum, uti & Arabs per ^{الغَيْرِ} Zelo-

tem etiam significans, ut appellativum est. Sed perperam nimis Ebraicum Matthæi Evangelium habet סִמְעוֹן הַכְנָעָן Simeonem Cana-
æum, ac si à terra Canaan nomen deduxisset. Nec soni nec ipsius rei
ratio id omnino fert. Non magis videntur Thomas & Didymus iidem esse, quam heic Canneus & Zelotes, de Simone dicti. Ad rece-
ptum hoc Zelotarum jus attinet illud in historia Maccabæorum, ubi
in Iudeum Modinæ, juxta edictum Antiochi Regis, sacrificaturum
involat Mattathias. Id videns ¹ Matthias zelatus est, & contre-
muerunt renes ejus, & accensus est furor ejus secundum Iudicium Legis (καὶ τὸ κείμενον) & insiliens trucidavit eum super aram. Sed &
virum, quem Rex Antiochus miserat, (Apelles ei nomen,) qui coge-
bat immolare, occidit in ipso tempore & aram destruxit & zelatus
est Legem (id est, ἐγνώσθη τὸ νόμον) sicut fecit Phinees Zamri filio
Salom. Et exclamavit Mattathias voce magna in civitate dicens,
omnis qui Zelum habet legis, statuens testamentum (ide est, ratum ha-
bens foedus inter nos & Deum nostrum) exeat post me. Josephus
verba illa Mattathiaæ ita profert, εἴ τις ζηλωτής εἰστι τῶν πατέρων εἰδὼν
Sss ξ̄ τῆς

*ἡ τῆς Ἡρώνειας ἐπέδω ἐψοι, si quis Zelotes sit patriorum m-
rum & Dei Cultus, sequatur me. Alia illic de hac re habes. Scimus
etiam, obtenso hoc nomine, nec ab alia planissimè petito origine,
immanem scelerum segetem Hierosolymis pullulâsc, quam pluri-
bus explicat Josephus, libris de bello Judaico. Ejusce autores ita le*

^m De Bello nominâsse ait^m, ως επ' αὐτοῖς ὑπῆρχε μασνᾶς & γηλώσατες ταῦτα
Iudaic. lib. 4. cap. 12. σε τῶν ἔργων καὶ ταπειβαλλόμενοι ac si optimis rebus studiissent, & non
peccima facinora, usque ad nequitia summum, Zelo affectiissent.

^{* De Bello Iudeis lib. 7. cap. 30.} Atque alibi ^{νομίσας τὸν τελεόντα οὐτοῖς, διότοι τὸν ἀρχαῖον γένεσιν} ^{επίθεσες Nomensibi ab iis, quid id, quod Bonum est, Zelo affectabant, im-}
posuere. Zelotas planè, de quibus diximus, innuit seu ^{מְאַפָּה} eos qui zeluti sunt zelum Dei O. M. quemadmo-
dum Ebræis nuncupantur. Neque novum est nefarios homines pa-
triæ juris obtentu, qualecunque id fuerit, flagitia sua obtengere, ut sce-
lesti illi, hujus juris Zelotarum obtentu, fecere. Quo tamen, dum pū
atque sancti utebantur, privati quidem ipsi, sed publica nisi autorita-
te atque moribus è majorum disciplina receptis, bene consultum est
& Numinis, & Templi, & Gentis sanctitati, quam tueri volebant
atque inviolatam servare. Nec injuriâ vis inferebatur, quia patriis
legibus etiam à Mosis ævo deductis, ut ita inferri liceret, sic stabilitum.

^{• De Iure} Et appositiè Hugo Grotius^o; *Hebraeorum moribus, Hebreus à Deo & Bellis ac pacis lib. 2. cap. 20.* dei lege deficiens, aut ducent se ad falsos cultus P præbens, illicio à quibus homine poterat interfici. *Iudicium zeli id vocant Hebrei, quod*

⁹ Deut. 13. 9. à Phineas⁹ primò exercitum aiunt, & inde abiisse in morem. Sic il-

⁹ Num. 25. *dæum quendam Græcis se ritibus polluentem occidit Mathathias*
¹⁰ Maccab. 2. *Sic trecenti alii Iudei à popularibus suis occisi referuntur libro, qu*

vulgo dicitur Maccabeorum tertius. Nec alio obtentu instituta lapidatio in Stephanum¹ & conjuratio in Paulum² multe aenea

*Act. 7. 57. puerum in Stephanum, & conjuratio in Paulum; multaque alia
Act. 23. 13. exempla ejusmodi extant, & apud Philonem, & apud Iosephum. Sic*

¹⁰ Ioseph. lib. 2. ille. Certè & legitur in Essenorum disciplina^u, σεῖος μέγιστοι πατέρες de Bello Iu- αὐτοῖς μή τὸν Γεόν τὸ ὄνομα οὐ Νομοθέτες κανόνες φημίσοντι τις εἰς τὰς δαικονίας cap. 12. καλάζεισαν θεάστων summa in veneratione apud eos habentur ροΐς pr. 7. lat.

Deum, ipsius legis latoris (Mosis) adeo ut, si quis in eum convicium effutiret seu blasphemaret, morte puniretur. Interpres ibi, morte

damnaretur. Si de Judicio forensi rem capias, undenam apud sectam
hanc imperium eiustmodi aut jurisdictionem? Nisi de Zelotarum Jure
fuerit intelligendum, quomodo impunè convitiantem quempiam
Mosem adeoque Legis sanctitatem polluentem sic ii (sive alios sive
ipsorum sectarios tantum ita puniri velit Josephus) punire possent,
ne ariolari quidem queo; maximè cum vicarium eti unu incrimines^x ^{I. se. huius ib.}
degerent. Nec verò ad aliud præter Zelotarum jus referri videtur, ^{E. Ph. lo. lib.} Quod omnis
quod tradit Philo^y de paederaste & Androgyno ^{τὰ παιῶνες νηπία προβούτιον} ^{Quod omnis}
^{τηλεστοὺς σεξουναδέντες} adulterante. Legem scilicet jubere eum ^{νηπίον τοιούτοις} ^{De legib[us] i[n] speciebus}
tribuas undeviscas ημεραν αὐτὸν μηδὲ ὡραν εἰρήνην τὴν ὀρείδην οὐτούς ^{τοιούτοις} ^{f[ac]tū 6, E. 7.}
καὶ οὐδεὶς καὶ πατέρες οὐτε, καὶ σύμπαντος αὐτοῦ πάπων γούσις impunè dec. p[ro]ceper[unt].
occidit, nec diem aliquam aut horam vivere permittendum (s[ecundu]m die
η[μέρα] & hora q[uod]a prehenditur sic puniendum) utpote & sui & fami-
lie & patria dedecus, adeoque totius humani generis. Sed nec satis
capiro, quid velit, aut quamnam legem intelligat. Nec in Zelotarum
apud Magistros Jure eiusmodi quid occurrere, memini.

C A P. V.

Viximus Zelotarum Jus in Negotiatoribus, & Numimulariis flagello à D. N.
Jesu Christo è Templo ejiciendis, locum habuerit.

Viderint heic perspicaciores, utrum D. N. Jesus Christus,
cum privatam omnino personam, (qua neimpè civibus
suis est censitus,) sustinens, ejiciebat omnes vendentes &
ementes in templo, & mensas numulariorum & cathe-
dras vendentium columbas evertebat, ut S. Matthæus^z, & Marcus^a ^{Cap. 21. 12.}
(qui adiicit, cum nec permisisse iwa τις διεργάνθη οὐδὲ οὐδὲ τις ut Cap. 11. 15.
quis vas transferret per templum) scu, ut S. Joannes^b, vendentes ^{Cap. 2. 14.}
oves & boves & columbas, & numularios sedentes flagello, quod de
funiculis ipse fecit, omnes ejecit de Templo, oves quoque & boves, &
numulariorum effudit as, & mensas subvertit, & eis, qui columbas
vendebant, dixit, auferte ista hinc, & nolite facere domum patriæ
mei domum negotiationis, adeoque, dum pro privata tantum perso-
na atque omnimodo imperio ac jurisdictione publicâ Hierosoly-

mis carente habebatur, vim hujusmodi sic palam Templi sanctitatem violentibus infcrebat, idq; impunē & citra reprehensionem eorum, qui, ut sanctissimæ illius innocentiae poenas irrogarent, omnem indies summiopere movebant lapidem; utrumq; inquam, à poenis forensibus, quæaliás vim citra juris autoritatem inferentibus ibi debitæ, & infligi solitæ, tutus esset ac immunis, ideò quod ex Zelotarum jam dicto jure, quicquid sic à capite sanctissimo, sed interea invisiſſimo, præstatum est, planè licitum haberetur. Locus, in quo Nummulariorum huiusmodi ac vendentium & ementium sedes, à scriptoribus ponni, nec immerito, solet ad Montis templi (qui & Templum

^{Lib. 3. cap. 6.} interdum dictus, quâ de re ante^c monitum est) partem Orientalem.

^d Videſis 1. seu Atrium^d Gentium, scilicet ad Intermuralis partem exteriorem, Baptif. Vil- cuiusquidem sanctitas tametsi dispar haberetur sanctitati interiorum laupand. ad Montis templi partium singularis tamen fuit, & urbis reliqua sancta pars. 2. lib. 3. etate multò præstantior, ipsiusque templi structuræ gratiâ diligenter tuenda. Ut autem res heic ritè capiatur, dispiciendum est, unde-

nam, & quinam Nummularii hi, & qui oves, boves, columbas ibi

^e Exod. 30. 12. vendarent. Docent Talmudici, ubi de annua diimidii Sidi^e in fa-

^f Vide ſu- croſ usus penititione agunt, solenne fuſſe quotannis per urbes &

^g pralib. 2. cap. oppida primo dic mensis Adar moneri populum de penititione

^{8. pag. 228.} & Iosephum Ar- illâ. Die autem eiusdem mensis decimoquinto, aiunt^f, שׁבוּ chaolog. lib. 9. cap. 8.. שׁולחני בכל מדרינה ותובען בנהת כל מי שיתן להם יקבלו

^h Misna rit. sedebant Mensarii seu Nummularii in qualibet urbe, & cum vasculo flagitantes ab omnibus, qui

ⁱ Maimonid. solvebant; accipere; quorum tamen neminem tunc cogebant solve-

^j 1. Mof. Mi- re. Id scilicet in diem Adar x x v distulere. Etenim tunc Nummu-

^k koris pre-larii in Templo, seu Monte templi, (ut dictum est,) considentes, ab

^l cept. Affirm. 45. cis, qui non solverant, etiam vi per ministros exigebant. Talmudici;

המשה ועתריס בادر ישבו במרקש לבנות זמכאן ואילך כופין את ממי

שלא יתן עד טיתן וכל מי שלאה יתן ממשכנן אותו ולוקחין עכotto בעל

Die x x v Adar sedebant (Nummularii) in Templo ad exigendam Sicli diimidii penititionem. Atque tunc & deinceps

quemlibet non solventem solvere cogebant. Et quisquis non solverbat,

cum in pignus adigebant, quod & ab eosive volente sive nolente au- ferebant,

ferebant, etiam vestimenta ejus. Considentes autem sic in Templo nummularii perpetuo coram habebant tredecim arcas, totidemque mensas. Arcæ fuere turbarum instar, seu parte superiore angustæ, inferiori latæ, ut commodiùs retinerent, quod per foramina angusta reciperen. Talmudici^g; ובמקדש היה לפניהן תמיד יג' תיבות כל מיש. כה-
mar. ס' co-
ment. ad ist. Siklim cap. 6.
setredecim arcas; quarum qualibet tube instar erat. Unde & Tubæ sunt dictæ. Nam de hisce intelligendum illud Misnæ; שְׁלֹשָׁה עֲשָׂר Maimonides halach. ead.
Tredecim fuere Tuba, totidemque cap. 2. Moses טולחות Mensa, id est, nummariæ. Arcarum autem usus singularum. ad hunc Mikorot prac. affirm. modum explicant.

א לשקל, טנה זז
ב לתקל, טנה טוננה
ג לכל מ' ט' שיש עלי
קרבן טה תורם
או טני בני זיון
אחד עוליה ואחד
חטא מטлик רמיון
להתיבה זו.
ד לכל מ' ט' שיש עלי
עלות העופ בלבד
מטליק דתיה להתיבה זו.
ה למי יטהנתנדב מעת
לקנות עצים למערנה
ו למי יטהנתנדב מעת
ללבוניה.
ז למי יטהנתנדב זהב
לכפורה.
ח למווער חטאית טנן
טרהפריש מעת
לחטאינו ולקחת החטא
והיתר מן המעווער
יטליך לתוכה.
ט למוטר אשם.

- I Ad recipiendos Siclos anni instantis.
II Ad Siclos anni præteriti.
III. Unicuique^h, à quo oblatio duorum turturum seu pullorum columbae, alterius in holocaustum, alterius in sacrificium pro peccato, prestanda erat. Nempe pretium eorum in hanc conjiciendum arcam.
IV. Unicuique, à quo in holocaustum tantum avis offerenda. Pretium ejus in hanc conjiciendum.
V. Ei qui sponte obtulit pecuniam, quæ ligna in sacros usus comparentur.
VI. Ei qui sponte obtulit pecuniam thuri coemendo.
VII. Sponte offerenti aurum in Templi ornatum.
VIII. Residuo sacrificii pro peccato ex erroreⁱ. Veluti si quis pecuniae, quam sacrificio suo pro peccato destinaverat, parte aliquâ sacrificium emerat, residuum pecuniae in arcâ hanc cōjiciebatur.
IX. Residuo sacrificii pro delicto spontaneo.^j Resi-

למותר קני זביס

^{2. Zohar sc. 12.}
8. Ch. 15. 14.

י א לmortor קרבנות. ^{" Num. 6. 14.}

יב לmortor איש מצורע.

יג למי שהתנדב מעות
לעלות בהמר.

X Residuo nidorum (id est, pullulorum in sacrificium ^{m)}) profluvio laborantium & puerperarum.

XI Residuo oblationum " Nazirorum.

XII Residuo sacrificii pro delicto spontaneo Leprofi.

XIII Sponte offerenti pecuniam, ut inde compararentur pecora in holocausta.

Cuilibet arcæ titulus suus inscriptus erat. Quicquid enim nomine Residui, juxta jam dicta, veniebat, ex Synedrii magni decreto in holocausta ex pecoribus impendebatur, atque adeo, quæ in arcas posteriores sex conjecta, sic impensa. De Sicli autem dimidiipensis

^{• Titr. Siklim cap. 1. Et Maimonid. sit. cod. cap. 3.} תזאי וצקליס הכל צרכין להן כדי שישתן כל, tatione annuâ aiunt. ואחד והאחד חצי שקל טהוֹת ח'יב לפיכך כשהיה ארם הולך אצל השולחני ומזכה שקל בשני החצאים יתנו לו תוספת על השקל ואחרת התוספת נקראת קלפון לפיכך פנים שנחננו שקל שניים ח'יבין בקבב נemin non opus erat, ut Siclos dimidios sibi haberet, adeo ut singuli, qui hac tenebantur pensitatione, dimidium Siclum (ipsam dimidii Sicli speciem) solverent. Hinc evenit, ut, cum quis ad Nummularium veniebat, ut (ob hanc causam) Siclum integrum binis Siclus dimidiis commutaret, ei insuper in augmentum daret, (id est, Siclo, quod commutaret, adjiceret,) quod Kolbon vocitabant, adeo etiam ut, sibini Siclum integrum sic afferrent, ab utroque Kolbon esset praestandum. Et subtilest habent aliquot distinctiones de augmenti hujus præstatione, ex ratione sociorum ac cohæredum juris, & ex commodati, donationis, Eleemosynæ discrimine, aliisque ejusmodi ortas, quæ hoc non attinent. Kolbi autem seu Kollybi valor erat ^{ח'יב}

^{P Misna sit. מעה obolus dimidius P}, seu pars Sicli quadragesima octava. Et Kolbiklim cap. 1. ibi Obadias Bartram. mensarii postulabant dimidios Siclos, regionibus, quam Hierosolymis solennis erat. Adeo ut, qui solveret ex lege, haud alia specie, præter ipsam dimidii Sicli, solvere deberet; cum interea eis, qui alibi recipieren, fas esset ^{לצוף} אותם בדיעו זהב מטהוי commutare

speciem

speciem illam in nummos aureos ^q *ob itineris ac oneris commoditas* ^{videlicet su-}
Nam ad Templum sic universi undiquaque advehendi. Jam ^{prælib. 2 cap. 8. pag. 228.}
vero ex his nemo non videt, qualesnam fuerint Nummularii in ^{§ 229.}

Templo sedentes eorumque mensæ in Evangeliiis memoratæ. Vo-
cantur autem ii in Matthæo & Marco ολλυεις, & à Joanne κερμα-
της, quorum prius etiam קָלְבָזִן seu Kallibzi vestigia retinet manife-
sta. Utrunque sanè rem ipsam seu Nummulariorum officium ma-
xime in Siclis dimidiis, qui quotannis & frequentius ibi solveban-
tur, recipiendis palam indicat. Qualesnam item boves, oves, & co-
lumbas ibi venderent, non difficile est conjectari. Vetus est senten-
tia, animalia illa illici adducta, ut in sacrificia tum publica tum priva-
ta, quæ adeo crebra fuere, in dominorum commodum distraheren-
tur. Nec dissimile est veri, etiam in hisce fuisse, qui infamia notati à
Talmudicis מִפְרַחֵי יְנִיסָה columbas volare docentes appellitantur.

Scilicet quatuor hominum genera ^r à testimoniosis & judiciis ob in-
famiam arcent; Aleatores, Fœneratores, quæstuum facientes ex anni

^{Mish. rit.}
^{Sanhedria}
^{cap. 3.}

septimi seu Remissionis anni frugibus, & demùm eos qui Colum-
bas volare docebant. Quoniam scilicet ^s horum nemo מִתְעֹדֵה Gomar. Ba-
bylon. ibid. fol. 24. § 25.

incumbit rebus, quæ ad firmitudinem seculi, id בִּישׁוּבוֹ שֶׁל עֲוָלִם est, ad bonum publicum seu vitæ humanæ commodum spectant. Et Obadias
Adiiciunt enim אָסָר לְאָדָם שִׁיתָעֵסֶק בְּעוֹלָמָו אֶלָּא אוֹ בְּתוֹרָה; Barrenorius
וגמילות חסדים או בסחרה ואומנות ומלאכה שיש בהן ישובו של עולם ibidem.

Nefas esse homini in vita suæ ratione rebus aliis incumbere præter Legem & Beneficiorum retributionem seu charitatem, aut Mercaturam, aut Artificia atque Opera bono publico utilia. Phrasa autem illi, quibus inest firmitudo seculi aut mundi, quod vertimus, quæ bono publico utilia, similis habetur apud Syracidem, ubi meminit agricolarum, fabrorum, figurorum, aliorum ejusmodi artificum, sine quibus civitas manca est, tametsi primas non teneant partes. Attramen, inquit ^t, κύρια αἰώνιοι τηρήσει seu ut alia Cup. 38. 45.
et lectio στείρωσι structuram seculi servabunt seu firmabunt: id est, re publicæ utiles sunt. Vulgata ibi, Creaturam ævi confirmabunt. Adin. San-
Sed sensus ex idiotismo Ebraico petendus. De eis autem, qui colum- hedrin cap. 3.
bas volare docebant, Gemara Babylonia ^u;fol. 25.

את

אֶת הַיּוֹנִים וְלֹא יוֹנִים וּבָלְדָא בַּהֲמָה חַיה וְעוֹף
Qui columbas volare docebant, fuere quieas ad certamen irritabant. Nec verò duntaxat de columbis, sed etiam de pecoribus, feris, volucribus aliis simile intelligendum. A testimoniiis nempe & Judiciis arcendos esse tam quialia animalia sic doccent, quam qui columbas. Id ipsum haber

¹ Ad sit. eun-
 dem fol. 21.
 col. 1. Et ad quod qui ad certamen irritant vertimus, interpretatur, per
 sit. She-
 buoth cap. 7.
 fol. 37. col. 4.
 hal. 4.

טמזרין ^ט & Gemara Hierosolymitana ^ט. Glossa ad Babyloniam ^ט תר
 excitant eas ad certamen mutuum. Co-
 lumbarum autem nomine signantiūs usurpatō, (quia forsē aut illa
 frequentiūs sicut doctae, aut carius præ ceteris habitæ,) qui cetera ani-
 malia pariter docerent, innuuntur à Talmudicis, perinde ac si nos,
 nomine eorum, qui gallos in certamina nutriunt, etiam eos qui ur-
 fos, tauros, canes, simili curant instituto, complecti vellemus. Id ge-
 nus forte fuere illi, qui ex coelestis oloris in themate suo genethliaco
 virtute, ut ait Manilius ^y, clausas

culmine summo

Pascere aves gaudent Veneris & reddere cacas,
 Aut certis revocare notis, rotamque per urbem
 Qui gestant caveis volucres adjussa paratas.

Ad iussa paratæ volucres etiam sunt, tum qui in certamina nutriuntur
 volatūs redditūs celerioris, tum qui in pugnam. Hodieque item

² Gabriel &
 Joannes Mu-
 ronita in lib.
 de nonnullis
 Orient. urbi-
 bus cap. 9.

Memphi, Damasco, Tripoli, alibi in Oriente columbae quasi homi-
 num nunciatrices, novarum rerum eventus, pacis bellique successus
 mirâ velocitate denuntiare solent. Atque inter Africæ Mahumeda-
 nos, consimiles, velut non infrequentes, memorat Leo Afer. Nec ve-
 rò apud Talmudicos sententia est hac de re unica. R. Obadias Bar-

אית דמפרטי מין ממיין השחוק אט תקריבס יונתך ליוונית; ^a

^b Ad Misra.
 sit. Sanhe-
 drin cap. 3. S.
 3. Et vide
 Gazzar. Ba-
 bylon. adit.
 25a.

אתן לד נך וכך ואית דמפרטי שמנדרל יונה מלומדת להבייא יוניס לבית
 בעלה בעל ברחו, ויש בהן גזל משום דברי שלום ולא גזל גמור
 sunt qui ludum intelligunt, quo de columbarum celeritate (velut ho-
 die equorum, canum) pignore certabatur. Sunt etiam ali, qui di-

domini tecta alias etiam vi secum adducerent; unde quidem, si hu-
 mana invicem officia species, velut rapina quedam commissa est,
 tameisi

rum est ne utiquam simpliciter rapina. Sic Bartenorius. Sed hac de re plura libro sexto^{c.} Ideò autem libentiùs admiserim etiam in ven- ^{Cap. a.}
 dentibus columbas, oves, & boves in Templo, fuisse quales infamia
 sicut not Talmudici, quoniam ut illi nomine רְאֵבָר מִפְרַח יְהוָה co-
 lumbas volare docentium signantiūs, ut ostensum est, usurpato, pari-
 tereos qui animalia alia in certamina ludicra nutriebant, contineri
 se in nūi volunt, ita & Evangelistæ bini (scilicet Matthæus & Marcus,
 veluti phrasin receptam secuti) tantummodò columbas vendentes,
 non vendentes oves & boves, hos interea pariter cum D. Joanne in-
 nuentes, memorant. Hisce haec tenus sic explicatis, redimus ad quæ-
 stionem de Zelotarum Jure in Nummulariis, ac vendentibus anima-
 lia illa ejiciendis nec sine flagelli vi. Certè quanquā Servator Humani
 Generis & Deus & Rex erat, adeoq; ita Universi, nedum Iudaorum,
 Dominus, ut quidquid ei placeret, illud non licitum fuisse nefas sit
 putare; attamen cum cæteras res omnes etiam & seipsum receptis
 aq; stabilitis reipublicæ formulis judiciariis, quæ Ebræicæ ex essent,
 quæ Romanæ, permiserit, atque absolutissimum Justitiæ exemplar
 ab omni vi illicita, veluti privatus, abstinere voluerit; quin & tanta
 ei imminuerit invidia, ut nihil magis invidentium in votis esset,
 quam ut cuiuscunque delicti reum eum peragere potuissent; haut
 rationi sane ita consonum videtur, existimare ejectionem illam fa-
 ciam seu vim illaram ab eo fuisse sine agnita, etiam ab ipsis, qui tam
 malignè ei in videbant, Lege seu more, quo in id genus homines
 Templi Sanctitatem ita polluentes, incurtere licuerit, atque vi ejice-
 re. Quid obiter facilius quam adversus eum, pro privato habitum,
 Scribas & Sacerdotes (qui cum & tunc quarebant^d perdere) statim^{D. Marc.}
 egisse de vi publica sive ex Jure patrio, sive ex Romano, nisi id, quod
 fecisset, ex Jure patrio, quod tunc temporis haud hac in re Roma-
 no cesserat, fieri fas fuisse. Ideo non iniquum videtur ut existime-
 mus, fas etiam idem tunc esse habitum Ebræo quicunque privato,
 idque ex recepto, quod diximus, Zelotarum Jure; quod heic ad-
 habitum item esse, elicere licet ex verbis D. Joannis, hac de re. Post-
 quam eis, quos ejecerat, dixerat Christus, auferte ista hinc, & no-
 lite facere Domum Patri mei Domum Negotiationis, recordari sunt
 T te disci-

^{¶ Ps. 69. 9.} discipuli ejus (ait Evangelista) quod scriptum est, zelus domus tuae acomedit me; perinde ac si ἔχει πάντα seu zelotarum Juris moribus patriis subnixi, expressè illic meminissent, & ad Domini factum traxissent. Qualissimam autem sanctitatis Templi pollutio ac violatio in negotiatorum, quos diximus, commerciis fuerit, satis ostendit ipse Dominus, dum in verbis è S. Joanne iam citatis Templi negotiationis domuni neutiquam fieri debere ait, & apud Matthæum, scriptum

^{¶ Isaia. cap. 56.} est^f, *Domus mea Domus orationis vocabitur, vos autem fecistis eam speluncam latronum, seu ut apud Marcum, Nonne scriptum est quod Domus mea Domus orationis vocabitur omnibus gentibus? vos autem fecistis &c.* *Domus Orationis scilicet עירם בָּבֶל omnibus gentibus seu populis.* Nam in monte Templi & locus Orationis etiam Gentibus. Atque ibi Nummularii hi & negotiatores, qui ejeci.

^{¶ Vide supra lib. 3. cap. 6.} At vero ex more erat patrio eoque solenni ac licto, ut Nummularii seu Mensarii ibi perpetuo fermen federent juxta jam è Talmudic ostensa. Quanquam igitur ita polluebant loci sanctitatem vendentes oves, boves, & columbas, tum forte in certamina alias artes non licitas quam sacrificia, idque per fraudes crebras, quas in questum etiam exercerent; cumnam Nummularii etiam seu Mensarii, quoniam ibi confessus solennis licitus, ac sacris necessarius, simul ex hoc Jure ejecisti? Certè simplex Nummulariorum seu Mensiorum, in sibis dimidiis reliquisque nummis, secundum quod dictum est, in sacros usus, recipiendis arcisque condendis, officium, neutiquam loci sanctitatem poluisse est existimandum. Sed quoniam Negotiationis illicitæ societatem cum vendentibus ibi inierant, atque animalia, quæ extra loca sancta emenda erant, in sacrificia; contra fas, ibi compendi causâ emere solebant, nec fraudibus eo in hominum genere non raro reperiri solitis, illic ministerio illo fungentes carebant; ideo & ipsi, ut qui tum criminis aliorum participes, tum scio infames pariter sic Templum seu Mentis Templi locum illum aliæ ipsis permisum profanabant, ejiciendi. Alia sunt recepti huius moris exempla, tam ubi falso ac impiè obtendebatur zelus, quam ubi, ut heic, expressissimo universæ pletatis, ac Justitiae exemplari revera & tempestivè accusus est. Nec reverentiam ipsam sive summi Pontificis sive Confessoris

^{¶ Vide lib. 6. cap. 12.} non licitas quam sacrificia, idque per fraudes crebras, quas in questum etiam exercerent; cumnam Nummularii etiam seu Mensarii, quoniam ibi confessus solennis licitus, ac sacris necessarius, simul ex hoc Jure ejecisti? Certè simplex Nummulariorum seu Mensiorum, in sibis dimidiis reliquisque nummis, secundum quod dictum est, in sacros usus, recipiendis arcisque condendis, officium, neutiquam loci sanctitatem poluisse est existimandum. Sed quoniam Negotiationis illicitæ societatem cum vendentibus ibi inierant, atque animalia, quæ extra loca sancta emenda erant, in sacrificia; contra fas, ibi compendi causâ emere solebant, nec fraudibus eo in hominum genere non raro reperiri solitis, illic ministerio illo fungentes carebant; ideo & ipsi, ut qui tum criminis aliorum participes, tum scio infames pariter sic Templum seu Mentis Templi locum illum aliæ ipsis permisum profanabant, ejiciendi. Alia sunt recepti huius moris exempla, tam ubi falso ac impiè obtendebatur zelus, quam ubi, ut heic, expressissimo universæ pletatis, ac Justitiae exemplari revera & tempestivè accusus est. Nec reverentiam ipsam sive summi Pontificis sive Confessoris

felsus Magni obstitisse puto, quin mos hic licitus haberetur. Etenim cum in Confessu sistebatur Christus, ac filium Dei se profitebatur, ob quod reus blasphemiae habitus est, in adstantibus crant, qui zelum proculdubio obtendentes, in eum irruerent, in faciem expuerent, colaphis cederent, uti videre est apud DD. Matthaeum ac Marcum. Etiam cum ex ministris cuidam Christus haud satis reverenter habuisse Caipharn sumarium Pontificē visus est, ab eo ^{D. Ioseph. 22.} i percutitur. Qui observandum est Servatoris responsum ministro illi, si malū, inquit, locutus sum, perhibe testimonium de malo; si bene, cur cadis me? ac si ex more licitum fuisset adstanti cum, qui publicè Pontificis summā sanctitatem, quæ velut & Templi est, irreverenter habuisset seu violasset, irruendo statim percutere. Rogat igitur tantum, ut testimonium perhiberetur de Malo, quod alapam ibi mereretur. Nam ubi nihil eiusmodi esset, nefas fuisse reum in judicio percutere, scimus ex D. Pauli verbis. Sistebatur Paulus ^{A. A. 40. 23.} nec dum quid omnino dixerat, quod ipsis iudæis sanctitatem sive Numinis, sive Templi, sive Gentis violare visum est. At percuti cum, furore in Christianismum percitus, iuber Ananias Pontifex. Paulus autem Juris gentis suæ scientissimus, sedes, inquit, ut judices me secundum Legem, & contra Legem jubes me percuti? Sed de his haec tenet.

C A P. VI.

De Cade Humana, extra Belli Poenæ seu Qualificationem, iuxta nonnullos (ex lege sacra, de Anathemate seu חרם) parentibus saltem & heris permisā; velut Hostia humanæ nomine.

Ta temperatum in antè dictis vides apud Ebraeos generale homicidii interdictum, ut nihilominus Poenæ nomine, & Quasi Poenæ, mortem irrogari fas haberetur. Quemadmodum etiam, pro facti specierum varietate, habebatur tum in ipsa lege sacra, tum in universarum, quas novimus, gentium moribus. Et quamquam temperamentia eiusmodi, quæ in Noachidarum Jure dispiciendo locum habere possunt, potius ad sextum eorum Juris caput, quod de Judiciis est, attinet; dum scilicet Po-

cet Poenarum nomine simpliciter considerantur ; attamen dum ea, ut interdicti laxamenta, intuemur, locum habent heic sibi debitum. Uti etiam in primis illud, utrum in sacra illa Republica ejusmodi haberetur aliquod interdicti Naturalis de Homicidio laxamentum, id que ex ipsa lege sacra, ut spontaneum homicidium aliquod (nullâ Juris bellici, Peenæ, seu Quasi Poenæ ratione habirâ) Jure potuisset committi ? Ex lege dico perpetuâ, expressâ, & cuius Ebræis, pro libitu eorum, usus permissus. Nam ex præcepto Numinis singulari atque extraordinario, sive quale de immolando filio accepit Abraham, sive ejusmodi alio, cædem humanam lictam fuisse, utpote ab eo, cui tota rerum natura simpliciter ac omnimodò subest, imperatam, dubi-

¹ *Leviticus. 27.* tandem non est. Sed verò lex expressim sacra huiusmodi habetur
^{27.} בְּחַם אֲשֶׁר יָחִים אִישׁ לֵיהֶה מֶלֶךְ
 אֲשֶׁר לוּ מְאֻדָּם וּבְהַמָּה וּמְשֹׁדָה אֲחֹזֹתוֹ לֹא יִמְכַר וְלֹא יִגְאַל כָּל חָרֶם
 קֹוּשְׁקָוּשִׁים הָוֹא לֵיהֶה כָּל חָרֶם אֲשֶׁר חָרֶם מִן הָאָדָם לֹא יִפְרַח
 מוֹת יוֹמָת *Omne anathema quod devoverit seu anathemazaverit homo Domino* (vulgata, *Omne quod Domino consecratur*; *Judæi Hispanienses todo apartamiento que apartare varon a A. Paraphrasis Hierosolymitana* כָּל אֲפָרֶשׁ דִּיְהֹה לְשָׁמָאָה *omne separatum seu sacris usibus destinatum quod separaverit homo Nomi Domini ex omnibus que habet, ex homine & è pecore & ex agro possessionis sua, non vendatur, nec redimatur; Omne anathema anatum sanctorum est Domino, seu sanctissimum est Domino. Omne anathema quod devovetur ex homine* (vulgata, *omnis consecratio qua offertur ab homine; Hellenistæ, τὸν ἀνθρώπον οὐ εἰς ἀνθρώπον τῶν ἀνθρώπων omne anathema quod consecratum fuerit ab hominibus seu de aut ex hominibus; Judæi Hispanienses, todo apartamiento que se apartare del hombre; & Paraphrasis Chaldaæ & Hierosolymitana, præter versiones Arabicas, retinent particulam in quod ab, de & ex pariter Orientalibus significat) *non redimatur. Mortemoratur seu interficiatur. Ad hanc legem, disceptatio est, inquit Munsterus, inter Iudeos, num homo etiam interfici debeat per votum anathematis domino consecratus. Alii tantundem. Jam verò si ita cagiantur verba illa sacra, ut significant omne Anathema, Devotum, Confe-**

Consecratum ex homine seu è cætu hominum, esse morte afficiendum, sequitur, ut ultroncâ consecratione, devotione, seu anathematizatione, liceret cuicunque, ad quem lex hæc attineret, alium, saltem quem ei fas esset, ut sui Juris, devovere, morti addicere. *Quod sanè mirè derogaret universali Homicidii interdicto, & cædem humana pro affectu eorum, cui devovendi potestas, permitteret. Eodem ferè modo, quo apud Africanos olim, maximè Carthaginienses, etiam & aliquot in Europæ Asiæque locis, cædes humana in hostiis humanis diis immolandis permittebatur. Non tamen quibusvis, sed*

"Vides Syra-
tagm. I. de
Dir. Syriae
cap. 6. pag. 181
Hugonis Gro-
sum de sa-
crafact. Chri-
sti cap. 10.

eis, quæ in immolantium potestate, veluti filiis ^m, servis. Nam ita proculdubio se res habuit ut plurimum; tametsi etiam essent, apud quos honestum haberetur patrem immolare, ut Triballi ⁿ. Neque defunt in scriptoribus Christianis, qui ex citatâ jam de Anathemate legie, licitum fuisse apud Ebræos existiment filios aliosque, quos in potestate sua quis haberet, neci devovere atque immolare. Horum instar omnium heic erit V. CL. Ludovicus Capellus, cuius prostat diatriba singularis & certè doctissima de voto Jephthæ. In eaille; ad diritatem & immanitatem quod attinet hujus legis (ita scilicet intellectæ; & obvium erit tunc diritatem objicere) dicimus eandem propè hujus legis esse rationem, que fuit legis de Repudio. Non probabat Deus repudium; sed si quis erat tam duro & prafracto animo, ut noller diutius uxori convivere, Deus quatenus populi Iudaici Rex erat velut politicus & civilis legislator, non prohibebat, quo minus illam à se amandaret, dato repudii libello. Sic etiam Deus non probabat, ut quis personam humanam sibi per □ Cherem devoveret, sed si quis adeo temerarius erat, ut v. ejusmodi nuncuparet, non de bestia aut agro tantum, sed de persona etiam, quæ ipsius esset juris, volebat eam morte affici; non quod illi probarentur & gratae essent humane hostiæ, sed aliis de causis legitimis, quas lex quidem non aperit, (neque enim Deus legum & preceptorum suorum rationem reditare tenetur,) sed aliquatenus nobis suspicari & eas subolfacere licet. Ac primò quidem, videatur Deus sic tacite voluisse innuere, se potestatem vitæ & necis concedere parentibus in liberos & heris in seruos, non quidem ipsi met pro arbitrio exercendam quum libereret,

"Ariost. To-
pic. 2. c. nls.

Ttt 3 quomo-

quomodo eam Ethnici Greci & Romani exercuerunt, si nem magistris conscientia, sed quam bac duntaxat ratione exerceerent, sacra nempe capitis eorum devotione, ad cuius executionem intervenire oportebat sacerdotum operam & ministerium; ad quos nimis per-
 tinebat votorum cognitio rerumque Deo per קְרֵב Cherem sacrata-
 rum ius & proprietas sive dominium; Numer. 18.14. נִלְחָמָה בְּשַׂרְאָל
 ¶ Omne anathema in Israhel tuum erit. Quāsanctionē sacer-
 dotes Iudices erant à Deo constituti, qui dispicerent & judicarent, an
 vota illa essent legitimè necne concepta & nuncupata, atque ita
 mors liberorum & servorum à parentibus & heris devotorum non
 simpliciter & nude à parentum & herorum arbitrio & libidine pen-
 debat, quandoquidem sacerdotum judicium & sententiam interve-
 nire oportebat. Ita abusus cavebatur, & simul parentes à liberis, &
 heri a servis tanto majore in honore habebantur, utpote quos tan-
 sum viderent in se habere vita & necis potestarem, ut si libuisset,
 ab uno oris ipsorum verbulo vita & mors sua penderet. Hac ratione
 magis in officio & debitâ erga parentes & heros obedientiâ conti-
 nebantur. Adjicit etiam, hac ratione parentes magis ab imprecatio-
 nibus seu diris in liberos suisse deterritos; ne scilicet ita morti ex le-
 ge essent tradendi. Typicum insuper legis sensum adjungit; patrem
 cœlestem filium suum in humani generis redemptionem, immo-
 lationi devovisse, ejusmodi alia. Nec omnino prætermittit adver-
 fas Ebræorum aliorumque sententias, quas tamen potius tangit,
 quam explicat; & demum ex hac lege Jephthen filiam suā devovisse
 atque immolasse asserit. Certè negandum non est, quin omnimoda
 ejusmodi cædes ex lege Numinis, cuius imperio universa rerum na-
 tura subest, (si ita is voluisset,) jure certissimo committi potuisset.
 Neque ideo de legi justitia, si ejusmodi sensu intelligenda sit, ullare-
 nus disputandum. Sed verò quoniam ex hujusmodi dévovendi
 immolandique libertate necesse fuisset, ut mirum in modum minu-
 retur interdicti de homicidio amplitudo, nec ulla ira prolis ac serv-
 rum (à quibus neque in hac lege alii quiquam distinguuntur) vitam
 innocentia tueri potuisset, adeò ut planè ultroneum homicidium
 tum extra bellum, Poenæ aut Quasi, rationem, tum citra fori sententiam
 eorum-

erorumve, qui rebus præerant decretum, hac in specie intra sacram illam rempublicam permitti inde esset concludendum (nam quod addidit Capillus desacerdotum interveniente heic sententia veluti forensi, nihil habet id omnino, quo nitatur sive in lege sacra, sive in Magistrorum commentariis; & certe si haberet, nil aliud sequeretur, præterquam quod pro devoentis & sacerdotum arbitrio extra causas omnimas jam dictas homicidium potuisset patrari) idcirco quid ipsi Talmudici tum de legis hujus sensu, tum de Jephthæ voto filiaeque ejus, quæ nonnullis creditur, immolatione statuerint, fusus heic offendere duximus operæ pretium.

C A P. VII.

De verbo Legis illius sacre, quā ultronea cædes humana parentibus & heris liberis & servos anathemate devoentibus permitti visa est. Et de vario apud Ebraeos Anathematis genere.

NT rite ad mentem Ebraeorum, capiatur lex illa sacra, quæ nonnullis videtur cædem humanam quandam ultroneam, hostiasque humanas in republica illa à Numine institutâ ita permitti. Tria in primis sunt discienda. Primum est, ipse legis sacræ verborum contextus ejusque in versione significatio; secundum Naturæ  Cherem seu Anathematis apud Magistros diversitas arque circumstantiae; Tertium, quomodo in ea diversitate, atque inter illas circumstantias legem jam dictam ipsi interpretentur; quibus satis apertis nec intempestivè subjungimus, quod de Jephthæ voto filiaeque immolatione ita creditâ tradunt. Quod ad primum attinet, observandum est in Levitico capitº quod legem illam habet priore parte, præstitutas esse formulæ. *Cap. 27.* æstimandi taxandique vota seu res & personas, ubi non tam ipsæ res seu personæ, quam eorum æstimationis pretium seu valor domino consecratus est. Hujusmodi vota nuncupantur *וְדָרִי עֲרַבֵּין vota estimationum*. Aque res voto æstimationis illigata, pretio seu æstimationesoluta, etiam & ipsa solvebatur dominoque ita redimebatur in usus quoque retinenda. Postea in eodem capite sequitur ritus *d'evor*.

devovendi, quo ipsa sive res sive persona devovetur, atque consecratur sine spe redimendi. Ettam personas quām res in lege illa contineri, manifestum est ex verbis illis; מְאֹדָם וּבָהָמָה וּמִשְׁנָה ex homine & pecore & agro, seu, sive homo fuerit sive pecus sive ager, quod fuerit devotum. Quin ut eo in loco ex homine seu ex hominibus denotat, ita sanè in verbis sequentibus מְאֹדָם תַּחֲנוּן ex aequum sat is videtur, ut interpretaremur ex hominibus seu ex homine, nimurum si quod caput fiat ex hominibus ut anathema sacrum, non redimatur; morte moriatur; cum scilicet similis sit utrobique & in locis adeo invicem proximantibus præpositionis illius usus. Atque ita sanè intelligunt verba illa Ebraei, ut mox liquebit. Utcunque sint inter Christianos viri sanè doctissimi, qui non ex sed ab ibi malint vettere, adeo ut significatio fiat, aut quicquid ab homine fuerit abdicatum ut anathema, interficiatur, quo sensu homo ipse eo in loco anathema non erit, sed animalia quæcunque alia ab homine devota. Res seu persona ad hunc modum devota חֶרֶם nuncupabatur, quod anathema rectè vertitur; cuius vocabuli, quā etiam devotionis in ea vis habetur, diversitatem (quod secundum est eorum, qaz heic dispicienda proposuimus) diligenter oportet animadvenire. Quenammodum autem Deyoti, Anathematis, Sacri, aliorumque ejusmodi vocabulorum significatio interdum rem pietatis ergo Numini sacratam, interdum diris onustam denotat, (cum scilicet utraque devovebatur; hæc ut malorum vindici, illa ut bonorum auctori, conservatorique,) ita etiam usus ḥ̄רֶם seu Anathematis aut Devoramenti (ut Tertulliano^P dicitur) apud Ebraeos obtinuit. Usus autem seu Notio vocabuli quadruplex ad rem, quam tractamus, habetur. Aut enim sacram significat donarium ipsum, quod Numini seu in sacros usus devovebatur, ut in commate 28 Capitis vigesimi septimi Levitici seu prioribus periochæ inde superiori in capite citatæ verbis; aut id quod expressim Jure belli ac militari seu ob inimicitias capitales devovebatur perditioni, internectioni, aut odio intellino; aut quod in commissum cadit; aut demum quod diris, Jure tantum pacis, onustum. De Primo genere non est, ut heic plura dicantur. Secundi generis exemplum illustre habetur in Sacris illis de Hier-

* Advers.
Gnosticos
cap. 2.

וְהַיְתָה הָעִיר חֲרֵם הִיא וְכֹל אָשָׁר בָּהּ לִיהְוֹת,^⁹ Et si uincas cap. 6
ſturbis hac anathema, ſeu Chereim; ipsa & omnia, que in ea, Domino.^{¹⁰}

Et statim; Et vos caueſe ab anathemate, nefatiaſis anathema, & tol-
latiſis de anathemate ponatiſque caſtra Iſrael in anathema & turbe-
tiſea. Sed omne argenſum atque aurum, uafa aenea atq. ferrea Do-
mino conſecraſuntur, venientque in theſaurum Domini. Urbs ita
tota anathema erat in Poenam ſeu vindictam hostium; ita tamen ut
metalla in victoris potestatē redacta anathemata fierent primi gene-
riſ, ſacra ut pote Domino & in ſacros ſcrvanda uſus; Cetera tamen per-
ſonæ, (exceptā Rahab; quod ex hiſtoria nemo nescit,) quam reſiſive
nece ſive incendio aliove modo diſperderentur. Quod adeo neceſ-
ſum erat fieri, ut flagitiū haberetur horrendum quempiam retum
ſeu perſonarum ita devotarum quid ſibi ſumere, quemadmodum ſci-
muſ ex Achanis poenā capite proximo ibi narratā. Alia ſunt que
huc faciunt in ſacris literis, ubi verbum חָרֵם hac notione, nec in-
frequenter occurrit. Atque ad hoc genus attinent publica ſive po-
puli ſive Regis ſive Synedrii Magni anathemata, quibus bellum ge-
ſtuti ſeu praelium inituri milites ſuos aliosve, ſi quidquam impera-
tum non praſtarent, devovebant morti; quemadmodum illud po-
puli, de eis qui non ascenderent^¹ in Mizpa, & illud Saulis Regis de
eis qui^² ante noctem quid comedercerent. Huc etiam attinet excom-
municatio illa ſimul & anathema, quo Cuthæi veteres, qui Templi^³
inſtaurationem impedirent, devovebantur, veluti quorum in amici-
tiam nunquam redituros ſe profitarentur Judæi. Legitur in Pirke
Rabbi Eliazar^⁴ de Ezra, Zerubabele & Josua Ben Jozedec Pontifice^⁵

קָבָצָו אֶת כָּל הַקָּהָל אֶל הַיכָּל "וְהַבָּיָאו שָׁלַט מְאוֹת תָּנָגִים,^⁶
שָׁלַט מְאוֹת תִּבְוקּוֹת וְשָׁלַט מְאוֹת טוֹפְרֹת וְשָׁלַט מְאוֹת סְפָרִי תּוֹדָה"^⁷

בַּיָּם וְהַיְוֹת תְּקֻעַן וְהַלּוּס מְטוּרִים וּמוֹזְמִין וּמְנַדֵּן אֶת הַכּוֹתֵךְ נָנוֹן^⁸
שם המפורש ובכתב הנכְתָב עַל הַלְּחֹות וּבְחָרוֹת בֵּית דִין הָעָלִיּוֹן וּבְחוֹם^⁹
בֵּית דִין הַתְּחִתּוֹן טְלָא יָאֵל אֶרְטָמִישָׁרָאֵל פָּתָח כּוֹתִי עַד עַוְלָם מִכְאָן^{¹⁰}

אמרו^{¹¹} כֹּל האוכל בשר כוֹתִי כָּאלו אוכל בשר חזיר ואל יִתְגַּיֵּר אֶרְטָמִישׁ כּוֹתִי^{¹¹}
ואין להם חלק בתחיית המתים שנאמר לא לנים ולנו לבנות בית^{¹²}
אל הָעוֹנוֹ לֹא בְעוֹלָם הַזָּהָר וֹלֹא בְעוֹלָם הַבָּא וּזְרוּ שְׁלָא יְהִי הָעַם^{¹³}
חָלֵק וּנְהַלֵּה בְיוּשָׁלָם שְׁנָאֵר וְלֹכֶם אֵין חָלֵק וְזַרְקָה וְחַרְבוֹן בַּיּוֹתָלָם^{¹⁴}
וְשְׁלָחוֹ
V u u

תלו חרם אצל יישרָאֵל שבבבל וועוד הוֹסִיף עלייהם חרם על חרם והוֹסִיף המלָך כוֹרֵש וְקַבָּע congregaverunt totam Ecclesiam seu cætum populi in templum Domini, & introduxerunt cccc sacerdotes, & cccc pueros (seu discipulos minores,) quibus erant in manibus cccc buccinae & trecenti libri Legis. His clangebant, cantantibus interea & psallentibus Levitis. Et excommunicabant Cuthæos per mysterium nominis Tetragrammati & per scripturam descriptam in Tabulis (Decalogi) & per anathema Fori superioris seu Cœlestis, & per anathema fori inferioris, ita ut nemo Israelitarum unquam in posterum comedederet buccellam aliquam Cuthæorum. Hinc etiam inolevit, eum, qui comedederit carnem Cuthæorum, habendum veluti qui comedederit carnem porcinam. Neque Cuthæos Proselytos fieri, neque eis esse partem in Resurrectione mortuorum juxta illud quod scriptum est^u. Non ad vos simul nobilcum attinet instauratio Domus Dei nostri; nec scilicet in hoc seculo nec in futuro.. Et præterea non esse eis partem, seu hereditatem, aut posse.

^v Ezra. 4.3. sessionem Hierosolymis, juxta id quod itidem scriptum est^x, & vobis nec portio est, nec jus, nec memoria Hierosolymis. Miserunt autem anathema ad Israelitas qui in Babylonia. Quin & septuaginta iterarunt nec portio est, nec jus, nec memoria Hierosolymis. Miserunt autem anathema ad Israelitas qui in Babylonia. Quin & septuaginta iterarunt

^y Pirke R.E. in eos anathema. Etiam & adjecit Cyrus Rex anathema, quod slazar cap. bilivit in eos in perpetuum. Formula anathematis hec adhibitatur usurpasse alibi ^y dicitur Phinees, scilicet per mysterium nominis

^z Io. Cœchius in excerpt. ex Tetragrammati & per &c. Et de capitalibus inimiciis inter Israelites & Cuthæos testimonia sunt passim obvia. Et quod ad buccinæ Sanhedrin cap. 1. pag.

146. Et Ge- exempla, quod à viris doctis ^z etiam pridem observatum est. Nec mar. Baby- det trecentorum in tam publica anathematis denuntiatione numero Sanhedrin cap. 11. fol. mirabitur, qui quadringentas adhibitas fuisse legerit, etiam in sim- 107 b. pli ab uno Magistro, idque extra forum, excommunicatione de- nuntiata, de qua sib calcem capit is octavi. Tertium Anathematis

^t Cap. 10. 8. genus visitur in illo Ezrae edito³, quicunque non adfuerit intratri-

^g G. de lib. duum, juxta decretum Principum & seniorum זרם נל רכושו וזה א- 3. Ezrae. cap.

9. 4. Et Ne- י'ד'ל מוקה'ל ה'ג'ול'ה hemia c. 10. 2. א'ג'ז'ל'ה'ט'מ'ת' ב'ג'ז'ל'ה'ט'מ'ת' ת'ס'ג'ז'ל'ה'ט'מ'ת' א'ג'ז'ל'ה'ט'מ'ת' (vul-

gata

gata anferetur) universa substantia ejus, & ipse disternatur ab ecclesia transmigrationis. Quarti denique generis, quod, Jure Pacis, diris fiebat, species sunt binæ; altera ubi diris quis devovebatur, si quid imposterum sive committeret sive omittet; altera ubi quis ob iam commissum quid ita devovebatur. Prioris exemplum est egregium in illo Iosuæ^b; *Iura vitque Iosua in tempore illo dicens;*^{b Cap. 6. 25.} Maledictus fit coram Domino qui surgens adificaverit urbem istam^c *Egide. Ne-* Hierichuntrem. In primogenito suo fundabit eam, & in minore (filio)^d *hemiam cap.* 13. 25. collocabis portas ejus. Scilicet proles ejus posteritasque universa de- struantur. Certè & hujus est generis, quod ex instituto Rabbenu Ger- som (natione is Gallus floruit sub annum Christi 1070) literis ob- signatis Judæi hodierni apponere solent. Diris nempe devovent cum, qui præter sententiam mittentis eas resignaverit; Personæ & Loco ad quem mittuntur, nunc ad hunc modum, nunc ad alium, de- votioñis formulâ subjunctione ; וְהַרְסָתָן בְּנֵי רְבִבִּי מְאוֹר הַגּוֹלָה וְפֶתַח כּוֹתֵי יְהוָה נִזְמָן In anathema de- voveatur alienus per Excommunicationem, Anathema, & Separa- tionem Rabbi Gersom Luminis Captivitatis; & panis ejus sit cibus gentilium, vinum ejus, vinum idololatricum. Huiusmodi scilicet diris alienum, qui resignaverit, devovent^e; breviter atque more suo,^f *Io. Buxtor- fium in Epi-* unoquoque vocabulo, primo tantum suielemento designato. At- stolar. He- que ad hanc speciem attinet illud^d; collegerunt se quidam ex Ju- braic. Institu- deis & aiagēμάνως εαυτοὺς anathematisaverunt seipso dicentes^{pag. 59.} neg. manducaturos neg. bibituros, donec occiderent Paulum, ubi Sy- 23. 12. *Eg. 14.* rus habet ρωμανούς αὐτούς se anathemate devoverunt, ab ipso ḥaram^g 21. Cherem quod Ebraum est; & paulo itidem post ḥaram^h *In prologue.* pro eo quod est anathemate devovimus nos; alibique ex Ebraico *ad lib. de sua* *חֲרֵם*, facit id quod Graecō anathemati respondeat in Novo federe, quemadmodum etiam Arabs. Nempe devoverant se diris Judæi, vel ederent vel biberent, atque interea omitterent necem Pauli. Iusdem est speciei anathema, quo devovebantur adjurati, si pe- rent. Nam præter alias diras (de quibus nosⁱ alibi) ipsum ḥaram^j *cess. in Bon.* on raro adjectum est; ut è Mose^k Corzensi discimus. Accedat iam illud, quo admissi in Essenorū sectam se obligabant, ut vi- *Præcept. ne-* gat. 219. *dere est*

¹ De bello Iudaico lib. 2. cap. 12. gr. 7. lat.
dere est apud Josephum §. Quin & Apocryphis de Orbis terrarum distributione ^b inter Noachidas illos tres minoratur iurejurando invicem se patre præcipiente, obstrinxisse, alterum alterius fines non transgressurum. Qui verò transgredetur, eum ἐξελαθέμενος οὐ πάντα τὸ αὐτόμα αὐτὸς funditus exterminandum uti & posteros ejus. Atque huc spestat anathema illud generale, quod statis temporibus Ebraei veteres in universos Israëlitas, qui capita aliquot Juris sive sacri sive aliter introducisti, cautiūs pro re nata observanda, sponte & scienter violarent, taetis bibliis sacris promulgare soliti. Formula ejusmodi anathematis habetur in Rituali illo libro, quem Colbo, id est, Pandecten nuncupant, sub titulo **ין האזרת על החורם Ius quod ad eum attinet, qui anathema seu Cherem violaverit.** Sunt quidem in eo tum Astrologica nonnulla, tum nescio quae de Angelis atque ejusmodi alia, quæ seculorum recentiorum commenta esse Sepher Col. meritò censeas. Sed integrum, ut habeturⁱ, exhibemus.
^b do fol. 144a.

נوتת חרם

נוזת עירין ובמיימר קדישין אנו כוחרים זמשביעין זמנדיין ומולמתין ומקלליין ומארכין על דעת המקומות ועל דעת הקהלה בספר התורה זהה בשש מאות וטלאש עשרה מצאות הכהנויות בו בחורים שחוויות יהושע את ירושה ובקללה שקלל אלישע את חנעריס ובקללה שקלל גוזי גערוי ובשחתה דטומתיה ברק למרוז ובשחתה דטומתינהו אנטוי נסנת הגROLה ונשחתה דטומתיה רב יהודה בך יזקאל לההוא עברא ובכל החרמות והאלות זתקללות זונידיין והשחתות שנעשו מיטות מטה רבינו ועד עשיון בשם אכתריאלעה הה צבאות בשם מיכאל השד הנדול בשם מטטרון טשומו כשם רבנו בשם סנדאלפין דקושר קטרים לרבו בטם שם בן ארבעים ותשתיים אותיות בשם שנראה למשה בסנה בשם שקרע משה את הים ^k בהם אהיה אשר אהיה בסוד שם המפורש בשם יוגה^j נתב שכתב על דלוחות בשם ה צבאות אלה ישראל ישב הכרובים בשם הגלגים ואופנים וחיות הקדרת ומלאכי דמירות בשם כל המלאכים הקדושים מטהתי עליון כל בך ישראל או בת ישראל שיעבור על טום רבו מהסכנות או מן אחת מהן המבוארות בהערכה אחריו הלא אלה ישראל ישב הכרובים אדור הווא מפני הדעת הנכבד והנוראה הלא מפני הכהן גדול ביום הכהנורים אדור הווא בטמים ובארן אדור הווא מפני הגבורה אדור הויא מפני מיכאל השד הנדול אדור הויא מפני משטרון טשומו כשם רבו אדור הווא מפני אכתריאלעה הה צבאות אדור הויא

הוא מפני שרפים יאופנים והוא קדש ומלאכי השחתת המתחות פה
עלין בקדושה ובטהרה. אָם נַלְךָ בְּחִדְשֵׁן נִסְן שְׁמַטְמָרְתוֹ מֶלֶךְ רַאשׁ מֶשְׁמָרְתוֹ שְׁמַזְלָוָי אֲרוֹאָל אֶת
הָאָמְפִי וּמְפִי כָּל מֶשְׁמָרְתוֹ וְאַתָּ נַלְךָ בְּחִדְשֵׁן אַיְדֵי שְׁמַטְמָרְתָּנוֹ מֶלֶךְ וְאֶת
מֶשְׁמָרְתָּנוֹ שְׁמַזְלָוָי צְפְנַיָּאל אֲרוֹר הָאָמְפִי וּמְפִי כָּל מֶשְׁמָרְתָּנוֹ וְאַתָּ נַלְךָ
בְּחִדְשֵׁן סִינְיָן שְׁמַטְמָרְתָּאָרָשׁ רַאשׁ מֶשְׁמָרְתָּאָרָשׁ שְׁמַזְלָוָי אֲרוֹר הָאָמְפִי
וּמְפִי כָּל מֶשְׁמָרְתָּנוֹ וְאַתָּ נַלְךָ בְּחִדְשֵׁן תְּמָנוֹן שְׁמַטְמָרְתָּנוֹ מֶלֶךְ וְאֶת
מֶשְׁמָרְתָּנוֹ שְׁמַזְלָוָי פְּנַיָּאל אֲרוֹר הָאָמְפִי וּמְפִי כָּל מֶשְׁמָרְתָּנוֹ וְאַתָּ נַלְךָ
בְּחִדְשֵׁן אַבְשָׁתָּאָרָשׁ מֶלֶךְ רַאשׁ מֶשְׁמָרְתָּאָרָשׁ שְׁמַזְלָוָי בְּרַקְיָאָל אֲרוֹר הָאָמְפִי
וּמְפִי כָּל מֶשְׁמָרְתָּנוֹ וְאַתָּ נַלְךָ בְּחִדְשֵׁן אַלְלָה שְׁמַטְמָרְתָּנוֹ מֶלֶךְ רַאשׁ מֶשְׁמָרְתָּנוֹ
שְׁמַזְלָוָי אֲרוֹר הָאָמְפִי וּמְפִי כָּל מֶשְׁמָרְתָּנוֹ וְאַתָּ נַלְךָ בְּחִדְשֵׁן חָרָר
שְׁמַטְמָרְתָּנוֹ מֶלֶךְ רַאשׁ מֶשְׁמָרְתָּנוֹ שְׁמַזְלָוָי אֲרוֹר הָאָמְפִי וּמְפִי כָּל
מֶשְׁמָרְתָּנוֹ וְאַתָּ נַלְךָ בְּחִדְשֵׁן מְרַחְעָיו שְׁמַטְמָרְתָּנוֹ מֶלֶךְ רַאשׁ מֶשְׁמָרְתָּנוֹ
בְּזִנְרִיאָל אֲרוֹר הָאָמְפִי וּמְפִי כָּל מֶשְׁמָרְתָּנוֹ וְאַתָּ נַלְךָ בְּחִדְשֵׁן נְמָלָה
שְׁמַטְמָרְתָּנוֹ מֶלֶךְ רַאשׁ מֶשְׁמָרְתָּנוֹ אֲרוֹנִיאָל אֲרוֹר הָאָמְפִי וּמְפִי כָּל
מֶשְׁמָרְתָּנוֹ וְאַתָּ נַלְךָ בְּחִדְשֵׁן טְבַת שְׁמַטְמָרְתָּנוֹ מֶלֶךְ רַאשׁ מֶשְׁמָרְתָּנוֹ
עֲנָאָל אֲרוֹר הָאָמְפִי וּמְפִי כָּל מֶשְׁמָרְתָּנוֹ וְאַתָּ נַלְךָ בְּחִדְשֵׁן שְׁבַט שְׁמַטְמָרְתָּנוֹ
מֶלֶךְ רַאשׁ מֶשְׁמָרְתָּנוֹ שְׁמַזְלָוָי נְבָרָאָל אֲרוֹר הָאָמְפִי וּמְפִי כָּל מֶשְׁמָרְתָּנוֹ
וְאַתָּ נַלְךָ בְּחִדְשֵׁן אַדְרָשָׁתָּאָרָשׁ מֶלֶךְ רַאשׁ מֶשְׁמָרְתָּנוֹ שְׁמַזְלָוָי דְּמַיָּאָל אֲרוֹר
הָאָמְפִי וּמְפִי כָּל מֶשְׁמָרְתָּנוֹ אֲרוֹר הָאָמְפִי טְבַעַת מְלָאכִים הַמִּנוֹנִים
עַל טְבֻעָה יְמִידְשְׁבוּעָ וּמְפִי כָּל מֶשְׁמָרְתָּנוֹ וְסִיעָתָם אֲרוֹד הָאָמְפִי אֲרַבָּעָה
הַמְּלָאכִים הַמִּנוֹנִים עַל אַרְכָּעָה תְּקוּפָת הַטָּנה וּמְפִי כָּל מֶשְׁמָרְתָּנוֹ וְסִיעָתָם
אֲרוֹר הָאָמְפִי טְבֻעָה הַיכְלוּת אֲרוֹר הָאָמְפִי שְׁרִי הַתּוֹרָה שְׁמַטְמָרְתָּנוֹ
מְבָעַילָהוּ חֹותָם אֲרוֹד הָאָמְפִי הַגָּדוֹל הַגָּבוֹר וְהַנוֹּרָאָל מְבָעַ לִיהְיָה תְּבִרָה
תְּהָאָלָה בְּעַגְלָאָל תְּהָאָמְפָלְתָה אֶל אֱלֹהִי הַטְּפִילָה אֶל אֱלֹהִי הַחֲחוֹת לְכָל
וְהַאֲבִידָה. אֶל אֱלֹהִי הַחֲחוֹת לְכָל בְּשֵׂר הַטְּפִילָה אֶל אֱלֹהִי הַגָּדוֹל
בְּשֵׂר דְּבָנִיָּהוּ אֶל אֱלֹהִי הַחֲחוֹת לְכָל בְּשֵׂר הַשְׁחִיתָה. אֶל אֱלֹהִי
הַחֲחוֹת לְכָל בְּשֵׂר הַכְּרִיטָה. חִמָּת הַ וּסְעָר מְתַחְולָל עַל דְּאַט וְטַעַם
חִול מְלָאכִי חַבְלָה יְפָרַעַו בַּו אֲרוֹר הָאָרָבָן אֶתְר יְפָנָה בְּבַהֲלַה תְּצָאָה
גְּפַנְזְּגָן. נְשַׁמְתָּו. בְּאַסְכָּרָה תְּהָאָמְתָה לְאָזְאַוְלָא יְבָרָו חֹתָם וְכָנָן בְּטַחַת
וּבְקָרְחָת וּבְרַלְקָרָת זְבָרָהָר זְבָרָבָר זְבָרָפָר זְבָרָקָר זְבָרָקָר
חַרְבוֹ הַבָּא בְּלָבָבָו וּקְשָׁתָהָרָי תְּשִׁבְרָהָרָי. יְהִי כָּמוֹץ לְפָנֵינוּ רֹוח זְמַלְאָקָה
דְּוָהָה. יְהִי דְּרָכוֹ חַיָּיךְ וְחַלְקָלָקָו וּמֶלֶךְ הַ רַּוְדָפָו תְּבוֹאָהוּ טְוָאָה לְאַיְעָ
אַטְדְּגָן. דְּרַתָּהוּ אֲשֶׁר הַ טָּמֵן תְּלַכְדָּו יְהַדְפָּהוּ טָאוֹר אֶל חַיְךְ וּמְתַבָּל וּנְרוֹה
טָמֵן, יְבָעָתוֹו צָר וּמְצָוקָה יְרָא עַנְיִ בְּיַדְךְ וּמְחַמְתָּס טְרִי יְשָׂתָה לְבַשְׁ קָלָה
כָּמוֹז בְּמַהְזָה 3 טָמֵן

בmodo יאכל בדי עורו גם אל יתצחו לנץח ויסחה מאהל לא אבה ה סלוות
לו כי אז יעשן אף ה' וקנאותו באיש ההוא ערכצה, בו כל האלות
הכתובות בספר התורה הזה וממה את שמו מתחת השמים והברילו
ה לרעה מכל שבטי ישראל בכל אלהות הברית הכתובות בספר התורה
זהו ואתס הדקדים בה אלהיכם חיים כלכם היום מי שברן אברהム
עתק ועקב ומשה ואהרן דוד ושלמה ובניהו ישראאל וחסידיו עולם זה
ירך כל הקהל הקדוש הזה עט כל קהילות הקrush בלבד מי טועבר
על החומות הנה המקומות בהחמי שמרם ווישיעים וצילים מכל צורה
זוקה וייריך ימיהם ושנותיהם ויטלה ברכה והצלחה בכל מעשה
דיהם ויגאלם בקרוב עט כל ישראאל חברים וכן ייה רצון ונאמר
אמן.

Formula Anathematis.

- ⁴ Daniel. IV. Ex⁴ Decreto Civitatum & sanctorum jussu, nos anathematis-
mus, adjuramus, exterminamus, excommunicamus, maledicimus &
execramur, volente Deo & Ecclesia, per librum hujus legis, per DCXIII
precepta in eo conscripta, per anathema, quo anathematizavit lo-
^{10.} Iof. 6.17. sua^r, Hiericantem, per maledictionem, qua maledixit Elisha^f juve-
^{2.} 2. Reg. 5.22. nibus, & per maledictionem, qua maledixit Gihezi puer suo, & per
27. excommunicationem, qua excommunicavit Barak^z Meroz, & per
³ Judic. 5.23. excommunicationem, qua viri Synagoga magna sunt usi, & per ex-
communicationem, qua usus est Rab. Ichuda filius Rabbi Iechezziel
hujusmodi in re, & per omnia anathemata, imprecations, diras,
excommunications, atque exterminationes, que facta sunt à tem-
pore Mosis Magistri nostri & deinceps, per nomen Acetheriel,^u Iah-
pher Cotzzi^v Dom. Exercituum, per nomen Micael principem illum Magnum, per
pag. 190^a. Nomen Mitraton, cuius nomen est ut nomen magistri sui, per no-
men Sandalipon, qui ligat ligamenta domino suo, per nomen nomi-
nis quadraginta duarum literarum, per nomen ejus, qui apparuit
Mosi in rubo, per nomen quo divisit Moses mare, per nomen Sam-
Quisum, per mysterium nominis tetragrammati, per scripturam qua
scripta est super tabulas, per nomen Domini exercituum, Deum Is-
rael sedentem super Cherubim, per nomen sphærarum & circulorum
& animalium Sanctorum & Angelorum ministrantium, per nomen
universorum Angelorum, qui Deo supremo ministrant; Quilibet
scilicet

scilicet Israelita & qualibet Israelitis scienter & sponte violans quidquam eorum, que observanda esse jam denuntiantur, maledictus domino Deo Israelis sedenti super Cherubim.

Maledictus sit per nomen gloriosum & lucidum, quod exprimit ure suo Pontificis maximus in die Expiationum. Maledictus sit per Calum & Terram. Maledictus sit a Deo Omnipotente. Maledictus sit a Michael Principe illo magno. Maledictus sit a Mittatron cuius nomen est ut nomen magistri sui. Maledictus sit ab Aetheriel, jah, Dom. Exercituum. Maledictus sit a Seraphim & orbibus & animabus sanctis, & angelis, qui ministrant coram Deo supremo in sanctitate ac munditie.

Sinatus fuerit in mense Nisan, quem Angelus dictus Friel, ut princeps classis cui subest, gubernat, maledictus sit ab eo, & ab universa classe ejus. Et si natus fuerit in mense Iyar, quem Angelus dictus Tzephaniel, ut princeps classis cui subest, gubernat, maledictus sit ab eo & ab universa classe ejus. Et si natus fuerit in mense Sivan &c. Scilicet similis sit atque eisdem verbis pro quolibet mensi imprecatio. Angelus qui praefecit mensi Sivan, Amiariel ibi nuncupatur; qui Thamuz, Peniel; qui Ab, Barachiel; mensis Elul prætermittitur praefecti nomen; Tisri mensis Angelus dicitur Tzuriel; Marchwescan habet Zocaliel; Castiel, Adoniel; Tabet Anael; Sebat Gabriel; Adar Ruimiel; Sed alia nomina etiam angelorum signis seu mensibus interdum ab eis assignantur. Dein sequitur; *Maledictus*^{Vide Joseph.} sit a septem Angelis constitutis super septem diebus hebdomadis, & a ^{Vasim ad R.} tota earum classe & potestate adjutrice. *Maledictus* sit a quatuor dem cap. s. p. angelis, qui præficiuntur quatuor cardinibus anni, & ab universa ^{305.} corum classe atque potestate adjutrice. Maledictus sit a septem patatis. Maledictus sit a principibus legis; Nomine Corona & Nomine sigilli. Maledictus sit a Deo Magno fortii, & Luctu. Ex coitu ejus sit ei confusio. Veloci cadat ruinâ. Deus, Deus spirituum, universa carnium destruat & perdat. Deus, Deus spirituum universa carnium subdat. Deus, Deus spirituum cum universa carni prostrerat. Deus, Deus spirituum universa carni cum d'primat. Deus, Deus spirituum universa carnium exscindat. Ira Domini & turbo violentus ca-^{19.} dat su-

dat super caput impiorum. Angelis perditionis in eum incurvant. Maledictus sit in omnibus, ad quæse divertat. In terrore exeat anima ejus. Ex angina moriatur. Non exeat, non redeat ei spiritus. Phtisi, febre, uredine, siccitate, gladio, marcore, iæterofieratur, neque

^a Psal. 37. 15. ante exitium eis liberetur. Gladius^z suis in cor suum ingrediatur,

^b Ibid. 35. 5. & arcus ejus diffingantur. Sit velut^a pubvis coram vento, & angelus Domini cum dispellat. Sit via ejus tenebre & lubricitates;

^c Ibid. 35. 6. & angelus Domini cum persecutus. Veniat ei desolatio inopina &

^d Job 18. 18. rete suum, quod abscondidit ipse, eum deprehendat. Expellent^b eum ex luce in tenebras, & ex orbe habitabili eum exterminabunt. Ter-

^e Ibid. 15. 24. rebunt^c eum tribulatio & angustia, videbunt^d oculi ejus perditionem

^f Ibid. 21. 20. suam, & biber furorem Omnipotentis. Induet^c maledictionem ut

^g Psalm. 109. amictum suum. Comedat^f robur cutis sue. Etiam Deus^g disperabit

^h Job 18. 12. eum in eternum & eveller eum de tabernaculo. Non acquiesceret do-

ⁱ Job 18. 13. minus^b, ut propitietur ei, sed fumabis tunc furor domini & zelus

^j Psalm. 52. 7. ejus in virum istum, & cubabunt super istum omnes maledictiones

^k Deuteronom. scripta in libro hujus Legis, delebitque dominus nomen ejus sub Cœlo.

^l cap. 29. 20. Separabit quoque eum dominus ad malum ex omnibus tribubus Israel

^m juxta omnes maledictiones federis, qua scripta sunt in libro hujus

ⁿ Deus. 4. 4. legis. Vosⁱ autem qui adhaeretis Domino Deo vestro, vos omnes sal-

vete hodie. Is qui benedixit Abraham, Isaac, Iacobum & Moysi & Aharoni, Davidi & Salomonis, & prophetis Israël, & iis qui inter Gentes

pii sunt, totam hanc congregationem sanctam benedicat cum omnibus congregationibus sanctis, excepto tantum eo, qui anathema hoc

violaverit. Deus ex misericordia sua custodiat eos, salvos eos faciat atque eripiatur eos ex omni arumna ac miseria, atque prolon-

get dies eorum, atque annos eorum, & mittat benedictionem & t-

uentum prosperum omni operi manuum eorum, atque eos vindicet

festinanter cum omnibus Israëlitis aliis. Atque ita sit voluntas ejus

& decretum, Amen.

Ejusdem generis anathematismi sunt in Jure Cæfareo, velut ex

Ebræorum more memorati. Permisit Justinianus Ebrais Legem

^o Novell. 146. suam sive Græcæ sive Latinæ legere. Neque, inquit^k, Licentiam

habebunt hi, qui ab his maiores omnibus Archipercissa ans Presbyteri

appel-

appellantur perinæis aliquibus aut anathematismis hoc prohibere nisi velins propter hoc castigari corporis Pœnus &c. Et de quarti generis anathematis specie priori haec tenus. Ejusce species altera est, quæ ex sententia forensi devovebatur is qui excommunicatus seu à coetu Israëlitico ejusque consuetudine ritè juxta mores receptos, semotus, intra tempus sibi iteratò præstitutū non resipisceret, sed ex contumacia sua aut neglectu, sibi in causa esset, ut excommunicatione interim non solveretur. Hæc species ut rectè intelligatur, Causas, Effectus, Formulas, Ritusque Excommunicationis, quam sequi solebat hæc anathematis species, proxime ut subjiciamus, res ipsa poscit.

C A P. VIII.

Causæ, Ritus, ac Effectus Excommunicationis apud Ebraos, atque nō Cherem seu Anathema quod inde in erendum sequebatur. Hujus item Formula ac Effectus. Utriusque Solutio.

Niginti quatuor apud Talmudicos assignantur Causæ, ob quas excommunicandus erat quis, seu liberæ coetus Israëlitici consuetudine interdicendus. Excommunicationem hujusmodi נידוי Niddui vocant, plerunque excommunicatum, & qui excommunicant מונדה à verbo, quod in prophetarum lingua separare ac semovere denotat. Ean- dem etiam excommunicationem appellant שטחנתא shamatha, & verbum שטחן pro eo quod est excommunicare non raro usurpatur in commentariis Talmudicis; quæ de replura mox. Causæ in personis excommunicandis ad hunc modum se habent.

המובה את ההוראת ואפ'ילו אחר מותו I Qui sapientem seu Ma- • Eadē Gem. gjitrum contumeliam afficerat, tametsi mortuum.

המובה qui ministrum fori publicum contumelia afficerat. II

המובה qui alterum (liberæ scilicet conditio- III nis) servum appellarat.

qui in fo- IV ram evocatus ad diem sibi prefixum non venerat.

^{P. Eudem Ge-}qui המולול מרבר אחד מדברי סופרים ואן צרייך לנור בחרת V
^{mera ad tit.}
^{Beracoth 6.} vilipenderet praeceptum unicum, seu unicum doctrinae caput, quod
^{3. fol. 19 a.} & habetur in praescriptis scribarum, nedum in praescriptis legis.
^{Hierosolym.}
^{ad rit. Moed} VI qui מ' טלאא קיבל עליו את הדין מנדיין אותו עד שיתן I
^{katton cap. 3.} in se suscepereat judicatum prestatore; excommunicandus erat usque
^{fol. 81. col. 4.} dum prestatore.

^{1b. 5 Gem.} משפט ברשותו דבר המזיק כגוון כלב רע או סולם רעוע מנדיין VII
^{Bab. ad tit.}
^{Baba kama 15} Is qui in suo haberet, quod alius pauperem seu
^{cap. 10. fol.} dampnum inferret, veluti canem mordacem aut scalas confractas, Ex-
^{112 b. Masi-}
^{monid. ha-} communicandus erat usque dum id, quod dampnum ita inferret, cor-
^{lach. Sanhe-} rigereret.
^{drin caps.}

הטור קרקע שלו לגוי מנדין אותו עד שיקבל עליו כל אונס VIII
^{Cemar. Bab.} Qui fundum suum ver-
^{bylon. ad tit.}巴巴 קמא diderat Gentili, Excommunicabant eum nisi in se suscepisset et se-
^{cap. 1. fol. 15 b.} cire dampnum quodcumque inde eveniens Israelite proximo suo.
^{& cap. 4. fol.} העוד על טראל בערכאות של גויס הוציא ממו בעדרתו IX
^{46 a.}

^{1 Vide Ge-}qui ממו טלאא בריין ישראל מנדין אותו עד שישלם
^{mar. Baby-} beret contra Israelitam in tribunalibus Gentilium adeo ut inde pe-
^{ton. ad tit.} Baba kama cuniam solvere cogeretur ex moribus Israelitarum indebitum, Ex-
^{cap. 10. fol.} communicandus erat, usque dum ipse refunderet.

ענין זה שאנו מפרש המנתנות ונותנן לכחן אחר מנדין אותו X
^{119 a. Maimonid.} Chobal We-^{mid. halach.} Sacerdos mactans, qui non se posuerat donanda sacerdoti-
^{mazik cap. 8.} bus ceteris, Excommunicandus erat, usque dum ea daret.

^{*Gemar. ead.}qui המוחלט יוסט טוב שני של גליות אף על פי שהוא מנוג XI
^{ad tit. Cho-}lin cap. 10. diem feriatum secundarium in Captivitate profanaret; tame si id
^{fol. 132 b.} esset ex consuetudine.

^{*Gemar. ead.}qui העיטה מלאה בערב הפסק אחר החמות XII
^{ad tit. Pesa-}cerat pridie pasci, utis tempore pomeridiano.

^{chim cap. 4.}qui המזכיר שב טמים לבטלה או בשבעה בדברי הבא XIII
^{fol. 52 a.}

^{Ibid. fol.} nomen Dei pronuntiarat sive oscitanter, sive cum juramento, verbis
^{50 b.} & vide elatioribus authyberbolici.

^{Maimonid.}qui המביא את הדברים ליד חילול השם XIV
^{halach. Seb-}bithath lom
^{tob cap. 8. 5. 27.} ^{1 Gemara Babylonia ad tit.} Nedarim cap. 1. fol. 7. b. ^{2 Gemara Hierosolym. ad m.}
^{Moed katton cap. 3. fol. 8. b. coh. 4.}

effetur nomen Dei profanarent. Quale illud facimus, libro secundum Cap. 10.

do explicatum est.

XV **הטביה** את הרבים ליר' אכילת קדשים בחוץ Qui^b vulgo^c Pesachim c.
in causa esset, ut sacra extra locum sacrum comederent. 4. fol. 53a.

XVI **המוחשב** טנים וקובע חרטים בחוץ לארן Qui^c annos^d Ad finem
supputaret & menses præfigeret extra terram sanctam. Id est, aliter Gemara Bab.
eos observaret, atque olim in terra sancta à majoribus temporum ad ist. Berat-
ratio præstitura est. coth.

XVII **המכתיל** את הדור Qui^d caco posuerat offendiculum, seu ad ist. Moed
cum labi fecerat.

XVIII **המעכבר** את הרבים מלוות מזווה Qui vulgo esset impe- Legitic. 19.
dimento, ne præceptum quodpiam præstarent. 14. & comm.

XIX טבה שיצאת טרפה מתחת ידו mactans^e qui permiserat pe- ad Maimon.
cedem laceratam exhiberi. Vide Levitic. 22. 8. halach. Talmud Tora
cap. 6.

XX טבח שלג^f בודק סכני לפניו חכם mactans^f qui coram sapi- Rab. Alpho-
ente non exploraverat cultrum suum. san. San-
hedrin cap. 3.

XXI **המקשה** עצמו לדעת Qui morosius^g seu difficilius se præbue- part. 3. f. 274
rat ad discendum.

XXII מי טగויש את אשתו ועתה בינו ובינה שותפות או משא ומתן nullis Talmud Ba-
הmbiain honi repudia- bylonis exempli- verar quis uxorem, quacum nihilominus commercii societatem re- plarisbus eod. tinuerat, que in causa esset adeo redintegrandi eorum congressus, cap. fol. 25a.
ut in forunum econ nomine vocarentur, erant excommunicandi.

XXIII חכם שיטמו עתו רעה sapiens cui mala fama. Gem. Bab.
XXIV המנדת מי שאינו חי'ב נידי Excommunicans^k alium im- ad ist. Chol-
merentem. lin cap. 1. fol. 18a.

Neque verò causæ hæ tam solæ quam primariæ; tametsi etiam ad ist. Nidda cap. 2. fol.
seculis vetustissimis, codem continerentur excommunicationis 13. b.
cause numero. Expressim Gemara Hierosolymitana^l; על עשרים^h Ead. Gem.
וארבעה דברים מנדין ob xxiv causas excommunicare solent. Sed 11r. Cethuboth cap. 2.
sparsim hæ in Gemaride^m aliisque si- fol. 28. a.

Xxx 2 mul enu- Ead. Gemar. ead.

ad ist. Moed katon cap. 3. fol. 17 a. ¹Ibidem. ¹Ad ist. Moed katon cap. 3. fol. 81. col. 4. ^mHab. Talm.
Tora cap. 6. Elas de Widell in Reshlith Cochma 4.1. cap. 7. Vid. Ios. Caron Shulcan Aruch lib. Iore dea
scit 334. §. 43. ²Vid. Ioan. Coc. in Tir. Talm. Sanhedrin pag. 147. ²Migdol. ad Maimon. par. 1. fol. 23 a.
²Vide jam Lexicon Chaldaic. 10. Buxt. col. 1303.

mùl enumeratæ. Et vides in nonnullis capitibus singularia quam plurima reperiri. Et memini Judæorum Londinensium universitatem ab Henrico Angliæ Rege tertio, impetrasse licentiam, ut à Magistris suis excommunicarentur, quotquot Judæi promissum cœmitrio suo Londini sustinendo subsidium solvere detrectarent.

^{D Rot. Pat. 34.} Diplomatis regii verba sunt. *Rex Institiariis suisⁿ ad custodiam Iu-
Hen. 3. mēhr. daorum, assignatis salutem. Sciatis quod concessimus Iudeis no-
3. seu anno 1251. Christi. fīris. London, quod Magistri Legis eorundem Iudeis in Civita-
tē London promulgare possint sententiam excommunicationis in
omnes illos Iudeos, qui subsidium aliquod promiserint ad cœmit-
rium suum London sustinendum, & illud non solverint, ita quod
nos, & non alius, de Iudeis excommunicatis sufficientes emendas
recipiamus.. In cuius &c. T. R: apud Clarendon xxviii die
Junij.. Neque juxta veterem eorum disciplinam, tantummodo ex*

^{• Shulcan A.} sententia fori, quis erat excommunicandus;; nempe sive ex con-
suetudine, sive ex viginti trium virorum sive ex trium virorum
^{Dea seB. 334.} Dea seB. 334. (nam triplex, ita forum eis erat) autoritate.. Näm: non solum altei
s. 37.

^{• Gemar. Bz.} alterum extra forum ob causas jam dictas excommunicare licuit,
bylon. ad tit. verum etiam in grayoribus aliquot causis, veluti ubi quis in caput
Moed Katon decimum tertium commiserat, is qui præsens audierat
cap. 3. fol. 174. מִן־נְרוֹתָו מֵאַמְּנָה בְּנֵי־צָדִיקָה לְהַתֵּר לוֹ מֵיד כִּרְשׁוֹל אֶת־
אֱםָן לֹא נִידְחֵה הוּא עָצָמוּ חַיְבָן נִידְחֵי וְצָדִיקָה לְהַתֵּר לוֹ מֵיד כִּרְשׁוֹל אֶת־
Lach. Tal- mud Tora. obligabatur ad eum excommunicandum. Et
cap. 7. Et ibi si eum non excommunicaret, ipse etiam excommunicandus erat. Sed
Abraham. Ben. David. verò & statim absolvendus, ne alii esset offendiculo, quæ verba sunt
G. marahie. Josephi Caro. Sed immerito excommunicantis temeritatem pu-
rofolmis. ad niebat forum tum excommunicatione, tum aliter ut res ipsa postu-
rit Moed Ka labat. Excipiunt vero heic personas aliquot illustiores, quos do-
col. 4. Gloß. cent aut nullatenus, aut cautissime, nec publicè excommunicandos
Iarchij. ad fuisse, extra causam idolatriæ;; veluti Sapientes seu Juris sui pri-
site. Talm. Pesachim fol dentes, qui nominis celebritate præcellabant, ac Principem fori ſu-
51 a. Et vi- ejusdem Pàttrem, qui Principi erat Secundarius. Quin nec legis
deſis lo. Buz. rorū. in Le- studiosos sine summa deliberatione forum excommunicabat; licet
xico Chalda- tum hos, tum illos ob causas jam dictas graviter alijs puniret. Et
ie. col. 2465. Et 2466. iam qui tantum ob illatam Magistro, Sapienti, seu Legis Studioſo
con-

contumeliam excommunicabatur, eorum tantum consuetudine (juxta ea, quae infra dicentur) privabatur, qui Magistro, Sapienti seu Legis Studioso dignitate inferiores erant. Si vero ob causam aliquam jam dictarum aliam, etiam & universorum; temperamentis, quae infra dicuntur, adhibitis. Occurrit etiam interdum ^{תְּלִמְדֵיד}^{RafinGem.}, ^{חַכְמָה מְנֻדָּה לְעַמּוֹן}^{Bab.iss. Mo-} Sapiens seu Sapientis discipulus (Ju-^{ed Katon c.}
risperitus Scientia celebris) potuit seipsum excommunicare & absolu-^{3. fol. 17 a. &}
vere seipsum. Formula autem hujus excommunicationis tum fo-^{Gide lo. Bux-}
rensis, tum extrajudicialis illius, cuilibet, secundum jam ostensa per-^{torf. Lexic.}
missa, causâ primum indicatâ, verbis in conceptis hujusmodi erat,^{Chalda. col.}
^{פָּלוֹנִי וְזֶה בְּשְׁמַתָּא}^{2463. &} N. sit in excommunicatione, seu shammatha, id
excommunicatione sit obstrictus. Etiam si adesset ipse excommu-^{Masmonid.}
nicandus, non secundâ sed tertiatâ personâ rite excommunicabatur:^{balach. Ne-}
hac formulâ ^{פָּלוֹנִי זֶה בְּשְׁמַתָּא}^{fol. 17 a. &} N. hic sit in excommunicatione. Et,
ubi ignorabatur excommunicandi nomen^{הַהְוָא נְבָרָא בְּשְׁמַתָּא}^{Gem. Babyl.}
^{ad iss. Moed.} homo ille sit in shammatha seu excommunicatione.. Quanquam Katon cap. 3.
enim ^{נִידּוֹי מִנּוֹדָה מְנֻדָּה}^{fol. 17 a. &} Niddui, Menuda, Menadin non raro in cor-
pore Talmudico & commentariis Ebræorum occurrit pro eo quod^{pro}
est excommunicatio, excommunicatus, excommunicantes, à verbo
quod est Separare, nihilominus in ipso, tum forensi, tum extra-
förum solenni excommunicandi actu, non Niddui, sed shamma-^{Ad iss. ba-}
tha ut magis proprium ac receptum usurpabatur; unde fit etiam ^{ba kama c. 1. &}
quod in Gemara Babylonica ^{בְּשְׁמַתָּא}^{fol. 15 b. cap.} pro in excommunicatione &^{10. fol. 112 b.}
in alium pronuntiatam indicat, frequenter occurrat Adeo ut mani-^{Chos. ad 111. Cho-}
festissimum sit vocabulum ^{שְׁמַתָּא}^{fin c. 10. fol.} shammatha (quod pro eodem Pesachim c.
ipso expressissime in decisione illa de excommunicatione & Rish Lakish in Gemara Babylonica ^{שְׁמַתָּא}^{4 fol. 52 1. &} memorata sumitur) à verbo ^{keton cap. 3.}
quod separare, abdicare aut ejusmodi quid primario & denique ^{fol. 16. 17. &c.}
excommunicare significat, simpliciter deducendum esse; nec omni-^{Ad iss. Mo-}
nō à ^{שְׁמַתָּא}^{ed katon c. 3.} shematha, quod sonat Dominus venit, ut viri qui-^{fol. 17 a. Alii:}
dem docti ariolati sunt.. Nec igitur melius faciunt qui Niddus &^{Iacob part. 1. &}
shammath. binas tradunt esse excommunicationis species contra lo-^{col. 159. col. 1.}
corum in commentariis Talmudicis innumerorum fidem. Et tam-^{Halachoth ge-}
et si, quæ vocabulorum horum, seu verborum, quibus conjugata sunt,^{daloth fol.}
^{104 & 105..}

usus alijs in rebus, veluti in Votis, locum habuit, discrimen Ebræorum nonnullis inter ea ^a fuisse visum est, (quod alii admittere nos-
^b videtur. Gem. Babylon. ad lunt,) quatenus tamen ad solennem excommunicationem atti-
cap. 1. fol. 7a. nent, nullo modo ea esse invicem, aliter ac supra ostensum est, di-
^c Glos. ib. versa apud Talmudicos comperi. Qua de re plura mox. Effectus
^d Mof. Mai- mon. balach. ac Finis excommunicationis hujusmodi, Jurecommuni, erat ut so-
Nedasim c. 1. litæ popularium consuetudinis libertate reus privaretur, usque dum
poenitentiâ ad bonam mentem rediens solveretur sententiâ. Scili-

^e Gem. Bab. et nec luctus ritibus ei uti fas erat ^x, ולא כollowin אותו בעשרה לכל ^x,
ad ist. Moed katon cap. 3. דבר טזריך עשרה neque censemabant eum in numero hominum de-
fol. 16. Et 17. nario, ubi cunque scilicet (pro more gentis; cujus exempla sunt non-
Musim. bal. nulla libro secundo, ubi de profanatione Numinis agitur) numerus
Talm. Tora e. 7. Shulcan ejusmodi necessarius. Nimirum ita coetus esse pars desiit, ut cum
Aruch lib. novem aliis decem non conficeret. Quin adjicitur in Sepher shul-
lore des cap. 334. s. 2. Et can Aruch,
7. אם ראו בירת דין לנרות שלא יומן בז' ולא יכלה בעשרה המ-

foro, licuit interdicere, ne convivio trium interesset, nec cum decem
oraret, nec si mortuum haberet, quis eum sepeliret, nec, si filium, cum

^f Gemar. ad quis circumcidet. Sed verò ex Jure communi seu receptissimis
j. Moed ka- moribus haudquaquam fas ei erat alteri (præter uxorem & liberos)
ton cap. 3. fol. 81. col. 4. intra spatum quatuor cubitorum assidere. Nec mortuus plangen-
נידחו ומרת בנידיו וסקלו בירת דין; ג' מודius erat. Et Hierosolymitani ^u;

^g Ad rit. Be. Aronono ללמדך שכל המנודה ומת סוקליכ' ^v ubi quis excommu-
nicatus moritur in excommunicatione sua, forum lapidat ejus tu-
phefima part. mulum, unde discas oportet cujuslibet excommunicati, qui mortuus
1. fol. 388. Et fuerit, tumulum esse lapidandum. At verò Babylonii ^z;
ר' יהודא; Mordeca ad ton fol. 407. אמר לא שיעמידו עליו גל אבניכ' נגלו של ענן אללה בית י' שולחין את
הנולדה על ארונו ללמדך שכל המתנודה ומת בנידיו ב' ד סוקליך' את Halacoth Gedaloth Id quod de lapidatione dicitur, ex sententia R. Iehude non ita
fol. 104. intelligendum est, saxorum cumulum super eum congeri, infar cu-

^h Iosue cap. 7. muli Achan ². Sed ex jussu forensi relinquitur super tumulum ejus
26. saxum grande, ut inde discas, oportere cujuslibet excommunicati tu-

ⁱ Misna ist. Sanhedrin cap. 6. mulum esse lapidandum. Nam & lapidationis Pœnæ, quæ gravissi-
ma erat, ritus traditur fuisse ^b, ut in prostrati pectus primò lapis unicus à testium altero immitteretur; undè etiam hæc Pœnæ illius in
excom-

excommunicati tumulo simulatio; quæ ideo infligebatur, quia ^{Maimonid.} מובדל מִן הַצִּבּוֹר ^{balach.} מֵמוֹת ^{mortuus est,} dum separabatur à cœtu seu Eccl. sua; quemadmodum erat separatus etiam excommunicatus ^{cap. 7.} edicto illo Ezræ superiori in capite citato. Si verò excommunicatus ^{Gem. utraque ad sit.} poenitentiâ ductus solvi se desideraret, à privato, si privatus superstes Moed katon cum excommunicâset; à foro aliquo seu cui fori potestas manda- ^{c. 3. Cf. Gi-} ta est, si excommunicâset cum forum; & à Principe fori alicuius, ^{de his Moscæ Corzenfæm} si aut mortuus esset qui excommunicasset, aut plane ignotus esset, præcep. ne- solebat. Formula Solvendi excommunicatos erat, si ipse ad- ^{etatis. 208.} esset, ^{Gem. Bab.} Absolutio tibi est; res est tibi remissa: si ab- ^{Gem. Bab.} sens, ^{ad dict. sit.} Absolutio est N. & res est ei remissa. ^{fol. 16 a.} Et Ita tamen ut qui præsens excommunicatus est, præsens etiam, quâ glof. ibid. fieri potuit, absolvendus. Pro diversitate peccati & peccantis mo- ^{Gem. Baby-} ribus nunc citius nunc scriùs sequebatur Absolutio. Sed ut pluri- ^{lon. ad dict.} mūm excommunicatio fiebat in diem tricesimum; unde sæpiùs ^{fol. 16 a.} Maimon. ha- occurrit ^{Excommunicatio non fit in tempore minus, quam dies triginta.} Excommunicatio non fit in tem- ^{lach.} Tora pus minus, quam dies triginta. Intra hoc tempus expectabat fo- ^{tempore.} num, ut ad bonam rediret mentem, resipisceret, &, quæ juberent ipsi, præstaret. Ita tamen ut interim verberibus etiam, pro fori ar- ^{Shulcan A-} bitratu^e esset puniendus. Post triginta dierum contumaciam, idem ^{ruch. lib.} tempus semel iterabatur, adçout, ex iure, quod plerunque obtine- ^{lore Dea} bat, sexaginta dierum spatium excommunicati^f contumacia ita ^{cap. 334. Cf.} permitteretur. At verò si neque intra id spatii poenitens Absolutio- ^{ter Iuris con-} nem peteret, ^{חֶרֶם} Cherem seu Anathemate feriebatur, id est, di- ^{sultos obvios} sis multò & gravioribus. Nam in ipsa excommunicatione non aliæ ^{C Theologos.} de excommu- fuere diræ, quâ solitâ popularium consuetudine eum priva- ^{nicatione} & rent. In anathemate autem seu Cherem accedebant diræ qualescum- ^{anathema-} que in vindictam execrationibus seu juramentis, sive adjici solent, ^{te Christia-} sive tacitè inesse existimantur. Carmen illud solenne auctorandum ^{notum, Al-} hojusmodi erat ^{Obser. 2.} ^{cap. 4. Dio-} ^{אַפְלָנִי מוֹהָרֵס וְאַרְוֵר בְּנֵי נְדִויָּה בְּנֵי} שׁבוּעָה בְּנֵי ^{anathema sit, seu devotus, atque execrandus habeatur. Diræ impre-} mis. Petav. Mis. cel. exer- ^{cationes in eum, Juramentum in eum, excommunicatio in eum. Quic-} cit. c. 15. ^{quid scilicet horrendum est, sive Numinis vindictam sive hominum} ^{ib. Cf. Gem.} odium Babylon. ad

iii. Shebuoth cap. 4. fol. 36a. Cf. Maimonid, loco citato.

odium atque aversam consuetudinem spectes, in hunc incidat. Hoc si resipisceret ita devotus, rescindebatur simili planè formula, qua excommunicatio. At verò Devoti seu anathematis hujus status pejor multò fuit eo, qui erat excommunicati. Non dico ex ipsis solum diris, verùm ex eo quod omnimodà ferè consuetudine hominum privaretur. Consuetudinis temperamenta vides non pauca excommunicato præstitui. Hujusmodi autem devoto fermè nulla suntredi.

אַנְוֹשָׁאֵן גּוֹתְּנִין עַמּוֹ וְאֵין מַתְעִסְקִין עַמּוֹ אֶלְאָנָּה מַעֲטׂ שָׂךְ כְּדִי.

¹Gemar Ba- ylōn. ad tit. nullum cum eo habere licuit commercium, neq; illi omnino MoedKaton adesse, nisi in quantum necesse esset ut aleretur; seu ne inedia mor- cap. 3. fol. 15a. retur. Nam ne illud fieret, nec tamen aliorum consuetudine fru- Masmonid. tur, faciebant ei קָטָנָה בְּשָׁבֵיל פְּרָנָסָתוֹ tibernaculum seu tuga- halach. Tal- mud Tora rium exiguum quo ali posset. Sed pro arbitrio fori, inanebat excom- cap. 7. Alphe- municatus sine חָרֶב seu anathemate, interdum ultra sexagesimum si part. 1. fol. 388a. Shul- contumaciæ diem. Quin pro ejusdem etiam libitu non solum ipse ita can Aruch. contumax anathemate feriebatur, verùm etiā quisquis cum eo com- Iore Dea. ederet seu biberet, aut intra quatuor cubitos ei adsideret; quæ omnia 334. §. 2. 7. Gedaloth facta sunt כִּי לִיכְרוּ וְכִי לְפָטוּתָה סִיגְגָּר תְּחוּרָה עַד טָלָא יְפָרְצָו הַחֹטָאִים כִּי לִיכְרוּ וְכִי לְפָטוּתָה סִיגְגָּר תְּחוּרָה עַד טָלָא יְפָרְצָו הַחֹטָאִים

²Gemar. Ba- in ejus castigationem, atq; ut fieret sepes legi talis, qualem peccatores bylōn. ad tit. non perrumperent. Originem autē seu potius exempla, tum excom- MoedKaton c. 3. fol. 16a. municationis, tum anathematis petunt^k fermè è Josuæ, Nehemias & Halacoth Ezrae locis superiùs obiter indicatis, præter historiam sacram de Da- Gedaloth thane & Abiramo¹, & quæ sunt ejusmodi alia in Veteri sedere.

Alphe si part. 1. fol. 388b.
Cc.

C A P. IX.

¹Numer. 16. Neque Consecratum quempiam nomine Anathematis ut donarii facti, neq; eum 26. qui inter bona in commissum caderet, nec solenniori anathemate, five att five post excommunicationem, devotum, mortis reum, aut econamine occiden- dum fuisse. Atque obiter de Aposynagogis, seu qui extra synagogam fuerunt, in Evangelio. Excommunicato Templum ingredi fas.

²Cap. 5.



Uadruplici ad hunc modum Anathematis seu ^g Cherem usū seu notione apud Ebræos ostensâ, sequitur ut videamus, quomodo ex moribus seu interpretamen- tis Magistrorum capiendus sit locus ille ^m Levitici de Cherem

cherem seu Anathemate & decæde seu morte ibi memoratâ. Certè si nulla distinctio ḡ Cherem ibi adhibetur, necesse est, ut quicunque illo anathematis genere jam indicato devoveretur, is etiam simul esset occidendum. Quod verò ad primum Anathematis genus, seu donaria ultronea attinet, id in universum verum esse dictitant, neminem ponuisse nomine sacri donarii consecrare quidquam **שָׁאַיְנָו שְׁלֹן** quod suum non erat, atque ita in sua potestate ut illud alienandi, dis-
ponendi, esset sibi jus integrum. Verba autem illa *ex homine, ex pecore &c.* in priori sacræ periochæ parte sic interpretantur ut in-
telligant Servos & Ancillas in sacros usus devotos. Non quoslibet, sed tantum Cananæos⁹ seu servos & ancillas è Gentilibus in servitu-
tem sic ab Ebræis redactos, ut non minus essent in dominorum po-
testate, quæ operas præstarent, quam ipsa pecora seu jumenta. Vitæ
tamen ac necis potestatem in servos & ancillas quascunque, nedium
in liberos, ex reipublicæ illius sacræ institutis, quenquam habuisse
non omnino agnoscunt. Neque ex anathemate ejusmodi seu con-
secratione servorum aut ancillarum aliud evenisse, quam ut totum
jus, quod in eis antea domini consecrantis erat, jam sacerdotibus &
usibus factis cederet⁹; veluti potestas jubendi & utendi eorum o-
peris assiduis, quæ nec redimi quibant. Et de anathematis ejus-
modi, atque de rerum consecratarum possessione ac redemtione
solennis erat quotannis cognitio in foro x v die Adar^P qui ferè Fe-
bruario nostro responderet. Misna verò de alijs servis liberisque⁹;

הַמְּחֻרְבִּים בְּנֵי וּבְתֵּנוּ וּבְדָרוֹ וּשְׁפַחַתּוּ הָעֲבָרִים וְשָׂדָהּ מִקְנָתוֹ אֵין כִּוּרְמָנִים **שְׁלֹן** si quis anathemate devovere-
ret sive filium suum sive filiam sive servum sive ancillam ex Ebræis⁹ Mamon.
(nam ejusmodi servi ex lege sacræ libertatem pristinam post certum halach. Era-
tempus elapsum expectabant, adeo ut ipsi in perpetuum alienari ne-
quirent, neque in eis domino esset jus plenum) sive agrum ad tempus⁹ Tis. Eracin
conductum, anathemata non sunt, quoniam nemo potest anathemate cap. 7. Mat-
devovere id, quod planè suum non est, seu ut aliter dicunt, **שְׁאַיְנָו שְׁוֹפִי** racin Vecher-
שְׁלֹן cuius ipsum corpus omnino suum non est. Hoc nempè genere min cap. 6.
anathematis; quod moneremus heic, quoniam genus secundum ana-^{M. es Miko-}
thematis (de quo capite proximo) ad ea tantum, quæ in bonis devo-^{128. præcept.}
affirmat. 132. fol. 159. col. 2.

Y y y ventis

ventis non erant, attinebat, veluti ad hostes, in quos bellum inferendum. Neque verò cuiquam Ebræo erat tanta potestas sui, ut in alterius servitutem non redimendam transire posset. Adeoque in hoc primo anathematis generc tantum abeſt, ut ultroneam cædem admittant aliquam humanam, ut ex ipso anathemate nil aliud præter ipsum devoventis jus seu dominium, quod ex contractu aliquo mutare potuit, alienari velint. Cui nemo est hominum, qui vite & necis, extra anathema, potestatem haſtenus assignavit. Atque haec, ex eorum mente, apertiora erunt, si, quid etiam de ceteris anathematis generibus, quā cædis cuicunque permisſæ in eis ratio aliqua beatatur, heic statuant, dispiciamus. Genus tertium seu ubi ex anathemate quid in commissum cadit (nam secundum, seu quod certæ perditioni atque internecioni devovetur, inferiùs & postremò trahitur) nihil in ſe habet quod servi, verbi gratiâ, qui folus ex ejusmodi anathemate, dum personas tantum spectamus, in commissum cadere potuit, cædem introducat. Neque ejusmodi rei vestigium aliquod in commentariis eorum reperio. Quod si ita aliquando fuifet ut servus ejusmodi anathemate, cum ceteris domini devoti bonis, devotus interfici potuifet, id sanè Poenæ nomine, non cædis extra rationem Poenæ ultroneæ, venifet. Nam ita fieri potuit, ut servus domini criminis particeps simul cum domino ipso morte damnatur, si lex ita anathematis obtinuifet. Id quod etiam rectè dicendum est de generis anathematis quarti speciebus illis binis, quæ in unicam satis recidunt, si conditiones in priori præstitutæ tollantur, aut non perimpleantur. Scilicet, si liberum fuifet sive carnifici sive alteri cuiquam devotum iſtiuſmodi diris occidere, cædes ea in Poenæ augmentum fuifet; non, citra Poenæ rationem, ultronea aut quæ libitu cuiusquam venderet. Sed verò neque ejusmodi devotum horrendisque, ut vides, diris onustum cuiquam occidere fas fuifc comperio; eo nimirūm nomine quod ita devotus eſſet, aut anathema adeo execrabile omnibus haberetur; tametsi occurrat apud

^{10. Buxtorf.} virum clarissimum rebusque in Ebraicis versatissimum, etiam ejus in Insist. E-
piſt. Hebraic. qui excommunicatione illa shammatha dictâ damnatus eſt, cuius-
vis manibus vitam exposicam eſſe & cuilibet cum interficiendi fuſe
ſe libe-

feliberam potestarem. Sed verò quod pace tanti viri dictum sit, non solum in commentariis Talmudicis nihil eiusmodi haberi puto, sed contrarium inde manifesto probari. Mitto illum ibi excommunicationem illam *shammatha* postremam sive facere sive admittere (nam obiter tantum rem tractat) & *τὸς Cherem* secundam, quin & à *Niddus* diversam omniumque gravissimam; quæ res se aliter multò habet ut ex jam dictis liquet. Etiam & alibi vir doctissimus satis Lexic. Chal. agnoscit. Neque tanta est autoritas Eliæ Levitæ aut Davidis de Po- col. 2469.

mis, qui non tam Jurisconsulti, quæm Grammatici oscitarter tres ^{In Thisbi}
species חרם seu Anathematum faciunt *Niddus*, *Cherem* & *sham-* ^{verb.}
^{נידוד} *matha* atque hoc ordine alteram alteri & tempore & dignitate præ- שחרם ^{Gi-}
podunt, ut ab eis, quæcumq; è gravissimis gentis Jurisconsultis ac Ma- ^{de etiam I.}
gistris recentioribus, tum ex ipso corpore Talmudico supra allata ^{Drusium q.}
sunt, omnino dimoveantur. Nec ubi in lingua ¹ Targumica alibive ¹ quest. 9. ² Targum. ^{Ludo.} Ca-
occurred interdum, sed puto rarissime, נחמה pro חרם, quasi di- ^{spellū in spī-}
versa hæc non essent, aliud est præter carachresin, è quâ, ut fieri amat, ^{cleg. ad. D.}
verba sensu cognatoris, licet interim diversi, se invicem quando- ^{loan. cap. 9.}
que permutant. Etiam perperam heic Paulus Fagius ipsa Eliæ ver- ^{in Diatrib.}
bavit; אַתָּה שְׁמַתִּין אֶתְּנוּ וְפִי שְׁמַחְתָּא שְׁמַתִּין ^{de Goro leph-}
si adhuc non agit pænitentiam (ita loquitur Elias, sed contra Talmu- ^{she pag. 174.}
dicorum disciplinam, de eo qui τὸς Cherem devotus est) reum mortis ^{David de Po-}
judicante, ut sit sensus ^{mis in Lexi-}
vovent. Et exponitur *shammatha* per *sham mitha*, id est, ibi mors. ^{co pug. 226.}
Numirum de morte, quâ cùm damnandus foret sive excommunicatus ^{col. 2. Cornel.}
sive devotus, ibi nihil habet Elias. Sed ipsum vocabulum Talmu- ^{Bertram de}
diæ טהרה, quod excommunicare denotat, usurpat, & dein subjunc- ^{Politia In-}
git quorundam non tam etymon, quæm allusionem *shammatha*, ^{Ad rit. Mo-}
cujus quidem autor est Rab in Gemara Babylonia, quemadmodum ^{co katon c. 3.}
alterius illius טהרה *shamma theha*, id est, desolatio erit au- ^{fol. 17 a. Vide}
tor est Rabbi Samuel eodem in loco. Sed hæc nihil omnino fa- ^{Halacoth fol.}
ciunt ad probandum, mortis omnino reum fuisse sive excommuni- ^{gedaloth fol.}
catum ^{104. col. 4. Et}
Baal Aruch ^{in טהרה}

catum sive hujusmodi devotum. Lusus sunt grammatici; integrâ & planè alienâ intercâ significatione ḥammathâ verbi unde ḥammathâ, pro eo quod est simpliciter excommunicare & excommunicationis. Sed denum nil manifestius est, quâm neque excommunicationem, necque devotum mortis reum habitum esse, aut cuiusquam manib[us] more gentis expositum; cum etiam devoto, ex majorum instituto tabernaculum sibi singulare, quo seorsim & à popularium cœtu remotus aleretur, ut supra ostensum est, esset assignandum. Popularium consuetudine ita ḥammathâ seu excommunicatione atque anathemate seu *cherem*, ut jam dictum est, ex sententia seu denuntiatione forensi privatos, ipsos fuisse credo ḥorowayyîyîs, seu à Synagoga ejccos, quales fieri impensè timebant Judæi multi, iisque ex principibus, ut in Evangelio D. Joannis memoratur: *Conspicaverant, inquit ille^y, Indæ, ut si quis eum confiteretur esse Christum, ḥorowayyîyîs ḥorowayyîyîs, extra Synagogam fieret seu Synagogâ move-*

^{5 Cap. 9:22.} *Cap. 12:42.* *Et ex principibus^z multi crediderunt in eum; sed propter Pharisæos non confitebatur i[n]a[m] ḥorowayyîyîs ḥorowayyîyîs, ut de Syna-*

^{6 Cap. 16:2.} *goga non ejccerentur.. Atque ipse Servator^a, ḥorowayyîyîs min-
ātorū i[n]ā Absque Synagoga seu sine Synagoga facient vos. Syrus
primo & tertio loco substituit id, quod significat ejici, in hoc è Syna-
gogis suis, in illo simpliciter è Synagoga. Secundo vero loco ha-
bet لَعْنَهُمْ مِنْ حَرَقَةٍ نَّارٍ: ne essent foras à Synagoga.
Atque hunc sequitur Arabs, cui Synagoga vocatur, notissimo illo
in Oriente proconvertit seu Synagoga vocabulo, الْكِبْلَةُ Alga-*

^b *Synod. 7: N[on] maiah.. In oratione item Athanasii^b de Imagine Christi Berytensi,
can. u[er]o 4. Judæum, cuius in ædibus illa reperta est, generis sui primores, ḥor-
owayyîyîs mīqāwîtes ḥlālos. Extra Synagogam facientes expulerunt.. Video viros doctos Synagogam in hujusmodi versionibus,
atque in composito illo è Synagoga facto sive pro eo sumere, quod
erat solennis in Synagogis, locis ita dictis, conventus, sive pro ipso
loco, ædibus Synagogæ, seu בֵּית כְּנָסָת dōmo congregatiōnis, eadem
notione, quâ Christiani ædes sacras seu Templum, etiam Ecclesiam,
quo nomine congregatio: itidem denotatur, nuncupare solemus.*

Quâ.

Quâ notione sæpiissimè in Evangelii Synagoga sumitur, velut in eo.

Synagogam ^c nobis ipse adificavit. Sed verò & Synagogis Deus invo-

cabatur, tum Sabbatis, tum secundâ & quintâ feriâ, idque ritu solen-

ni. Cæterum notissima est *τοιωαγωγης* notio illa duplex. Altera

eo in sensu, quem jam diximus, quo item verbum Synagogæ in aliis

linguis hodieque utimur. Altera, qua omnimodus populi plebisive

sive totius sive partis conventus denotatur, quemadmodum in Pen-

tateucho & Prophetis ubi sæpiissimè apud Hellenistas *τοιωαγωγη*

pro *την* substituitur ^d, quod *populi conventum seu totum populum*

seu Ecclesiam universalem illis significat, uti etiam sexcenties pro

πηγης, quod idem ferme sonat. Unde etiam habetur *Synagoga pec-*

cantium ^e, *Synagoga superborum*, *Ludentium* ^f, id genus alia; qui-

bus res luce clarior fit, frequentissimum fuisse in lingua Hellenistica

τοιωαγωγης seu *Synagogæ* usum pro eo quod generatim *conven-*

tum, congressum, cætum hominum qualecumque innuit. Atque ex

hac notione Vir præclarus ad D. Matthæum, *Synagoga*, inquit ^g, si-

gnificat *conventicula*, quæ fieri solent in plateis ac foro seu triviis.

Quodcum ita sit, posterior sancè *Synagogæ* notio multò accommo-

dator videtur locis illis de eo quod est extra *Synagogam* fieri seu

τοιωαγωγης, quam prior illa, quâ loci *Synagogarum*, sensu angu-

stiori, seu *conventicula* Judæorum in locis illis indicantur. Nimi-

nun *Synagogis* priori sensu motos esse quospidam, ita ut interea aliis

hominum coeribus liberè interessent, nullibi in Ebraeorum discipli-

nâ reperitur. Posteriori vero, tam Excommunicatus, quam Devo-

tuus anathemate (juxta ea quæ superiùs dicta sunt,) aut motus erat,

aut pro fori libitu moveri poterat, & privari solitâ congressûs ho-

mínū libertate. De anathemate devoto, res palam est. Nam o-

mnimodâ præter eam, quæ victui in tuguriolo sibi singulari necef-

saria erat, hominum comititudine privabatur, ut est ostensum. Atque

is plane à communicatione orationis & conventus & omnis sancti

commercii religabatur, quemadmodum de hujusmodi anathemate

sub initiis Ecclesiæ Christianæ loquitur Tertullianus^h. Excommu-

nicatum autem non male dixerit quis, itidem solita hominum con-

uetudine sémotum seu extra *Synagogam* fieri (secunda *Synagogæ*

ⁱ Adversari-
es cap. 30..

notione,) cum ex iure communi ei intra quatuor cubitos nemini, secundum id quod monstravimus, assidere licuerit^t, nec solitis conventiculis interesse. Adeo ut extra Synagogam fieri seu ἔστωγάρια denotaret *soluta hominum* scilicet popularium *consuetudine privari, exterminari, dispellive*. Et sanè peculiare erat etiam

^{4 Regum} s. ^{3.6. G 7.} Hellenistis^k verbum ἔστωγάριον pro eo quod est quomodo cunque abigere seu expellere. Suadet etiam posteriori notione Synagogam apud D. Joannem locis indicatis sumendam singularis ille apud eum alibi τὸ συναγωγῆς usus. Nam cum apud Evangelistas ceteros frequentius priori notione sumatur, quorum nullus id quod est extra Synagogam fieri meminit, & D. Joannes semel tantummodo vocabulum illud Synagogæ nudum ipse usurpaverit, vix est ut non sentimus ipsum etiam posteriore, quæ multò frequentior est in lingua Hellenistica, notione usum fuisse. Sic enim ille de Servatore Pontifici, de doctrina ejus, atque discipulis interroganti respondent;

^{1 D. Ioann.}
^{18. 20.}

Respondit ei Jesus, Ego palam locutus sum Mundo. Ego semper docui τὴν συναγωγὴν καὶ τὸν ιερὸν ὅπερ πάντας οἱ Ἰudeῶν συνέχονται in Synagoga & in templo, ubi semper Iudei convenientiunt. Sic codices nonnulli. Alii ὅπερ πάντας οἱ Ἰudeῶν, &c. Vbi Iudei universi convenientiunt. Atque ita sanè non vulgata solum, sed & Syrus & Arabs. Certe haut ita commodi capitul heic Synagoga pro particulari aliquo loco eo nomine signato, aut pro plurimis ejusmodi Synagogis; sed potius pro ipso populi Hierosolymitani qualicunque conventu publico; quod proculdubio intellexit Arabs, dum ibi substituit

في الميكل وفي المجامع حيث يجتمع كل اليهود

in Templo & Synagoga, seu cœtu, ubi convenientiunt Iudei universi. Et

demum in vetustissima illa excommunicationis atque anathematis

^{- Cap. 10. 8.} *formulâ apud Ezram ^m habetur יבדל מקהלה הַגּוֹלָה determinabitur ab Ecclesia seu populo transmigrationis seu eorum, qui è captivitate redierant, quod planè ipsum est ἔστωγάριον fieri, ut appositiissimè monuit V. doctissimus Ludovicus Capellus in Spicilegio ad D. Joannem. Nec sanè Locis sacris ejectos fuisse apsynagogos seu excommunicatos, sed hominum tantum coetus, inde satis evincitur, quod*

quod etiam Templum ipsum ingredi excommunicatis ejusmodi nefas non esset; quod palam elicitur è titulo Talmudico *Middoth*ⁿ, Cap. 4. ss. ubi legitur, si quis rogatus cur sinistrorum, & non, ut ritus alias obtinuit, dextrorum se vertens Templum ingredieretur, responderet *שָׁנָה מִנוֹתָה* *quoniam ego excommunicatus sum*, ex more solenni ei reponendum fuisse *לְדִבָּרִים בֵּין בֵּין וְיַקְרְבוּן* *qui hanc adem inhabitat, inde cordi tuo, ut auscultes verbis sociorum tuorum, quo fiat, ut recipiant te.* Sed verò undenam evenisse putandum est, ita Pharisæos seu qui rebus tunc ante alios præterant, minis sive Excommunicationis sive Anathematis sive utriusque (nam qui non resipiscerent, tam hoc quam illâ damnabantur) eos qui Christum confiterentur deterruisse, etiam & excommunicandos seu devovendos fore denuntiassè, nec tamen ipsum Servatorem, quem ita odio habebant, excommunicatum ivisse? Si conjecturam ex Ebraeorum Disciplina adjicere fas sit, sanè in promptu satis videtur. Nam ut neutiquam omnino excommunicabant sive Principem sive Patrem Fori alicujus sive jurisprudentiâ celebriorem, ita neque Jus sui studiosum (quem חַלְמִיד הַכֹּסֶת nuncupant, id est, discipulum sapientis seu philosophum) sine summa deliberatione; quod & ante^o memoravimus. Maimonides ^P; Cap. 7. *כָּל חַלְמִיד הַכֹּסֶת Neque inter Ia-* Halac. Tal-
mud Tora
cap. 7. *rū studiosos reperitur aliquis, quem temere seu sine summa delibe-* ratione excommunicare fas erat, ne quidem foro. Ita etiam Gemara Babylonica ^q. Et temere excommunicans minimè ex jure excommunicandum, etiam & ipse excommunicandus erat, ut videre est in Adrin. Mo-
ed Katan c.
3. fol. 7. Causarum viginti quatuor suprà memoratarum postremâ. Hinc sanè suspicandum est, ob Servatoris, quâ jurisprudentissimus erat & nominis inde celeberrimi, dignitatem, excommunicatione ejus abstinuisse etiam ipsos, qui interea Christianos seu sequaces ejus ē turba, excommunicatione terrebant. Neque obstat quod legitur apud D. Joannem^r, etiam Principes fuisse qui licet crederent, metu tamen Cap. 12. excommunicationis, fidem suam profiteri non auderent. Nam Principum nomine quamplurimi fuere (veluti tribuum, vicium, statuum, familiarum) qui, ut fori Principes aut legis studiosi, minimè ex- commu-

communicatione adeò liberi. Sed verò habetur in corpore Talmudico narratiuncula de ipso D. Jesu Christo excommunicato, Alexandriæ Aegypti, ab Josua Ben Perachia Synedrii magni Principe qui illuc ut comes, cum eo (sic illi) fugerat, ab Jannæi tyrannide. Quasi verò Jannæus (sive Alexandrum cognominem, sive Joannem Hyrcanum, ut nonnulli, intelligas) Christo esset coævus, qui centum seu plurimis ante annis Rex & Pontifex Judæorum ad plures abierat. Sed rarum non esse, tempora illius seculi Ebræis confundi, aliterque multò atque à Christianis putari, sciunt qui Chronica eorum salutare runt. Verba sunt Gemaræ Babyloniæ¹; אל רבי יהושע בן פרחיה,
hedrin cap. 31. fol. 107 b. וישן לאלכסנדריא תל מצרים. *Rabbi Joshua Ben Perachia & Iesu Alexandriam quae est Aegypti.* Dein aiunt, Rabbi Simeonem, Ben Shatach, sive Patrem sive Principem Synedrii, cuius Soror,
ibid. *& Sequa* Jannæo uxor fuit, (sic volunt²) illuc etiam descenderat, à Perachiade, qui Præceptor ei fuerat, petuisse, ut ipsam hospitio exciperet.
& Vide glo. ad Kiddushin. 66a. Advenientem autem salutasse Jesum, ac de ea dixisse נטה יפה אכсанニア טרחות, *quam pulchra hospesh, &c?* adjectisseverò Perachiadem, עיניה טרוות, oculos ei fuisse teretes seu rotundos. Jesum reposuisse, לשׁע בך אתה,
Vide supra p. 509 improbe, rebus ejusmodi tu occuparis! oculis eius capitis!
cap. 7. *Causa.* Ob quod dicterium veluti probrosum nec impunè in legis magistrum celebrem emittendum, מאות שיפור' ושמתייה, præduxit quadringentas buccinas) nempe R. Josua Ben Perachia & excommunicavit eum. Quò spectat quod paulò ante in eadem Gemara legitur de Jesu utraque manu à Perachiade depulso. Dominum autem nostrum Jesum Christum ibi Talmudicis intelligi palam est. Nam simplici illo nomine יושם eum eis denotari est solenne. Et de eo capiunt, qui locum integrum, non aliam ob causam, è Talmude Babylonico editionis Basiliensis, cum aliis non paucis expurgando deturbarunt. Sed in his nimirum sumus. Hoc liceat obiter
1. Drus. Prateris. lib. 4. dD. Ioan. cap. 9. 22. 1 ad Corin. 16. 22.

adnotare, ubi legitur apud Vitum doctissimum³, reperiri in libro præceptorum majore 67. 4. Soliti sunt excommunicare per Maledictionem, per Separationem, per Maranatha, & per alia ejus generia, perinde ac si ipsum anathema, adjecto vocabulo Maranatha, cuius in initio Ecclesiæ Christianæ⁴ mentio, eo ipso nomine in Talmudica

dia Judæorum disciplina compertum fuisse; planè lapsus memo-
rize est. Verba loci citati sunt² הַרוֹן הָגָנוֹנִים טְמֵי שְׁנַחֲחֵב טְבוּעָה, ^{Moyses Ko-}
לְבָנוֹ אִינּוֹ מְשֻׁבָּעָו בְּשְׁבוּעָת הָאֱלֹהָה כְּמוֹ שְׁרָגִילָם לְהָרָם בְּאֶלה
^{19.} וּבְגִידּוֹ בְּשְׁמַתָּא וּבְיוֹצָא בְּזָהָה שָׁהָרִי זוּ בָּאָמָלְתָה אָבִיו אֶלְאָמְלְבָעֵי. ^{17. Corin. pra-}
Decreverunt Gaonim seu Prudentes, ubi pater
qui adjurandus est in rem filii, non adjurandum esse juramento execrationis; quemadmodum fieri solet, ubi devoventur adjurati per Anathema, Diris, Excommunicatione (seu Niddui) Shammatha (quodidem, ut superius fusc ostenditur, significat) atque ejusmodi aliis. Scilicet haec sonant in execrationem patris ejus. Adjurant igitur cum juramento in quo execratio nulla exprimitur. Quæ superius adductis nullibi obstant. Ut nec quod habet ibi Drusius è libro Musar, de porta Templi, quæ Excommunicatorum & lugens erat. Nam simplicem templi ingressum, jure communi, (quod & antè monitum est) excommunicatus seu ^{Præter com-}^{20. arg. alia-}^{ment. Tb. Ba-}^{rith. 16. 22.}
Maranatha ^{21. Gide I. Bux-} fortè ibi substituit; ideo quòd cum aliis viris doctis ^{22.} tam
veteribus, quam recentioris ævi vocabulum illud idem ipsum esse exi-^{tor. in Lexi-}^{stumavit ^b cum Shammatha. Certè שָׁמָם Shem atha, col. 1249. &}^{co Chaldaica.}
sic scriptum & divisum. significare potest Dominus venit, quemadmodum & significat מְרַן אַתָּה Maranatha. Et video viris doctis ^{2466.}
simis placere, tempore D. Pauli hoc Syriacè usurpatum pro eo quod postea Talmudicis dictum Shem atha; perinde ac si tam in hoc, quam in altero Dominus venit semper pariter compertum fuisse; falcem ex allusione seu soni similitudine recepta, licet non ex Etymologia. Sed nec apud Talmudicos video hactenùs ejusmodi omnino; ^b Ipse ad 1 Corin. 16. 22.
nisi ^c Shammatha allusionem natam, licet aliæ aliquæ, ut præmis-^{Videsis Dan. Heinricum Exercit.}
sum est, occurrant. Nec tam videtur apud D. Paulum ^d Marana-^{Sacr. ad cap.}
thomen Anathematis esse ibi memorati, quam exclamationem ^{21. D. Ioan.}
solennem ^e, seu epiphonema, aut asseverationem sanctiorem ad. ^{22. Theophylactum, Am- brosium, Hie-}
iectam. Græca sunt ἡτοί άναθημα μαράθα, sit anathema; maran ^{ronymum}
Syrus, مَرَاثَةٌ sit Cherem, id est, anathema; Domi- ^{(quos) me- moras Eraf-}
mū venit. Arabs, فَلِيَكُنْ مُخْرِبًا مِنْ رَحْمَةِ الرَّبِّ sit devotus ^{maw; Bedam}
ape Domini. Ipsum Maranatha retinent versiones pleræque re-22. ^f Isidorum
Clarium ad 1 Corin. 16.

Z z z

centio-

centiores. At verò in Germanica Lutheri legitur, **Der sey Anathema Maharam Motha**, uti & in Danica illius sequaci hand vere **Anathema Maharam Motha**. Scilicet *Maranatha* volvèrè sub Lutheri ævum cum ipso alii aliqui, depravatum esse vocabulum, ex eo quod potius in origine *Maharam motha* fuisset, seu מותה מחרם quod significaret *devorus* seu *anathematizatus usque ad mortem*, quemadmodum & in nota Germanicè Epistolæ ad Corinthios primæ subjecta visitur. Unde & versio, quâ Ecclesia Anglicana superiori in seculo usâ est, habet ibi **Let him be had in execration, yea excommunicated to death.** Et in Latina, quam Galterus Deloenus Henrico Anglia Regi octavo Biblio scopus ei dedicatam publicavit^d, *Maranatha per Dominus seu Dominus noster* (nam variatio illa ex eo evenit, quod

^e *Vide Eliam in Thib. & Buxtorf. Le. Talm. col. 1248.* volunt aliqui; ^f ibi esse pronomen affixum) *venit* vertitur quidem in adjecta notula; sed *nisi forte*, inquit ille, *vitiōsē scriptum sūt pro* *Malachias suam prophetiam absolvit.* Neque novum est hunc D.

^g *Cap. &c. com. mate posse.* *Pauli locum ad illud Malachiæ* ^f referre. Ibi scilicet legitur **אָנוֹנִי וְהַכְתֵּי אֶת הָרֶן בְּחָרָם ne forte veniam, & p̄percūiam terram anathemate.** Sed & inde sensus D. Pauli nonnullis fit, *veniat Do-*

^h *De Casboli- ca Insistus. iii. 27. s. 3.* *minus, & cum eterno exitio feriat.* Sed Jacobus Simanca ^g, quidam, inquit, *hanc sive fabulam sive historiam retulit. Maranatha anathematis significationem induit ex illo eventu, quia Iudei gloriantes de venturo Messia dicere solebant vulgo, Maran, hoc est, Dominus noster: contra quos Christiani dicebant Maranatha, Dominus noster venit. Hinc inimicitia orta inter Christianos & Iudeos, quorum in ore erat Maran, quos per contemptum Christiani Maranitas vocabant & illis obrudebant, maranatha, id est, Dominus noster venit vel invitis vobis, irridentes eos & illis male precantes. Vnde apud nostrates vulgo Maranos appellant eos, qui ex Iudeis descendunt, apostata facti sunt, Messiam suum expectantes.* Commentum pulchrum! De Ebræorum autem Excommunicationibus, videhis nuac etiam Aloysium Novarini ^h.

^a Schendis-
asm. sacra-
prop. lib. 7.
cap. 10.

C A P. X.

*De illo Anathematis genere, quo expressum Homines ex Jure Belli, seu Militari
nisi Devoverentur.*

EX Jam ostensis manifestum est, hominem Anathemate sive Primi sive Tertii sive Quarti generis (juxta ea quæ de anathemate capitibus tribus proximè superioribus explicantur) devotum, eo nomine, ex Ebraeorum sententia, non Jure occidendum fuisse. Cædes vero planè ultronea, de qua disputamus, locum tantummodo habere potuerat (si modò darenur, occidendum fuisse ejusmodi devotum) in genere Primo. Nam in reliquis binis planè Poena fuisse cædes, quod & concedunt in genere Quarto illi, qui de ejusmodi devoto velut mortis reo perperam loquuntur. Et ad Poenæ planè, sed coelestis, rationem spectat, si credibile sit, quod habet Josephusⁱ de eis qui in Essenorum sectam admissi, (non sine anathemate in seipso horrendo Quarti generis denunciato, si disciplinam, quam amplecterentur, violarent) & postmodum ob delicta graviora consortio ejecti, ne cibum quidem obtatum capere potuere, sed more pecudum herbas decerpentes fame miserrimè, nisi reciperentur, periire. Quod autem genus Anathematis Secundum spectat seu ad anathema illud internecioni & deperditioni expressum devotum, cuius scilicet usus Bellis suscipiendis prævius esse solebat, adeoque sive ad Hostes ac Captivos, sive ad Cives Jura militaria violantes duntaxat, quâ ad homines attinuit; id ipsum est Anathema seu Cherem, secundum Magistrorum aliquot eorum, quæ nominis præclari sententiam, quod in postrema parte legis illius in Levitico^k sacræ occurrit. *Omne anathema, quod devovetur* ^j *in morte moriatur.* ^{k Cap. 27. 29.} Quod non de consecratis, devotis seu anathematizatis ejusdem generis, quod commixtus præcedens occupat, volunt intelligendum; scilicet de ultronea, sive servi, sive jumenti, sive cuiuscunque bestiæ consecratione in usus sacros, ad quos tantum comma illud spectare consentiunt Ebrei omnes; sed de hostibus tantum aut civibus Jura militaria violantibus morti devotis, (quâ scilicet homines ea in lege comprehenduntur,) Zzz 2

*De bello Iudeico lib. 2.
cap. 12. gr. 7.*

tur,) qui non redimendi, sed ad unum omnes morti tradendi erant. Priori nimis in commate donaria seu anathemata sacros in usus consecrata & sacerdotibus Jure communi possidenda continet. ^{1 Numer. 18.} ^{14. Vide Ge-} ^{mar. Bab. ad} ^{ri aiunt, qualia necesse erat ut essent è devoventis bonis secundum} ^{tit. Erakin} ipsa verba sacra, ¹⁰ מִכָּל ex omnibus, quæ suæ sunt, veluti signan- ^{cap. 9. fol. 28.} ^{29.} ter dicta ad excludendum anathema quodcunque ex eis, quæ nec- dum devoventis erant in bonis, nec post devotionem, humanis usibus seu commodo omnino applicanda, sed plane delenda! Hujus autem generis cum Unicum duntaxat esset Anathema, idque aut in hostibus seu civitatibus, in quas bellum inferendum erat devovendis, (quale ad usus sacros seu sacerdotum possessionem nemo devovens

^{30 Numer. 21.} attinere volebat) quemadmodum illud Ebræorum de Araditis^{m,} & ^{2. Vide si ibi} ^{D. Augus.} *vovis Israhel votum Domino dicens, si tradendo tradideris populum* ^{quæst. 40.} ^{31 istum in manum meam, אֶת עַרְיוֹן etiam morti & inter-} ^{adde D. Hie-} ^{renym. ad al-} ^{gafiam q. 9.} ^{deleto, locus ipse חורמה seu Anathema dicebatur;} Aut in Ju- re militaria violentibus neci similiter devovendis, ut prætermittamus exempla superius ea de re memorata; commate in hoc breviusculo proximè sub sequente, hoc genus Anathematis tunc satis generali illo nomine cognitum existimant designari. Perinde ac si in commatis illis scriptum fuisset; ubi quid de suo quis in sacros sacerdotum usus, sive hominem, sive bestiam, sive agrum consecraverit seu devoverit, non vendatur, non redimatur, quia sanctum est, nec in usus profanos omnino revocandum; Ettantum de hoc ita fiat. Nam in principio commatis prioris נְאָתָנְתָּם etiam ad hanc rem praefigi notant. At vero ubi quis devoverit quid בְּנֵי הָאָדָם ex homi- ne, seu ex hominibus, juxta nempe notissimum illud devovendi morem bello præviuum; adeo ut nil præter necem destructionem atque excidium devoti fit postmodum, ex ipso voto seu anathemate, expectandum, ibi tantum abest, sive vendatur sive redimatur, sive sanctum maneat Domino, ut Jure fieri nequeat; quin plane sit delendum; & sive homo fuerit sive animal quodcunque aliud, interficiendum. Ita devovens priori in commate fit מְלֹא חַדְרָיָה de- ^{חַדְרָיָה מְלֹא מְלֹא} ^{devovens id, quod suis effet in bonis;} in posteriori מְלֹא מְלֹא

ט' א' נ

שאנו טל devovens ex hominibus seu homines, qui sunt quidem non
essent; tametsi ita in devoventis potestate haberentur, ut ex Jure belli
seu militiae singulari suum sortiretur effectum ipsa devotatio, quem-

admodum ibi distinguit Isaac Abarbinel^o. Qui de specie utraq; subjun- <sup>In Pirush
Tora fol. 275
col. 2.</sup>

כנגד המין הרាមון אמר אך כל חסן אשר יחרם איש ונ' לא מכר git

ולא גאל לפ' טהרת הדוא ה'א קרט קדר'יט ל' ו' מה ש' הו'א קדש
ל' לא מכר כי הו'א אסור בהנאה ולנק' החרם הו'ה הו'ה לה' בלב
ועל המין התני אמר כל חרם אשר יחרם ל' מן האדם לא יפה מות
יוםת ומזה המין היה חרם יר'חו טאט' גיע' לד' איש ישראל נפש אדם

טהנכלדים טנה לא' יכול לפירות אותו אבל על כל פנים מות יומת

אך בחרם ש' יחרם איש עבדו ל' לא יומת לך' נתן לחטוב עצים ולשאוב

De prima specie ait sacra

scriptura, Tantum omne anathema quod quis devoverit &c. Non

vendatur nec redimatur; quoniam scilicet hujusmodi anathema est

sanc*tissimum* Domino. Et quod ita sacram est Domino, non ven-

datur, quia profanis usibus interdictum est. Idcirco anathema hoc

rancum est Domini. De secundâ verò specie ait, omne anathema,

quod devoverit quis ex homine, non redimatur, morte moriatur. Et

hujus speciei erat anathema Hierichuntis, si nempe inciderit in po-

testatem cuiuspiam Israelite, vita hominis ex eis, qui ibi cae- ^{Ad locistic.}

terunt, non poseris redimi, sed omnino morti tradendus erit. Nihilomi-

nus, quod ad anathema illud, quo servum suum quis Domino devo-

verit, attinet, is morti tradendus non est. Tantum is donarium est,

ut Ligna discindas, aquam haurias, & sacerdotibus ministerium.

prostet. Atque hic est literalis loci illius sensus. Ita Abarbinel. Cui

aliquipulatur Rabbi Moses Bar Nachman^o, alii. Hinc est quod uni- ^{27. Et apud}

versi incolae Jabeesh Gilead cæsi sint, ideo quod violassent anathema ^{R. Bechais in}

illud publicum, atque militare p' de eis, qui non ascenderent ad Mizpa, ^{Pentateuch.}

ubi ipsi anathemati expressim adjectum est מות יומת morte moria- ^{Judic. 21. 5.}

rur. Quod & partem fuisse anathematis, quo Saul prælium cum ^{9. Sam. 14.}

Palæstinis initurus devovebat omnes, qui ante noctem quid com- ^{24. Et 4. ubi}

ederent, existimant, quia ob anathematis illius violationem Jona- ^{Gide R. Da-}

than, etiam Regis filius, morte plectendus erat. Sed ideo liberatum ^{G. Kimchi}

esse aiunt, quia non sponte, sed ex errore, atque ipsius anathematis ^{Et consulas}

ignarus illud violasset. Alii verò aliter legem illam de anathemate ^{R. Bechais in}

fol. 161. col. 1. Pentateuch.

Zzz 3

sacram interpretantur, perinde scilicet ac si de homine morti ex sententia forensi damnato lata fuisset. Si quis, inquit, devoverat estimationem capitum damnati eo modo, quo consecrationes siebant, iuxta ea, quæ priore dicti Levitici capitum parte constituuntur, Votum ejus irritum fuisset. Et verba illa *non redimatur; morte morietur*, significare volunt, eum non redimendum, seu pretium seu estimationem aliquam ejus nomine non solvendam, quoniam ultimo supplicio damnatum statim mori oportuit, adeoque ipse jam veluti mortuus erat, unde nec pretium, nec estimationem habebat. Atque

^{“Gemar. Ba-} tum in libris vetustissimis ^r hæc occurrit etiam sententia velut à ma-
bylon. ad sis. joribus accepta , tum apud maximi nominis Magistros ^f seculorum
Eracin cap. L fol. 6 b. & ad recentiorum. Sed verò, ut tandem hæc de Anathematis concluda-
uit. Cethu- mus, manifestum est ex Ebræorum interpretatione qualicunque di-
both cap. 3. fol. 37 b. Sc- Etæ legis sacræ , nullum omnino homicidium ultroneum , seu extra
pher Siphra Pœnæ, seu Quasi rationem permisum eâ fuisse; quod erat in primis
col. 336. atque ad rem, quam tractamus , aperiendum.

CAP. XL.

*De Jephthæ Voto, discrepantes Ebraorum sententia. Nullo Jure immolandam
fuisse ejus filiam consentiunt; Summa Sententia Ebraorum, de cæde huma-
na. Lustratio post cædem etiam licitam.*

Restat, ut, quid Ebræi de Jephthæ Voto, atque filiæ sua immolatione statuant, videamus. Verum quidem est non unicam apud eos reperiri de Voto ejus sive concipiendio sive solvendo sententiam. Etenim sunt qui cum illud tam de personis hominum, quam de aliis animalibus conceperisse, atque filiam immolando solvisse volunt; aliis neque eam immolasse nec immolationi personam aliquam destinasse afferentibus. Prior quidem vetus est. Utraque autem pendet ex varia interpre-

¹ Indic. II. 30. tione historiæ sacræ; verba sunt, וְעַבְדָּךְ יְהוָה אֱלֹהֵינוּ
¶ 39. dicens, si tradendo tradideris filios Ammon in manum meam
הַזֶּה אֲשֶׁר צִא מִדְלָתִי בֵּית לְקֹרְאָתִי בְּשֻׁבוּ בְּשֻׁלּוֹס מִבְנֵי עַמּוֹν וְהַרְחֵב
quod in vulgata vertitur, quicunque primus
fuerit egressus de foribus domus meæ mihiq; occurrit revertentis cum
pace à filiis Ammon, eum holocaustum offeram Domino. Græcianam
inter-

interpretes ibi, καὶ ἔτη ὁ ἐκπρεσόραμός αὐτοῦ ἔχειθη &c. καὶ ἔτη τὸ κυνηγός (ut in exemplaribus nonnullis; quæ conjunctio aliis deest) αἴτιον αὐτῷ ὁ λοχάτωμα ἔριται, exiens quicunque exierit &c. ἔριται *Domino*, & offeram eum holocausta. Adeo ut ipsius votum de persona hominis immolationi destinata conceptum sumatur accesse sit, si rectæ versiones hæc. At verò, manifestum est ex Ebraismo verti posse, & sanè deberi ad hunc modum, quantum ad personæ alicujus designationem attinet; *Erit*, ut egredens quod egressum fuerit de foribus domus meæ in occursum meum, cum reversus fuero in pace de filio *Ammon*, erit *Domino*, & offeram ipsum in Holocaustum. Ita non personæ tantum (si verba spectes,) sed animalia qualiacunque alia in voto continentur. Dein de voti solutione subjungitur וַיָּעַשׂ לְהֹתֶר אֲשֶׁר נִזְבֵּחַ & fecit ei sicut voverat (ut vulgata) καὶ πέλεσεν εἰς αὐτὴν τὴν ἀγέλην αὐτοῦ λίγην καὶ περιπλεύτιν εἰς τὴν φίλιαν, quæ ei redeunti cum victoria occurrerat) votum suum, quod voverat. Non autem hominis personam tantum, verùm etiam alia animalia votum fuisse complexum palam docent Ebræi, ubi ad priora Voti vocabula adnotant¹ בָּרְךָ יְהוָה דְּבָרֶת שְׁמָא נְדֻמָּה לוּ בָּרוּךְ, fieri potuit, ut etiam immundum quid (veluti porcus aut canis) occurreret, ut voto esset satisfactum; sed occurrit ei filia sua. Prior autem heic sententia, qua filiam suam ex hoc voto immolasse Jephtham affirmatur, habetur non solum apud Elavium Josephum^x, sed etiam in Chaldaica Ju-² Orig. Inda- dicum paraphrasi^y & apud Rabbinos celebres, quorum aliqui^z Jeph- sc. lib. 5. cap. 9 tham existimant deceptum fuisse more illo anathematis bello seu³ Cap. II. pro- prälio, ut supra ostenditur, prævii, atque inde tam personam homini- xime post com. 39. nis, quam aliud quocunque animal devovisse. Nimirum, cum in more positum esset, Principem seu populum internecioni devovere sive hostes sive cives, qui Jura militaria anathemate præstituta violarent; Jephtharn hunc morem perperam intelligentem temerè devo- visset tam personam, quam animal quocunque ei post victoriam occurreret. Eliam verò præter spem occurrentem, post menses binos, & Berelith quibus virginitatem deflevit juxta Votum immolasse, nec ad Phinecum Pontificem accedere voluisse, ut is Voto cum solveret (nam & sic etiam aiunt) & Pontificem ad eum adire detrectasse; utroque in vicem dignitatis prærogativam obtendente. In Vaicra Rabba^a; כָּל

¹ Gen. Bab. ad nos. Tha- nith cap. 1.

² fol. 4 a. Va- icra Rabba para. 37.

³ orig. Inda- sc. lib. 5. cap. 9

⁴ Cap. II. pro-

⁵ xime post

⁶ com. 39.

⁷ R. Moses Bar Nachman, R. Bechazim, P. Tenuas, fol. 161. cel. 1. &c

⁸ Parash. 37. & Berelith Rabba pa- raf. b 60. Ad. de Midrash Coheleth ad cap. 10. 15.

tel להפר את נדרו ולילך אצל פנחים אמר אני מלך ואלך אצל פנחים פנחים אמר אני כהן גדול ובן כהן גדול ואלך אצל עם הארץ זה בין דין Potuit quidem voto suo solvi, si ad Phineesum accessisset. At verò dixit, ego cum rex sim adibo Phineesum? Phineesus dicunt 9. 2. Atque ita hisce in vicem alter cantibus, periit ipsa; seu אנה הצערה ההיא perditæ est virgo illa. Adjiciunt tamen Phineesum, quæ Jeph-

^a Præter jam tham hoc nomine punitum à Numine. Hunc membrorum paracitata è Rab- lyfi, illum Spiritus Sancti ab eo discessu. Et demum interpretantur both, Vide both, illud ותהי חוק בישראל atque erat statutum in Israel (quod in vul- Sal. Israhel ad Iudic. II. 1. 2. 3. &c. ad 1. Pa- ralip. 9. 20. gata, ita commati proximo conjungitur, ut denotet inde statutum fuisse annum quadruplum ob puellam lucum) de sanctione apud E- bræos inde orta, ne quis humanas hostias ex simili errore postea im- molaret, nec sive Jephthæ sive Phineesi morosum dignitatis prærogativæ obtentum in similibus imitaretur. Unde ibi paraphrasi

חוות בדיל דלא לא לאסקאה נבר ית בריה וית בחתה לעלהה כמא דעביד יפתח גלעדאה ולא שאל לפינחים כהנא Addicta est sanctio illa seu Statutum ideo ne quis immolare filium suum seu filiam suam, quemadmodum fecerat Iephtha Gileadites; nec consuluit Phineesum Pontificem, qui consulenti eam, ob pretium datum, liberaverat. Vide

^b De successi- etiam quæ de Phineeso, atque immolatione hac ex Saido Batricide fionibus in Pontific. lib. Patriarcha Alexandrino alibi^c notavimus. Et de ipsa immolatione

1. cap. 2. rara non est apud Christianos scriptores^d mentio, unde & festum

^e Ambrof. de idololatricum, in ejusce memoriam alicubi natum etiam scribunt Virginib. lib. 3. &c. nonnulli^g. Sed verò, ut præterea difficultates Chronologicas de

Phineeso^h hoc tempore superstite; nondum mihi è commenta- riis Ebræorum compertum est, quodnam jus illud fuerit adeo Pon-

ⁱ Videof. R. tifici singulare solvendi heic Votum, ut absque eo id solvi nequiret. Nec qui Synedrium nescio quod heic memorantⁱ ad Voti relaxa- Gedalah Ben Tercas in shalhe- tionem à filia consultum, quasi aliter relaxari nequiret, mores patrios leth fol. 14 a. satis videntur meminisse. Receptissimum fuisse Ebræis, vel ut ab ipso

^j In Glos. Tar- Mose, per majorum traditiones acceptum scimus, à Sapientie seule- chis C. Da- gis Doctore unico seu triumviris illis (si ipsis ita visum esset) Jute Gidus kymachy ad Iudic. II. potuisse, tum Vota, tum Juramenta relaxari, ubi quid nimis um car- sa post-

se postmodum forsan eveniret præter id, quod voventis seu Jurantis
animum occuparet ipso Voti seu Juramenti momento. Atque ea
dere fusiū Magistri^k. Neque ad hunc locum attinet plura de ea ad-
dicere. Undenam igitur ortum illud, Jephthæ Votum solvi aut re-
dimi nequivisse absque indultu & præsentia Pontificis? Cætera mir-
timus, quæ congeri possent adversus commentum hoc de Phineculo,
quod nec in Talmudico corpore locum habere memini, sed in ejus-
dem Glossis, nī Rabboth, Paraphrasi Chaldaica & in Magistris ali-
quot recentioribus. Quin si ita adversus jus patrium conceptum
esset (quæ ad filiam immolandam attinere potuit) Votum hoc, ut
illud ejus immolatione perimplere nefas esset, (quod universos E-
breos sentire existimo, quorsum de eo relaxando heic negotium fa-
cti sunt? Quod ad alteram heic Ebraeorum de Jephthæ Voto sen-
tentiam attinet; primò, ipsa Voti sacra verba aliter, qui hanc am-
plexuntur, intelligunt, atque prioris sententiae auctores. Nempe illa,
quod sonat quidem & erit Domino, &
offeram illud in holocaustum ita capiunt, ut copulativum secundolo-
covicum disjunctivi induat. Adeò ut Votum conceptum esset, & erit
Domino, seu consecrabo Domino, si res ejusmodi fuerit, ut in sacros
usus, aut Domino sancta remaneat. Quin & si ejusmodi fuerit, ut in ho-
locaustum offerri ritè queat, etiam in holocaustum offeram. Breviter;
& erit seu manebit Domino, aut offeram illud in holocaustum. Sic
Rabbini Kimchii pater & filius. Rabbi David Kimchi ad Judicum
locum memoratum; דעת ר' בזח ידוע ואל ז' פיר והעליתיה הוי ז' או העליתיה
במקומם או ופי' והיה ל' הקדש אם אין ראי לעוללה; או העליתיה
עללה אם ראי לעוללה וכמו זה הוי מכח אביו ואמו או אמו ופי' פיר
Quid heic Rabbini nostri pia memoria plerunque sentiant satis no-
tum est. Ceterum pater meus memoria pia, (is est Josephus Kim-
chius) in eo quod est & offeram illud interpretatur & pro aut, perin-
de ac scriptum fuisset; & consecratum erit seu sanctum manebit
Dominus si non sit holocausto idoneum, aut offeram in holocaustum, si
fuerit idoneum holocausto. Et sic in lege sacra de eo qui percussit
patrem & matrem, & pro aut sumitur. Atque hec interpretatio pul-
chra est. Similiter R. Levi Ben Gersom י'יה בהכרח בעל החיים ואם

Aaaa

היה

הַיְהֵ מִתְּנִן הָרֶם יְהֹהוָה לְיַיִן וַיְהֵי מִיּוֹחֵד לְעֲבוֹרוֹת הַשְׁמָן' *Necessere est ut anima*

¹*Videsis R. Bechais in Pensatencb. fol. 16. col. 1.* *maliquid intelligeretur, quod si accideret esse è specie humana, Domini siebat, ut pote separatum in ejus cultum. Alii tantundem. Voto ipso ita intellecto, verba illa & fecit, scut uoverat pro filiae confectione ejusmodi sumunt, non omnino pro immolatione. R. David Kimchias*

שָׁבַת בֵּית הַכְּנִסָּה שֶׁם וְהִתְהֵה שֶׁמֶּפְרֹשֶׁה מַבְנֵי אָדָם שׂוֹרְנוּ הַעֲוֹלָם וְהִיא חֲקָקָה בְּיִשְׂרָאֵל כִּי מִשְׁנָה לְשָׁנָה הַיּוֹם הַלְּכֹות אֶלְيָהּ fecit ei domum, & introduxit in eam, atque ibi remansit seclusa à filiis hominum & à rebus secularibus. Atque statutum suos in valuit in Israel, ut quot annis eam in visserent Israelites. Atque notat Gersomides, si filius aut mas Jephthæ ita occurrisset, ipsum à mulierum consortio non ita secludendum fuisse, sed tantum Domino consecrandum, ut sacris inserviret, (quemadmodum Levita) nec interea conjugio arceretur. Cum vero eveniret, ut filia occurreret, חַוִּינָה שְׁחִירָה פְּרוֹשָׁה, מַאֲשִׁ טָאַם הַיִּהְ, לְהָ בָּעֵל לְתַהְיָה, בְּמַטְפָּת הַנְּשָׁוֹת טְהֻזָּה לְעֲבוֹרוֹת הַשְׁמָן' אֶבֶל הַעֲבֹור עַל זֹה בָּעֵל הַנְּשָׁוֹת Oportebat eam à viri consortio segregari. Nam si conjugem haberet, non potuit Domino solum inservire; sed conjugi etiam inservierat, more uxorum. Atque hinc ait Gersomides fuisse causam, cur vestimenta laceraret Jeptha, atque ita doleret, quamprimùm filia ei visa est. Nempè eam, quæ ei unica erat proles, jam sciebat è viri consortio in perpetuum secludendam, adeò ut de postea ex ea suscipiendis spes non esset reliqua. Sed mirum interea est magistros, qui hujus sententiæ sunt autores, admittere etiam, Votum hujusmodi ita præcisè obligasse eum, ut necessarium esset ex lege seu moribus patriis filiam ita devotam à virorum consortio seclusisse.

Quin & ipse Jeptha, aperui os meum Domino, neque potero revocare. Certè neque patriæ ejusmodi potestatis alicubi in corpore Talmudico, aut apud Jure consultos eorum celebriores, vestigium reperi.

²*I. Samuel. 1. ult.* Neque omnino potestatem ejusmodi consecratio Samuelis asserit. Nam & ipse Levita erat, atque eo nomine & à natalibus Domino sacer. Atque ipse libenter matri Votum sacra ministeria præstando solvit. Quin in corpore Talmudico receptissimum est, filium aut filiam ita sacrari nequivisse, ut ipsi sacerdotibus aut sacris usibus

bus ex parentum voti vi cederent, ut superius ostensum est. *Aesti-*^{Cap. 7.}
mationem autem seu pretium sive filii sive filiae sive alterius cuius-
cunque (modo excipias servos & ancillas e Gentilibus) consecrati,
sacerdotibus solvendum præscribit lex sacra^o, non ipsos addicendos.<sup>Legisic. 27.
2. Eccl. 6. v. 2.</sup>
Quin & qui ipsos se devoverant etiam & se redimere quibant. Et de & Iosephum^{Eccl. 6. v. 2.}
estimatione filia Jephthæ vetus erat controversia inter Magistros^{lib. 4. cap. 4.}
binos Talmudicos, Rabbi Simeon Ben Lakish, & Rabbi Jochanan.

Ben Lakish existimavit^P Jephthæm ex hoc Voto pretium seu *æsti-*<sup>Bereshit
Rabba p-
r. sh. 60. §</sup>
mationem filiae juxta legem sacram sacerdotibus solvere debuisse. At^{Vaicra Rab-}
vero R. Jochanan, nec pretium aut estimationem; quia res ipsa, quæ<sup>ba p. 37.
unde habet
D. Kimechim
Iudic. 11.</sup>
devovebatur, erat immolanda, qualis filia ejus seu homo quispiam
non erat, neque ex lege esse potuit, ita ut ille ne^c filiam seu personam
aliquam in ipso Voto contineri velit, sed tantum animalia cetera, quæ
immolatitia. De secunda autem sententia heic, seu ea, qua negatur
filiam Jephthæ esse immolatam, Genebrardus^q scribit se ab Ebræo<sup>Ad annum
mundi 2981.</sup>
aliquo accepisse interpretationem illam seu sententiam esse ab auto-
ribus suis excogitatam, ne inde typus filii Dei à patre sacrificari du-
ceretur. Utcunque autem se res ea habuerit, id certum, puto, esse,
non reperiri apud Magistros, qui ex Jure aliquo immolandam eam
esse affirmaverit. Quin in Gemara Babylonia^r expressim dicitur^{Adit. Tha-}
sacrificium קָרְבָּן נַחֲלָה quod afferrri non decuit. Et Josephus^s, r. lvi fol. 4 a.^{mith cap. 1.}
παιδα ἀλοκωτωσεν, επι νόμιμον επι τη θεῷ κεχαρτσίλιων θυσίαν Ιη-^{Orig. Iuda-}
πλάνην filiam immolavit, neque legitimum, neque Deo gratum sacrificium solvens. Idcirco ex hac tenus enarratis, de Interdicto Naturali^t^{9. Eccl. 6. v. 1.}
*Homicidii, sic demum heic statuendum est; apud Talmudicos atq;^{Cloppenbur-}
Ebræosceteros nullibi (si errorem illum Jephthæ, ut aliqui volunt, ex-^{gnum in Scho-}
cipias) esse admissum, ut ultronea cædes seu homicidium extra Poenæ^{Le sacrificio-}
legitimè constitutæ, seu Quasi rationem (nam & cædes bellica in Poenæ^{rum. 5.}
ratione satis continetur,) adeoque hostiæ humanæ oblatio Jure
aliquo subniteretur. Quoniam vero societatis humanæ compages
sine facinorum castigatione consistere nequit, ac Poenæ, sive pro cri-
minum qualitate sive pro Republicæ commodo, nunc leviores nunc
graviores, ex Jure Naturali de Judiciis (quod sextum est heic Juris
*Noachidarum caput) sunt introducendæ, & in justo bello Poena iti-**

dem hostibus infligenda, ideo, quemadmodum sartum tectum interdictum, quod hactenus tractavimus, Naturale de Homicidio servandum docebant ab omni ultroneæ, extra rationem jam dictam seu indebiti, cædis permisso, ita mortis Poenam, id est, cædem humanam tum in bello fuisse licitam, tum sceleribus ac delictis campræstituere nefas non fuisse eis, qui rebus præsenter, seu quibus Poenarum constituendarum jurisque Positivi condendi potestas cederet, neutquam omnino dubitabant. Quod fusiū è libris sequentibus, ubi de re Bellica atq; de Judicis agitur, explicabitur. Adeò vero ipsum actum cædis humanæ utcunq; licitum, invisum habebant, saltem nonnulli, & impurum, ut lustratio aliqua ei, qui commiserat, esset necessaria. Ad illud Mosis in Numeris, post cædem in prælio

^{• Num. 31. 19.} Midianitarum Manebitis^t extra castra septem diebus, quicunque scilicet quempiam occidit, & qui tetigit cadaver, purificetur seu lustratur in die tertio & septimo, tam vos, quam captivi vestri, Philo^u, ius sit, inquit, victores extra castra dies aliquot manere, ταῦτα μετὰ ιερῶν καθάρους οὐ Φόνος οὐ διποτῆς παραγένεται ἡκούτας τῶν συμμάχων & Pontifici summo mandavit, ut lustraret reverentia recenti cede commilitones. Rationem reddit; νηὶ γάρ εἰνόμιμοι αἱ : τοῦ ἔχθρον φαγαὶ, αἱ δὲ οὐκ εἰναὶ αὐθεντοὶ εἰ καὶ δικαῖος νηὶ αὐτούρθιον νηὶ βιαδεῖς ταῖσιν & εἴναι δοκεῖ Διὸς τὴν αἰωνίτην καὶ κοινώνην συγγένειαν. καὶ δεῖν καθάροις εἰδένος τοῖς οὐλεῖσι τοὺς αἰσθαλαζεὺς & νοραδέροις εἴγες γεγνῆσθε. Quamvis enim per leges licet hostes occidere, tamen qui necavit hominem, etiam si coactus & propulsans injuriam, obnoxius securus esse videtur propter antiquam generis & communem cognitionem. Ideoque lustratione opus erat, ut etiam species qualiscunque sceleris ab eis diluceretur. Et pueri sciunt similem obcausam apud Gentiles (maxime Gracos) lustrationes etiam in usu. Locum autem illum Numerorum capiunt Magistri de pollutione seu immundicie non tam à cæde, quam à mortuis ^x contractâ adeoque lustrandâ, quam de re etiam consulas Josephum^y.

^x Legit. 28.
^y Numer. 5. 2.

^x Archalog.
lib. 4. cap. 4.

DE

JURE NATURALI

ET

GENTIUM

Juxta Disciplinam

EBRÆORUM,

LIBER QUINTUS;

De Concubitu agit, ex Jure ab origine rerum Naturali, illico; De Matrimonio item, Concubinatu, & Divortio, juxta eos, ex eodem jure; De accessione Interdictorum Revelationis Turpitudinum, quæ in Levitico habentur, quatenus ad Gentes alias illa spectare velint Ebraei. Et demum de Jure Gentium huc attinente, id est, Jure, quo sive Profelytos Justitiae aliosve non ex originariis circumcisos, sive Profelytos domicilii aliosve alterutrius sexus Gentiles, tum in re Matrimoniali, tum in eo qui etiam extra Matrimonium fit Concubitu, Nationi suæ seu Originariis sive vetitos sive permisso tradunt.

C A P. I.

De Concubitu illico. Tum qualisnam concubitus ex Jure Naturali ante Legem Mosaicam illicitus habeatur, tum Qualis postea ex ipsis ejusce legis verbis, juxta Ebreorum sententiam, generum indicatur.

L Urs Naturalis, in recensione superius allatâ, caput, quod ex Illustrioribus est, Quartum ad Revelationem Turpitudinum (quam גְּלִילֵי עֲרֵי תַּחַת appellant) id est, ad incestos seu Illicitos Concubitus attinet. Horum ratio-

heic duplex primò habenda. Altera, quæ ante Leges in decimo othovo Levitici capite latas illiciti alii qui habiti: Altera, quæ ex illis legibus accessere de incestu Interdicta insuperalia. Ante leges illas, sive sub ipsis rerum initiis, adeoque, juxta quæ dicentur, ex Jure Naturali, interdictum, hoc nomine, fuisse scribunt^a Homini coitum cum hisc;

^a Gem. Bab. ad 1. et. San-
hedrin cap. 7.
fol. 58a. Mai-
monid. ha-
lub. Melan-
kim c. 9. Et
halach. Isuni
Bia cap. 14.
Moses Ko-
szensis pre-
cept. affir-
mar. 122.

^b Misra. sit.
Cerithoth
cap. 1. Maim.
bal. Shage-
goth cap. 1.
Moses Miko-
she precept.
affirm. 213.
^c Levitic. c.
18.7.

^d Levitic. 18.

adde Lev.

20.11. Et 27.

Et Deut. 27.

20. Et 22.30.

Seu 23. 1.

Levit. 18.15.

Et 20. 12.

Levit. 11.22.

Levit. 18.23

Ibidem.

Ibid. comm.

17.

I id est בְּאָמֹן Cum Matre sua.

II בְּאֶת אָבִיו Cum uxore Patris seu Noverca.

III בְּאֶת אִישׁ Cum uxore aliena.

IV בְּאֶת וָתוֹן פָּאָמוֹן Cum sorore ex Matre sua, seu uterina.

V בְּזַכַּר Cum Masculo.

VI בְּבָהָמה Cum Bestia.

Sicverò sub ipsis rerum initiis vim suam obtinuisse quantum ex hisce, de sorore scilicet interdictum, intelligendum est, ut non ante proximam fere ab ipsis initiis ætatem cœperit observari, adeoque ut inter primos qui fuere fratres ac sorores uterinas, seu Adami ex Eva liberos, conjugia licita, nec illicitus coitus haberetur. Quod nemo non videt. Et ea de re mox plura. Ex lege in dicto Levitico capite lata viginti sex personas recensent, quibus, concubitus illiciti nomine, Poena Excisionis, quam nuncupant, irroganda; unde quales ex ipsa lege concubitus ad mentem eorum interdicti sint, dignoscas.

Ad huncmodum^b hosce quindecim exhibit.

I הַבָּא עַל הָאָם qui cum Matre concubuerit^c.

II הַבָּא עַל אֶת הָאָב qui concubuerit cum uxore Patris^d.

III הַבָּא עַל הַכְּלָה qui concubuerit cum Nuru^e.

IV הַבָּא עַל הַזָּכָר concumbens cum Masculo^f.

V הַבָּא עַל הַבָּהָמה qui concubuit cum bestia^g.

VI הַבָּא עַל הַבָּהָמה Arta Fœmina qua in coitum pel-

lexerit sibi bestiam^h.

VII הַבָּא עַל אֶשֶּׁה וּבָתָה qui concubuerit cum fœmina & filia

ejus.

Lexⁱ; Turpitudinem fœmina (תְּשֵׁנָה; ubi uxoris plerunque substituitur, nam idem vocabulum, tam uxorem, quam fœminam denotat, ut Græcis γυνὴ) & filia ejus non revelabis, filiam filii ejus, aut filiam fi-

hiam filia ejus non accipies, ut reveles turpitudinem ejus; propinqua sunt. Et nefas est. Ubi vulgata; & talis coitus incestus est. Huc spectat etiam illud; *Vir qui acceperit uxorem & matrem ejus, id*^{Levit. 20.} nefas est. Uti & illud¹, *Maledictus qui concubabit* ^{14.} *הותחנוּ* ¹ *cum*¹ *socrus sua.* Ceterum, unico hoc nomine concubentis cum fæmina ^{Deuter. 27. 23.} & filia ejus simul comprehendi voluntetiam qui^m concubuerit cum nepte ejusdem foeminae sive ex filia sive ex filio, cum socrus, socrus matre, aut matre saceri. Et si filiam heic tam Neptem quam Filiam denoraresinas (quod frequens satis est) obscurum non erit, cur tot nomina sive consanguinitatis sive affinitatis hoc unico includant. ^{R. Obadiah Bar senorius ad. 1. Cerithoth cap. 1. § 1. Et cap. 3. 5. 6. Et Misna ejusdem cap. 3. R. Bechus ad Vaicra fol. 148. col. 4. Pesiktha Zotta fol. 24. col. 3.} Quin nec filiae aut neptis ex filio filiave concubitūs prohibitionem, in hac recensione, aliter designant. Nimirū si cura uxoris filia aut nepte fuerit illicitus, multò magis cum sui ipsius sive filiaⁿ sive nepte. Sed de nepte Lex disertè lata ^o est; *Turpitudinem filia filii tui, vel neptis ex filia, non revelabis; quia turpitudo tua est.* Unde nec de filia, qua tacitè includitur, dubitandum. Hinc igitur pergit recensio potius ad hunc modum,

VII הַבָּא עַל אֶת אֲשֶׁר concubens cum socrus sua..

VIII הַבָּא עַל אֶת אָמֵת concubens cum socrus matre.

Typographi incuria legitur in Maimonide id est, avia quae^{10.} in Secundariis Talmudicis habetur, non in lege sacra interdictis. Uti & ex ipso Maimonide alibi pliqueat.

IX הַבָּא עַל אֶת אָבִיה concubens cum saceri matre concubens..

X הַבָּא עַל בְּתוֹן qui cum filia concubuerit.

XI הַבָּא עַל בְּתַת בְּתוֹן concubens cum nepte ex filia.

XII הַבָּא עַל בְּתַבְנֵנו concubens cum nepte ex filio.

XIII הַבָּא עַל בְּתַת אֲשֶׁר cum privigna concubens seu uxoris filia.

XIV הַבָּא עַל בְּתַת בְּתָה concubens cum nepte uxoris ex filia.^q *Levit. 18.*

XV הַבָּא עַל בְּתַת בְּתָה concubens cum nepte uxoris ex filio.^r *Ibid. comm.*

XVI הַבָּא עַל אֲשֶׁר aliena^q qui concubabit cum uxore aliena^q. ^{9. Et 11. Ad-de cap. 20. 17.}

XVII הַבָּא עַל אֲשֶׁר aliena^r qui concubabit cum sorore sua^r uterina.

XVIII הַבָּא עַל אֲבִי bat asht asher concubens cum so-

rore sua, que fuerit filia uxoris patris, id est, germana^f, sed non ute-ⁱ *Ibidem.*
rina.

rina, Hoc autem in Mosis Kotzenensis enumeratione prætermittitur, velut id quod verbis prioribus de sorore generatim dictis satis contineretur. Unde & tametsi de viginti sex primò loquitur, viginti quinque tantum personas enumerat.

XIX. *qui concubuit cum sorore patris sui,* אחות אביו על הבג'qui concubuit cum sorore patris sui,

² Legit. 18. seu amita^t.

XX. הבא על אחות amo qui concubuit cum sorore matris sue,

^uIbid. comm. seu Matertera^u.

13. XXI הבא על אחותו *qui concubit cum sorore uxoris sua*³.

¹⁸ *Ibid. comm.* XXII הַבָּא עַל אֲשֶׁת חִזְקִיָּה *qui concubit cum uxore fratri sui*

18. *seu fratria*?

¹Ibid. comm.
^{16.} add. Lev.
^{20. 20.} XXIII הַבָּא עַל אֲשֶׁר אָחִי אָבִיו III qui concubit cum uxori pa-
trii^z.

² Legit. 18. XXIV הבא על הנרה *qui concubuit cum ea qua mensibus la-*

14. Sid. Dent. borat³.

הבא על אבו XXV

I. 27. 20. 5 XX
Magistros XXV

XVI PER IR. 99 REI. Ouos duos postremos adj.

Legit. 18. *Quos ultios poliremos ad*

19. *Turpitudinem patris tui non revelabis* : Et, *Turpitudinem patrum
tui non revelabis*^c, quasi verbis illis de utroque contineretur ^d *זיהוּ*

¹⁰ Ibid. 7. *tui non revelabis*, quia illi verbis illis de utroque continetur *ullus* אֶל אָזְבָּה מִלְמַשְׁבֵּח זָכָר additamentum interdictio de concubitu

⁴ Ibid. 14. *אָהָרֶן שְׁלֹשֶׁת כָּל additamentum intermixto ac coniuncto masculi.* Ad hosce omnes concubitus attinet illud in lege subjunctum.

⁴ Mos. Mito- majuli. Ad holce omnes concubitus attrinet illud in lege habentum : Quicunque fecerit aliquid existis abominationibus, נִפְרָא.

tz; in Indice etum; *Quicunque fecerit aliqua existit abominationibus;* *Præceret Ne excidentur anime ille de medio populi sui; id est. Poenâ excisionis*

*Præcept. No. excedentur animæ illæ de medio populi sui; id est, Poena exiliatio
par. titulo. seu בְּנֵי punitur. Quilibet item eiusmodi concubitus nomine*

סְבִירָה *sic Tertitudo in Talmudicis passim denotari solet, ut etiam*

89. & 90. עורה seu *Turpitudinis Talmudicus pallium* denotari solet, uti etiam ipsa querum concubitus interdicitur. Unde Maimonides f. ۲۳

אָמַר בְּאֶפְנֵי בְּרִכָּה וְהַשְׁבָּעָה שֶׁל בְּיאָמֵן רְבָבָה וְרְבָבָה

29. לא אסר ביהו כתורה, וח"ב על ביאתו כרת והם האמורות בפרשת אחריו

⁴ Halach. קראת ערוה כו' ואחרות- I. shoth-cer. concubitus interdictus est in lege.

*Quarumcunque concubitus interdictus est intelligi
adiecit Excisionis Punam que scilicet memorantur in distal levitatis*

adjecta Excisionis Pæna, quæ scilicet memorantur in dicto Levit. capite nuncupantur etiam Turtitudines. Quin etiam huius

*capite, nuncupantur ex יְרוּחָם leu Turpitudines. Quin earum multas
etiam nuncupant etur תַּרְמִידָה seu Tumidus veluti Mater Seren. Filia*

queque nuncupatur עירוה seu Turpitudo, veluti Mater, Soror, Filia, &c.

qua sunt cetera. Idem ipsum nomen Masculo & Bestiæ similiter trahunt.

buunt, ob frequentem in illo legis loco תְּרִירָה seu Turpitudinis redundare; ad illicitum coitum designandum, mentionem. Neque alias foeminas præter eas, quæ in allata recensione exhibentur, ita nominant; tametsi sint etiam aliæ, quarum Nuptiæ interdicuntur; veluti, ex ipsa ⁸ Lege, Profanæ, Repudiatae, & Meretricis sacerdoti, harum & ^a Levitic. 21.
 viduæ pontifici suummo, atque ex majorum sanctis ^b מִנְיָן seu Se- ^{7. C. 14.}
 cundariarum, id est, aliquot remotioribus, quam qui in Levitico ex- ^c Mischa. sit.
 pressim vetantur, gradibus distantium; de quibus, utpote ad ius dun- Iabim. th c.
 taxat Israeliticuna seu gentis civile omnino attinentibus, in Uxore ^d Maimon. hal.
 Ebraica seu Libris de Nuptiis Ebræorum agimus. In secundariis il- Ishoth. cap. 1.
 lis habetur ^e de quibus co-
de uxor avunculi, quod ideo heic mone- ^f sus eriam
 mus, quia in editionibus aliquot ^k iisque alioquin optimis, ^g Hugon. Gro-
 Mishaioth, tam uxor avunculi quam patrui locum habet inter eas, ^h sum lib. 2. de
 qua etiam Excisionis Poena ex ipsa Lege interdicuntur; quod planè ⁱ Iure Belli ac
 nec agnoscent editiones aliæ¹, nec omnino admittunt Magistro- ^j Pacis cap. 5.
 rum placita. ^{s. 13.}

C A P. II.

Quomodo, etiam è verbis Sacris, eliant Talmudici, illicitos ab ipsis rerum pri- ^b Babylon. sit.
 mordi, atque ante Legem Mosaicam, concubitus. ^c Cerithoth
 cap. 1.

 Interdictorum de incesto concubitu, secundum id quod ⁱ Mifn. disq.
 jam ante ostensum est, ratione sic habita dupli; pri- ^m. ^d cap.
 mò videndum est de Sex illis prioribus, quam tum ante ^e cum comen-
 Legem Mosaicam, tum nunquam non Gentes univer- ^f toris Ob-
 sis eis teneri volunt. Dein de eisdem simul cum ceteris in Levitico ^g dia Barreno-
 adjectis. Ubi quidem & Gentiles contineri tradunt. Sed qua ratio- ^h nii.
 ne inferius explicabitur. Quod ad Sex pristini illius intervalli seu ⁱ v. de Sicutib.
 primorum seculorum Interdicta heic attinet; liquet in eis causam ^m. Senensem Bi-
 inesse quadruplicem. Speciei diversitatem, unde bestiæ interdicitur ⁿ. blob. Sand.
 homini coitus; diversitatem sexus, unde masculi masculo; alterius ^{lib. 5. annos.}
 Nuptias, unde vetatur aliena uxor, (nam nullibi apud eos reperitur ^o apud
 opinio illa, quam temerè aliqui & contumeliosè Mosi Ægyptio ^p,
 id est, Maimonidi tribuunt, adeoque Judæis, de adulterii ante pro-
 mulgationem legis, licentiâ ac permissione, sed contrarium tum ^q.

B b b b

apud

• Videbis E- apud ipsum Moysen Aegyptium, tum apud Talmudicos ceteros mil-
 piphan. ba- lies millies occurrit) & demum Consanguinitatem, unde Matris,
 ref. 33. Et 1. Mercerā ad Novercæ, ac Sororis Uterinæ coitus interdicitur. Etiam ratio cui-
 Genes. 2. 24. libet horum, ut traditione duntaxat minimè subnitantur, pro Ma-
 • Terrat. lib. gistrorum more, ex Sacra Scriptura adhibetur. Illud Adæ, à Numi-
 de Anima c. ne edocti, in Genesi ⁿ, Propterea deseret Vir patrem suum & ma-
 11. Et 21.
 • Nicol. Ly- trem suam, & adhærebit seu conglutinabitur, seu adglutinabitur se
 ranus ibid. id est, uxori, seu Viræ ^p (sita dicere licet) aut Mulieri ^q, arque
 • Sic Tert. lib. erunt in carnem unam (seu in carne una, ut habet vulgata) id est, ca-
 de Virginib. ro una, veluti Legem, sub ipsa sexuum creatione, natam interpretan-
 Gelundus cap. tur; eamque non ad maritalem conjunctionem (quemadmodum
 5. Et lib. de Anim. c. 21. totidem verba inde desumpta in Evangelii ^r) sed ad illicitos concu-
 • D. Mari. lib. bitus seu Turpitudinum Revelationes interdictas ante Legem Mo-
 19. 5. D. saicam, attinere volunt. Glossa Jarchii ibidem; ^s
 Marc. 10. 7.
 • Gemar. Ba- Noachidis, seu universo generi humano, interdicerentur concubitus
 bylon, ad eis. Sanhedrin inceſti. Atque hoc ad mentem veterum ^t etiam qui primas in iuriis
 cap. 7. f. 58a. interpretatione apud Ebraeos tenuerē. Unde Patrem suum, pro
 addit. Isaiae A. barbæ in uxore patris sui sumunt; uti & revelatio Turpitudinis patris pro
 Beresith fol. uxore patris non raro intelligitur. Novercæ sic coitum aiunt ibive-
 29. Et Mai. kalach. Me- tari. Matris autem, nomine aperto. Certe Onkelos ibi habet, pro-
 lakim cap. 9. pterea deseret vir בֵּית־מִשְׁבֵּי אֲבוֹהַי וְאֶמְתָּה & Targum Hierosolyma
 • Summ. pars. mitanum, uti & illud Pseudouzielidis,
 3. 9. 27. art. 3. Utrunque sonat; Cubile Patris sui & Matris sua. Unde etiam do-
 • Babylon ad Etissimus & ingeniosissimus ille scholasticus Alexander Halensis,
 ist. Sanhe- drin c. 7. fol. citatis jam memoratis verbis factis, A prima, inquit, ergo origine ex-
 58a. Hierosolymitanis, in cluditur à matrimonio pater & mater; cum lex ab origine ponatur
 Gemara ist. in personis. Sequentibus autem verbis illis וְדָבָרָה עַד־בְּשָׂרֵב; seu
 Kidothim. conglutinabitur Viræ seu Mulieri filia, vetari scribunt ^u, non solum
 1. fol. 58. col. 3. adulterium seu foeminæ alienæ aut alienæ uxoris coitum, sed etiam
 • Talm. Baby. Masculi, seu paedcraftiam. Pro adhærebit seu conglutinabitur, ibi
 lon. ibid. habent Hellenistæ ὡραὶ οὐκ θέσθαι quod adglutinabitur sonat,
 • AdCorinsh. Epis. 1. c. 6. quod & de ipso coitu usurpatur, ut Ebrais ρ̄ γρ̄. Unde etiam D.
 comm. 16. Paulus ^v, An nescitis qui adharet (id est ὡραὶ οὐκ θέσθαι) seu adglutina-
 tis me.

meretris, unum corpus efficitur, seu unum est corpus, ut Græcè habetur. Adjici deum, atque erunt in carnem unam, ut interdicatur utrique sexui humano carnis seu speciei diversæ coitus Singularis nimirum primorum parentum erat carnis unitas, utpote cum altera ex ipsa alterius carne ac ossibus formaretur. Et D. Augustinus deutroque sexu; unum, unamve carnem, dici certum esse ait², vel ^{Dicitur} ^{Dei lib. 14.}
 propter conjunctiōnem vel propter originem fæmina, que de masculi ^{cap. 22.}
 latere creata est. Et opinio illa vetus³ etiam apud Ebræos, paren- ^{Apud M. i-}
 tem utcunque primum, primò unico in corpore creatum fuisse. Hac ^{monid. More}
 dere autem Gemara Babylonia^b, והוּ לְבָשֶׂר אֶחָד מֵשְׁנַעֲשִׁין בָּשָׂר אֶחָד Neboch. lib.
 וְיַצֵּא בְּהַמָּה וְיַחֲזִיקֵן בָּשָׂר אֶחָד 2. cap. 30. ^צ
 Et erunt in carnem unam; ^{Leone. Dia.}
 scilicet qui fiunt caro una; unde excipiuntur jumenta ac fera qua ^{log. de Amore}
 nequaquam una fiunt caro. Neimpè, neque in ipsa creatione seu pri- ^{lib. 3.}
 ma formatione bestiarum, unitas erat ejusmodi carnis sexuum ea- ^{b Ad rit. San-}
 tum, qualis illa viri & foeminæ; neque bestiarum caro atque huma- ^{hedrin cap. 7.}
 na una dicenda. Unde non alium coitum verbis illis permitti vo- ^{fol. 58 a.}
 lunt ac eum, quo primaria illa atque singularis speciei humanæ uni- ^{Ad locum}
 tas seu caro unica conservaretur. Glossa Talmudica ^{מֵשְׁנַעֲשִׁיה לְבָשֶׂר}
 מֵשְׁנַעֲשִׁיה מִהִסְתַּרְעָה ^{citatum.} מֵהִסְתַּרְעָה בָּשָׂר הָאָם וְהָאָב אֶחָד נָ
 nem unam ad prolem ex parentibus prognatam attinet. Etenim in
 ea caro Patris & Matris una sit. Atque ejusdem author alibi^d; ^{d Ad Beresith}
 Et erunt in carnem unam; ^{e Halach. Me-}
 illa, in carnem unam, de prole per utrumque parentem formata di- ^{fakim cap. 9.}
 cuntur. Ibi scilicet sit caro eorum una. Maimonides verò^e, והוּ ^{Et e-}
 Et erunt in carnem unam; quod dicitur ad excipiendum jumentum, ^{g Gideofis Lu-}
 feram, volucrem. Quoniam animalium horum atque hominis caro ^{8. ad in-}
 una non est. Græci interpretes, uti & ipse humani generis Redemptor ^{dicatur D.}
 in Evangelii^f, pro & erunt in carnem unam, habent καὶ οὐνται οἱ δύο; ^{D. Marth.}
 οἱ ὄρχα μίαν. Et erunt duo, aut illi duo, in carnem unam. Neque ^{cap. 19. 5. D.}
 aliter paraphrasis Jonathani tributa; ^{Marc. cap. 10.} וְיַחֲזִיקֵן בָּשָׂר אֶחָד Et ^{g. Gideofis Lu-}
 erunt ambo ii in carnem unam. Atqui Codex Samaritanus, pro- ^{Dico. ad in-}
 pterea deseret vir patrem suum & matrem suam, & adharebit ^{dicatur D.}
 uxoris sue ^{Bbb 2 Carnem cum.} Et erit, aut fit, ex utrisque illis in Marshas lo-

Carnem unam, seu Caro una. Singulare tandem de sorore uterina, ante Legem in Levitico latam, interdictum eliciunt ex Abraham hi-

^a Genes. 20. storia, ubi & de Sara uxore sua ab Abimelecho Geraris regre in concubinatum capta, sed intacta (quam sororem suam, ne uxoris nomen Babyloni. ad sibi forte fraudi foret, appellari, uti ante h in Egypto, volebat) sed & drin. c. 7. fol. verè soror mea est, inquit, est enim filia patris mei, tamen si non sis filia matris mea, & facta est mihi in uxorem. Quod non nulli de alio lakim cap. 9. consanguinitatis genere quo contigisse Saram Abrahamum volunt, Isaac Abar- intellexere; scilicet neptem illam ei fuisse ex fratre Harane, neque resiliat fol. 71. aliam ab Isca filia Haranis in Genesi dicta; uti disertè etiam parabolach. Me- phrasis ibi Uzielidi tributa. Nec minus proprie aut minus ad linguis balach. Me- sanctæ seu ipsius Abraham idotismum, neptem ita dicit sororem, quam balach. Me- ^b Genes. 12. 13. alio in loco nepotem eidem nuncupari fratrem. Nam Lotum Ha- Cap. II. 29. ranis fuisse filium manifestum est, adeoque nepotem ex fratre Abraham. Salom. hæ; cum interim expressè ille ad Lotum nos fratres sumus. Sed ad Genes. verò receptione est & ad rem, quam tractamus, accommodata sententia, apud Ebræos, Saram fuisse Tharæ filiam, adeoque Abraham soror Locum indi- rem tantum non uterinam. Unde Glossa Jarchii ad verba illa Abra- catum, & S. Hieronym. hæ de sororis nomine בַת אָבֹת לְבִן נָשָׁא אֶבֶת לְנֵזֶם. Filia ad vers. Hel- patriis (soror, non uterina) jure conjugebatur Noachidis, quoniam in- Sidnum. ter Gentes (seu ex Jure Naturali) ratio consanguinitatis paterna neutriquam habebatur. Quin Tharæ uxoris, quæ Abraham mater, uti & matris Saræ, quæ eidem uxor altera, nomen habetur apud veterum illum scriptorem Saidum. Batricidem, quem & Apthisium nuncupant, ante annos septingentos Patriarcham Alexandrinum; qui et priscis Orientis monumentis, à rerum initiosis ad sua tempora Historiam seu potius Annales plerunque Ecclesiasticos summa cum diligentia Arabicè contexuit. Abraham matri nomen fuisse يوْنَانَ, tonam, etiamque Tharæ uxorem primam, quam demortuam, nuptam ei fuisse تَهَبِيَتْ Teheviyaham, è qua suscepit Saram; atque ita intelligendum esse quod habet Scriptura Sacra de conjugum istorum cognatione. Verba ejus sunt, وهي اخته فاصد ابن اهيم روجنه ساره وهي اخته

من أبيه لكن تارىخ ابو ابراهيم لها ماتت يونا لم ابراهيم
ترى وبح امرأة الخرى اسمها تهويت فولدت منه سارة
وتربوتها ابراهيم ومن قتل ذلك من ابراهيم يقول انها
اختي ابنة ابي وليس ابنة ام

Et caput Abraham conjugem suam Saram, que Soror eius erat ex patre. Etenim, mortuâ Ionâ, Abraham matre, duxit in uxorem Tharas pater ejus fæminam aliam, cui nomen Tehevit, ex quâ suscepit Saram, que Abraham nupsit. Atque inde est quod dixit Abraham, eam fuisse sororem suam quidem; sed ex patre, non uterinam. Mater autem Abrahæ, seu uxor Thare, è qua Abrahamum suscepit, in veteribus Mahumedianorum monumentis ibicilne, si rectè trânsstulerit Hermannus Dalmata nuncupatur. Ut verò Ebraorum, de Primævis quæ diximus Incesti Concubitus Interdictis, sensus explicatior reddatur, duo in primis sunt heic penitus dispicienda. Alterum illius intervalli, quod Legem Scriptam antevertit, jus Matrimoniale, quo tum fiebat Foemina quæpiam Uxor. Alterum, Conjugum, qui eodem intervallo occurunt, aliarumque, quarum consanguinitatis ratio heic habenda, personarum Cognationes. Et de utroque, sigillatim.

C A P. III.

De Jure Matrimoniali atque opera Liberis dandæ, ad quod ab ipsis rerum primordiis obligari volunt Ebrai ipsum genus humanum. Et primò de Origine ejusdem atque Necessitate. Obiter de Essendorum abstinentia à conforio mulierib.


 Quod ad jus attinet illius Intervallii Matrimoniale; vindendum est, ad Magistrorum placita, de Origine ejus, de Necessitate, de ipso Contractu seu Obligatione Nuptiali, de Innuptatum Concubitu, de Ritibus Nuptialibus, de Polygamia, & demum de Divortio & Nomine Conubinarum. Juris Matrimonialis Originem ex illo petunt. *Creavit in Gene. 1. 26. cap. 9. 1.*
 itaque Deus Hominem in imagine sua, in imagine Dei creavit eum.

Masculum & Fœminam creavit eos. Et benedixit illis Deus, dixitque adeos Deus פְרוּ וּרְבּוּ fructificate & multiplicamini, & implete terram atque subjicite eam. Unde à פָרָה quod fructificare est, vocabulum petunt aliqui אַפְרִיוֹן "quod significat lectum conjugalem,

^{* Gem. Bab. ad 111. Sota. cap. 1. fol. 12. ac si fructificandi locum appellares. Et לבות אַפְרִיוֹן Extrudere lo- & Baal A-cum fructificandi phrasis hodie est° Rabbi nis frequens & solennis, such in אַפְרִיוֹן ubi de Nuptiis celebrandis loquuntur. Quin & velamen quo protegi soliti sponsi, in ipsa deductione ita[¶] subinde nuncupatur Ne-}

^{* I. Buxtorf. pater ad Ep. Hebraic. lib. 2. ep. 7. usq. cessitatem etiam Matrimonii, præcepto illo fructificandi seu propagationis multiplicationisque, eo usque sancti docent, ut ita eo tene-}

ri velint Masculos omnes, ut quicunque expleto vigesimo ætatis anno (& sunt qui de minore ætate heic pronuntiant) uxorem non pro נְבָרֶת seu Thalamo (sed Templo innuerunt) duxerit, eum in illud committere scribant; nisi aut assiduo Legis diu incumbat, acriori libidinis stirpulo immunis, aut partium, quibus viri sumus, defectu, generationi impar sit. Ubi horum neutrum in Cantic. 5. 9. causa, uxorem ducendam. Et ad omnes pariter homines ac Noachitem. 3. 9. das universos præceptum hoc attinere volunt, tametsi illud in illu-

^{¶ Misna rit. Sota cap. 9. Talm. Bab. fol. 49 b.} strioribus non enumerent, quâ de replura inferius. Jam vero quod ad seras, quantum ex Genesis libro dignoscitur, primæ seculi pa-

rentum Generationes attinet; ne illi non satis tempestivè aut ope-
rari possint, râ satis datâ, præcepto Multiplicationis generis Humani obtempe-
bal. Ishoth râsse videantur, animadvertere liceat, quod habet D. Augustinus de cap. 15. Et G. desis Gemar. eorum prole atque Generationis tempore loquutus. Aut tanto si Bab. ad. 111. Pefachim. cap. 10. fol. 113 b. rior, inquit, fuit proportione pubertas, quanto vita totius major an- nositas; aut quod magis video esse credibile, non hic primogeniti filii commemorationis sunt, sed quos successionis ordo poscebat, ut pervenirent.

^{¶ De Cœitate tur ad Noe, à quo rursus ad Abraham videmus per ventum. Et pau- De lib. 15. c. 15.} Iò post, Porro autem Seth quando natus est, non quidem taciti sunt anni patris ejus. Sed jam genuerat alios. Et utrum solos Cain &

Abel, affirmare quis audeat? Non enim quia soli nominati sunt proper ordines generationum, quas commemorare oportebat, ideo consequens videri debet, solos fuisse tunc generatos ex Adam. Cum enim silentio cooperatis omnium nominibus ceterorum, legatur cum

^{* Genet. 5. 4.} genuisse filios & filias, quoniam fuerit ista proles ejus, quis presumat af-

serere

seire sculpam temeritatis evitat? Deinde quod scriptum est, Vixit autem Seth CCCV annos, vel secundum Hebreos CV annos, & genuit Enos, quis posset nisi inconsideratus asseverare, hunc e jus primo genitum fuisse? Ut admirantes meritò requiramus, quomodo per eos annos immunis fuerit à connubio sine ullo proposito continentia, vel non genuerit conjugatus quandoquidem etiam de ipso legitur; Et genuit filios & filias, & fuerunt omnes Dies Seth DCCCCXII anni, & mortuus est? Atque ita deinceps, quorum anni commemorantur, nec filios filiasque genuisse reticentur. Ac per hoc non appareat omnino utrum qui nominatur genitus, ipse fuerit primogenitus: imo vero quoniam credibile non est, Patres illos erate tam longa aut impubes fuisse, aut conjugibus caruisse vel fatisibus: nec illos eorum filios pri- mos eis natos fuisse credibile est. Sed cum sacra scriptor historia ad 148. col. 3. ortum vitamque Noe, cuius tempore diluvium factum est, per suc- cessiones Generationum notatis temporibus intenderit pervenire, eas utique commemoravit, non que prima suis parentibus fuerint, sed qua in propagationis ordinem venerint. Cuius rei exemplum subdit luculentum ex Christi, apud D. Matthreum, genealogia, ubi, ut servetur succendentium ordo, Abraham dicitur genuisse Isaacum, hunc Jacobum, Jacobum Judam Phares & Zaram, quoniam nullus genitor primogenitus. Et de Ada, exempli gratiâ, aiunt ex veterum traditione nonnulli non solum statim à Creatione, saltem ab egressu è Paradiso, operam liberis eum dedisse, sed & Cainum cum filiis gemitella unica, & Abelem cum binis gemellis ex Eva suscepisse. Rabbi Josuah Ben Carchia, de primis parentibus, וְעַל לִמְתָה שְׁנִים זֶרֶחּ Et Ascenderunt, inquit^u, in thorum bini. Descenderunt septem. Nempe Cain & gemella ejus soror, & Abel cum sororibus suis binis gemellis. Adiectis parentibus, ita sunt septem. Alii de hac re aliter, sed mente non ita dissimili. Et de gemellis Ackami & sequioris eius sexis liberis, plura mox capite octavo ubi de fratrum & sororum sub initis rerum, conjugiis agitur. Methodius vero Episcopus Patrensis haut ante tricesimum tertium annum Cainum filium primogenitum ei natum esse, velut ex Crien- talium traditionibus edocet, scriptum reliquit. Ut ut vero se res hec habeat,

In Beresith Rabba pa- rash 22. R. Bechais ad Vaiera fol. 148. col. 3.

Apud His- ron. de San- da Fide in Hbreo ma- figis tib. 2. cap. 1. De li- beris Gero. A- de, ante Se- thum, suscep- pris, & de his Sepher Zo- har, Cremo- na, ad Bere- sith fol. 45. col. 177. Mai- monidem in More Nebo- chim lib. 1. ch. 7. Sepher Iuchasin fol. 8. Gemar. Bab. ad 1st. E: ubin cap. 2. fol. 8. 6. Se- pher Zohar (M. n. ue) ad 76. & 77. Pike R El- cap. 22.

habeat, Ebræi eum qui uxori superstes prolem utriusque sexus, ejusque integri (nam spado aut filia plane sterilis, prolis vicem heic non ob-

¹ Gem. Bab. ad tit. Iabimoth cap. 6. fol. 61. Et 62. ita ut nec eorum alterutro proles deesset, præcepto liberum fuisse.

Hierosolym. Aliter semper ætate non effœta, teneri, ubi in prole sexus deessa eod. tit. fol. 7. col. 3. g. 6. alterutre. In prole autem, filiorum filiarumque locum supple nepotes neptesque, ut dictum est. Gentilem item, cui liberi essent coetato, Mo- fes Mikor. utriusque sexus, non aliter, si Proselytus fieret ², ex hoc Jure teneri ac præcepti affir- si, postquam Judaisimum fuerit amplexus, eos suscepisset. Quale ta- maris. 49. men obtinere nolebant, ubi servus, post susceptam ejusmodi prolem, manumissus est. Scilicet uxorem aiunt ei denuò ducendam, prolem-

³ Ibidem Et Rabbi Ioba- man. in Gem. Bab. tit. Be- coroth cap. 8. fol. 47 a. que utriusque sexus aliam suscipiendam. Rationem adjicitur, eo quod יְהוָה עֲבֹד אֵין לוֹ servofamilia, cognatio, prosapia non est.

Nimirum ante nolebant satisfieri præcepto quam liberis ingenii ingenuus seu qui liber est genus humanum adauxerat. Nec sufficeret ut sterilem quis, vetulam, aut quæ viripotens non est, duceret, nisi & superinduceret fœcundam. Utrumque autem pariter sexum præcepto illo teneri negant plerunque Magistri; sed duntaxat necessitatem, quam diximus, ad Mæsculos attinere, adeò ut ipsi solùm præceptum violarent, quoties nempe, quantum in se esset (juxta jam dicta) ma-

⁴ Tit. Iabimoth cap. 6. trimonio & liberis operam non darent. Verba sunt Misna ^א וְאַתָּה מִצְוָה עַל פְּרַחַ וּרְבִיה אֶבֶל לֹא דְאָשָׁה

⁵ Eod. tit. fol. 7. bal. 6. col. 4. multiplicandi tenetur. Non item Fæmina. Ibi tamen adjicitur sententia Rabbi Jochanan Ben Baruka, utrumque pariter teneri et eo

⁶ Eod. tit. fol. 6. b. quod habet scriptura. Et benedixit eos Deus & dixit eis (utrique sexui,) fructificate & multiplicamini. Et in utraque Gemara, tam

⁷ Hal. Ishoth Hierosolymitanâ ^b quam Babyloniâ ^c, occurunt qui recipiendam cap. 15. esse ejus sententiam volunt, uti & alii qui rejiciendam; quos sequuntur.

⁸ Ad tit. Iabimoth cap. 6. s. tur Moses Maimonides ^d, Obadias Bartenorius ^e, Salomon Jar-

chius ^f, alii non pauci. Etiam argumentum sumunt ex eo quod sequitur in Genesi, Implete terram & subjicite eam. Quasi præceptum de Terra subjicienda seu Imperio ad Mæsculos tantummodo, non ad fœminas spectaret, adeoque neque id, quod cædem verborum scie-

præce-

precedit, eas ibi & que obligaret. Unde etiam, ubi deesse observatur ^{Genes. cap.}
 ad vocabulum ^{3. 28.} וְכַבֵּשָׂה, quod vertitur & subjicitur eam, literam vanescu
 pluralis numeri notam (quæ tamen in bibliis, quibus puncta adsunt,
 per Kibbutz suppletur) adeoque si punctum negligatur, & ille sub-
 jiciat eam singulariter ibi posse substitui, adjicitur eo denotari tam
 sequiorem sexum masculo subjiciendum, quam propagationis &
 multiplicationis præceptum ad masculum tantum, quæ scilicet præ-
 ceptum, spectare. Glossa Jarchii,
 הנְקֵבָה פֶלֶת תְהָא יִצְאַנְתִּי וְעַד לְמִרְךָ כְּבָשָׁת מִצְוָה
 על פְרִיה וּרְבִיה וְלֹא אֲתָה Deficit ibi Vanatum, inde discas, Masculo
 subiiciendam esse fœminam, ne extra limites suos vagetur; tum ut
 ibidem discas, viru, cui proprium est subiiciendi munus, imponi propa-
 gationis ac multiplicationis præceptum, non Fœmine. Perinde ac
 si viro dictum fuisset, adstante fœminâ, Acceptâ tibi fœminâ, jubeo
 ut fructificetis & multiplicemini & impleatis terram & subiicias tu
 eam. Ita ut verba pluralia ideo adhicerentur, quoniam sine fœmina
 propagatio seu multiplicatio fieri nequiret, non quoniam ad utrunque
 sexum præceptum pariter, quæ præceptum, attineret. Ideoque
 virum, qui, quantum in se esset, non ei obtemperaret, reum esse, non
 item fœminam, cui ita integrum per legem aiunt sive cælibem sive
 nuptam vitam transfigere. Tametsi verò quis præcepto huic susci-
 piendo prolem modo quo dictum est, utriusque sexus satisfecerit, ex
 adjectis tamen Magistrorum monitis, ab humani generis eiusmodi
 propagatione ac multiplicatione neque sic abstinentium. Maimo-
 nides <sup>Halac. I-
shoth cap. 15.</sup> אַף עַל פִ שְׁקִים אָדָם מִצּוֹת פְרִיה; ex mente veterum;
 וּרְבִיה הָרִי הָוֶה מִצּוֹת מְדֻבְּרֵי סְופְרִים מֶלֶא יְבָטֵל מִלְפָרוֹת וּלְבוֹת
 כל זמן שיש בו כה טכל המוסיף נפש אחד בישראל כאילו בנה עולם
 וכן מצות חכמיים ה'יא טלית ישב אדם בלא אמרה טלית בלא אמרה
 הרהור ולא תשבע אתה בלא איש טלית החדר וחובה על כל אשׁר
 Quanquam perimpleverit quis præceptum de mul-
 tiplicatione humani generis, habetur nihilominus præscriptum ex
 scitu scribarum, ut nemo cesset à multiplicatione Humani generis
 allo tempore, modo ei suppetat facultas. Nempe quicunque adiecerit
 animam unicam Israeli, quasi Mundum edificat. Quinetiam in scitu
 Cccc est sa-

³ Robbi Eliae est sapientum, ut nec vir Domicilium habeat sine uxore, ne libidini
z er in Gem. B. b. ad in. stimulo urgeatur, neque uxor sine marito, ne suspecta reddatur &
Iacobimoth c. procorum importunitati obnoxia. Hinc est etiam quod toties incul-
6. fol. 63^a.

¹ Idem ibid. catur hyperbole illa apud Magistros, כל אָדָם טָאַן לוּ אֲשֶׁר אֵין אָדָם¹. שְׂנָאָמֵר זָכָר וְנִקְבָּה בְּרָאָם וְיִקְרָא אֶת שְׁמָם אָדָם². quemlibet hominem, Rabba p⁴ cui non est uxor, minimè esse hominem, cum etiam in scriptura dicata-
rash 34. Se- lach. tur, Masculum & fæminam creavit eos & vocavit nomen eorum
ad Gens. 9. Adam, seu Hominem. Item^k, כל מְשֻׁךְ עֹסֶק בְּפִרְיוֹה וּרְבִיה בְּאַילּוֹ.

¹ Apud No- טוֹפֵךְ דְּמִים Quicunque negligit praeceptum de Multiplicatione
zium in Eu- Humani generis, habendum esse veluti Homicidam. Id genus occur-
nuchare.

^m Satyrarum runt plurima etiam ad sensum Varronis¹ in Lege Moenia; si quis pa-
lib. 26. triam, Majorem parentem, extinguit, in eo culpa est; quod facit pro

ⁿ Parerg. cap. sua parte is qui se eunuchat aut aliquà liberos producit. Ubi Lib-
34. ros producere (quod prolem gignere vulgo sonaret, ut Lucilio^m, in-

^o Stobaeus, infirm. 65. Pollux, lib. situere) pro liberorum procreationem differre seu impedire, usurpari,

^{3. cap. αστι α-} neque ex glossmate, cum Ausonio Popmia, irrepsisse, vult Christo-
ζαμων. adde phorus Collerusⁿ. Ejusmodi fere alia habes, de Nuptiaru necessitate,

Platoneum de Legibus lib. apud Hieroclem & Musoniū^o philosophos. Ut της οἰκαπίας, οὐρ-

4. ε⁵ 6. Festus Verb. γοργίς δίκαιος id est^p multas sive ob cælibatus sive ob dilatas nupias im-

uxorium, at postas Athenis, ac Lacedæmonie, qualia fuere etiam Uxoria^q Romæ,
que ibi. Iof. alia item ex Lege Julia & Papia^r, prætermittamus. Et eleganter Pla-

Scaliger.

⁷ C. iu. de in- to, cuilibet, inquit, Χεὶ τὸν ἀρχὺν Φύσεως αὐτέχεσθαι τῷ πάγδες πάγδων
firmādū τε καταλέπονται τῷ Θεῷ τοῦ νεότερας αὐτῷ αὐτῷ παρεδιδάσαι oportet per-

nius calibatus lunic. adde petuam Naturam sustinere, Liberos nepotesque relinquendo, ut Na-

Lijum ad mini ministros, sui vice, suppletat. Sed exorti etiam sunt, quemad-
Taciti. An- modum fieri amat, ex Judæorum gente, qui adeo receptis majorum

ge Papia. sententiis heic volebant adversari, ut non modo Nuptiis sed omni-

⁸ De excidio modo fœminarum confortio sibi interdicerent. Effenos dico, seu
urbis lib. 2.c. tertium illud præter Phariseos ac Sadduceos philosophorum apud

olog. l. 18. c. 2. Judæos genus, cui γόργος οὐδὲ νερόν. Coniugii planè fastidium erat,

⁹ De Abstinen- quod de eis ait Flavius Josephus^f, atque ex eo Porphyrius^g, è quo
tia Anim- lium. lib. 4. Eusebius^h. Quod ramen de altero tantum eorum τάγματu collegio

¹⁰ De Prepa- seu secta dicitur, sed majori. Nam & corum secta memoratur altera,
ratione Eu- angelica. g. quæ receptioni majorum sententiæ satis erat de coniugio consona-

at videre est apud Josephum. De priori autem illa Plinius^x, Ab Oc. ^{Hist. s. cap.}
 cidental Palæstina littore Esseni, quos fugitantes sive nōque nocen-^{17.}
 tes. Gens sola & in toto orbe præter ceteras mira, sine ulla feminis,
 omni Venere abdicata, sine pecunia, socia palmarum. In diem ex
 aquo convenarum turbare nascitur, longè frequentantibus, quos vita
 fessos ad mores earum fortuna fluctus agitat. Ita per seculorum millia
 (incredibile dictu) gens aeterna est, in qua nemo nascitur. Tam facun-
 da illis aliorum vita pœnitentia est. Et Solinus^y, Esseni præditi^z Polybius. c.
 memorabili disciplina recesserunt à ritu gentium universarum, ma-^{38.}
 jestatis, ut reor, providentia ad hunc morem destinati. Nulla ibi fæ-
 mina. Venere se penitus abdicarunt. Pecuniam nesciunt, palmis vi-
 tiani. Nemo ibi nascitur, nec tamen deficit hominum multitudo,
 locus ipse addictus pudicitiae est; ad quem plurimi licet undique gen-
 siam properent, nullus admittitur nisi quem castitatis fides & inno-
 centia meritum prosequatur. Et mox; Per immensum spatiū
 seculorum (incredibile dictu) aeterna gens est, cessantibus puer-
 periis. Hujuscem autem rei ratio habetur apud Josephum ejusque ex-
 scriptores. Hoc nempe faciebant, scū abstinebant nuptiis, τὰς πετῶν
 γυναικῶν ἀσελγείας Φυλασσόμενοι καὶ μηδεμίαν τηρεῖν πεπεισθέντες εἰς
 ταῦτα πίστιν quia, ut recte vertit Ruffinus vetus interpres, Caven-
 dam putabant intemperantiam fæminarum, nullam earum nisi viro
 fidem servare credentes. Posteriora verba de fœminarum fide apud
 Porphyrium defunt, ut etiam Eusebium. Uterque verò habet prio-
 rade earum intemperantia, quæ Eusebii interpres, quia mulierum mo-
 res cavendos putabant, vertit & vetustior Porphyrii, vir doctus, Joa-
 nes Bernardus Felicianus, ante octoginta amplius annos Venetiis ty-
 pis editus, ut mulierum petulantias evitarent. Quorum utrumque
 Graci sermonis mentem satis aperiunt. Libentiūs hoc ideo monui-
 mus, quoniam nuperus Porphyrii è Gallia interpres, nescio unde
 edactus, ne quid gravius dicam, verba illa ex Josepho autoris suo ex-
 scripta τὰς πετῶν γυναικῶν ἀσελγείας Φυλασσόμενοι, vertit, quocirca
 ut alienarum fæminarum libidines coercent, excubias agunt; cum
 planissimè nihil aliud verbis eis innuat, quam ut ratio Essenorū
 abstinentiæ nupiarum reddatur, & manifesto sit vertendum, quo-

niam petulantia fæminarum mores cavebant, aut earum intemperantiam, ut Veteres etiam interpres ostendunt. Sed rarum non est nupero illi, ab autoris mente ninum aberrare. Exceptionem, quam heic habent Magistri de suis, qui sacræ legis studio adsiduò in-cumberent, in Uxore Ebraica, seu liberis de eorum Nuptiis seu iure Matrimoniali eorum simpliciter civili exhibemus.

C. A. P. IV..

Consensu, sed non sine Concubitu, ex Iure Noachidarum seu Naturali, ante legem Mosaicam, fieri matrimonium. De Innuptarum tunc Concubitu. Quid de eo, ex lege Mosaica novatum relint. Et de Magistrorum in lege רָבִים קְרָתָה, quod scortum seu meretrix vulgo vertitur, recepta quantum ad hanc interpretationem, & de meretricis mercede non offerenda.

NT Contractus matrimonialis seu obligatio illa Nuptiarum mutua, qua sicret fœmina quæpiam uxor, satis ante Legem Mosaicam seu sine ea iniuretur, præter mutuum, in vitæ lectique societatem, Consensum & in thalamum, ubi rerum postulabat circumstantia, deductionem, etiam Concubitum necessarium aiunt fuissè. Consensus autem non solùm ex ipsorum conjugum, eorumve nomine parentum aut propinquorum verbis, sed etiam per proxenetam seu internuncium habebatur, ut videre est in Nuptiis Isaaci & Rebeccæ, & Jacobi atque utriusque Labanis filiæ. De contractu illo intervalli quod jam tractamus

¹ Halach. מתרן מתרן. ² shoth cap. 1. מתרן מתרן. פוגע אשה בשוק אם רצח הואה והיא לישא אותה. ורדה ביהו ובו עליה בינו לבני עצמו והיה לו לאשרה. Ante Le-
resolymit. ad gem. datam (Mosaicam) si Fœmina in publico occurrisset vir, &
shim cap. 1. tam hac quam ille in matrimonium consensisset, eam is domum dede-
fol. 58. col. 2. cebat, & remotis arbitris (בבעל) id est, sum ea concubiebat, atq. ut
verba Rabb. tonu nomine ei siebat ea uxor seu fœmina ejus siebat. Etenim verbum בַּיּוֹם
R. Samuelis. συνοικεῖν, maritum esse, seu connubio jungi, plerunque in veteri Testa-
mento vertitur, pro concubere à Magistris frequentissime sumitur,
id est, de coniunctione corporum seu mutuis conjugum amplexibus
& commissione signantiū dici intelligitur, non aliter ferè ac apud
Latinos

Latinos *Nubere* & *Nuptiae*, quæ, licet de Matrimonio seu ipsis ejusdem solennibus plerunque usurpentur, ipsum tamen duntaxat concubitum seu naturalem corporum conjunctionem non raro indicant; quemadmodum apud Plautum^a, ubi *viduam in lecto cubare* & *Nubere*, de Meretrice à Lena dicta, invicem opponuntur. *Silenum* de Gymnasio meretrice;

^a In Cistellis
riab. 1.

At satius fuerat eam viro dare nuptum potius. LENA etiam.

Hec quidem eas post cotidie viro nubit; nupsitque hodie.

Nubet mox noctu. Nunquam ego hanc viduam cubare sibi,

Nam si hac non nubat, lugubri mihi fame familia pereat.

Quocum sensu nuptias columbarium legiavus apud Martialem^b.

^b Lib. 12 epig.
66.

Amplexa collum, basioque tam longo

^c Ans. Le-
ction. lib. 2.c.

Blandita, quam sunt Nuptiae columbarum,

^d 9. cui adde
que de hac re
habebat Albe-

Rogare capit Phyllis amphoram vini.

^e ricus Gen-
tis de Nuptiis

Alias sunt ejusmodi non pauca. Et rectè Lipsius; *Nubendi verbum*, inquit^c, antiquitus inter ea fuit, que custos ille hortorum lib. 2. cap. 3. bentius quam virgines Vestae usurparent. *Inde festo Nuptiarum ob- & Ferman-* scena; *& Petronio Nuptias facere τὸ σωματίζειν. Quin maritare dīme de Cor-* quod uxorem ducere plerunque significat, interdum ipsum coitum doxa in Di- solūm denotat. *Varro*^d de canibus loquens, *defatura*, inquit, prin- das caliam ab
cipium admittendi faciunt Veris principio. Tunc enim dicuntur *et* Terentia-
cūlure, id est, ostendere se velle maritari. Neque aliunde est, quod *et* Gidephis
maritæ arbores apud Plinium^e & Columellam^f nominantur eæ, *et* Terentia-
quas vites & flexiles ejusmodi alii simiosi frutices complectuntur. num ad uxo-
rem lib. 1.c. 5. *et* Adversus Hermogenem
c. 1.

Ab ipsis conjugum amplexibus locutionem transferri dubitan- ^g De re Ru-
dum non est. Firmare autem hanc de concubitu, in matrimonio fiscal. 2.c. 9.
contrahendo, necessitate sententiam volunt ex illo Numinis, de Sara ^h H. S. Nat.
Abrahæ uxore, ad Abimelechum Geraris Regem. *Venit* & *Deus ad lib. 14. cap. 1.*
Abimelechum in somnio noctis & *dixit ad eum, ecce tu morieris* Dere Rustica-
propter mulierem, לְקֹרַת הָאִם בְּעֵלֶת בַּעֲלֵת quam accepisti. *Nam* ⁱ ca lib. 11. c. 20
concubuit cum ea maritus. Id est, juxta Magistrorum sententiam, ita ^j Genes. 20. 3.
consummatæ erant nuptiae atque adeo ex coitu, quo contractus nu- ^k Vide his, ad
ptialis, præcunte consensu, perficitur^h, legitima erat uxor Abrahæ ^{hanc rem, et-}
Sara, scilicet ei inde planè acquirebatur, ut, qui cum ea postmodum ^{sam Genes.}
^{cap. 29. 23.} rem

rem haberet, is morte, ut adulter, esset plectendus; non item, si ante mariti coitum, sine quo uxorem fieri seu nuptialem obligationem satis contrahi tunc temporis nolunt. Unde etiam Glossa Talmudi-

³ Ad iur. San- rem כתיב והיא אשת איש אלכמָא הנֶּק מות משׁוֹם בעַלְתוֹ שֵׁלָהⁱ hedrin cap. 7. fol. 57 b. etiamundem est, seu viri alterius fœmina; sed verba illa, ecce morieris pronuncian- fol. 56 a. tur, eo quod maritus concubuerat cum ea, & non ratione sponsaliorum aut deductionis in thalamum. Ita Matrimonium illius seculi Magi-

stris aliud non est atque corporalis viri & fœminæ, præente in viræ communionem & lecti societatem consensu, conjunctio. Quod inchoarat utriusque consensus, id perfici intelligunt ex sequenti, qui è consensu illo penderet, concubitu, atque exinde compleri matti-

⁴ Vlpianus l. 30. ff. 11. de Regul. iuris. monium, (contra ac Jurisconsulti ^k Romani atque Christiani) velut ex traditione, præente donationis causâ, dominium. Scilicet eam, quâcum hujusmodi contractus ac concubitus haberetur, fieri נִשָּׂא טָבָע, id est, αἰδείδα & αἰδέρος seu *Viri fœminam*, ac tam maritale inde dominium nasci quam possessionem. Quin de certis legum conditoribus, quos Ægyptiorum quidam olim sequebantur, legimus, qui-

¹ L. 8. C. de bus (ut in ¹ Zenonis constitutione habetur) placuit, sine corporum iuris. Et in- sursibus Nu- conjunctione nuptias non videri esse contractas; fortè ex Ebræorum, quibus assueverant, scitis de Gentium seu Noachidarum Jure, edocis. Ebræis autem ipsis, ex Jure suo sacro & civili, consensu ful- lus citra omnem controversiam sufficiebat, ut in libris de Nuptiis eorum ostendimus. Unde & deprehenditur manifesta dœctorum aliquot hallucinatio, qui Ægyptiorum nomine in memorata constitutione innui putant Judæos. Nam horum conjugia sine con- cubitu ex consensu firma semper habita; nec fratrum mortuorum conjuges, nisi ex singulari Jure, ubi sine liberis demorerentur, sibi copulari, quodibidem etiam memoratur, ipsis fas censebant. Quemadmodum autem ubi sine causa donationis, venditionis aut alicuius aliûs eiusmodi tituli, traditio à domino fit, veluti depositi, commo- dati, locati, non dominium, sed possessio tamen legitima transfertur; ita fœminam, cui potestas erat sui ac dominium, id est, quæ contra- ctitus matrimonialis tum consensu, tum concubitu firmati obligatio- ne neu-

ne neutiquam teneretur, sive innuptam, sui, in aliquam concubitus
vicem, sine consensu in vita communionem, copiam, ante Legem
Mosaicam, licet aiunt permisissè seu locasse aut se sic tradidisse; adeo
ut, pro breviusculo ejusmodi amplexuum momento, sive amicæ sive
meretricis, modò neutra eorum alteri nupta esset, illicitam ^m nolint <sup>Videsis De
Ambrosius lib. 1. de A-
brabam cap.</sup>
fuisse illam sui permissionem, sive locationem traditionem aut
concubentis possessionem magis ac cujuscunque aliùs rei manci-
pi locationem usum fructumve. Et sanè apud Orientales non infre-^{4.}
quens illa stupri ⁿ permissio ex ipso Iurc. Ex lege verò Mosaicâ ejus- <sup>Geograph.
Arab. Clism.
1. part. 8. &
Clism. 2. part.
8. Azor. 3.
Alcorani A-
rab. Petr.</sup>
modi innuptarū concubitus primo sibi ipsis interdictos fuisse volunt <sup>Geograph.
Arab. Clism.
1. part. 8. &
Clism. 2. part.
8. Azor. 3.
Alcorani A-
rab. Petr.</sup>
Ebræi, adeo ut dein, nec mercedis nec libidinis causa, extra matrimo-
nium, Circumcisus inter se concubitus aliquis licitus haberetur. De <sup>Guerre de
Lorca in Ca-
tachef. my-
pro Mahu-
medianis c. 5.</sup>
paganæ autem innuptæ etiam cum Circumcisus subinde coitu, ut vo-
lunt illi, licito, plura inferiùs suis in locis. Ipsi autem inter se posita
Lex primaria ista de re ita se habet; Non sit קְרֵשָׁה, id est, meretrix, <sup>Denseren-
cap. 23.18.</sup>
aut que pro libitu sine nuptiis copiam sui corporis faciat, ex filiabus flag. pro
Israel, nec sit קְרֵשָׁה, id est, scortator, seu, ut aliqui volunt, cinedus ^P, ut ^{ibidem}
alii, exfectus seu Gallus, ex filiis Israel. Cui consona est alia illa; ^{Baal Aruch}
אל תחול את בתר קדשו ^{in ק-צ. &}
Non profanabis filiam tuam, ut scor- ^{Talmud. Bab}
tarifacias eam, ne & ipsa terra scortetur, & scelere impleatur. Ubi ^P Tarchianus
Glossa Jarchii, Intell. Aben Ezra
gendum est prostituens filiam in concubitum, dum innupta est, id que ^{ibidem}
fine sponsalibus. Hinc & scortationem & stuprum ex lege interdi- ^{in ק-צ. &}
ctum, verberibus puniebant. Hac de re tota, Moses Maimonides <sup>ssi. Sanhe-
drin. fol. 54 b.</sup>
קידום מותן תורה היה אדם פוגע אשה בשוק אם רזה הוא והיא
נותן לה טכירה ובועל אותה על אם הדר והולך וו היא הנקראת
קדשה משנתנה התורה נאנסה הקדשה טנאמר לא תהיה קדשה מבנות
אל לפיכך כל הבועל עתה לשם גנות ולא קידושין לוקה טן <sup>Addit. que
adversat. I.</sup>
Ante Legem datam, occurrente, in publico, 4. 14. ex in-
virofæmina, si ita ex pacto convenirent, mercede datâ, concubuit <sup>terpretaas
profec. de hoc</sup>
cum ea, atque abiit. Hac autem dicta est קְרֵשָׁה seu meretrix, sive vocabulo.
que pro libitu, sine nuptiis, corporis sui copiam faceret. Post Legem ^{Legistic. 19.}
datam, interdictus est id genus fæminarum usus, secundum id quod ^{29.}
in Lege habetur, Non sit קְרֵשָׁה seu meretrix sive que pro libitu cor- ^{Halach. I-}
poris ^{Shoth cap.}

poris sui copiam faciat, ex filiabus Israel; unde fit, ut si quis ut suprator fæminam compresserit, ubi non intercesserint sponsalia, verberandus sit ex lege, ideo quod cum innupta, qualem diximus, coiverit.

Meretrices autem in publico ita quæstum, ante Legem, non contra

¹ Magid Misfas fecisse, eliciunt ¹ etiam ex historiola illa Sacra de Juda & Thamar; na ad ciuitatem Maimonidis qua^t, depositus viduitatis vestibus, assumpsit theristrum, & mutato ha- locum.

bis u sedit in bivio itineris, quod dicit Thamnam &c. quam cum vi-

¹ Genes. 38. disset Iudas, suspicatus est esse רִנָּה seu meretricem, operuerat enim 14. vultum suum. Et declinans ad eam in via dixit, age dimitte me, ut

coeam tecum; nesciebat enim illam nurum suam esse. Et illare-

spondit, quid dabis mihi ut fruaris concubitu meo? Ego, inquit ille,

mittam hædum tibi de gregibus. Et arrabone dato, ex pacto coeunt.

De Poena autem capitali, quam postea inflicturis erat Judas Tham-

ari, eo quod ex intumescente utero eam coitu aliunde pollutam fuisse

suspicaretur, dicetur infra. Neque sententia huic de innuptarum coi-

tu ante Legem Mosaiam, Poenam illam adversari omnino volunt;

quod fusiūs etiam ostendetur, ubi de Poenis hujus, quod tractamus,

intervalli inferius agitur. Atque ibi plura de Thamaris, quā pra-

manibras est, exemplo. Uti etiam de Dina Jacobi filia à Sichemo

¹ Genes. cap. 34. ante legem ¹ datam violata. Scio רִנָּה קְרֵב in citata ex Deuteronomio lege, plerunque Magistris sumi pro רִנָּה מַוְפְּקָרָת seu meretricie

qua in stuprum se publicè prostituit, prostitulo, sive scorto publico, uti

etiam accipitur in historia ^x illa Thamaris. Eodem tamen vocabulo

non modo scorta publica ex lege interdicti, ad eorum sententiam, est

manifestum, verū etiam amicas qualescumque, quae sine Juris ma-

trimonialis interventu amasiis, uti ex Maimonide palam est, pro li-

bitu se permiserint. Unde Hellenistis pro رִנָּה קְרֵב Meretrice

& scortatore, substituuntur μέρην & προσθίων, vocabula, quibus tam ea,

⁹ Vide Helles - qua^t quocunque stupro compressa est ^y & stuprator, quām prostitubo-
niſt. Gen. 38. la comprehenduntur. Pro eiusdem habet R. Saadias Gaon, in versio-
n. 21. ^{15.} ^{22.}

^{16.} Deuter. 21. 17. ^{19.} ne sua Arabica, مُمْتَنَعٌ & مُمْتَنَعٌ non dissimili sensu; uti & codex

Erpenianus نَنِي وَ سَانِي & سَانِي quod idem est cum Ebraeorum

רִנָּה scortari & stuprare significant, unde רִנָּה sit, qua^t fœminam

sine

finenuptiis qualitercunque sponre compressam denotat. Sensu dico vulgari. Nam singularis est & dispar satis ejusdem vocabuli significatio, ut mox dicemus. Interdicti verò illius Sacri, *Non sit meretrix &c.* ratio etiam adfertur à Maimonide². Tum ad evitanda, inquit, contentionum & simultatum mala, quæ ex ejusmodi libidine matrimonio non cohibita oriri solent, tum **להביה התוועת הכללות והיא**

<sup>More Nebochim. lib.
3. cap. 49.</sup>

ידיעת היחסים נאכורה הקדשה והקדש ולא נמצאת צד חתר למשגלו רק ut bono illo fruamur, *Distinctionis ac certe notitiae Familiarum*, interdicitur scortum & scortator, nec ullus concubitus permisus est præter illum qui cum proprietate est uxore, c. que publicè in matrimonium ducta. Sed interdum illud aliter multò ac alii, explicat paraphrastes Chaldeus Onkelos לא תהי אהתא מברית ישראל לגבר עבר ולא יכב גבר מבני אמי נ *Non erit fœmina seu uxor de filiabus Israel, viro servo, neque jungat sibi vir de filiis Israel fœminam seu uxorem, que ancilla est.* Paraphrastem autem ita intelligunt, ac si ideo de servo & ancilla sic loquutus fuerit, quoniam ex Jure Ebræorum civili de servis è Gentilibus (nam de eis tantum verba fiunt) אין קידושן חותמת בהל <sup>Glossa Lur
causa ad Dene.</sup> rite capaces illi non sunt. Ne igitur ex contubernio tantum בעילן גנות suprum seu scortatio sequeretur, id quod in Ebræo disertiùs Israelitis interdicitur, verba de servo & ancilla, paraphrasten volunt ibi fecisse. Sed exceptiones habent in Jure suo civili heic Ebræorum aliquot, de quibus plura inscriùs capite duodecimo. Etsi verò ex innuptæ coitu liberi, non minùsatque ex nuptiæ suscipi poterant, nihilominus, ne aut communio in specie propagationem vitæ decesset, aut non ita certa haberetur notitia, quoniam ex parente prognata esset proles, si nuptiæ absuissent, ideo neutiquam satisfactum suisce præcepto jam dicto de generis humani multiplicatione volunt, nisi etiam uxor saltem unica, quæ esset fœcunda, ut supra ostensum est, duceretur. Quod verò ad vocabulum זונה in jam dictis attinet, quo scortum, meretrix & ejusmodi alia denotari plerunque, nec male admittitur; ejusdem interpretatio & sensus apud Magistros interdum multum diversus est, maximè in legibus sanctis ubi vocabulum

D d d d

illud

illud expressum occurrit. Quomodo sumendum sit in lege de meretrice scorto seu πνω sacerdoti non ducenda alibi ^bfusè è Magistris explicavimus. Et in lege itidem illa de της πνω seu *meretricis* mercede; *Non inferes πνω πνων scorti* seu profibuli aur μόγυς (ut Hellennistæ) mercedem, aut *preium canis in domum Domini &c.* quod de oblationibus intelligunt; scortum seu πνω non sumitur pro quaunque fine nuptiis vitiata, sed pro eaduntaxat quæcum aut ratione priorum nuptiarum, veluti alterius uxor, aut ratione sanguinis aut affinitatis, aut demum alicujus sacri interdicti, nuptiæ ejus essent cum eo, quocum concubuerit, illicitæ, mercedem ab eo seu donum, cotius nomine acceperat; atiis aliquot, ex parili legis interpretatione,

**• Halach Isra-
eli Mizbach** mercedis speciebus etiam adiectis. Maimonides ad veterum d
אֲזַעַנָּה נֹוִה אֵוּ שְׁפָחָה אֵוּ יִשְׂרָאֵלִית שְׁהָא גַּרְוָה עַלְיוֹ אֵוּ מְחוּבֵי tem cap. 4.

לאון אבל הפנייה אפילו היה כהן אתנה מותר זבן אישתו נדה אתנהה
Talm. Bab.
מותר אעפ' שהייא ערוה נשא אחת מה'יב' לאוין כל שיתן לה מהמת-
sit. Themu-
racap. 6. fol.
בעילה הרי זה אסור והזוכר אתנו אסוד רתנה האשיה אתנן לבועל הר'
Side.
זה מותר מטעם אתנן האומר לחבירו הא לך דבר זה ותלין טפחך-
Mosem Co-
Rensempre-
cept. Neg-
wb. 316.
אללה ובנים הר' זו מותר בשפהה בכנענית כמו יתברא Eadem heic.

*ratio tñs נסיך seu scorti, sive ea fuerit pagana, sive ancilla, sive Isra-
litis, quacum matrimonium sive nomine incestus regulariter prohibe-
retur, sive alio interdicto sacro. Ita tamen ut si innupta fuerit
(nec hisce interdictis vetita) tametsi is qui cum eâ rem habuerit, sa-
cerdos fuerit, merces ejus rite offerri posse, ut etiam ubi cum uxore
mensibus laborante quis concubuerit, quanquam inter incestus
coitus etiam hic prohibeatur. Etiam si quis in uxorem duxerit fe-
minam, qua interdicto qualicunque sacro verita est, nec tamen aut
sanguinis aut affinitatis ratione, id quod ei nomine mercedis causâ dederit, rite offerri nequit. Neque alia est ratio mercedis que
datur ob coitum masculum. At vero si dederit fæmina mercedem
viro, hoc nomine nil obstat, quin rite ea possit offerri. Ceterum si quis
alteri dixerit, tibi hoc do, ut conjungatur ancilla tua servo meo E-
breo, hoc quidem mercedis nomine heic venit; si nempe non fuerint
servo illi uxor & liberi. At si essent et liberi & uxor, rite offerri po-*

truit. *Ancilla heic pro Cananæa* (seu non origine Ebræâ) intelligi-
tur; uti & alibi explicatum est. Ita Maimonides; cui etiam, uti &
Talmudicis ceteris, pretium Canis est id quod in permutatione pro
cane datur, non quod ἐπ' ὁχλοῖς κυνὸς seu pro canis admissura, ut
apud Josephum^c habetur. De ancilla heic Cananæa seu Gentili ser-
vo Ebræo conjuncta, fusiūs infra^f ex eodem autore librisque aliis
Talmudicis; ubi satis liquebit, quare distinctio illa habeatur heic de
servo, cui ante uxor & liberi, & co cui non essent. Etenim ancillæ
copulationem ex lege censemabant huic illicitam, non item illi. Nec
cum innupta, qualem diximus, matrimonium illicitum. Ideo nomi-
ne נָשָׁה seu scorti heic non veniebat. Quæ satis consona sunt eis,
quæ de נָשָׁה interpretatione habentur, ubi de conjugio sacerdo-
tum loquuntur. Quod verò de innuptarum coitu etiam apud Israe-
litas heic dicitur, maximè de prostibulis est intelligendum seu amicis
sine nuptiis amasiis suis pro eorum libitu se permittentibus. Nam
de virgine, quæ sive ex illecebris sponte sive vi semel compressa fue-
rit, leges habent singulares, de quibus in Uxore Ebraica agimus.

^a Orig. India-
ic. lib. 4. c. 8.

^b Infra. cap.
10. C. lib. 6.
cap. 7.

C A P. V.

De Ritibus Nuptialibus qui, velut ex jure seu moribus ante Legem Mosaicam in
usu, elicuntur è sacra historia.

DE Ritibus ac solennibus, intervalli Juris Naturalis seu
quod Mosaicam antevertit Legem, Nuptialibus, pauca
leguntur. Veluti de Mora sponsæ apud parentes, de
Flamei seu theristri usu, de convivio Nuptiali. Quod
ad moram sponsæ attinet; ad illud fratri & matris Rebeccae Abra-
ha servo nuptias Isaaci & Rebeccae procuranti, Maneat^g puella no-
biscum (רְאֵת אֶת מִצְבַּח) dies, saltē decem, & postea ibit, notat Salo-
mon Jarchius per dies Annum intelligi integrum, per Decem, men-
ses decem. Scilicet postulâsse eos (ac si mos sic inolevisset) annum
integrum, quo maneret apud parentes Rebecca, aut saltē de-
cem menses, ne à more usitatori longius recederet, ut per id tem-
pus sibi nuptialia aptaret commodius ornamenta. Onkelos ibi;

D d d d 2

maneat

^c Gen. 24.
^d ss.

מן שתחדש עירין או עסרא ימיין בעין per tempus aliquod, saltem decem menses. Et paraphrasis Uzielidis dicta, שמשתא חדיא אן עשר ימיין או עשר ימיין per dies anni unius, aut per decem saltem menses. Judæi

item Mauritanenses או עשר שנים annum aut decem menses.

Cum tamen Græci interpres ἡμέρας ωτε δέκα circa decem dies, & vulgatae aucto^rs saltem decem dies ibi substituat. Cæterum alibi etiam in lege de ædibus urbanis venditori redimendis שמשתא חדיא אולתוⁿ h^o quod sonat, si verbum verbo reddas, Dies erunt redemptio ejus sumitur pro eo quod est, annus erit redemptio ejus, atque ita ex-

^b Legitic. 25. presè vertitur Judæis Mauritanensibus سنة تكون فدوعة quod id ipsum denotat. Et Glossa Jarchii ibi מ'נה שלמה קרי'ם מ'נה שלמה קרי'ם Dies anni integri vocari solent dies absolvit. Quemadmodum au-

29. ^c Peleg. in tem apud Romanos Flamei erat usus, quo se obtegebant nova nup^{tia}, ita etiam volunt aliqui in primo Isaaci & Rebeccæ occursu, theristri seu pallii, velut solennis sponsæ ornamenti, usum fuisse, arque

^d Genes. 24. inde Flameum habuisse ortum. Historia sacra; Rebecca (jam periternuptum desponsata) levavit oculos suos & viso Isaac, lapsa est de camello, & dixit ad servum, quis est vir ille qui ambulat in campo in occursum nostrum? respondit servus, ipse est Dominus meus (scilicet Isaac), rulit igitur הצעיר הצעיר vertunt Hellenistæ & vulgatae aucto^rs pallium, & operuit se. Et narravit servus ipsi Isaac omne quod gesserat. Introduxitque eam Isaac in tabernaculum Saræ matris suis,

^e Comens. in Isaiam cap. 3. & accepit Rebeccam, & facta est ei in uxorem. Certe הצעיר nos & dic Arabi possumus, inquit D. Hieronymus, appellare palliola, quibus obvoluta carum fæminæ erat Rebecca, ut hodie quoque Arabia & Mesopotamia operinatur, velut fæmine, ab eo quod הצעיר id est, in aestate & cauitate corpora præ-

gistrat in Al- tegant fæminarum. Et vocabulum illud quod in fonte heic pro corano. A- corano. 24. c- pallio, theristro seu velo usurpatur, interpretantur Orientales per

dit. Lat. 34. רדי'א & רדי'א ut in Targum Jonathani tributo & Hierosolymita-

^f Azoor 33. edit. Lat. no, item per עפנ' ut Onkelos, & ר' ut Arabes, quæ omnia Rabbi Nathan ^m denotare ait velum tenue, quo foeminarum velantur capi-

חוּד בְּלֹשׁוֹן יִשְׂמָחַ רְדֵא וְהִיא צַעַפְךָ שְׁמַבֵּשָׁה הָאֲשָׁה עַל רְאַשָּׁה

^g in Aruch, ta. Verb. רְדֵא Lingua, inquit, Arabica ר' idem est quod nimirum velam te-

nue, que

nue, quod fæminarum capita obtegunt solent. Ita alii. Nec sanè ejusdem usus duntaxat ad æstivos calores minuendos, sed etiam, pudoris causa, tam à meretricibus, quam sponsis ac matronis adhibebatur. Etenim hoc veli genus, neque alioⁿ denotatum nomine, pars erat habi- ^{Genes. 38.}
tus, quo, ne agnosceretur, usq; est Thamar in bivio itineris meretrem simulans. Et generatim Tertullianus^o, Atquin etiam apud Eth- <sup>Liber de Vir-
nico (sponsæ) velata ad virum ducuntur. Convivia autem Nuptia-^{lantis Virginis cap. 11.}
lia, seculis illis, solennibus accessisse scribunt, eaque per septem dies
celebrari solita; quod ex Nuptiis Jacobi & Labanis filiarum obser-
vant. Laban, dum simulat se Rachelem in uxorem ei tradere, con-
vocatis ^P omnibus hominibus illius loci כוֹנִיתָה שׁׁעַר secit convivium, ^{Genes. 29.}
quod Hellenistæ vertunt ἐμένοε χρυσόν secit nuptias, sed Aquila & Sym-^{22.}
machus ἐμένε μήτρα seu convivium fecit ut etiam Onkelos, paraphra-
stes Uzielides diuersus, Hierosolymitanus & Arabs. Sed vulgatae au-
tori ibi vocatis multis amicorum turbis ad convivium, fecit Nuptias.
Cum verò post noctem, quam cum Lea habuerat Jacob, de Rachele
ei promissa apud Sacerdotum quereretur, respondit Laban, non est hu-
jus loci consuetudo, ut tradatur in nuptias junior ante majorem.
Imple Septenarium hujus, seu, ut Hellenistæ τὰ εβδομάδα τού-
της Hebdomadem hujus, seu ut vulgata, hebdomadam dierum hujus
copula וְתִתְנַתֵּה לְךָ וְתִסְתַּחֲמֶה וְתִדְבַּר quoque tibi ista (nimis
Rachel) pro servitute, qua servies mihi adhuc septem annis aliis.
Fecit itaque Jacob sic, & impletum Septenarium illius. Et tradidit ei
Rachelem filiam suam in uxorem --- Et ingressus est quoque ad Ra-
chelem, & dilexit Rachelem plus quam Leam, servivitque illi se-
ptem annis. Septenarius heic seu hebdomas pro septem diebus,
quibus epulum Nuptiale celebraretur, sumitur Magistris, uti & Hel-
lenistis, ut vides & vulgatae auctori qui habet etiam, Hebdomadā trans-
fictā, Rachel duxit uxorem. Septenarium ibi diserte per שׁׁבָּע יְמִין
הַמְשֻׁתָּה id est, Septem dies convivii explicat Rabbi Eliæzer ⁹ & pro ^{In Pirke R.}
solenni nuptiarum convivio sumit. Sic etiam Salomon Jarchius, ^{Eliæzer cap.}
tum à vetustissimo hoc Rabbino, tum à Gemara Hierosolymitana, ^{16. & cap. 33.}
edoctus, quam citat. Targum item Hierosolymitanum pro eo quod ^{Adiut. Mo-}
heic est, imple Septenarium &c. Habet, אֲשֶׁל יְמִין טבעתִי יְמִין מִשְׁתָּחֹתָה, ^{ed katon, c.}
fol. 98. col. 4. ^{6. 7.}</sup>

daleah vnothu Impie septenarium numerum dierum convivii Lee, & dabitur &c. Et Jonathanis paraphrasis ita dicta, אלים כדור שובעת, ית' dabatur. Et Jonathanis paraphrasis ita dicta, שׁוֹבְעַתִּיא דָא וַיְתֵן לְאֹוֹתִיא דָא בְּפּוֹלְחָגָה רַחֲפָלָה עַמִּי חֶבֶן Impie nunc septenarium numerum dieram convivii hujus, & dabitur tibi etiam ista, non sine conditione ut servias mihi altero septennio & paulo post טיב טנין אחרין עַנְד יְקָבָרְןִי וְאַטְלִיכְסְּבָעָתִים יְמִי מִשְׁתַּיָּא דָלָאָתִי & fecit Iacob juxta id quod dictum est, atque implavit septenarium numerum dierum convivii Lee. Quo expleto, & Rachel ei in uxorem datur. Perinde ac si dixisset Laban. Utriusque Nuptiae hebdomadeculari pro more sunt celebrandae. Perfice agendum, eam quæ nomine Lee inchoata est. Et tum Rachel, iterata septennii servitutis conditione, ut scilicet post ejusce nuptias septennum mihi servias, etiam in uxorem tibi dabitur, & epularis illius nomine, hebdomas redintegrabitur. Atque ita sanè, in locis Ebraicis, vult D. Hieronymus locum illum capi. Etiam in historia Samonis

^{1 R. David Kimchi, alij ad Iudic. 14.} 15. septidui ejusmodi nuptialis celebritatem haberi observatur, velut eam quæ ex jure seu moribus Palæstinis, Ebraicis, aliisque gentibus tunc atque antea diu intervenientibus & plerunque receptis in usu.

^{2 Genes. 24.} 60. Quin & Benedictionis exemplum, ante Legem datam, sumunt ex eo de Rebecca, ubi deducebatur in uxorem Isaaci, Et benedixerunt seu imprecabantur prospera sorori sua (ut vulgata) dicentes, soror nostra crescas in mille millia, & possideas semen tuum portas inimicorum tuorum.

C A P. VI.

De Polygamia ex Jure Naturali, seu Universali illo, quod tum ante Legem Mosaicam, tum post, juxta Ebraeos pariter obtinuit.

Polygamia, cum alia sit ubi plures uxores, sed per successionem tantum, seu plures itidem viri, sed non simul plures, eidem habentur; alia, ubi plures viri uni uxori, pluresve uxores uni viro, idque simul, conjunguntur; De prima specie non est cur plura dicamus. Neque enim à secundis pluribusve, alterutro conjugum d^mortuo, Nuptiis quempiam sive in in-

in inter^{vallo} quod tractamus, id est, ante Legem Mosaicam, sive postea, ex Magistrorum placitis, arceri comperimus; tametsi in patribus Christianis non desint, qui Nuptiis aliquantulum iniquiores utriusque speciei velut interdictum ex rerum petant initiosis. De Mono-

gamia^e disciplina disputans Tertullianus^u, *Hoc ipsum*, inquit, demon-^{* De Mono-}
stratur à nobis, neque novam, neque extraneam esse Monogamia dis-^{gamia cap. 4.}
cipinam, immo antiquam & propriam Christianorum, ut Paracletum cum lib. de^{sed & Sida}
restitutorem potius sentias ejus quam institutorem. *Quod per-*^{unam Nuptiam}
tineat ad Antiquitatem, qua potest antiquior forma proferri cap. 2. citato^{ad uxorem}
quam ipse census generis humani? Vnam feminam masculo Deus^{hunc capite}
inxit, non a costâ ejus decerpit, & utique ex pluribus. Sed & in prafati-^{proximo}
one ipsius operis Non est, inquit, bonum homini solum cum esse: fa-
ciamus adjutorium illi. Adjutores enim dixisset, si pluribus cum uxo-
ribus destinasset. Adjecit & Legem de futuro. Siquidem propheticè
dictum est; Et erunt duo in unam carnem, non tres neque plures.
Ceterum jam non duo si plures. Stetit lex. Denique perseveravis
anno conjugii in auctoribus generis ad finem usque, non quia non e-
rant famine aliae, sed quia ideo non erant, ne primitia generis dupli-
ci matrimonio contaminarentur. Alioquin si Deus voluisse esset,
& potuissent, Certe de filiarum suarum numerositate sumpsisset, non
minus ex ossibus & ex carne sua habens Eum, si hoc pie fieret. At ubi
primum scelus, homicidium, infratricidio dedicatum, tam dignum
secundo loco scelus non fuit quam duæ Nuptie. Neque enim refert,
duas quis uxores singulas habuerit, an pariter singula duas fecerint.
Idem numerus conjunctorum & separatorum. Semel tamen vix
passa institutio Dei per Lamech constitit postea in finem usque gentis
illius. Secundus Lamech nullus extitit, quomodo duabus maritatis.
Negas Scriptura quod non norat. Alia Diluvium iniquitates provoca-
caverunt, semel defensa quales fuerunt. Non tamen septuagies se-
pties; quod duo matrimonia meruerunt. Sed & reformatio secun-
digeris humani Monogamia matre censetur. Iterum duo in u-
nam carnem crescere & redundare suscipiunt. Noe & uxor filiis,
corum in unicis nuptiis. Etiam in ipsis animalibus Monogamia recon-
goscitur, ne vel bestie de machia nascerentur. Ex omnibus, inquit^x,^{* Genes. 6.19.}
bestiis,

bestiis, ex omni carne duo induces in Arcam, ut vivant tecum; masculus & femina erunt de animalibus volatilibus secundum genus, & de omnibus serpentibus terra secundum genus ipsorum. Duo ex omnibus introibunt ad te, masculus & femina. Eadem forma & septena ex binis allegi mandat ex masculo & femina, uno & una. Quid amplius dicam? Immundis quoque alitibus cum binis feminis introire non licuit. Quin Joannes Cantacuzenus, Imperator Constantinopolitanus, adversus Mahumedem hac de re differens, ex veterum etiam mente unicam Noachi uxorem in scriptura memorari anim-

⁷ *Apolog.* κα- advertit, singulaisque filii ejus singulis, παντως, ita inquit, οὐδέποτε τοιούτοις λόγοις οὐτέπους καὶ μίκης καὶ πόλεως γνωμήν εἶνιν διηγήσεχον τοιούτοις.

² C. gauden-
tius. tit. de
Disortius.
*adoptionem, ac si non alia clymata narrationis genus inveniret quam
ex justo & aequo unam atque unicam duntaxat quempiam sibi ha-
buisse uxorem. Etiām Innocentius Papertius, nec ulli, inquit², un-
quam licuit simul plures uxores habere, nisi cui fuit divina revela-
tione concessum que mos quandoave interdum etiam fas censetur.*

Alii tantundem. Sed de Pluralitate hac uxorum ex Jure vetustioribus seculis concessso aliter alii ex patribus Christianis. *Prolis gratia,*

³ De Nuptiis inquit D. Augustinus^a, patres sanctos ex Abraham & ante Abraham & Concupiscentia, lib. I. quibus Deus, quod ei placuerint, perhibet testimonium, usos suis cap. 8. quem se conjugibus, neminem oportet dubitare Christianum, quando quis videlicet item lib. de bono busdam etiam singulis plures habere concessum est, ubi ratio fuit pro conjugali. c. lis multiplicanda, non varianda appetitio voluptatis. Obvii sunt 25. ^c contra Faustum lib. theologi qui hac de re agunt, nec pauci. Atque Hugo Grotius^b Con- 22. cap. 47. jugum naturaliter esse existimavimus talem cohabitationem maru- & 48. cum feminis, que feminam constitutus quasi sub oculis & custodia

b De Iure Belli martis. Nam tale consoritum & in mutis animantibus quibusdam
li ac Pacis, l.
z. cap. s. 8. videre est. In homine vero quā animans est, utens ratione, ad hoc
§ 9. accessit fides, qua se fæmina mari adstringuit. Nec aliud, ut conju-

gium subsistat, Natura videtur require. Sed nec divina lex amplius videtur exigere ante Evangelii propagationem. Nam & viri

^c Deut. 21.15. *Si in iudea legem plures una uxores habuerunt; & in iudea praecepit*
^d *Ibid. 17. 16. quædam dantur his^c, qui plures unâ habent, & regi^d prescribitur, ut*
^e *ibid. 17. nec uxorum, nec eorum nimiam sibi adsciscat copiam; ubi Ebrei*

inter-

interpretes notant octodecim sive uxores sive concubinas regisuisse concessas, & Davidi Deus imputat, quod uxores ei complures & quidem illustres dedisset. Et sane juxta Ebraorum placita, semper viro licita fuit uxorum etiam simul conjunctarum (sed nunquam virorum uxori) pluritas ante Legem Mosaicam, seu ex Jure Naturali; nec minus, post illam legem, temperamentis aliquot, ex Jure ipsis civili (de quibus alibi) adjectis. Receptum enim est illud, quod in Gema-

ta Babylonia ^{נשות אדרת נשים על אשותו.}^{Ad sir. Ia-} habet Rabba; ^{ונווא ראיית ליה למתקניינה.}

^{Fas est cuique quotcunque superinducere biemoth cap.} uxores, modo, quibus vietus ei praebeatur, res ei suppetant. Ubitamen ^{6. fol. 65 a. ¶}

prater alimenta & Vestitum sufficientem, etiam ^{וננה תען, id est, תען nam. ist. oo-} ^{dem cap. 4. n-} ḥophalothilew ḥannorā debitam benevolentiam seu conjugale illud con- ^{bi de quaue-}

cubitū debitum volunt, ut superinducenti esset singulis præstandi ^{or fratribus} potestas. ^{coramq; fr-} ^{Fas est, inquit Maimonides} ^{f. quotcunque, etiam centum,} uxores sive simul omnes sive alteram post alteram ducere, ^{sus in Gem.} ^{ואין אשוחן sur. in Gem.} ^{Bab. fol. 43 b.}

^{נולדה לעכב והזאת טיהה יכול ליתן טאר כחות ועונה בראויל כל אחד ואחר} ^{neque potius uxori antea ducte virum heic impediendi, mo-} <sup>Halach. I-
do illipotestas fuerit prestare Alimenta Vestitum atque Debitum con-</sup> ^{shoth cap. 14.}

jugale, secundum id quod unicuique earum competit. Et hæresis ha- ^{adde R. Bo-} ^{bita est, nec toleranda Sadducæorum opinio, quâ binas simul haberit} ^{chad ad Vai-} ^{col. 2. ¶ 3.}

Jure uxores negabant ex lege illa [¶] malè intellectâ לֹא תקח לך ^{לְאַחֲרֵךְ} uxorem sorori sua non accipies, in ejus afflictionem, ^{Levit. 18. 18}

^{אַחֲרֶת אֲחָתָה בְּנֵי אֶחָד} quodib[us] sorori sua est, pro alteri, ut certè verbum ipsum ^{sumpto.}

Cæterum de sororibus binis, id quem in vivis tan- ^{¶ Fol. 24. col.} tūm fuerit utraque, locus ille passim Magistris capitur, ut fusus in li-

bris de Nuptiis Ebraorum ostendimus. Et auctor Pesichtha Zoter- ^{¶ 1. ¶ 2. ¶ 3. ¶ 4. ¶ 5. ¶ 6.}

sha, ad dictam legem, שאמיר שתי נשים בעלמא אסורת ביזוע טאיין, נושא שתי נשים בנון אלקנעה ^{ad difficulta-} ^{ra loca Leviticus, cap. 61.}

להם לאות דת לא חוק מהרי כמה צדיקים Qui dicit, binas simul ^{¶ 1. Samuel. 1.}

uxores esse interdictas, nonum sit eum nec morum nec juris esse peri- ^{¶ 2. Samuel.}

sum. Nam multi justi acceperunt binas uxores; velut Elcana ^{¶ 2. Samuel.}, Da- ^{¶ 3. 2. Samuel.} vid, Salomon. ^{¶ 3. 2. Samuel.} Et in libro Paralipomenon multi memorantur, 3.2. ¶ 5. 13.

quibus bina uxores. Vetustiora autem plurium simul conjuncta- ^{¶ 1. Reg. 11. 3.}

tum uxorum exempla habes non solùm in Lamecho ^{¶ 2. Reg. 11. 3.}, sed etiam in ^{¶ 3. Genes. 4. 19.}

Eccc

Abra-

- ^{Genes. 4.19.} Abrahaⁿ, & Jacobo^o, Esau^p, quæ ad Jura Noachidarum ante Legem
- ^{Genes. 16.3.} Mosaicam obtinentia spectant. Quin & Josephus^q, nescio, unde e-
- ^{Genes. 29.} doctus, binas uxores, Tharbin Æthiopiae Regis filiam & Seppho-
- ^{Genes. 36.2.} ram Raguelis seu Jethronis (quæ in sacris literis unica est) Mosi ipsi
- ^{Genes. 6.} tribuit. Id quod velut fabulosum rejiciunt viri^r docti. *De Lamechi*
- ^{Lib. 2. Ar-} autem seculo atque eo, quod inde usque ad Diluvium intervenit, tra-
- ^{ebolge. cap. 5.} ditio prisca est, morem fuisse frequentem, ut, ubi binæ cuiquam ha-
- ^{Augustinus. Chisamensis.} berentur uxores, altera prolixi gratiâ, ea que severius & durius habere-
- ^{apud Sicc. Sc.} tur; altera voluptatis tantum, quæ sterilitatis exhausto poculo, opini-
- ^{Bib. Sanç. lib. 5.} parè & lautiùs, velut nova semper nupta aut amica, cottidiè excep-
- ^{annos. 123.} tur. Ad Historiam sacram de binis Lamechi uxoribus Salomon
- נְזֵה הַיָּה וְרָבֵן טֶל דָּוֶר הַמִּבּוֹל אֶחָת לְפָרִיה וּרְבִיה וְאַחֲרָת-
- ^{Tantundem ad Job. cap. 24. 21.} לְתַשְׁמִישׁ וּשְׁהִיא לְתַשְׁמִישׁ מִשְׁקָה כּוֹס שֶׁל עִקְּרִין כְּדִי שְׁתַעַקר וּמִקּוֹשְׁתָה
- בְּכָלָה וּמְאַכְּלָה מִזְדְּנִיכָּת וְחַבְרָתָה נְזֹהָה וְאַבְלָה כָּלְמָנָה וּזְהָה שְׁפִירָת
- ^{Ad hunc modum se habuit mos sub diluvii tempora, ut alteram haberent uxorem prolixi gratiâ;}
- ^{alteram vero ad concubitum. Ea autem quæ ad concubitum duntur ducebatur, sterilitatis exhaustio solebat poculum, ut sterilis redideretur. Ornata etiam, velut nova nupta lautiores comedebat das.}
- ^{Cap. 24. 21.} Acerbius autem ac durius tractabatur socia ejus, seu altera, &
- ^{Iugebat, velut vidua. Atque hoc est quod intelligitur apud Jobum,}
- ^{ubi ait, Pavit sterilem, quæ non peperit, sed vidua bene non fecit. Nam periocha illa levius erat, super faciem aquæ &c. in Jobi verbis de Diluvio etiam Jarchio sumitur, ut etiam vetustioribus multò interpre-}
- נְזֵה אַנְשֵׁי דָּוֶר הַמִּבּוֹל עֹשִׂין הַיָּה אֶחָד מֵהן;
- ^{Rabb. Vri-} tibus. *Bereith Rabba*^u
- ^{ab. ex Rabb.} לְוקָח לו טְהִינָּתִים אֶחָת לְפָרִיה וּרְבִיה וֶאֱחָת לְתַשְׁמִישׁ וּשְׁהִיתָה לְפָרִיה
- ^{Iuda Bar Si-} וּבְבִיה הַיְתָה יוֹשֵׁבת כָּלֹזֶל אַלְמָנָה בְּחַחָה וּזְהִיתָה לְתַשְׁמִישׁ הַיָּה מִשְׁקָה
- ^{men. ubi P. - rasch. 23.} טֶל עִקְּרִים שֶׁלְאַתְּלָר זְהִיתָה יוֹשֵׁבת אַצְלָזֶן מִקּוֹשְׁתָה בְּזָנָה הַהָר
- ^{Sub Diluvio: m. hominum mos erat, ut pro libitu binas}
- ^{sibi duceret quisque uxores, alteram prolixi gratiâ, alteram in conca-}
- ^{bitum. Ea autem, quæ prolixi gratiâ haberetur, velut vidua, quamdiu}
- ^{superstes esset, degebat. Sed ea, quæ in concubitum adhiberetur, steri-}
- ^{litis exhaustio solebat poculum, ut sterilis redderetur, atque juxta}
- ^{virum accumbere solita, velut meretricio ornabatur habitu. Atque}
- ^{idem}

idem innuitur verbis illis, *Pavit sterilem &c.* quemadmodum ex Jobo jam ante citantur. Quin si uiuere audent, quænam ex Laimechi uxoribus prolis gratiâ, quænam in concubitu adhibita. Priorem Adam dictam, prolis gratiâ; alteram, nomine Sellam aut Zillam, in concubitu. Id quod etiam ex nominum etymo ludentes^x pertinet. Adam scilicet seu אָדָם ita nuncupatam, quoniam מִנְחָה in- vicem *recedere solebant* sive quod rara eorum consuetudo; Zillam autem seu הַלְּקָה quoniam versari solebat בֵּין in umbra ejus. Quoniam vix à marito, magis ac à corpore umbra discedebat. Ut cunque fuisse liquet satis in historia sacra. Quin & traditur apud Christianos aliquot, Polygamiæ illo ævo morem fuisse, ut plures simul uxores, ut anque ductæ, non cohabitarent, sed singulis seorsim fruerentur adib⁹. Epiphanius^y, ei γωναὶ πίνες τῶν πατέρων δύο καὶ τρεῖς γυναικεῖς οἰκίασιν, ταῦτα εἰ μιᾶ σύνια εἰ γυναικεῖς ἡσού, ταῦτα εἰνὶ quidam pa- tres duas & tres uxores haberunt, non tamen in una domo uxores fuerunt. Quod certè & institutis Ebraeorum in veteri sua Polyga- mia^z est apprimè consonum. Ceterū qualia temperamenta de eo, quod de infinito uxorum numero seu polygamia haec tenus ad- ductum est ad intervallum Legis Naturalis, seu quod Mosaicam an- tevertit spectans, sive ex Lege sive ex Institutis monitisve scipios ac- cepisse aiant Ebræi (quos & imitati sunt Mahomedani) ostendimus in Uxore Ebraica. Jus hoc Polygamiæ in Oriente (semper excipias locos gentesque, quibus à Christianismo abolitum est) olim hodie- que passim in usu. In Occidente non item. Nam ne quis binas eo- dem tempore uxores haberet, Cecropem Atheniensium Regem memoriarum proditum est primò constituisse. Et rarae satis binæ simul in Occidente nuptiæ; licet post Cecropem psephisma occurrat Δῆλος τὸ λειπανδρεῖον, οὐανεῖσην τὸ αὐλῆθρον homines deficerent, atque ut multitudine cresceret, χαρεῖν εἴη τὴν αὐτὴν πολιορκεῖσθαι καὶ εἰς τὴν πόλιν εγγεῖσθαι, unam uxorem civem & legitimam ducendam, liberos vero et- iam ex alia suscipiendos. Sed rara quidem apud Græcos aut Roma- nos Polygamiæ seu legitimarum seu justarum uxorum plurium si- mul exempla; quanquam in Socrate^c legimus Valentianum pri- mum legem evulgasse, quā cuilibet liceret δύο νομίμους ἔχειν γυναικας. ^xBeresili Rabba sibi- dem. Sed a- lia horū no- minum, ety- ma habes in Gen. Herod. Hieron. Polymatana ad iur. Iab- moth cap. 6. fol. 7. col. 2. ^yS. S. ^zHeresis 8a. ^aMaimonid. bal. Ithoth cap. 14. ^bVidefis Pe- trum Fabri Semperfr. 2. cap. 1. ^cDemosthen. Orat. contra Nearam. A-thenaeus Di- physoph. lib. 13. ^dVidefis Samuel. Po- lit. in Leges Antic. lib. 6. tit. 1. ^eH. B. Eccle- siast. lib. 4. c. 26. ^fGido Barón. alsoz. ^gC. d. In- cept. nupr.

duas uxores habere simul legitimas. Et vide caput proximum, *vide Concubinis agitur.* Apud Barbaros autem surgentes alias frequenter reperta Polygamia. Tacitus de Germanis; *Severa illuc matrimonia.* Nec ullam morum partem magis laudaveris. Nam prope soli barbarorum singulis uxoribus contenti sunt, exceptis admodum paucis, qui non libidine, sed ob nobilitatem pluribus nuptiis ambiuntur. Alia sunt hac de re in scriptoribus obvia; quibus adscribere non pigebit, quae de Cecrope, quem diximus, tradit Joannes Antiochenus Malala dictus^d, maximè cum nondum is sit typis editus.

^{a Ms. in Biblio. Oxon. fol. 24 a.} Βενεδίκτου τὰς γυναικας τὰς ἵστος τὸν βασιλέας αὐτὸς ὅσας εἰς ὡραῖα παρθένους χαρεῖσθε εἰς αὐτὴν ἀστίνας ἐκάλεσε Νύμφας εἰς τὴν νηφιδειαν αὐτὸν. Μάλιστα τὴν πηγαδινήν αὐτοὺς παρθένες καὶ κόρες αἱ πίκτες καὶ δασικαὶ πέρων πηγάδισσοι γάλα. Πρὸ τῆς βασιλείας αὐτὸς πάσην αἱ γυναικες τῆς Αἴτικῶν καὶ τῶν Αθηναίων καὶ τῶν απλοίσιν χώρες θηρευαδί μέζει εἰργύπτια ἐκάστω συγγνούμνην τῷ ἀρεσκειμένῳ αὐτῷ τοῖς κακάσινην ἐβέλετο, καὶ ἐκάλεπτε η ἀρεσκειμένη γυνὴ ὕδενός, ἀλλὰ τοῖς πᾶσι τοφοσήρχοντο διδόσαντες εἰς πορνεῖαν, καὶ ὅσας ἐβέληθε τοις καρετῆσιν αὐτοὺς προσέρχεταις δικαιονται πορνούντων αὐτῷ τοῖς φόρμιναι, καὶ εἰ πέθεται πάλιν ἀπέλυσεν αὐτῷ τοῖς βαλομένοις. Ταῦτο γέ δύστη τῆς Αἴτικῆς εἰρχθη, τὸ μὲν αναγκάσθε αὐτοὺς σωκάτην αὐδέλι τοφες δὲ βέλονται. Χάδεις οὖν ἥδεις τὸς λιβ. υδρ. ή Θυμάτηρ, τοις ιδίοις τὸ τεχθὲν ὡς ἐβέλετο αὐδέλι συμμαχήσει αὐτῇ εἴπει ἄρρεν εἰπεὶ θῆλυ ἔπει. Καὶ ἔχαρξον δέχομφοι. Οἱ δέ Κένχραψίκτης Αιγύπτιος καταγόμενοι οὗτοι ή Αἴτικη χώρες Διγέτη τοῦ ἀπώλετο. Καλούπον ἐσωφρονήσαντας πάσην καὶ αὐδέρσιν ἐξέλυγνον ἑαυτούς αἱ ἀλητοὶ παρέγνονται. Η δέ πορνοθεῖσσι εἰσαρμέται εἰνὶ ὡς ἐβέλετο αὐδέλι. Καὶ θεάματα οἱ Αθηναῖοι τὸν δέ βασιλέας νόμον, ὃσει καὶ τινις ἐξέθετο οὗτος Διγέτη τοῦ αὐτοῦ οἱ Αθηναῖοι εἶπον διφυῆ οὖτε ἐξαλλήστε τὰ τέκνα τὸ εἰδένεται σὺν ἑαυτῷ μενεῖς. Edicto iussit fæminas, quorquot virgines in ille regno essent, viro unicō nubere. Atque has in legi latrone Nymphas dixit, ideo quod fontibus Virgines & puella sunt similes, ut pote que pariant & ex obscuris meatibus lacemittunt. Etenim ante ejus regnum fæmina regionis Attica & Atheniensis & que in vicinia erat, more ferino commiscebantur, cuicunque pro libitu vellent. Nec vocabatur fæmina sic arrepta Vxora alicuius. Sed promiscuè omnibus in libidinem

rem sedabant. Et quamdiu quis eas retinere vellet, domi manebant ab eo alimenta accipientes. Et pro libitu sic retentam dimittere solebas alius, qui pariter pro libitu acciperent. Hoc autem Atticæ regione vetitum est; ut in posterum libido hac promiscua locum ibi non sortiretur. Nemo enim scivit, quis sibi filius, quæ filia. Et mater dare solebat prolem, sive masculam sive foeminam, cuicunque eorum, quibuscum rem habuerat, pro arbitrato suo. Qui libentissime etiam sic datam receperere. Cecrops autem ex Aegypto redux, legem hanc promulgavit; dixitque regionem Atticam ex more pristino cœversam. Dein igitur mores amplectæ pudicos, maritis se junxere virgines innuptæ. Et qua vitiata etiam fuisset, cuicunque vellet, nubebat. Adio autem admirabantur regiam hanc legem Athenienses, ut inde ab eis Rex ipse di^fPhiⁿs nuncparetur (ut volunt aliqui,) quoniam sic nobilitata est proles, ex eo quod parentes dignosceret. Ita sanè & nominis ratio redditur apud Athenæum^c. Apud alios, aliter.

Lib. II.

C A P. VII.

De Divortio ex Jure Naturali seu Omnium, juxta Ebraos ante legem Mosaicam
seu extra illam Communi, ac de Concubinæ & Uxor's nomine; & obiter de
vocabulo Anglicano vite.

Verbi Matrimonium igitur, ex Jure, quod doceat Ebræi, Naturali, erat viri & foeminæ, sive unius sive plurium foeminarum, tam ex concubitu quam consensu præente, conjunctio, vita consuetudinem continens. Non adscimus individuam, quod Christiani habemus in Matrimonii^f inflit. iii. de
partia pote-
tate in
princ. definitione. Neque enim separari aut dividi nequibant conjuges, ^g cap. 4. & 117.
cap. 10. seu Matrimonium dirimi, nisi ex singulari aliqua legis permissione, ^h No Bell. 22.
cap. 4. & 117.
cap. 10. seu repudii causâ; neque communis consensus (quo ex veteri Jure Cæsareo distrahi Matrimonia scimus) necessarius erat, ut dirimetur. Neque individua dici potuit vita consuetudo, quæ a quo Jure à marito pluribus communicabatur. Quemadmodum vero ex veteri Jure Cæsareo distrahebantur Matrimonia^g, alia quidem consentientie utrâque parte, pactis causam, sicut utrique (ut verba sunt Justiniani) placuerit, gubernantibus, alia vero per occasionem rationabi-

^aNovell. 98. *lem, quæ etiam Bona^h gratia vocabatur, alia citra omnem causam,*
cap. 2. *alia quoque cum causa rationabili (cui libertati sanctiones, tam Cx-*

ⁱC de Repu- *farcæ etiam, quam Pontificia haud parum derogarunt) ita ex Jure*
dis 1. 8. No- *Naturali ab ipsis rerum primordiis communi citra ullam omnino*

^jGell. 22. c. 4. *& 117. cap. causam ea distrahi fas fuisse volunt Magistri. Idque pro libitu tam*

^{io}C Theo- *uxoris quam viri, quod etiam, ex præscriptis aliquot causis, Jure Cx-*

¹⁶Harmeno- *sareo olim permissum est. Adcò ut pactum matrimoniale heic non*
pul. Prochir. *aliud haberetur quam Sociorum contractus, qui eo usque stabilis*

^{lib. 4. rit. 12.} *manet, dum in eodem consensu trinque perseveratur, & renuntian-*

^cGodefr. Al- *beric. Gentil.* *te societati alterutro solvitur. Ita, sive viro sive uxore matrimo-*

^{de Nuperis l.} *nio renuntianti, solutum aiunt fuisse contractum, velut divortio*

^kInstit. tit. *planè legitimo. Moses Maimonides¹, ad mentem Gemaræ Baby-*

^{de Societate} *deonæ^m, hac dere, Ioniæⁿ, שָׁנְתַּחֲרֵת עַלְיָה מִתּוֹם כָּל הַעַס וְדִבְתָּו*

^{g. mater.} *אתה הבירך ואינו ח'יב עלייה עד טיפשׂת הדבר ויאמר כל העס זו דיבתו*

¹Halach. Mc- *עד פלוני ומאמתי תחזר להתייה משיפורשנה מעברו ופרא רשותה*

^{lakim cap. 9.} *בשוק ומאמית תחיה אחר חבירו כורושה: שלנו משיזיאנה מביתו*

^mAdrit. San- *וישתגה לעצמה או משתצג היא מתחת רשותו וחולך לח שאין לה*

^{7 fol. 58 b.} *נירוטין בכתב ואין הדבר תלוי בו לב' אלא כל זמן טריצה הווא. או*

Noachides seu Gentilis, si conjugaverit
Ancillam in contubernium servos suo, etiam ipse [si cum ea rem ha-
buerit] ultimo supplicio puniendus est, eo quod uxorem alienam com-
presserit. Sed hoc nomine reus ille neutiquam est, usque dum maxi-
festum fuerit contubernium, & publicè dignoscatur eam ex servi e-
jusmodi familia [velut conjugem] esse. Vnde nam vero fieri, ut cum

ea licite denuò concubat? Nimisrum si disjungat eam a servo suo,

(nam utriusque voluntas in potestate domini) & caput ejus palam

^aGlossa Lar- *aperiatur [si detecto capite in publicum ea prodeat; quoniamⁿ non*

^{chis. ad citat.} *sine velo nuptæ prodire solebant.] Vnde nam vero fieri, ut aliena, a-*

^{Gemara Ba-} *bylonia locū. pud Noachidas [liberi hominis] uxoris similis fiat ei, quæ apud nos di-*

vortio separatur? Nimisrum si aut ex adibus vir eam ejiciat & solu-

tam dimittat, aut ipsa exeat à potestate ejus & eum relinquat. Neq;

enim ad eos Libellus Divortii attinet. Neque res est omnino^o uti

apud nos] forensis. Ceterum quandocunq; sive viro sive uxori

disjungi invicem placuerit, disjungantur. Unde & occurrit inter-

dum in

dum in veruissimis scriptis Talmudicis^o, בְּנֵי נָחָן לְהַנְּקִידָשׁ nec sunt Nuptiae (solennes scilicet illæ & ex consensu tantum contractæ, ut ante ostensum est), nec Divortia, quælia nimurum Ebræis præscripta. Sed ^{Gem. Herod. solymis. ad} שְׁנִיהָן מְגֻרְשִׁין הָאֶת וְהַזְּנִיהָן alteruter conjugum pro libitu connubium solvit. Et appositissimè Josephus Scaliger^p; apud Romanos & Gracos tam mulier quam vir potest alteri dicere, ut res suas sibi habeat. Quin nomina rei illius pro priajure Attico prodita erant, ut, si vir discederet ab uxore, hoc diceatur ἀπομόνωσις, si mulier à viro, ἀπόλετης. Voces has in re Græcum divortii memorat Julius Pollux^q. Discriminis autem rationem rectè exhibet Samuel Petitus^r; Cur uxor, inquit, non dicitur ἀπομόνωσις, ratio est, quod uxor nupta deducitur domum marii, neque potest ἀπομόνωσις, id est, ejicere virum ex illis adibüs, quemadmodum ex lege sacra apud Ebræos, nec ex rei natura, omnino Divortii eorum necessarium esse ex Jure quo tenentur Naturali libellum. Pro libitu autem adhiberi posse, & adhibitum, ex civili quod super induxerint Jure Unde tam Græcis quam Romanis libellus in usu. Quale pariter dicendum de eo quod est, Ebraorum Divortium, Noachidis rem neutquam esse forensem. Græci libellum Divortii, sive τὸς ἀπομόνωσις, ubi vir fœminam ejiciebat, sive τὸς ἀπολετῆς γερμανικαὶ ubi hæc illum relinquebat, nuncupabant^s. Et Archontis Athenis erat sortiri Judices^t, apud quos disceptandum, utrum Divortii causa esset legitima. Morem illum ἀπολετῆς, quæ nullo pacto legitima erat Judæis, inducere tamen ex Jure seu exemplo aliarum Gentium voluit Salome Herodis magni soror, cum Costobaro matri suo libellum Repudii mittebat, quod scribit Josephus^u. Sed aut Proselyta ea fuit, aut Libertina, aut ancilla in Judaismum cooptata, aut plane Gentilis (quæ de re vide inscrips. capite vigesimo secundo) non omnino Originaria. Exemplum ejusmodi aliud sub id tempus habetur in Herodiade^v Aristobuli filia. Certè & de ἀπολετῆς seu Divortii libello ab uxore missò velut de eo quod in declinante Ebræo runi sta-

rum statu aliquantulum contra mores avitos inoleverat, loquitur

⁷ D. Marc. 10, Christus; si uxor dimiserit virum suum, & alii nupserit, mactatur.

Quin & Divortii pro libitu alterutrius conjugum usus repertus

² Specul. Con- est apud novi orbis incolas; quod docet Alphonsus à Vera Cruce²
ing. part. 2. in Academia Mexicana Theologiae olim professor primarius. Atque
art. 5. advertendum, quod habet de Divortiis apud alias Gentes D. Augu-

³ De bono cō- stinus^a, de eis ex lege Evangelica loquutus. Aliter, inquit, se habere
Iugali, cap. 8. Iura Gentium quis ignorat, ubi, interposito repudio, sine reatu aliquis
quem videfis

etiam lib. 1. ultioris Humana, & Illa, cui voluerit, nubit, & Ille, quam voluerit,
de Nuptiis ducit; cui consuetudini simile aliquid propter Israelitarum duritatem,

& Concipi- scensia lib. 1. videtur permisso Moses de Libello Repudii. Quæ cum ita sint, ma-

festum erit, qualesnam fuerint concubinæ, id est, מִשְׁלָשָׁלֶת sidi-

etæ, ante legem; neque obscurum, qualesnam ea quæ post legem
in sacro sermone hoc nomine indigitantur. Quod ad concubinas

⁴ Genes. 25, 6. ante Legem attinet, Concubinæ Abrahæ^b, Nachoris^c, Jacobi^d,

^e Genes. 22, 4. Eliphazi^c, à Mose memorantur. Et Tertullianus^f, sancè apud vi-

⁴ Genes. 35, 22 teres nostros, ipsosque Patriarchas, non modo Nubere, sed etiam pluri-

^e Genes. 36, 12 fariam uti matrimonis fas fuit. Erant & concubinae. Cum vero

^g Lib. 1. de V- Legitima uxor, consensu præeunte, eo que, concubitu, ut ostensum est,

nisi Nuptiis firmato, in vitæ consuetudinem acciperetur, pluresque ita simul pos-

ad Uxorem sent ritè haberi; cumque matrimonium, pro alterutrius conjugum

arbitratus, nunquam non esset, id quenamvis interveniret lex adversa ci-

vilis, sine libello, solvendum, juxta scilicet iam dictam Magistrorum,

de Noachidarum jure, sententiam; sequitur, Concubinam, quæ item

in concubitum & vitæ consuetudinem æquè adsciscī soleret, nec le-

viori divortii genere disjungi posset, aut nominet enus duntaxat, aut

saltem dignitatistantum minoris (ubi, verbi gratiâ, ancilla esset aut

generis obscuri) ratione, ab uxore discrepasse; Jugalem autem con-

tractum nodumque utrique eundem ipsum fuisse. Apposita heic

^h Lib. 46: Philo, καὶ Ναχώρ, inquit ⁱ, καὶ τι ἀδελφὸς Αβραάμ, ἐχόντος γυναικας,

διυπαλαστρ- ἀστερίης καὶ Παλλακίου. Οὐρανα καὶ τὸ μὴ δῆντος Μελχὰ, Ρύμας ἢ ταῦτα

κιδῶ, etiam Nachor Abrahæ frater duas habuit uxores, Iustam &

concubinam. Iusta nomen erat Melchaisa, concubina Ruma. Neque

patitur ratio, ut aliter sit de ipso contractu sentiendum. Quin expre-

sis

fas ad stipulatur sacra scriptura. Cetura (quam eandem cum Hagar <sup>T. ergam His-
trofolym. Et
sonarban Ge-
nes. 25. 1. Et
larchus ibi,
ad commun.</sup>) fuisse plerunque ^h volunt Orientales dicitur à Mose נָשָׂא scu uxor Abrahæ; quæ ipsa in Paralipomenis concubina nuncu- patur. Et egregie ad hanc rem, quod ex sacro contextu habet D. Augustinus, cui Cetura & Hagar diversæ sunt, uti ferè Christia- nis. Ambæ, inquit ^k, & uxores Abrahæ & concubinae sunt appella- <sup>1. Paralip. 1.
32.</sup> te. Saræ verò nunquam dicta est concubina, sed uxor tantum. Nam <sup>1. De Civita-
te Dei lib. 16.</sup> quando dara est Hagar Abrahæ, ita scriptum est^l; Et apprehendit ^{re cap. 34. quem} Saræ uxor Abram Agar Aegyptiam ancillam suam post decem annos ^{Et uide in} quam habitaverat Abram in terra Chanaan, & dedit eam Abram <sup>Genes. ad li-
teram quæf.</sup> vitro suo uxorem. De Cethura autem, quam post obitum Saræ acce- ^{90.} pit, sic legitur ^m, Adjiciens autem Abraham sumpsi uxorem; cui mo- ^{Genes. 16. 3.} men erat Cethura. Ecce amba dicuntur uxores; ambæ porrò concu- ⁿ ^{Genes. 25. 1.} bine fuisse reperiuntur, postea dicente scripturā ⁿ; Dedit autem Abra- ^{Ibid. comm.} ham omnem censem suum Isaac filio suo, & filii concubinarum sua- ^o <sup>Lib. de Ma-
rum dedit Abraham dationes, & dimisit eos ab Isaac filio suo adhuc se ^{rogamia, c. 6}
vivo ad Orientem in terram Orientis. Et Tertullianus, Abraham, ^p Rabbi Be-
inquit ^o, mutatus est in Digamiam per Ancillæ concubinatum. Con- ^{chay ad Gen.} cubinatus igitur tunc Nuptiæ erant, & concubina etiam uxor habita. ^{25. 1. f. 35. col.} 4.
Et quia ancilla erat, ideo concubinam dictam fuisse Ceturam volunt ^q <sup>Gemer. Hi-
eroglymis. ad</sup> Magistrorum nonnulli. In universum autem ii Concubinas ab u- ^{sst. Cethu-} xoribus distinguunt pactis dotalibus & sponsaliorum solennibus. Sz- ^{both cap. 5.} pe occurrit illud ^{f. 29. col. 4.} נְשִׁים בְּכַתּוֹבָה וּבְקִידּוּשִׁין פְּלֻגְתִּים בְּלֹא נְתּוֹבָה ^{g. 3. Babylon.} וּבְלֹא קִידּוּשִׁין uxores sunt cum pactis dotalibus & sponsaliorum so- ^{ad ist. San-} lennibus, Concubina neque his neque illis. Sed hoc maximè ad con- ^{hedrin cap. 2.} cubinatum, qui post legem in usu, attinet; cum scilicet & Dotalia ^{fol. 21. a. Iar-} pacta & alia atque in pristino seculo solennia, eaque magis necessaria, ^{chim ad Ge-} Nuptiis, quod alibi fusiùs exhibemus, præsiberent; nec tamen ejus- ^{nes. 25. 6. Be-} modi quæ contractum irritum omissa facerent. Nam ante legem, ^{to David de} in Consensu solùm & Concubitu, modò ad vitæ consuetudinem fu- ^{Pom. f. 143.} turam uterque haberetur, matrimonii substantiam ponebant; solen- ^{Moses Mar-} nibus, pactisque dotalibus, pro libitu omnino adhibitis, quæ post- ^{moniad. ha-} modum etiam ex eorum, quirebus prærant, autoritate præscripta at- ^{Lach. Melan-} que austæ, formulam etiam legitimam, sed non substantiam matri- ^{kim cap. 4.} monii, ^{add. Mosem} ^{Nig. f. 222.}</sup>

Ffff

admodum autem, ubi plures uxores, ibi etiam Concubinæ plures, mixtæ concubinæ & uxores licitæ (ut apud Ebræos & fere in Oriente libique apud Mahomedanos) fuere juxta ea quæ dicta sunt; ita ubi unicam duntaxat uxorem superstitem (ut non solum ex legis Evangelice interpretatione, ubiunque ea viguit, sed ex civiliorum ita dictarum Europæ diù ante Christianismum nationum moribus obtinuit) licet habere, ibi & unicam concubinam, id est, sine solennibus præviis uxorem, sed usu tamen satis conjunctam, licuit olim retinere; ceterum non magis binas, quam binas uxores. Nec unicam hanc magis repudiare fas erat quam uxorem. Cum scilicet nomine magis & solennibus, quam re invicem distarent. Jurisconsulti Græci ^{1. Vide Sist. Empiric. Proverb. hyporyp. lib. 3. cap. 24. Cesar. de Bell. Gallico lib. 6. ubi de Britanis &c. 1. benarus Diplo. 13. n. 6. de Cicerone, Suidas in eo, Petr. Fabrum 2. Semest. lib. 2. c. 1. Iacob. Ravid. lib. de autoritate Prudent. legitulo; sine formulismatrimonio præscriptis, non simpliciter sine matrimonio. Et veteri, apud Harmenopulum ^b, constitutione Cæsar, Concubinatus, qui reservia τῆς πατερᾶς ibi dicitur, nomine πάπιος εἰς τὸν πατέρα seu Matrimonis indecori designatur. Hinc Julius Paulus, celeberrimus sub Alexandro Severo, id est, antequam Christianismus in Imperium Romanum receptus est, Jurisconsultus, *Eo tempore, inquit*ⁱ, *quo quis uxorem habet, Concubinam habere non potest; alias licitam, ut uxorem sine solennibus. Neque vero ingenua, eo etiò, sed tantum ancilla, liberta, libertinave, in concubinitu ita propriè dicto potuit esse sine testatione manifestum hoc faciente; quæ si accederet, nullis aliis adhibitis solennibus, Ingenua concubinæ nomine deposito, uxor honoris causâ, dicebatur. Ceteris, quæ ingenuæ non erant, concubinis^j, ut inferiore dignitatis notâ, appellatis, & solâ animi destinatione^m seu affectione estimatisⁿ.*}

Instrumentum postea est jus illud, quo nefas erat uxorem simul & concubinam (id est, alteram cum solennibus, saltem testatione satis manifestâ, alteram sine hac, sive illis, sed utramque conjugem) habere; idque tum à Constantino Magno^o, tum à Justiniano^p. Etenim, velut in diversâ sub uno tempore conjugia convenire, ad Ebraeorum morem, id deputabatur. Unicam vero, qualem diximus, concubinam ^{Ffff 2}

ⁱ Paulus L. lib. ff. codem. i. cito. ^j Vlpianno l. 3. ff. de donat. inter virum & uxorem. ^k L. anic. C. de Concubinâ. ^l Novell. 18. cap. 5. Cf 29. C. 12. add. L. lib. ff. 111. communia de Manumissionibus.

¹ D. Aug. de nam in vita consuetudinem (non ad tempus ^q certum ex contradictione) Bono coniugio adhibitam, loco uxoris, neque eâ minus licet conjugiam, in veteri gali cap. 17. Ecclesia ei cui uxor alia non dum esset, habere ^r permittebatur, usque cap. 32. q. 2. dum Cæsareæ ^t, Pontificiæ ^t, minorumque gentium sanctiones, præc.

² Dic. No- ter vetustum etiam in Christianismo ^u morem, de solennibus Con- Gell. ^v Con- jugiorum quorumcunque sacrificiis Benedictionibus, publica eorum cil. Toleram. 1. cap. 17. dif. Testatione, atque id genus aliis ita vim sortirentur, ut Conjugia aliter 34. c. 4. inita pro interdictis, etiam interdum & irritis ^x haberentur. Neque

³ NoGell. 74. forsitan observatu indignum videatur; cum Sponsæ, Conjugis, Juga- cap. 4. Leonis Confess. 89. lis, Concubinæ, id genus aliorum nominum, etiam & ^m τέλει & ^v γυναικες pro Uxore notationes apertæ sint, atque ejusmodi ut pos- 91. Har- menopoulus Prochir. lib. sessio & usus matrimonialis, sive tori societas atque sexus eis palam 4. i. t. 4. ^g 7. indicetur; Uxor interim quæ è prisca, ante Christianismum, La- Caus. 30. q. tinitate deducta est, notationem quidem nimirum latere, sed tamen 5. Cf. extr. de à Grammaticis aliquot à sacro ^y ungendi, in solennibus Nuptiarum, Cland. de spous. c. 3. liminis ritu peri, ideoque etiam Unxorem eam olim dici. Perinde

⁶ Terrull. lib. ac si absque sacris illis seu solennibus Nuptiarum, etiam ex ipsa voca- 2. ad uxorem, buli vi, nulla propriè illo nomine fuisset indigitanda. Certè factis, cap. 9 Cf. lib. de pudicitia, veluti interventui ignis & aquæ (cui veteribus sacramentum ^z foede- c. 4. D. Am- ris Nuptialis dicebatur) Farri, Confarreationi ^a, ejusmodi aliis non brof. epist. 1. 3. ad Virgilii paucis locum fuisse in Nuptiarum solennibus scimus; atque in iis, add. Fran- Liminis etiam unctioni, cui praerat Dea Unxia dicta. Vnctionibus cisc. Hora. man. Quæst. supereft (sic apud Arnobium ^b legimus) Vnxia, Cingulorum Cinxia Illuftr. 25. Cf. replicationi, Viæta & Potua sanctissima victui potuique procurant. Dionys. Go- sbifred. ad O egregia numinum & singularis interpretatione potestatum, nisi postes Leonis Con- virorum adipalii unguine oblinierentur à sponsis, nisi virginalia vin- s. 89. culajam ferventes dissolverent atque imminentes mariti, nisi pota- rent & manderent homines, Diu nominan non haberent? Et Josephus pul. lib. 4. i. 1. Scaliger ^c, Vnxor dicendum erat pro Vnctor. Ejusmodi enim erant 4. Cf. 7. verbalia apud veteres, uxor prounctor; paciopropæctio. Ita dicta

^d Donatus in est, quia adipe lupino postes novi mariti ungerer. Sed interea vetsum Terentii He- adfert Ennii Donatus seu quis alius ejusmodi in Terentii Hecyram, cyram. quo ritus ille, unde & Uxor etymon habeat, probetur; quod tan- ^e Lactantius lib. 2. de Oro- tum gine Erroris, cap. 10. Add. Dionys. Gothofred. ad. l. 66. ff. de donas. inter Ciram & uxorem. s. 1. ^f Boetius, in Ciceronis Topica Cf. Sermons ad Virgilis Georgic. lib. 1. Arnob. lib. 4. alio. ^g aduersus Genes. lib. 3. ^h Ad Festum Verb. Author.

tum abest ut inde fiat, ut nec ad Nuptias omnino, sed ad funus Tarquinii, versum illumunctionemque in eo memoratam, spectare à viris doctis ^d rectè obseretur. Utur seres heic habeat, tam Coem-
 ptione & Usu, quām Confarreatione seu Farre (qui modus erat Nu-
 bendireligiosissimus) uxores omnifariam siebant & propriè ita di-
 cebantur, cum tamen nec Usus nec Coemptio sacra ulla haberent.
 Adeo ut vocabulum illud, non minus ac cetera jam dicta, undecun-
 que demùm derivetur, Possessionem ac Usu Matrimonialem seu
 tori societatem, etiam citra sacra, veteribus indicaret. Quin ipsum
 sexum tantum Uxorū nomine, ac si mulieri aut foeminæ seu מ נָשָׁה
 & γυναικὶ synonymous esset, denotat Martialis.

*Conviva^c quisquis Zosili potest esse,
 Summanianas cœnet inter uxores.*

^d Paul. Ma-
 raud ad Au-
 matum Es-
 nos lib. 3.

^e Lib. 3. epig.
 31.

Et

*——— refina^f
 Summaniane qua pilantur uxores.*

^f Lib. 12. epig.
 32.

Prostibula, quæ in summoenio, seu suburbana innuit; summoe-
 nianas Mulierculas, sive nuptias sive innuptas. Sed has antè illas; quæ
 raro satis, in Roma veteri in prostibulis. Et videmus sanè in Lin-
 guis provincialibus, Latinam parentem suam agnoscētibus, voca-
 bula quæ uxorem denotant, ex pronuntiatione, sivebarbara sive de-
 curtata, Foeminæ seu Mulieris (quæ sexum duntaxat respiciunt) pos-
 sessivo adjunctæ, enasci. Quin & vox illa *wite* quâ nos Angli ut
 conjugio propriâ, nō aliter ac veteres Romani generatim uxoris vo-
 cabulo, utimur, transmissa ad nos est ab Anglosaxonibus, seu majo-
 tibus nostris vetustioribus, quibus vocabulum illud uxorem non ali-
 ter denotabat atque foeminæ seu γυνὴ seu id quod sexum sequiorem
 simpliciter etiam designaret. Adiecto possessivo, dicebant illi (ut
 nos) his *wite* id est h̄yf pīf, seu fæmina ejus, ut scimus ex Evange-
 liis ^g Anglosaxonis. Nam in eis pro eo quod est *Benedicta tu in*
mulieribus legitur ^h, Du eajd zebletred on pīfū & betpux pīfūm, ⁱ D. Marc. 5.31. Ec.
 ac si dicēremus, thou art blessed among wives; & pro illo ^j qua-
 dam mulier ei dixit rum pīf him to cīpēd; uti & pro erat ^k enim ^l D. Marc. 7.26.
mulier Gentilis, pōdlice þ pīf pāp Hæden; & pro venit ^m mulier ⁿ D. Iean. 4. de Sa-7.

de Samaria, þa com þær an þis of Samaria: qualia occurrant etiam sexcenta. Cum interim, ex possessivi adjectivi, idem ipsum vocabulum non minus illis quam nobis uxorem seu conjugem denotaret; veluti *Elcman þe hys þis fojlæt ȝ oðer nimb ȝe unniht*

^{1. D. Lyc. 16. 2. Eccl. 2. 10.} *hæmð, Omnis qui dimittit uxorem suam (Anglosaxonice heicfeminam suam) & alteram dicit, machatur.*

^{3. D. Matth. 18. 10.} *Et Da cpædon hys leɔjnunz caihtar; Gyt ƿpa ys þam menn mið hys pipe ne þnemað nonum menn to piſieinne, Dicunt ei discipuli ejus sita est causa hominis cum uxore (cum foemina sua) non expedit nubere.*

Alia eiusmodi obvia sunt plurima. Quin & ubi apud P. Orosium habetur Constantium Constantinum filium ex concubina Helena, creatum Imperatorem Galliarum, reliquise, Anglosaxonice ejusdem

^{4. Ms. in Bibliotheb. Coroneana.} *versione substituitur his piſ pro Concubina. Sed verò in MSS aliquot vetustis vidi deletum ȝ Concubina & suprà scriptum Vxore, nec manu recenti. Certè nec dispar ȝ wieb Germanis usus. Ex possessivi vi uxorem seu conjugem significat; ex sua simplici, fœminam, ut femme Gallis.*

^{5. Lib. de Gen. Land. Virg. viii cap. 5.} *Et vides quæ de Mulieris & Uxoris nomine habet Tertullianus P. Sed de hisce haec tenus. Et à Jure Matrimoniali, quæ Noachidarum, Magistrorum sententia, conjugia spectat, ad Personarum, quarum in seculo illo Legem scriptam seu Mosaicam antevertente ratio heic habenda est; Cognationes, ut superius institutum est, transimus.*

C A P. VIII.

De Primorum Parentum liberis, & de Conjugiis inque eis Cognationis (veluti Fratris, Sororis, Filia) sub ipsis rerum Initiosis, ratione.



Uod ad Cognationes Personarum, quarum heic ratio habenda, attinet; ex aut in ipsis ferè rerum initiosis, quando scilicet, præter primos parentes eorumque Liberis, nondum quis alias existaret, reperiuntur, aut in seculis sequentibus atque Mossem antevertentibus, quando pro conjugiorum multiplicatione, multiplicaretur etiam Cognationum varietas. Sub ipsis rerum initiosis, aliter nequibat fieri quin & Fratribus

Sorores

Sorores & que & germanæ & uterinæ nuberent, aut parentibus liberti conjugarentur. Sed tam Novercam privigno quām Matrem filio nūquam non interdictam fui volunt, ut supra ostenditur. De filiabus autem (quas ante Legem scriptam minimè veritas^q, ut nec disertè alias, præter matrem & sororem uterinam, ut ostensum est, volunt) ita Gemarā Babylonia^r legitur; אָדָם אָדָם מִפְנָן מֵה לֹא נִשְׁאָר בַּתְּוֹ כִּי שֶׁטְּשָׁא קַיִן אָדָם אָחָיו טָנָא מִרְאָמָר בַּיִת אָמָר בַּיִת וּלְבַת חַד יְבַנָּה.

Quamobrem non in uxorem duxit Adam filiam suam seu ex filiabus aliquam? Ideò quod Cain duxit sororem suam; secundum id quod scriptum habetur. Nam dixi, Indulgentia seu benignitas edificavit seculum, seu Mundum. Quod ut ritè intelligatur, sermone ampliopius est. Primis parentibus, utriusque sexus liberi fuere; Mares, Cain, Abel, Seth, quibus in Oriente adjiciunt Orientalium nonnulli, ex majorum traditione Abdalcariths; nisi putas nomen illud fuisse Cain tantum appellativum, atque inde Adæ filios sic ex incogitantiā auditos fuisse. Scribitur عبد الحارث. Certè id sonat Arabicè, cultor agri, quemadmodum in Genesi disertè Cain nancipatur.

Quin apud Mahomedanos legitur primum Evæ foetum à parentibus nominatum fuisse عبد الحضرت Abdalcariths seu cultorem agri, cum dici debuisset عبد الله die Abdalla, seu Cultor Dei, quo etiam spectasse Mahomedem in Alcorano ubi de primo Adæ & Evæ coitul loquitur, scribit Achmetides paraphrastes^u. Atqui & plures Adamum habuississe filios, satis elicitur ex ipsa Mosis historia, qua de re^v satis antè dictum est. Filias etiam cum suscepisse non minus ex presse tradidit^x Moses. In universum autem, filios fuisse ei duodecim filias binas, alii^y salii filios^z triginta tres, & viginti septem filias, ex veterum Orientalium monimentis edocti scriptum reliquere. Habent ex Leptogenesis etiam inde nonnulli^a tum filiorum, qui adjecti sunt, tum filiarum nomina. In filiabus autem apud Epiphanius memorantur Save^b & Azura, apud Cedrenum Azua, depravatè proculdubio pro Azura, seu Aṣṣabā, ut habet Epiphanius, qui eadem cum Cedreno, scilicet Leptogenesis autoritate, heic usus est. Methodii Patarenensis Episco-

^q Videofis R.
Bechais ad
vaircraf. fol. 148
col. 2. Cap. 3.

^r Adris. Sans
hedrin cap. 7.
fol. 58. b.

^s Apud Guili.
Schickard. no
proposito, ad
Tanch Regum Persie,

pag. 24.

^t Ad Alcor.
ran. azar.
7. in Arab.
17. in cod.

Lar.

^{Genes. 5. 4.}
^{Epiphanius}
^{ex Leprogo-}
^{nesi, Haref.}
^{39.}

^{Cedrenus,}
^{p. 7.}

^{pseudobito}
^{in Antiqui-}

^{tabus Bl-}
^{pi histo-}
^{bliscus.}

nam autem, gemellam Abelis, Setho nuptam. Et rem, de hisce, cuius in libris editis ne vestigia puto comperta esse, ex receptis Orientalium traditionibus narrat; primos nempè parentes, tametsi fratribus sorores conjungere tunc necesse erat, nihilominus ita statuisse, ut, qui, in ipsis fratribus & sororibus, magis essent ceteris invicem natalibus dissiti, non conjunctiores, matrimonio copularentur. Coniunctiores verò fuisse gemellos, quām qui partu diverso nascentur. Inde, adolescentibus, quos ex eodem autore memoravimus, gemellis, eorum paria ita disjungi voluisse, ut gemella fratri, qui non esset gemellus, nuberet. Gemellarum autem Nuptias etiam tum illicitas fuisse, veluti eorum, οὐ διπλοὶ Φύσις, ut ait Philo ^h, αὐτὴν ^b Lib. de spe-
γένερος διπλοῖς, διεξόδοις, quos ipsa quidem Natura ipsis natalibus cialibus Le-
dispergit in vicemque separavit. Hinc Caino Awinam, Abeli gibis ad Ad-
Azronam destinasse. Quod cum Caino, qui sororem sibi gemel- ulterium &
lām, utpote venustiorem, deperiret, maximè dissipiceret, Adamum, siis R. Elea-
utrumque filium, alterum ut frugibus, alterum ut pecorum foetu Nu-zer in Piske
mini, in Monte Sancto, faceret, monuisse; utque, ad bonam men- cap. 22c
tem, quæ peractis sacrificiis adesset, nuptias inirent. Peractis sacri-
ficiis, Cainum, ne gemella sibi soror alteri jungeretur, fratrem, illiso In Antiqui-
in caput saxo, interfecisse; Idque animo, ante sacrificium, præstituisse. rariis Biblio-
Azronam ita sibi in uxorem cepisse (sed uxor ejus Pseudophiloni i cœ.
nescio unde edocto Themech dicitur) atque in convallibus cum ^c Genes. 6, 2.
postoris suis impiè vitam transegisse. Sethum verò, Adami auspi- Ad quem lo-
cūs, Awinam cepisse in uxorem; montem sacrum (ubi etiam se- cum, præter
pultus, ut vult ille, Adam) illum ejusque posteros tenuisse, cuius ad ea quæ obi-
radices Cainitarum convalles erant; Numen & Naturalia Jura re- ter occur-
ligioè coluisse, usque dum in convalles, ut è Caini filiabus sibi uxores runt multa,
feligerent, è Monte aliqui eorum descenderent, etiam post præstitu- Godesis Sasi-
tum commune omnibus ملأا per sanguinem Abelis, jura- dā in Corbo
mentum se non descensuros. Unde & explicatur Batricidi illud ^d Mitzaplas
videtur que filii Dei filias hominum, quod pulchra essent, & accep- Librum He-
runt sibi in uxores ex omnibus, quas elegerant; Sethum nimirūm & febium pag.
posteros ejus filios Dei, Caini filias neptesque filias hominum, ut po- 244. Cf. lo.
tchominum vitiis nimis sordecentium nuncupari. Certè & Dei Drusinum in
nomine ^e Normad Sul- piriūm Scie-
Digitized by Google

nomine Sethum fuisse celebrem ex Leptogenesi scribit Cedrenus.
Sed filios Dei, seu Dei liberos, posteros ejus, tum ob pietatem atque
Adæ similitudinem dici, tum eo quod sibi in populum eos elegerat

¹ Rabbi Iehu- Numen, monent etiam Ebræi ¹ nōimulli; aliis ^m etiam ipsorum, le-
da Ben Sa- muel in Sc- co illo Genesis, Angelos qui Caini filias nepotesque sibi in conju-
phar Cozzi giuni sumpserant, intelligi, cum patribus aliquot Christianis, aut
part. i. S. 95. mantibus. Observandum vero, versionibus Orientalium plerisque,
More Nebo- chim part. i. ibi non filios Dei, (id quod in Edraeo est בְּנֵי אֱלֹהִים) sed filios magna-
cap. 14. tum, scilicet Principum verti. Sic enim Onkelos Chaldaeus נָבִיא מְגַנְּבָא
² apud R. E- baezer in quod idem sonat. Sic etiam paraphrasis Uzielidi tributa. Et in
Pirk. cap. 23. versione Arabica tam Judæorum Mauritaniensium, quam R. Saadia,
adde Apo- crypt. Enochi filii vocantur ﴿لَشَرْأَف﴾ Nobilium seu Principum, quemadmodum
apud Iof. Sca- item Symmacho qui vertebat τῶν διωκεόντων, potentum. Nec
liger in No- adia mente Aquila cui filii τῶν Θεῶν, Deorum ibi legebatur. Judæi
tu ad Euse- 244. Vide an- etiam Hispanienses y vieron hijos de los grandes a hijos del hombre
morus, supra que buenas ellas. Tawasius autem in versione Persica pro eo quod
lib. 2. cap. 12. pag. 264. est heic filii Dei habet مُغَنِّمَةً Magnares Dei; quem
“Lib. de Gi- admodum & veterum Græcorum versio, qua usus est tum Philo ^o tum
guresibw. D. Augustinus ^o, ὁ ἀγγελος του Θεου Angeli Dei. Qualem lectionem,

[•] De Cividate et si fuere inter patres ^P, qui non agnoscerent, manifestum ramet
Dei lib. 15. c. 23. Cf. in Ge- est, antiquissimam fuisse, eò quod etiam reperiatur in codice Helle-
nes. quæf. 3. nistarum versionis summæ antiquitatis, quod cimelion est serenissi-
[†] D. Ephy- mi Regis nostri ad D. Jacobi bibliothecæ, ex Oriente ante annos ali-
pom. in Ge- ne. hom. 22. quot allatum. Sed hoc obiter. Verba autem Batricidis quæ ad rem,
C. Thodo- ret. quæf. 47. quam tractamus, in primis attinent, adjicimus؛ فلما كبروا الغليسان

قال آدم لحوبي ليأخذ قابين أوين التي ولدت مع هايسيل
وليأخذ هايسيل أزرون التي ولدت مع قابين فقال قابين لآمة
حوبي أنا أخذ اختي ويأخذ هايسيل أخيه لأن أزرون كانت
الحسن من أوين فلما سمع آدم هذا الكلام شق عليه جدا
وقال

وقال هذا خلاف الوصيّة ان تأخذ اخنك التي ولدت معك
وكان قاين فلحاً للأرض وكان هابيل راعي غنم فقال

*Cum verò pueri adolescenter, praecepit Adam Eve, ut Cainus
Avvinam, Abeli nempè gemellam, sibi conjungeret, atque Abel iti-
dem Azronam quæ Caini gemella soror erat, in uxorem duceret. Sed
Matri sue Eve dixit Cain, se ducturum sororem suam, & Abeli fore
coniunctam suam sororem. Etenim Azrona venustior erat Avvinā.
Hoc cum audisset Adam, valde conturbatus, at, inquit, nefas tibi est
uxorem accipere sororem tuam, quæ tibi gemella. Erat verò Cain
cultor agri & Abel pastor ovium. Dixit autem illis Adam ea
qui superius⁹ ex Batricide hac de re afferuntur. Sequitur dein^{1 Lib. 3. cap. 2 pag. 277.}*

فأرطد قاين على هابيل غضباً وحثقاً وحسداً أخاه فلما نزع

من الجبل شد قاين على هابيل فضرب رأسه بحجر قتله
ولشد حزن ام وحوي وناحا على هابيل مايه سنه ولعن الله
قاين وولله وكان قاين قررعاً من تعشا هابينا ايلم حياته
وطرحة الله في غربته في نود واحد قاين اترون اخته معه
وكان مسكنه هنلك شبر وقع ادم على حوي تحملت
بعد ان آتى على ادم مائتين وثلاثون سنه ولدت علينا فسم الله شيت
وكان شيت صبيح الوجه جباراً ثم الحلق صتل ايده وهو
ابو الجباريه الديين كانوا قبل الطوفان فنزوح ادم اشيت اين
احب هابيل وولد له منها انوش وولد لانوش قاينان

*Vnde ira commorsus est Cainus in Abelem, atque indignatus eum in-
videbat. Itaque cum è monte descenderent, involar in Abelem Cain
& caput ejus saxo percutiens occidit eum. Adam verò & Eva mæ-
nore afflictì plangebant Abelem centum annos. Et execratus est*

Dens Cainum ejusque posteros. Et erat Cain animo perturbato, homo subdolus errabundusque, dum vivebat. Et ejecit eum Deus velut exul ageret in Nod. Et cepit Cain Azronam sororem suam secum, atque ibi sedes posuit. Rursus concubuit Adam cum Eva que concepit tricesimo supra ducentesimum anno (Interpretum Graecorum calculum sequitur) postquam primò congressi sunt, & puerum peperit atque vocavit eum Seth. Erat autem Seth aspectu pulchro, fortis, nec natura dissimilis à patre; & parens erat Gigantum, qui ante Diluvium. Conjunxit verò Adam Setho in matrimonium Aviviam sororem [gemellam] Abelis, cui ex ea suscepimus est Enos, cui natus est Cainan. Ut igitur id, quod ex Gemara Babylonia superius citatur, rite tandem ad Magistrorum mentem capiatur; ideo aiunt, à filiarum Nuptiis abstinuisse Adamum, quoniam ex filii ejus erant ducendae, ad genus humanum commodiūs multiplicandum. Sed ducendae velut ex indulgentia temporis, id est, rerum initiorum necessitate id exigente, cum citra illam necessitatem fratribus sorores uterinas conjungi etiam ex Jure primævo nefas fuisset. Quin & indulgentiam hanc seu Juris, quod ad liberos spectabat, relaxationem,

¹ *Glossa Far-
chii ad Gem.
Bab. rit. San-
hedrin cap.
7. fol. 58 b.*

² *Epiphanius
hæres. 39.*

³ *Le Gesie. 20.
27.*

velut Interdicto⁴ ejus, quod parenti alijs fuisset neutriq; quam illicitum, tunc compensatam. Certè & notatur apud scriptores aliquot Chri-
stianos⁵ Evam velut planè filiam Adæ fuisse, utpote quæ ex ejus carne desumpta indeque formata. Etiam indulgentiæ hujus in Lege Mo-
saica mentionem fieri volunt Magistri. Lex ait⁶; *Vir qui acce-
perit sororem suam filiam patris sui, aut filiam matris sua, & viderit turpitudinem ejus, & ipsa viderit turpitudinem illius, non tot* (pro quibus verbis substituunt Hellenistæ ὄνειδος est flagitium est, vulgata rem nefariam sunt operatis, interpretes ferè alii tantudem; Sed Talmudici τὸν quod sàpissimè in prophetarum lingua oc-
currit pro gracia, benignitate, seu indulgentia, & rarissimè alibi in-
terpretibus alter sonat, etiam sumunt heic pro gratia seu indulgen-
tia ecclii primævi, adeo ut, ad eorum videntem, vertendum sit) in-
dulgentia erat; exterminabantur in oculis filiorum populi sui: Tur-
pitudinem sororis suæ discooperuit, iniuriam suam portabit. Quali
in ipsa lege scripta, quam tam germana quam uterina soror interdic-
batur,

batur, præoccupatio intercessisset objectionis, quæ fieri potuisset de ipsiis rerum initiis, quando sorores etiam uterinæ fratribus nubebant, atque aptata fuisset responsio, illud tunc temporis ex gratia seu indulgentia, rem necessitate exigente, obtinuisse. Itaque Gemara Hiero-

Solymitana ^{הכתיב ואיש אטר יקח את אחותו בת אביו או בת אמו ;}^{Actis. 3:22.}
וראה את ערותה והיא תראה את ערותו חסד הוּא טלא אמר קין <sup>hedrin c. 16.
fol. 26. col. 4.</sup>
^{5. 1.} נטה את אחותו הבל נטה את אחותו חסד עשית, עם הראשונים

Vbi in lege scripta habetur, vir ^x qui acceperit sororem suam sive filiam Patris suis sive filiam Matris sue, & ille viderit turpitudinem ejus, atque illa turpitudinem illius viderit, indulgentia erat; id adjicitur ne objicias, ac Cainus sororem suam in uxorem duxit, ac Abel suam etiam in uxorem duxit sororem; atque intelligendum est ac si interseratum fuisset, Indulgentia seu gratia usus sum erga homines primævos, quoniam ex eis Mundus edificatus est. Dixi ^y, Indulgentia edificavit Mun-

dum. Et glossa Jarchii ad citatani Legem, <sup>3. Atque na
uteriq. locis</sup> אָתָּה אָמַר קִין נְטָא ^{Exponi solet;} si objicias intelligitur Cainum in uxorem duxisse sororem suam, id ex Numinis indulgentia

factum est, ut edificaretur seculum illius ex eo. Quin paraphrasis Chaldaica Jonathani tributa, Legis illius vocabula illa Indul-

gentia erat, ita fusiū enarrat. <sup>38. col. 2. Cre
mona. &</sup> גַּן "זֹא אֲדוֹם חֶסְדָּא עֲבָדִית עַם

קדמائي מן בוגל ריחמלי, עלמא מנהון עד לא אתייחיב ק"מיא בעלמא ^{tuz & R.} ומן דאת הייב ק"מיא בעלמא כל דיעבר כרע <sup>Eliazar in
Piske cap. 22.</sup>

indulgentia usus sum erga homines primævos, ideo quod ex eis mundi ferentes propagines, usque dum satis multiplicatum esset genus huma-

nun. Sed postquam id satis multiplicatum est, quicunque ita face-

res &c. Et poenam in sacro sermone adiectum subjungit. Ubitamen, contra mentem Magistrorum, tam germanam quam uterinam so-

orem, postquam satis multiplicatum est genus humanum ^z & co-

gnationum crevit varietas, interdictam fuisse innuit. Nam ante Le-

gem Mosaicam, & post humanigenris multiplicationem, quæ uteri-

na non esset, fratri ex Noachidarum iure interdici nolunt Talmu-

dici, ut ante ostensum est; Germanam nempè, seu quæ paterno

matutum sanguine conjugareret, neutiquam fuisse antè fratri illici-

Gggg 3

tam. Sed illam sororum non habent heic distinctionem, quā venu-
stius illud seculum spectant, Patres Christiani, dum rationes tamen
Magistrorum rationibus non dissimiles, ferè hac de re adhibent. Epi-
phanius, forores fratribus, sub ipsis rerum initiis, coniungi, cōiūl,

^a Hæresi 39. inquit^a, παρέγομον, ἐπεὶ μηδὲν ἐπερον γέρος λύ. Καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς, ὡς εἰπό-
ντεσ Αλεξανδρινοῖς, ὁ Αδάμ τῇ ιδίᾳ θυγατερὶ χρέον τῇ ἐκ τοῦ σώματος αὐτῷ παλαιόνε-
σιν. part. οὐαή Φθη, καὶ τοῦ ζυγίου αὐτῷ ἐκ Θεοῦ πεπλασμένη, καὶ τούτῳ παρέγομον,
3. quæst. 27. art. 3.

Non erat illicitum, cum progenies nulla erat alia. Imo & ipse Adam
propria, ut ita dicam, filie velut ex corpore ipsius formata, que & à
Deo in conjugium ei formabatur, conjunctus est; nec illicitum erat.
Et paulò post, multiplicato genere humano, η ἀνεψιθα, inquit, η καὶ
τὸ γένον τῶν σεμνὸν ἐπαλατιώτερον κατεῖχε τοιούτην, Cura de Nuptiis
honestis ampliata est, & ut res culit, invalidit. Et dein; λοιπὸν οὐκε-
νὶ τὰς αὐτῶν αἰδελφὰς τοὺς γένους, ἀλλὰ εἰς δινομίαν κατέστη, καὶ
παρέχει. Άλλα Μαύσεις ἔγραψε Φύν νόμον, ὁ καὶ τὸν σεμνὸν γένους θεσμὸν· καὶ
ἐκ τῶν πατεροῦ φων αὐτῶν τὰς γαμεταῖς αὐτῶν γένοτο. De cetero non
amplius in uxores sorores ducebant suās, sed juris vim obtinuit de
matrimonio Lex, etiam ante scriptam à Mose Legem. Et ex patruo-

^b De Cœli. rum filiabus uxores sibi ducebant. Et D. Augustinus^b, cum non es-
se Dei lib. 15. sent ulli homines, nisi qui ex illis duobus nati fuissent, viri sorores suas
cap. 16. addit. Gauſi. q. 1. cap. 1. conjuges acceperunt; quod profectò quanto est antiquius compellente
necessitate, tanto postea factū est damnabilius, religione prohibente.
Et inferiās paulò; Fieri ergo debuit quando potuit, ut, existente co-
piā, inde ducerentur uxores, que non erant jam sorores: & non so-
lū, istud ut fieret, nulla necessitas esset, verum etiam, si fieret, nefas
esset. Nam et si nepotes primorum hominum qui jam consobrinas po-
terant accipere conjuges, sororibus matrimonio jungerentur; non
jam duæ sed tres in homine uno necessitudines fierent, que propter
charitatēm numerosiore propinquitate necētendam disseminare per
singulos singula debuerunt. Alias subiectit de sociali inter homi-
nes vinculo latius, ex patruelium consobrinorumque, & qui fratribus
ac sororibus invicem essent disjunctiores, nuptiis diffundendo ratio-
nes, quas prætermitto.

C A P. IX.

*De ratione Cognitionis habitâ in Conjugiis, inter ipsa rerum Initia & tempus
date Legis Mosaicæ.*

LE Cognitionibus sub ipsis rerum initiis, quâ matrimo-
nia spectabant, jam dictum est. In sequentibus, usque
ad Mosaiam Legem, seculis, præter Abrahæ nuptias
cum sorore tantum non uterinâ initas^c (ita volunt, ut ^a*Genes. 21.*
ante est ostensum; unde & eum docuisse ait Clemens Alexandri-^b
nus^d, *τὸς ὁμογένειος μὴ δέν αὐτὸς πάρεστι γένετον, οὐτειναὶ σορores μην τὸν αὐτὸν εἰποτειναὶ uxores duci*) & binas sorores simul^e Jacobi in uxores du-^f *Genes. 29.*
etas, quarum neutræ, ex Lege Mosaica, non disertè^f interdictæ sunt; ^g*Exod. 18.9.*
exemplum in primis habetur illud Amrami, qui uxorem duxit Jocha-^f *Exod. 18.9.*
bedam amitam suam. Nimirum^g *τὸς Levi filius erat Koathus &*
filia Jochabeda. Koathi autem filius Amram ^h*Exod. 6.16.*
Mosis pater; de quo ipse, *acepit*, inquitⁱ, *inquit*^j, *Koath Jochabed* ^k*Exod. 2.2.*
Amram Iochabedam *μαρτανί* id est, *amitam suam* ^l*ibid. 20.*
in uxorem, genuitque illa ei Aharonem & Mo-
sem. In vulgarâ habetur *acepit autem Amram*
in uxorem Iochabed patruellem suum, & Hellenistis ea appellatur *θυ-*
γατὴ τὸν ἀδελφὸν τὸν πατέρος αὐτοῦ filia patris sui. Certè etiam *דוד*
pro patrui uxore alibi sumitur, & pro uxore sive avunculi (in vulga-^m *Lev. 18.14.*
taⁿ) sive patrui, quæ generatim est *Γυγκῆν* Hellenistis. Sed loco de^p *ibid. 20.20.*
Amramo adducto, amitam, seu patris sororem, vocabulo illo deno-
tari, non modò evincit ipsa genealogia sacra, sed consentiunt versio-
nes Orientales. Onkelos expressè *תְּהִלָּת אֲבֹהָה* *sororem patris suis.* Eodem sensu habet Pseudouzielides *חַבּוּכְתִּיה* idem seu amitam so-
nans, & Arabica rām Judæorum Mauritanensiū quam Saadiæ versio
عَيْن aliud non significans, & Tawasii Persica, ex eodem factum,
عَيْن. Judæi item Hispanenses, *suī tīa.* Atque ita expressè volunt^q ^r*Glos. ad*
Talmud. 100. Talmudici. Binorum etiam fratrum cognitionem liquet non obsti-
tisse in hoc intervallo, quo minus, mortuo alterutro, uxori ejus super-^s*Sanhedrin*
fili conjungeretur. Exemplum, nec sine juris testatione, habetur ^t*c. 1. fol. 58b.*
in *Judee filius*^u *ejusque nūru Thamar.* Cum autem Jacobo uxores^v *Genes. 38.3.*
sūxæ

^{Exod. 36. 2.} suæ patruelæ essent, qualis etiam ^{et} Elatæ Basematha uxor ejus ^{et} Iacæ filia, & Rebecca ab Isaaco, unico gradu, longius distaret, nec Loti ex conjugio cum filiabus esset concubitus; aliud quod huc spectet, ex sacris Ebræorum monumentis observari, puto, nequit, nisi

^{Levit. 18. 15.} illud de Juda & Thamar, quæ cum nurus ejus esset, ex Mosaica lege ^{et} plane fuisset ei ob filii cognitionem, interdicta, velis ad hanc rem attinere. Nam & hosce sunt apud Ebræos qui matrimonio conjunctos fuisse volunt, idque divinitus seu ex voce è cœlo in honorem Messiae parentum delapsâ, dum in iudicio ipse in eam, veluti flagitii ream (quæ dære plura, ubi de poenis Noachidarum libro septimo agitur) sententiam erat latus. Et quod habetur in Scriptura ^{וְלֹא יָסַף עוֹד לְדִעָתָה}

^{Genes. 38. 26.} quod ab interpretibus ferè vertitur, & non adjecit ultra cognoscere eam, seu quod idem est, ultra non cognovis eam, id accipi volunt aliqui pro eo quod contrarium est, Non cessavit cognoscere eam, id est, redetecta, non abstinuit ab ejus concubitu. Ceterè verbum id ^{וְ} quod plerunque adjicere sonat, etiam cessare aut abstinere alibi interpretatur. Moses de LXX senioribus Mosi adsci-

^{Num. 11. 25.} tis (unde confessus magnus natus est;) & ^{וְ} factum est, cum requiesceret spiritus super eos, prophetaverunt וְלֹא יָסַף ^{וְ} quod in vulgata est, nec ultra cessaverunt, id est, ^{וְ} פָּסָד ^{וְ} (ut tam Onkelos, quam Psal- douzielides ibi) tametsi & eo in loco Hellenistæ habeant ^{וְ} כָּאֵן ^{וְ} תְּגַדֵּל ^{וְ} non ultra adjecerunt, quemadmodum etiam intelligunt ferè Ebræi. Quin ad verba illa de Juda, Rabbi Bechai ^{וְ}, וְלֹא יָסַף ^{וְ}

^{Sept. Si- phri apud Sal. Iarch. ibid.} וְרַדְעָתָה אַחֲרֶ שְׁקָיָם הַמִּצְוָה אַעֲפֵי טְחִיזָה מִוּתָה לֹו כָּל יְמֵינוֹ וּבוֹנָתָה הַאמְדָּר וְלֹא יָסַף עוֹד לְדִעָתָה וְהָא פָּסָק שְׁמוֹתָת הַיָּא ^{וְ} לֹו וְאַתָּה הַקְנָנוּ ^{וְ}

^{Ad Bere- sib. fol. 51b.} Et non adjecit ultra cognoscere eam, scilicet postquam perimpleverat mandatum [de multiplicatione generis humani] tam- de hoc loco, et si ipsa ei esset licita omnibus diebus suis. Etiam ^{וְ} qui locum illum

^{R. Isaac A- barbinel ad Beresith fol. tam.} sumit pro eo quod est & non cessavit sensus ejus est, eam fuisse ei lici- Beresith fol. tam, utpote uxorem divinitus acquisitam. Etiam in Christianis

^{104. col. 4.} sunt, qui horum nuptiis heic ad stipulantur. Paulus de Abbatia Pol-

^{In Theodo- licinii, Calmaldulensis, I. U. D. Congregationis sacræ Eremi Abbas- rū Thamar, olim generalis, in hoc mysterio, inquit ^t, necesse erat, ut Iudas volun- pag. 145. ^o turie corrigeret seu expelleret motum illum deformem, qui fuis per}

^{151.} concu-

unexplicentiam carnis, cum altero motu honesto, hoc est, per Matrimonium sanctum, ut esset Thamar Nurus Iude (pro solatio tristitia sua quam habuit) Mater honorificata in eternum. Et paulo post, Itaque personissimum Nobis est, quod eadem hora, quam Mulier accessita comparuit ad Tribunal, despontaverit eam sibi Iudas, instigante Deo, perinde ac si torqueretur anxietate expellere pudorem. Nuptias autem ejusmodi, Legibus Mosaicis non consonas, licitas aiunt^u, eo quod ^{Gloss. Tad-}
 initia sunt תְּרוּת קָדְםָא לְפָנֶיךָ Lex traderetur. Noachi uxori, ^{modic. iur.}
 tametsi in Scriptura sacra minimè nominatur, nec quemnam virum ^{Sanhedrin}
 consanguinitate coatingeret in compertum est, traditio tamen a ^{fol. 58b. R. I.}
 pod Ebraeos habetur, eam fuisse Noemam Lamechi Adæ, in Caini ^{Sac. Abarbi-}
 posteris, trinepotis filiam^x, adeoque à Noacho, qui ab Ada in poste- ^{nel. ad Vai-}
 ris Sethi nonus est, gradu nono, juxta calculum juris Pontificii, di- ^{cra fol. 255.}
 stisse. R. Abba Bar Kohena^y, נָעָמָה אַתָּה שֶׁל נָחֶם ^{In Beresith}
 uxori erat Noachi. De ea, quam diximus, diserte loquitur. Memo- ^{Rabba pa-}
 ratur etiam Barthenos^z, pro Noachi uxore. Sed vero & nomen & ^{inde Sal. Iar-}
 cognitionem aliam omnino ejus uxoris habet Saidus Batricides, ^{chim ad Ge-}
 aliquoties ante laudatus, Patriarcha Alexandrinus, uti & conjugum ^{nef. 4. 22.}
 trium ejus filiorum. Duxisse is scribit, ex Apocryphis Orientalium ^{Apud Epি-}
 monumentis, Noachum Hacalam filiam & Namusa, qui ei est filius.^{26.} ^{phus. herof.}

Enochi, proavi Noachi, atque hanc ipsam fuisse, quæcum eo in Ar-
 cam est ingressa; filiam nempe patri ejus magni atque ita tertio,
 ab eo, gradu dissitam. Enoch hic is ipse est, (quod obiter notari non
 dispiceat) qui Arabibus أَدْرِيس nuncupatur, nec semel in

واخْرُ في الْكِتَبِ أَدْرِيس أَنَّهُ Alcorano eò nomine memoratus

لَكَانَ صَدِيقًا نَبِيًّا وَرَفِعَنَا مَكَانًا كَمَا memor^a est in hoc libro. ^{Arab. 19.}
 Aideriss, quoniam erat propheta veridicus, & cum nos in locum ex- ^{Arab. 29. Lat.}
 celsum elevavimus. Alibi item^b, ut Azoara jam dicta, Ismael & Ai- ^{Arab. 21.}
 dris conjunguntur. Atque ad verba illa Alcorani Mahumed Ben ^{Arab. 31. Lat.}


هُوَ جَدُّ أَبِي نُوحٍ هُوَ حَيٌّ فِي السَّمَاءِ الْمُبَارَّةِ

وَقَتِيلُ الْمُلْكَوَاتِ hic annuerat pater Noachi (scilicet Noa-

chi proavus) & vivit in cælo quarto seu, ut volunt alii, in sexto aut septimo. In Latinis codicibus editis alter Alcorani locus perperam habet *Hesoram*, alter *Hesdram*. Nec melius Italus ille Arrivabenius, qui Latinam Retinensis versionem quoties secutus non est, pejorem multò Italicè substituit, nec Arabici codicis ope, contra quam jaſta, usus esse videtur. Sed in manuscriptis Latinis locus uterque habet Hesdram pro Aiderisio. Scriptor item Christianus ille Saidas Batricides;

في ثالث عشر سنة من حياة كامح أصطبغي الله
اختوبنخ ورقة إليه والعرب تسميه أديس

anno XIII etatis La-



Prom. ad

Tarik Regg.

Perf. pag. 24.

orientalium quod vulgavit Guilielmus Schikardus^c. Sed ut ad uxores Noachi & filiorum ejus revertamur; Saidus ille ex Orientalium

^d*In Antiquitatibus Biblicis Vide de* traditionibus, filiorum ejus, ait, singulos Methusalæ filias, nempe a mitas suas magnas, ut ex superiori stemmate (ab eo quod in Pseudo- usorum ha- philone d habetur satis diverso) liquet in uxores cepisse. Semum rum nomini- buis addit. ad Talitham seu Talibam, Chamum Nachilatham seu Tachilatham Petr. comest. (nam utroque modo scribuntur) Japhetum Arlisisiæ, quæ & Dalf. Hist. Schol. N. b. l. cap. 33. fisia exaratur. Verba ejus sunt, ubi de tempore Diluvium proxime

præc-

وامسيق في الجليل القدس الا انونخ وحدد precedente loquitur
ومراته اسمها هديل اذنه ذات موسى ابن اخونخ وثلاث اولاده
سيم وحام ويافت قثلاث نسوه لهم وهم من بنات ماتوشالخ
فاسم امرات سيم صليت باسم امرات حام، نحلت باسم امرات
تحلت يافت ارسلسية فلما كثر الفساد في الماء صر اختلط اولاد
شيت باولاده قابين العين وعملوا المعاصي ولستعملوا العصى
صلب ^{Exemplari in Gestis Ios.} ^{Tachilatha legitur pro demis ux-}
^{ore} ^{Taliba, uti} ^{Eprolaphetis}
prater Noachium solum & uxorem ejus, cui nomen erat Hacala filia ^{Dalmatis} ^{Dalmatis.}
Namus filii Enochii, & tres filios ejus Sem, Cham & Iaphet, & tres
eorum uxores, que erant ex filiabus Methusale. Nomen vero uxoris
Sem erat Talitha. Nomen uxor Cham Nachilatha, & demum
Iaphethi Alissia. Et postquam scelerata crevere in Terris, commis-
cantur posteri Seth cum posteris Cain maledicti, impia facinora com-
mittentes; atque adeo libidini consuecebant, ut ad eam explen-
dam se toros devoverent. Ita ille octo personae tantum in arca silvas
facit; quem numerum habet itidem sacra scriptura^f. Sed sunt et-
iam inter Christianos Orientis qui numerum illum auxerunt, veluti ^{D. Petrus}
Constantinus Manasses^g, cui non solum ipse Noachus uxor, filii tres, ^{1. epist. 3. 20.}
totidemque auris, verum etiam νύμφαι Θυγατρέων generi, adeoque ^{& Genes. 7.}
puto filiae, in arca navigarunt. Quin Mahomedanis nonnullis com-^{Gode Syr. in}
citat. ^{loc. D. Petrus}
mentum est fuisse <sup>In Annali-
bus.</sup> في السعنة ثمانيه وسبعين نصفهم رجال

in arca personas LXXVIII quarum pars altera viri,
altera femina, ut legitur in Achimetiis paraphrasi in Aleoranum,
qui etiam interdum ^b numero rotundo eos fuisse ait octoginta; atq; ^b A. A. Zor. r.
corum alii aliter. Sed adeo tenaces fuere in Oriente ac sibi certi de
numero heic octonario tam Mahomedani aliquotⁱ, quam Christiani,
ut disertè scribant Noachum sociosque in arca inde egredios ur-
bem extruxisse eamq; nominasse ⁱⁿ علد بن زهير ^{عل} Tz hema. lib. 1. pag. 142
Almacinum apud Abuzafar in Hisp. or. Sa-
racenic. spud

nin (quasi dicas Octonarium) juxta sui numerum, ut scribit Saidus Batricides qui rem ita explicat *أيْ نَخْنُ ثَمَانِيَّهٗ نَغْسٌ* ac si dixissent (eo in nomine) nos anima *أَوْ* persona sumus octo. Quoniam verò *ثَمَانِيَّهٗ* octoginta quidem in numerorum ordine etiam denotat, ideo puto Mahumedanos aliquot ex vocabulo, quod nomen factum erat urbi proprium, ut octonarium personarum numerum designaret (uti expressim Batricides, cui octo itidem numerantur) numerum octogenarium perperam confecisse. Quod verò, ut in callem redeamus, ad nefariam illius ævi libidinem attinet (de quam jam antè Batricides) sanè Ebræorum aliqui illam signantiūs, quam aliud aliquod flagitium denotari volunt à Mose, ubi causas innuit, ob

^{* Sal. Iarchi-}
^{** ad Genes.}
6.2. *quas diluvio genus ferè humanum puniebatur, & tām spurcissimam pæderastiam* ^k atque bestiarum concubitus, quam illicitos fœminarum, in iis locum habuisse primarium. Et Rabbi Ismael ad illud,

^{1 Genes. 6.12.} *כל מקומות* ^{טנאמר} השחתה אינו אלא דבר ערוה ועוז דבר ערוה טן כי הטהירות

^{* In Gem.} ⁷ *כל בשר את דרכו עז דכתיב פן תשחיתו ועשיתם גז'*
^{Bab. 10. San-}
^{hedrin cap.} *cabulum Hashchatha pro corruptela [hominum] usurpatetur, aut*
^{7. fol. 57 a.} *rem Turpitudinis (id est, nefarios concubitus) aut cultum extraneum*
^{adde Iarch.} *ferè significat. Rem Turpitudinis, ubi dicitur, quoniam omnis caro*

^{12. Et vaicra corruperat viam suam; Cultum extraneum, ubi dicitur} ⁿ, *ne ipsos Rabba pa-*
^{rash. 22. Et vos corruptus, & faciatis vobis sculptile &c. Sed verò horren-}

^{R. Elazar} *dum illud concubitus masculi scelus initia habuisse aiunt Mahume-*
^{Pitke cap. 22.} *dani post Diluvium seu Loti tempore cuius uti & Sodomæ notissima*
^{Et 23.} *est è sacræ historia. Non semel memoratur in Alcorano, Lotum*

^{Densitron.} *Sodomitas increpuisse, sceleris hujus incusasse, atque adjecisse*

^{4.16.} *ما يُعْكِم بِهَا مِنْ أَهْدِي مِنَ الْعَالَمِينَ non præcessit vos in eo*

^{A. 7. Arab. 17.} *الْأَنْسُ وَالْجِنُ quisquam è seculis, quod interpretatur Achmetides per*

^{Arab. 39.} *neque ex hominibus neque ex diabolis, unde in Latino codice di-*

citur scelus à nemine, & nusquam ante perpetratum. Sed verò

quid in moribus Mahomedanorum de hoc scelerereperiatur, docet

Guiliel-


Guilielmus Postellus P. Quod autem ad locum è Genesi citatum attinet, præter carnis corruptionem, quâ illicitos ibi concubitus innui volunt, memoratur etiam Magistris causa altera, quæ **תְּמִימָה** dicitur, id est, rapina, concussions, injustitia (nam & **אֲדֻמָּא** vertunt Hellenistæ) particularis. Repleta <sup>P. Lib. 2. de
Orbis concor-
dia pag. 179.</sup> est terra **injustitia**; quod de Judicum ^{Genes. 6. 13.} atque eorum, qui, in judicis, rebus præterant repetundarum criminis rei, pravitate maximè vult intelligi Salomon Jarchius. Explicat tantum per נַדְּגָתָן אֶלְּאֵל הַגּוֹל **Minime absolveba-**
tur decretum Iudicis, nisi per concussionem, sive extorto munere. Sed aliis <sup>I. Sam. Abra-
ham in Pi-
rush hatorah
fol. 43. col. 1.</sup> **הַיּוֹת נָרָא בְּפָסֹק כִּי לְהַזְּרִת סָגוּן הַעֲנוּת טַנִּיכָּת מֵה שְׁבִין אָדָם,**
Terræ intelligendus videtur de binis illis iniquitatum generibus fol. 18. col. 4. summis, quorum alterum est inter hominem & proximum suum, alterum inter hominem & Deum.

C A P. X.

Quomodo Cognitionis atque Affinitatis gradus, quâ amplexibus conjugalibus sive ^{na-}
à primi & terum initii sive ex lege in Levitico tradita, fuerint impedimenta,
final intelligent Ebrai.

Postulat instituti ratio demum tam de primævis illis interdictis Sex, nomine גָּלוּי וְרוּחוֹת seu Revelationis Turpitudinum, id est, Incestus denotatis, quam de ceteris id genus in Levitico lege Mosaica adjectis, nec diverso nomine à Talmudicis denotari solitis, quâcis legem illam ad Noahidas seu Gentiles juxta Magistrorum mentem, spectarunt, porrò videamus. Adeo ut satis explicetur tum quomodo illa post legem Mosaiicam eis sint intellecta, tum quali, ad ea observanda, obligatio ne Noachidæ ad eorum mentem fuerint obstricti. Quod ad Primum attinet; utriusque generis commissio, in qua etiam primævorum instauratio habetur, ita suprà designatur, ut eorum simul numerus, quemadmodum in titulo Talmudico *Cerithoth* simul & Magistrorum explicationibus occurrit, fiat viginti sex. Bestiæ verò, masculi & mensibus laborantis concubitum qui in recensione illa locos occupat sex (id est iv, v, vi. xxiv, xxv, xxvi.) libenter heic præ-

termittimus ; uti etiam Alienam Uxorem. Nam & de ea, quatenus ad Noachidas attinet , & non, sine concubitu consensum in vita communionem in sequente, rite ex jam dicto Noachidatum seu Gentium Naturali jure conjungitur (etenim ex Jure Israelitico , seu Ebraeorum civili, Consensum seu Sponsalia tantum de praesenti, sufficere volunt, quod alibi fusiis ostendimus) anteà satis locuti sumus. Sororis item nomine tam Germana quam Uterina pariter intelligenda. Demptis igitur sic octo , restant in superiori Designatione octodecim Personæ sive ob Cognitionem sive ob Affinitatem diversis verbis interdictæ ; ita tamen ut in numero ejusce designationis septimo, ubi Matris & filia concubitus generatim interdicitur , octo simul videntur , partim ex ipso legi sermone , partim ex interpretatione sermonis Legis enara. Ex ipso Legi sermone adiciuntur ibi quinque, Neptis ex filio, Neptis ex filia, Privigni Filia, Filia Privignæ & Socrus. Ex interpretatione tres Filia & Proscrus utraque, scilicet uxoris avia tam paterna quam materna Universas schemata exhibemus.



Mosem heic, Zipporæ maritum, Octodecim foeminæ (quarum quindecim disertis verbis in Lege memoratae literis majusculis denotantur) nominibus quibus, sive affinitatis sive consanguinitatis eum contingunt, designatae respiciunt. Filiâ, ex argumento וּמָר לְפָנָי et minori ad majus, adiectâ, & utraque prosocru ex ipsa ratione qua privigni & privignæ filiæ seu uxoris ex filio & filia neptes. Scilicet ut haec descendendo, non ducendæ sunt, ira nec ascendendo alterutra prosocruum, quibus nimisrum uxor neptis est. Hasce omnes & ex lege solas hasce Mosi, verbi gratia, interdici volunt, aliis non paucis tamen, quas נִזְנִית seu secundariæ appellant, ex majorum instituto seu civili apud ipsos adiectis, de quibus, suo loco¹. De hisce etiam pronuntiata aliquot habent, heic minimè negligenda, ea que vi ac sensu Legis subnixa. Nurum, Fratrem, Patrum Uxorem (scilicet patris fratris germani, non tantum uterini; nam ea in Secundariis recentetur, ut videre est in libris de Nuptiis) nedum Novercam & Matrem, etiam repudiatas² interdici; etiam viris superstites; extra quam ubi frater demoritur, liberis non relictis. Tunc enim iure singulari fratri superstite fratria apud eos ducebatur. Quod vero ad fratrem & sororem attinet, eandem aiunt esse rationem fratribus ex stupro seu adulterio ab alterutro parente suscepti, & ejus qui thoro natus est legitimo; ut etiam sororis. Et quod de sorore habent, ex verbis illis Mosis, Quae³ nata est domi aut genita est foris, eliciunt. Tantundem habent de Amira & Materterâ; diversum non esse, sive ex Nuptiis sive ex stupro seu adulterio alterutrius parentis prognatae fuerit; modò eo naturalis sanguinis genere, eum de cajus nuptiis quartitur, contingant. Itidem aiunt de Filia⁴ sive ex uxore ante nuptias sive aliunde, ex stupro aut adulterio, genita. Sex item uxoris consanguinearum aliquam, sive Socrum scilicet seu uxoris matrem, sive aviam ejus sive paternam sive maternam, id est, alterutram inschemate Prosocrum, Privignam, aut hujus, aut Privigni Filiam, nec superinducere, nec uxore mortuâ, nedum repudiata, ducere fas esse volunt; nec demùm septimam, Uxoris nempe Sororem sive Uterinam sive Germanam, dum illa superstes, tametsi fuerit⁵ repudiata. Nam de uxoris sorore, jam demortua, nunquam dubitarunt; cum verba

¹ Exoris E-
braica seu de
Nupissis E-
braorum, lib.
1. cap. 2.

¹ Maimonid.
balach. Ifuri
Bia c. 2. Ge-
mar. Babyl-
lon. ad 185.
Sanhedrin c.
7. fol. 54 a ad
Misra. 1st. Ia-
bimoth cap.
3. in Talmud.
Babyl. f. 32 a.

² *Cimarron Bab
aditis. Mac-
coth cap. 1.
fol. 5 b. &
Muimmonid.
balach. Ituri
Bia cap. 2.*

¹ Le&it. 18.9.
² Misn. G
Gemar. Ben-
byl. sss. San-
hedrin cap. 8.
fol. 75 a. Ma-
monid. bat.
Iluri Bia cap.

^{2.}
³ *Salmess*
Iarchis ad Le-
Gis. 18. 18. &
Maimonid.
halach. Isuri
Bia cap. 2.

^b L. 18. verba legis de uxore ^b sint, dum ipsa adhuc vivit. De hisce autem Septem foeminis ita in schemate Zipporæ (quam innuptam nunc fingas) sanguine conjunctis, simul receptissimum est; interdictum de revelatione earum turpitudinis, seu alicuius earum concubitu, quæ matrimonio impedimentum esse possit intelligi, ad tempus, quod matrimonium præcedit, non omnino attinere, sed ipsis Legis utro-
^c L. 18. ^c לֹא תַּקְהֵה לְשׁוֹן non accipies, haberis interpretatio-
^{17. G. 18. G.} nem ex captione alterius earum in matrimonium; nimis neque ex earum alicuius concubitu citra matrimonium, Zipporæ & Viri concubentis matrimonium impediri, neque ex Zipporæ citra ma-
^d Sie cap. 5. triplex cognationis 35. q. 2. tronum concubitu, earum aliquam atque concubentis impedi-
^e gradibus coniunctam in uxorem ducere, veluti publicæ honestatis ju-
^f 1. de coqu. stitiae causâ. Ita tamen illicitum, ut verberum poenam subiret, qui
^g cognovit Con-
^h fangueam
ⁱ uxoris sue
^j Vel sponsa:
^k Halach. Ifu-
^l ri Bia cap. 2.
^m G. Estr. Misra.
ⁿ Gemar. Bab. sit.
^o Iabi-
^p moth cap. 2.
^q fol. 25.
^r fol. 26.
^s cap. 11.
^t fol. 77. a.
^u עליון עלייו קרובותיה טהן השבע נשים שאמרנו אבל הכתמים אסרו
^v ולמי שנגף עט איש לאשה לשואה אחת מז השבע נשים קרובותיה כל ומון צי מיש.
^w שהונה קימות מפני טזהונה באה לקרוותיה לבקר אותן וזה מות יתיר.
^x פשה ולבו גס בה ויבא לידי עבירה שיבול העורה ולא עוד אלא אםלו.
^y שען על איש הרוי זה לא ישא אחרת מקרוותיה עד שחמות זו שנטען צי
^z עליה ואם ננס הקrhoבה שזונה עט קרוותיה לא יציא: מ' טנטען צי
^{aa} על עורה או שזאה לו שט רע עמה לא ירד עמה במבו' אחד ולא
^{bb} דיא באותה שכונה ומעטה באחד טהו מרנני אחורי עט חמותו והכו
^{cc} אשוט הכתמים מכרות מרדות מפני שעבר על פתח ביתה: הבא על איש
^{dd} ונתה דרך גנות או על איש ואחותה וכייצא בהן הרוי זה כמי טבאג על
^{ee} שט נשים נכריות שאין גשות עורה זו עט וז אללא נישואין לא בתנות
^{ff} הרוי זו מותחת לו ושאנה טלא נאמר אלא אשות ואין כאן אשות אבוי
^{gg} וכן בנו או אבוי או בנו או אחיו או אח' אבוי איש או פיתה אותה
^{hh} מותר לאותם לישא אישת בן אחיו ונוטאת ארם איש ובת אחותה או
ⁱⁱ בת אחיה נאות ומאות הכתמים שישא ארם בת אחיה והוא גדי' לנתן

לְבַת אֲחִיו שָׁנָאָמֵר וּמְבָטָרֶךָ לְאַתָּה
סִפְרָאָרָת Si stupraveris quis fæmina-
 non adeò (ex Lege) interdictur ei aliqua fæmina illius consan-
 guinea, ex septem iani dictis. Ceterum ex sapientum statuto, interdi-
 citur stupratori, seu adultero ducere in uxorem aliquam ita adultere
 se stuprata conjunctam, quamdiu ipsa adultera seu stuprata super-
 fies fuerit. Ratio est, ne cum adultera aut stuprata consanguineam,
 ut fieri amat, inviserit, maritus ei congressus & amore denuò captus
 incestum committat. Quin & qui merito suspectus est, etiam con-
 sanguinearum ejus, cuius nomine suspectus est, jam dictarum quilibet
 illicita est, quamdiu illa vixerit. Ceterum si quis duxerit stupratam
 cum consanguineis ejus, necesse non est ut eam repudiet. Vbi quis
 merito de Incestu suspectus est, seu famâ laborat publicâ, cavendum ei
 est, ne cum ea, cuius nomine est suspectus, alicubi introeat, aut in eius
 dem adibus visatur. Et de hac re Decisio comperitur. Erat, qui cum
 nomine Socrus, passim in ore populi famâ laborabat publicâ, juxta
 eum illius ostium transiret. Ex sententia Sapientum verberibus,
 que in eos, qui maiorum institutis ultrò adversabantur, infligenda
 sunt, puniebatur. Vbi quis concubuit cum fæmina & filia ejus ut
 stuprator seu adulter, seu cum fæmina & sorore sua, aut cum id genus
 esset, hoc non aliud est ac si quis concubaret cum binis quibuscumque
 fæminis invicem extraneis. Scilicet fæmina non faciunt in-
 vicem ut incestus sit nisi tantum ex alterius matrimonio, non ex stu-
 pro seu adulterio. Similiter si cuiusquam pater, aut filius, aut frater, aut
 patruus fæminam sive visive illecebris compresserit, ei illa ritè nihil
 ominus in uxorem duci potest. Nimis Lex de eorum uxoribus heic
 tantum loquitur. Si pater cuiuspiam aut filius uxorem duxerit, ipse
 sive matrem ejus sive filiam ducere fas est, ut ostendimus. Fas etiam
 est cuique ducere in uxorem eam, qua fuerat uxor nepotis ex fratre;
 ut etiam fæminam simul cum nepte sive ex sorore ejus sive ex fratre.
 Et in monitu sapientum habetur, ut in uxorem ducat quis ante alias ^{Vide finis Ge-}
^{neptem ex sorore seu (nam idem est jus) ex fratre neptem, juxta id mar. Baby-}
^{lon. ad tit. quod dicitur;} *A carne tua ne te abscondas.* Afferunt etiam in-
^{Iacobimoth c.} terdictorum de conjunctionibus incestis, rationes; Alteram, ne, si 6. fol. 62b.
^{lxx. ult.} libera forent erga foeminas interdictas, ut erga ceteras, vota conju- ^{Isaia 58.7.}

galia, ex futuri matrimonii sive spe sive obtensiū, facilius explenda, in
^{¶ M. f. s. Mai- monsd. More Nebochim t. 3. cap. 49 l-} familiarum fraudem, libidinis ansa^h præhenderetur; quum scilicet personæ interdictæ cum viro cui interdicuntur sive ob consanguinitatem sive ob affinitatem, in eisdem simul ædibus plerunque soleant commorari. Cujus generis est etiam illa, ne frequenti tam propinquarum, ut fieri amat, emulationeⁱ Larcs inquietarentur. Akeram, 353. col. 2. ¶ 3.
^{¶ R. Cappi, in cist. A- berlini lo. 3. col. 3-} על שרט זענה שיבעל כהן ארץ חבריו ואן הפרש בין טיבעול nides, Et Radix אֶתְחָרֵשׁ אוֹ הַעֲנָה אוֹ שִׁתְקָבֵצּוֹ שְׁרָט וְעֲנָה בְּבָעֵיל גּוֹשֵׁלִישׁ, Ramum ducat, aut Ramus Radicem. Neque discriminem est, sive quis Radicem sive Ramum ducat, sive conjugantur Radix & Ramus se-
^{¶ R. Beckai convenienter extertii alicujus connubio. Et ad hanc attinet triplex ad Vaicra f. illa nonnullorum Distinctio קְרוּבָה & seu propinquitatis. Aliam esse}
^{¶ 3. col. 3-} טלא הירנה שם קרוובה מעולם שלא אַתְּ וּבָי inter personas distantia seu divisio omnino pro nulla habita est; aliana קְרוּבִים בְּשֶׁאָר בְּשֶׁאָר נְפָרִדיםּ Propinqui sanguine con- juncti, sed non ita diu antedisjuncti. Primum genus fuisse aiunt inter Adamum & filias ejus atque hasce & ejusdem filios, velut inter radicem & germina pullulantia atque inter ipsa invicem germina nondum in ramos diffusa. Hie licet conjunctiones matrimoniales qualeuscunque fieri, tum ob propagationis necessitatem, tum ob ipsam, velut in creatione, unionem. Atque hoc genus, pro diversitate proxime insequentium seculorum morum, ut ad conjunctiones etiam alias quam Legē permittuntur Mosaicā, eis in seculis habitas, secundum ingenium Kabbiricum attineat, necessum est. Secundi generis propinquitatem volunt haberi in iis, qui à parentibus non aliter gradibus aliquot disjunguntur ac rami à truncō præcisi, & sive per incisionem sive per plantationem aliò atque aliò traduci. Et de horum conjunctionibus non dubitandum. Tertium denique genus, in eis esse quorum conjunctiones in Legē Mosaica prohibentur; velut in ramis qui satis diffusi nec in radicem retoquendi nec invicem implicandi sunt, sed aliò, ut inserantur plantenturve, traducendi. Et in hujusmodiationibus pronuntiare interdum audent, etc.

effe טעם הפרשה באסור הערויין *Causam perioche illius Legis, ubi concubitus incesti verantur.* Sed de hisce non disputamus nos; nec an melius ii, qui quatuor humores & quatuor elementa adducunt ad quartum in conjugii gradum adstruendum, aut, sex etates mundi, ad sextum. Alii graviori cum judicio hanc rem tractant, quos consulat, si placet, lector. Sed de Incesti interdictis, disertè Rabbi Menahem Racanatensis; טעם איסור העיריות לבעל הקבלה נז. *Quod ad Rationem astinet interdictorum Incesti;* Magistri traditionum de ea nihil certi acceperunt; tametsi etiam eas, quasjam memoravimus, non intactas relinquat, velut Magistrorum commenta eas interim subjiciens.

Concil. Lateran. sub I. m. eccl. 3. extr. c. 8. non debet iste de con- fang. Et Af- finitate.

D. Augu- stinus de Co- sistorio Dei, lib. 15. cap. 16.

Albertus Ge- rulus de Na- prius lib. 5. c. 7. Et seqq.

Hugo Gro- sius de Iure

Pacis ac Bel- li lib. 2. cap. 3.

g. 12. Et c.

CAP. XI.

Quomodo & unde velint Ebrei, Gentiles, & Quales, legibus de Incestu in Levitico latissim contineri. Obiter tum Orientalium tum Occidentalium veterum, Christianorum, Mahomedanorum, circa Consanguineorum conjugia Mores & Sunt.

NT, qua ratione tradunt Ebri leges de Incestu in Levitico latissim ad Gentiles ullatenus spectare, ritè intelligamus, animadvertenda sunt in primis verba tamquam præcedunt, quamquam quæ inseguuntur interdictorum ibi enumerationem. Præfatio ita se habet, *Loquere ad filios Israel & dices ad eos, ego sum Dominus Deus vester.* במעשיך In factum (Hellenistæ καὶ Ἑλληνοὶ μετὰ Secundum instituta; & Vulgata, juxta consuetudinem) terra Aegypti in qua habitastis, non facietis, & juxta factum regionis Canaan, in quam ego vos introduco, non agetis, neque in חוקותך in legitimis corum ambulabitis. Iudicia mea & legitima mea (id est, præcepta seu τεωρία γματα mea; eodem vocabulo heic usurpatum, quod ante pro legitimis Canaanorum) observabitis, & in eis ambulabitis. Ego sum Dominus Deus vester. Custodietis igitur Legitima mea & Iudicia mea, quæ faciens homo vivet in eis. Ego dominus. *אֶל כָל שָׂאֵב תְּהִלָּתָךְ אַתָּה וְאַתָּה כָּל-הָמֹן, homo, homo,* id est, unusquisque hominum ad proximam seu

propinquam Carnis sua non accedat, nimirum nemo hominum accedat, ut revelet turpitudinem ejus. Dein sequuntur interdicta, quæ tam ad ceteros concubitus nefarios, quam ad propinquarum incela & ad Molochi sacrificia attinent. Quibus absolutis subjungitur, Nec polluamini in omnibus istis. Nam in omnibus istis polluta sunt gentes, quas ego emittam à facie vestra. Et polluta est Terra, & visitabo iniquitatem ejus super eam, & evomeret habitatores suos. Vos igitur custodietis legitimam meam & iudiciam meam, & non facietis [aliquam] ex omnibus abominationibus istis, nec indigena nec peregrinus (seu Proselytus) qui peregrinatur inter vos. Quoniam omnes abominationes istas fecerunt homines terra, qui fuerunt ante vos, & polluta est terra. Et non evomeret terra vos, si pollueritis eam, sicut evomuit gentem, quæ fuit ante vos? Quoniam quicunque fecerit de omnibus abominationibus istis [aliquam] excidentur (nimirum נכוון anima & sic facientes è mediopopulis sui. Observabitis igitur quod observandum præcepi, nefaciatis [aliquid] ex legiimis illis abominationibus quæ facta sunt ante vos, nec in eis polluamini. Ego Dominus vobis reddam Deus vester. Ex recepta à majoribus sententia & illo locutione habetur in Pesikha Zohar fol. 57b. unde natus Deus vester. Ex recepta à majoribus sententia & illo locutione habetur in Pesikha Zohar fol. 23. non solum se ipsos sed etiam Gentiles præceptis ibi de Incestu obsecrat. Sepher stringi. Magistri sapientis P; Siphra col. 3. non ē�ת אִישׁ לְאִישׁ וּמֵאִישׁ nemo omnino hominum &c. Vultנו רבנן איש מה תָּל אִישׁ אִישׁ לְרֹבּוֹת אֶת שְׂמֹחָה יְשָׁרָאֵל הדויים טהירין על העניות כישראל Tradunt Rabbini. Homo ibi 173. alibi.

¶ Adit. Sanhedrin cap. 7. Christianos quid? Sensus est ejusmodi, ut homo homo dicatur (id est nemo homo hoc de re 61- num non &c.) ideo ut etiam Gentiles comprehendantur, qui tam de Alphonsum à Gera incestu præmonerentur, quam Israelite. Et Magistri Hierosolymitani crucis spec. ni מֵה תָּלְמוֹד לֹומר איש אלְאָה להביא את הגויים שבאו ג' Conjugal. part. 2. artic. 25. עַל עֲרוּיוֹת הָאָמוֹת שְׁדִינָנו כְּדִינֵי הָאָמוֹת וְאַם בא על עֲרוּיוֹת יְשָׁרָאֵל &c. Quid homo? sensus est ejusmodi ut homo

Gemar. Hinc homo dicatur ad Gentiles etiam comprehendendos, ut ubi delitosolym. ad querint in leges suas (id est Noachidarum, seu universim antea prescritas; scriptas; de quibus supra) de incestu judicandi sint juxta judicia 58. sol. 2. ¶ 3. Gentilibus propria. Si vero in leges de Incestu Israelitis proprias, In Biur Vai-judicandi sint juxta Israelitarum judicia. Quin Rabbi Becchai, era. fol. 148. הדשו ר' במקצת סנהדרין איש אל כל שאר ברבות איש כר' טהיר

הנום טמזהרין על הערים כישראל וכן איש איש כי יקלל אלה
ויש איש אחר יתן מזרכו למולך לרבות הגום טמזהרין על ברמת
Docent illud homo homo ad aliquam propinquam sua
carnis &c. Rabbini nostri, pia memoria, in tractatu Sanhedrin
(loco jam indicato) *ideo habere & Homo iteratum, ut includerentur*
etiam Gentiles, qui de incestu tam premonisti quam Israelite. Eadem
loquendi formula usurpat eodem sensu alibi. Homo^t, Homo, qui^{Levit. 24.15.}
maledixerit (quicunque maledixerit) Deo suo; portabis peccatum
suum. Et homo^u, Homo, qui dederit ex semine suo Moloch &c.^{Levitic. 20.}
Scilicet ut comprehendenderentur item Gentiles. Qui interdicto qui-<sup>20. Vide-
dem tam de Maledictione Numinis, quam de Idololatria tenentur.</sup><sup>20. Vide-
fus supra lib.</sup>
Certe aliis in Levitico locis איש seu homo homo, id est, omnis^{262.}
homo, aliquoties occurrit. Sed aut diserta quæ adjunguntur verba,
aut ipsa, de qua agitur, res ad Israelitas tantum illis in locis attinere
eiusmodi locutionem indicat. Jam vero, id quod sic habent de
Gentilibus Legibus illis de incestu contentis, non eodem modo ab
omnibus video intellectum. Fuere enim qui omnimodum ince-
stum ibi memoratum Gentilibus (saltem qui ditionis Israelicæ),
inde interdici voluerint. Gemara Babylonia^x; ^{Adit. San-}
^{hedrin cap. 7}
תניא כדעתה דר^y; יוחנן כל ערוה שבד' ישראל ממיין עלייה בני נח מזורה עלייה אין בית^{fol. 57.b.}
רין של ישראל ממיין עלייה אין בן נח מזורה עלייה רמאייר וחכמים<sup>Vide sibglef-
sus.</sup>
אומרים הרבה עריות יש שאין בית דין של ישראל ממיין עלייה ובן נח
مزורה עלייה^{Traditur ex mente Rabbi Iochanan (quod & id ipsum}
alibi^z Rabbi Jose tribuitur) de omni incestu ob quem mors in foro^{Levit. Ha-}
Israelitico irroganda est, premoneri Gentiles (in Levitico scilicet)^{ero Polymita-}
de incestu vero cui Poena ejusmodi ibi non irrogatur, non premoneri^{nad ist. Is-}
Gentiles seu Noachidus. Sicutelut Rabbi Meir. Sed dixere sapien-^{bimoth cap.}
tes compluria esse incestus genera de quibus tametsi morte in foro Is-^{11. fol. 12. col.}
raelitico non puniantur, Noachida nihilominus pramonentur. Ni-
mirum, praeter illa sex antiquiora genera, morte puniri ex legi sacra^{Levit. 20.}
non pauca alia liquet^z. Ut concubitum Nurus, lapidatione; Pri-^{Maimonid.}
vignæ, & Neptis uxoris sive ex Filio sive ex Filia, Socrus matris, Ma-^{halach Iluri}
tris socii, Filiæ, Neptisque sive ex Filia sive ex Filio, vivicomburio.^{Blaea. 1. &}
Ceteris Excisionis Poena ut etiam omnibus, coelitus expectanda, non^{Mishna ist.}
Sanhedrin^{6.7.8. & 9.}

mortis, imminebat. Atqui, quicquid de Gentilibus ita præmonitis
hi tradunt, receptissima est, quantum video, penes Talmudicos sententia;
Gentiles in legibus illis de incestu sic tantum contineri, ut,
quoniam fuerit ex Jure Naturali sex incestus genera ipsis, id est, uni-
verso generi humano, antè interdicta, ut ostensum est, quæ simul
cum aliis jam Israelitatum gratiâ introducuntur, ideo
continerentur quidem, ratione jam memoratâ, Gentiles in le-
gum proœmio, sed non ut inde ad singulorum quæ sequuntur in-
cestus interdictorum observationem tenerentur, sed ad eorum tan-
tum quæ ex Jure suo seu Naturali etiam antè observanda. Adeout
quemadmodum Israelita quilibet Universis tenebatur, ita Gentilem
quemlibet ditionis Israeliticæ seu Proselytum quemlibet Domiciū
sex illis vetustioribus. Sic reddendo singula singulis rem capiunt.

^a Halach. Isu.
^b Biac. cap. 14. Unde & Maimonides^a de Jure quoad incestum, Noachidarum, et
iam post Legem Mosaicam, juxta receptam à majoribus sententiam;
הנִס אֵין אָסָרִים עַל הַמִּשְׁתָּוֹת עֲרוֹה אֶלְאָ אָמוֹן וְאַתָּה אָבִיו וְאַחֲרָתוֹ
פָּאָמוֹן וְאַשְׁתָּה אִישׁ וּזְכָרָן וּבְהָמָרָה כְּמוֹ שְׁנַתְבָּאָר בְּהַלְכָּות מִלְבָדִים
Gentilibus, nomine Tur-
pitudinis seu Incestus, interdictum duntaxat Mater, Patris uxoris,
Soror Vterina, Vxor aliena, Masculus & Bestia, quemadmodum ex-
pli catum est in tractatu de Regibus rebusque eorum bellicis. Reliqua
Incestus nomine interdicta eis permissa sunt, seu licita. Arque hoc
de revide plura libro septimo, ubi de Judiciis incestus & illiciti con-
cubitus, quatenus Jure Gentium canitebantur, agitur. Quod verò
legitur in posteriori illius Levitici periochæ parte Cananæos pollu-
tos esse in omnibus istis, & fecisse omnes istas Abominationes, id non
accipiunt (quod nec ferunt, quæ superiùs ostensa sunt) ac si omnia ibi
^b Isaac Abar-
banel in Pi-
rush hatho-
rafol. 355. col.
2. Et 4. adde
nonnullorum
opinione ab
abenezra
memoratas
ad Levit. 18.
prohibita adeò anteà illicita fuissent, ut nihil eorum non pollueret
Terram aut populum, aut non fuisset Abominatione ante prohibitio-
nem. Sed intelligunt^b de aliquot anteà illicitis iisque eorum quæ
ibiveturantur gravioribus, quibus se polluerant Cananæi, etiam & illis
quæ licita anteà, jam illicita Israelitis fiebant, consuescentes. Quo-
niam verò non solum his, sed illis etiam, quæ nec pauca erant, con-
suecebant, id est, omnibus ibi menaoratis, ideo in omnibus faciendis,
tam

tam illis quam his, pollui dicebantur. Illicita, quibus se ante poluerant, fuere, ut ex sacro liquet sermone, Idololatria, seu Molochi cultus, pæderastia, bestiarum concubitus, Adulterium, Matris, Novitatem ac sororis uterinæ incestus. Nam haec nunquam non illicita, modo uterinam sub ipsis rerum initiis sororem, de qua supra, excipiendas. Abominationes autem, id est חַנּוּכָה (quod & non nemo veterum Aspernamenta alibi translulit) vocantur non solum haec, sed etiam cetera ibi interdicta. Sed haec, quia nunquam non abominationes erant; Cetera, quia ex sacro Numinis interdicto jam nomen illud satis in duebant; non aliter ac in legibus de piscibus atque avibus aliquot & reptilibus à quibus Ebræis abstinentem erat, non semel adjicitur ^a נְאָזֶן יְרֵשׁ בְּדִלְעֵמָה ēsīr, abominatio est, & in lege, de bove aut pecore in quo macula aut vitium, non sacrificando, ^b כִּתְעֵבָה הַזֹּא בְּדִלְעֵמָה ēsīr quia abominatio est. Utrobiq; Abominationis nomen, non ex pristina natura rci, sed ex sanctissimi Legislatoris, eo interdictorum suorum formulis utentis, placito induitur. A eadem ratione itidem omnia simūl, sib finem capiatis nuncupantur חַנּוּכָה וְמִרְאָה מִבְדֵל עֵמֶדֶת statuta, Legitima, seu recepti mores abominandi sive abominabiles. Et certe non solum apud Cananæos atque Ægyptios (quorum moribus interdicuntur Ebræi) ex institutis patriis in Jura ipsa primæva de Incestu graviter peccatum est, sed etiam, in confanguineorum maximè commitionibus apud alias tām Occidentis (modo magis pudicos veteris in hac re Romæ mores excipias) quam Orientis gentes. Prætereo Masculani Venerem etiam philosophis inclytis ut Zenoni, Cleanthi, Chrysippo ^c probatam, & tam populos τωλενάρδους seu plures uni uxori maritos permittentes, quam uxorum communitatem, quorum meminit Ptolemaeus ^d, Caesar ^e, Athenæus ^f, alii. Notissimum antem est illud, ut de incesta Orientis videamus;

Nam Magus ex matre & gnato nascatur oportet.

titum ut כִּי לְפִים אֶת יָצֹר ut placaretur militis libido. Unde etiam de uxore aliena capta locum intelligunt, non minùs ac de nupta. Nam, ut ostensum est supra, Gentium matrimonia, pro alterutrius conjugum libitu, solvi volebant Ebræi. Unde etiam captiva seu ancilla, quæ in potestatem planè domini transierat, pro illius item libitu pristino matrimonio, ad eorum sententiam, solvebatur. Hinc etiam Josephus¹ legem hanc de captiva, suo more, recitans αὐτὸν ἀγχυάλων inquit, τίς λάβῃ παρθένον, αὐτεὶ καὶ γενεμηδίου &c. si quis captivam abduxerit sive virginem sive marito ante coniunctam &c. At verò aliqui singulare hoc fuisse Israelitis jus uxoris alienæ ita in bello capienda, volunt, nec omnino Gentilibus, sive inter se sive adversus Ebræos belligerantibus² permitti, sed eis Furti nomine hoc, velut alieni contrectationem interdici. Quod mirum videtur Nam ex ipsorum ratione jam allatâ, captiva ejusmodi Gentilis, provictoris cuiuscunque arbitrio, aliena esse uxor desinit. Post concubitum ejusmodi unicum, si in Judaismi professionem allici potuerit, baptismo statim suscipiebatur לְשֵׁם גַּוּת nomine juris Proselyta, sive ut Proselyta justa fieret, modo superius³ indicato. Sive autem Judaismum aversaretur sive susciperet, luctus menstruus, iuxta Legis allatae verba, domi ei erat agendum. Nec ante binos alios elapsos in uxorem ducere domino fas erat, tametsi Proselyta justa fieret. Tempus hoc adjectum בֵּין זָרָע טַנִּי לְדָאָשׁוֹן ad distinguendum semen primum à semine secundo, ut scilicet dignosceretur ex tempore trimestri, utrum ex concubitu ante quam Proselyta fieret, an post fortem gravidaretur. De cujus rei ratione mox. Si Proselyta justa fieri nollet (quae ut monita interim deliberaret, tempus à captivitate etiam annum præstitebatur) ut Proselyta Domicilii fieret neesse erat, secundum ea quæ etiam supra dicta sunt, si in terra Israëlitica seu Ebræorum imperii finibus etiam vitâ gaudere vellet. Nam si hoc detrectaret, planè erat occidenda, ut alii idem detrectantes. Nisi autem Proselyta fieret justa, nefas erat domino eam ducere, uti & Ebræis universis Gentilem. Neque fas ei, si Proselyta maneret Domicilii, ultrà velut ancillam seu captivam eam sibi habere, ut poterit libertatem, ex eo quod primò ita amata concubitu uni-

co, in futuræ sponsæ spem, de honestaretur, lege adeptā. Ex primo illo ejusmodi captivæ concubitu proles nata, antequam mater baptismō initiaretur (nam nata post etiam omnimodo jure Proselyti, sine ba-

[¶] Maimonid. ptisimo[¶], modò circumcidetur, ut Ebræus, gaudebat) ex sententia balach. Isuri forensi baptismō & circumcisione in Ebræorum Ecclesiam, Proselyti nomine cooptanda erat. Singulare juris hujus exemplum aiunt

[¶] R. David. Kimchi ad 2. Samuel. 3. 3. gesto. Nimirūm Maacam (quam posteaquam Proselyta facta fuerat, in uxorem duxit David) **תְּנִפְתָּחַ בְּפִנְתָּחָה** forma venusta fæminam

Melakim c. fuisse; quo nomine captivam, qualem diximus, semper denotant. 2. R. Bechui in Biur fol. 222. col. 4.

Gem. Bab. ad tr. Sanhed. cap. 2. f. 21 a. va, natam fuisse Thamarem, & dein, ex eadem Proselyta facta atque in uxorem ducta, Absalonem. Ex hac autem Lege de Captivæ con-

cubitū, rationem etiam reddunt, quare nefas non haberetur Ammon. Moys. Mi- kael precepit affirmat. 122. quam in eis, quæ de Proselytorum Cognitione infra sequuntur,

[¶] Cap. 18. exhibebimus.

C A P. XIV.

Quatenus variatim interdicta haberentur sive Originariorum & Proselytorum (Justitia) sive Proselytorum & Israelitum, originis extera nomine, Conjugia. De Nethinæis ab Israeliticis conjugiis arcendis decreta. Proselytorum diversa invicem conditionis, proles qualis.

Ta de Servis atque Exteris, nondum Libertinis aut Proselytis Justitiæ factis, ut jam ostensum est, se res habuit Proselytorum verò Justitiæ utriusque sexus Jus heic variū erat. Nam tametsi Proselytus Justitiæ integer pari in rebus plerisque erat ac censebatur cum Originario conditio- ne, & ipsam Judæam velut patriam novam induerat; in re tamen matrimoniali, quæ ad Proselytos & Judæos originarios attinuit, di- versitas erat non exigua, nec unius generis. Cum Gentium non- nullarum proselytis utriusque sexus verita sunt perpetuò Originariis conjugia; cum nonnullarum, sexus masculitantum; cum aliarum, usque

ntque ad generationes aliquot; cum reliquarum, simul atque facti ^{Deut. 7. 2.}
 sunt Proselyti, permissa sunt eorum cum Originariis (nec sine tem-<sup>1 Robba in
 peramentis aliquor) conjugia. In primo genere ponunt nonnulli <sup>Gen. Baby-
 lon. 11. labi-</sup>
 populos illos Septem, Cananeos, Amorrheos, Hivaeos, Perizzaeos, <sup>moth cap. 8.
 Hittaeos, Gergezeos & Jebuseos, adeo ut nec velint eorum, utcun-<sup>fol. 76 a. Mo-
 que in Judaisnum cooptatorum cum Originariis conjugia licita esse,<sup>ses Mikrae
 idque ex ipsa lege sacra illa^f, non contrahes affinitatem cum eis &c. gal. 112. 65
 De qua superius etiam dictum est capite duodecimo. Et quanquam ^{116.}</sup></sup></sup></sup>

tum illam tum cōgeneres leges intelligunt aliqui (ut ibi monitum est) <sup>2 Moses Mai-
 monides ba-
 lach Isuri Bia</sup>
 de universis Gentilibus seu Paganis, ante Judaisnum suscep-<sup>3 cap. 12. Shul-
 connubiis Originariorum arcendis, nihilominus ubi ad septem po-<sup>can Arach.
 pulos disceptatio venit singularis, controversiam est, Utrum ex Lege ^{4. Abenaze-}
 sacra Proselyti è populis illis facti ritè Israelitica inire potuerint con-^{zer cap. 4.}
 jugia. Negant igitur alii ⁵ eo quod adeò signanter interdictum de <sup>Magid Mis-
 illis locum in Legis corpore occupat. Alii affirmant ⁶ licita fuisse ^{na ad circu}
 cum ipsis, non obstante Lege illa, postquam Judaisnum susceperant, ^{Maimonides}
 conjugia, neque interdictum affinitatis contrahendae ad aliud tem-^{locum. Ex Gi-}
 pus præter id quo pagani manerent, attinuisse; quod ex eo inpri-^{de R. David.}
 mis etiam eliciunt, quoniam postquam ex illis Gibeonitæ, qui Hi-^{Komchi ad}
 vrorum pars, Proselyti facti sunt & ministeriis aliquot sacris sed sor-^{7 10/ua. 9. 25.}
 didioribus à Josua ⁸ addicti (unde נְתִינָה Nethinæi, id est, deditiis, Exra. 2. 43 &
 seu hujusmodi ministeriis dati vocantur) bina à majoribus lata de ^{20. Vide si A-}
 eis à conjugiis Israeliticis arcendis traduntur decreta. Alterum Jo-^{pocr. Eliezer}
 suæ, quod temporarium fuisse aiunt; alterum Davidis ⁹ Regis, quo ^{10. Rub. Chano}
 perpetuo arcebantur; quod & inde natum esse aiunt, quia adeo cru-<sup>in Gen. Ba-
 deles se exhibuerant Gibeonitæ ², ut sine suspendio septem filiorum ^{bylon. ad ris.}
 Saulis Regis nollent placari. Hujusmodi decretis opus non fuisse ^{11. labimoth c.}
 scripsius legis sacræ vi nuptiis Israeliticis fuisse interdicti. Et mi-^{8. fol. 78 b.}
 rum sanè est interea quempiam existimasse ^{12 Samuel.} ^a, Josephum S. Mariæ ^{21. 2. 6. Cf. 9.}
 conjugem, & planè optimo Jure Israelitam, ex ordine Nethinæorum ^b <sup>luc. Boul-
 fuisse. Sunt etiam ^c in Magistris qui Proselytos Septem populo-^{duc. de Ec-}
 dum qualescumque primò factos tantum ex legis sacræ vi arceri heic ^{cles. ante le-}
 velint, non autem posteros eorum in Sanctitate, uti aiunt, id est post- ^{gem. lib. 1. c. 5.}
 quam parentes sunt facti Proselyti, natos, atque hinc causam decre- ^{Vide Magid}
 torum ^{13. Misna ad ca-^{14. monodus te-}}</sup></sup></sup></sup></sup>

torum de Nethinæis, velut de primorum posteris, petant. Utcumque verò Nethinæorum, sive ex decreto majorum, sive ex ipsa Lege sacra, vetita cum Israelitis in æternum conjugia, unà agnoscunt; idque tam masculorum quam foeminarum. Quod itidem de maribus Ammonitarum & Moabitarum (Secundo heic genere) dicendum.

^c Deut. 23.3. Lex sacra ^c; Ammonites & Moabites לא יבא בקהל יהוה non intrabit in congregationem seu Ecclesiam Domini, etiam in generatione

^d Cap. 13.11. ne decima nullus ex ipsis veniet in Ecclesiam Domini, usque in seculum.

^e Misna; Gemara Ba-lum. Quibus verbis cum Israelitibus nuptias eorum perpetuo vobylon. ist. la- lunt interdictas. Scilicet non veniet, aut non ingredietur in Eccle-

^f bimoth cap. 8. fol. 77 a. siam seu congregationem Domini passim interpretantur per נ Hierosolym. שא יזראלית non ducet in uxorem Israelitidem. Unde legi huic

^g fol. 9 a. Et lo- ci supra è adjicitur in paraphrasi Chaldaea Jonathani tributa נחננ' Talmudicis מקהל עמך ד' Ut accipiat sibi uxorem de cœtu populi Domini. citari, Et Mi-

^h korz. praecep. Negat. 114. Quod etiam in ceteris similibus quæ eodem in capite Deuterono-

mii habentur, paraphrasi in eadem occurrit. Et decimam genera-

ⁱ Ruth. cap. 1. tionem tempus infinitum denotare plerunque consentiunt. Certè in

^j 4. Vide Mi- Nehemia velut ex citato Deuteronomii loco, legitur d' solùm י drash Ruth Parash. 2. וְיָוֵלֶת in seculum, seu perpetuò, sine decimæ generationis mentio-

^k ne. Et observant heic dici פונן ולא טומנית מואבי ולא מואביה. Et accipiat sibi uxorem de cœtu populi Domini. Etiam in seculum, seu perpetuò, sine decimæ generationis mentio-

^l Ruth. in eundem Ru- the locum. Ammonitam non Ammonitidem, & Moabitam non Mobitidem,

^m Add. 8. Am- adeo ut foeminarum ex hisce gentibus quæ in Judaismum rite transi-

ⁿ brof. ad. D. rent, nuptias nunquam statuerint Originariis vetitas. Id quod et

^o Luc. lib. 3. c. 3. Et lib. 4. iam inter Sinaicas Mosis traditiones censem. Unde etiam Mo-

^p cap. 4. abitudas illas Rutham & Orpham Mahaloni & Chilioni Ebræis

^q Hist. Eccl- rite conjunctas f, quantum ad nationem attinet, concludunt aliqui.

^r si. lib. 1. c. Nam ut Proselytæ essent necesse erat antequam juris cum Ebræo

^s 7. matrimonialis capaces juxta Magistrorum sententiam fieri potuissent. Certe Rutha inter Proselytas vetustissimas, unde recentierum

^t 1. Et Para- seculorum Proselyti genus ducebant, apud Eusebium g, ex tabulis

^u phras. Chal- das ibidem Judæorum genealogicis diligenter olim asservatis recensetur. Sed

^v disserre. Et videbis lib. de successio-

^w nibus in bo- volunt nonnulli h. Idumæorum autem atque Ægyptiorum con-

^x nubia cum Ebræis ex ipsa lege vetita sunt usque in generationem ter-

^y m. cap. 14. tiam.

iam. Quod ad genus heic Tertium spectat. Sic capiunt illudⁱ, Non: *Deut. 23. 7.* abominaberis Idumaum, quia frater tuus est, nec Aegyptium abomina-
zaberis, cum peregrinus fueris in terra ejus. Liberi (seu בָנִים) qui
geniti fuerint eis, in tertia generatione venient" " בְקָהָל id est in
Ecclesiam Domini. Quâ phrasî nuptias Israeliticas volunt indicari.

Hinc cum proselytis^k ipsis sive^k Idumatis sive Aegyptiis atque corum^l *Mishna* &
liberis, Israelitis interdicta aiunt conjugia; cum nepotibus autem^m *Gemar. Ba-*
nepotibusve ex liberis hisce permissa. Sic enim generationes enumera-*byl. 1st. Labi-*
rant, ut primam in ipso, qui primò fit, Proselyto figant, utpote rege-*moth cap. 8.*
nerato, ut libro secundo ostensum est; secundam in filio seu filia; *fol. 76, 77. &*
tertiam (cujus conjugium heic licitum) in nepote nepteve sive ex fi-*78. Maimon.*
lio sive ex filia. Nam sexûs distinctionem heic habent traditionesⁿ *halach. Isuri*
corum avitæ juxta plerosque nullam; utcunque non desint qui vo-*Bia cap. 12.*
cabulo non liberos, sed filios designari in lege hac sacra ve-*Moses Mikro-*
lent^l, adeoque filias harum gentium non esse omnino vetitas; Undè^o *Apud R.*
etiam nuptias Salomonis Regis & filiæ Pharaonis Regis Aegypti^p *David Kimo-*
Proselytæ factæ licitas esse statuunt. Sed verò Maimonides de hisce,^q *chi in 1 Reg.*
ad veterum mentem & sententiam receptionem; מצרית מעוברת^r *3. com. 1.*
שנתג'יריה בנה שני מצרי טני שנטאה מצרית ראשונה או מצר ראיון^s **Locus paulo*
הכתוב תלאן בלילה: גר עמוני שנטאה מצרית הولد עמוני שנטאה^t *ante e Tal-*
עמוני הولد מצרי זה הכללו באמות הולד הילך אחר הזכר נתג'יריה^u *mudecitaru.*
Aegyptia grava, que proselyta fit, proles gene-^v *Videss*
rationis est secunda. Aegyptii generationis secunda qui Aegyptiam^w *Shulcan. A.*
generationis prima duxerit, uti & Aegyptii prima generationis cui^x *much in A-*
nuperit Aegyptia secunda, proles secunda^y *benhaezer* *cap. 4. 5. 5.*
est generationis, juxta esse.^z *ubi sunt qui sentiant et-*
illud quod scriptum est, liberi qui geniti fuerint eis; ubi rem pendere
palam est ex generationum qualiumcunque numero. Si vero Am-
monita duxerit Aegyptiam, proles eorum est Ammonitica. Sed
si Aegyptius duxerit Ammonitidem, proles est Aegyptiaca. Regula
quidem est inter Gentiles seu Paganos, prolem sequi masculum, seu
patrem; at vero inter Proselytos (ubi diversarum gentium, quarum
par jus non est, Proselyti commiscentur) sequi partem deteriorem
seu ut alias dixerit veteres הַפּוֹנֵס שְׁבִשְׁנִיהָם maculam vitium seu incom-

incommodum quod inter eos reperitur deterius. Sensus est in exemplo de Ammonitarum & Aegyptiorum conjugiis; sed paucis expli-

<sup>* Magid. Mis-
sa ad Mar-
mon. halach.
Isuri Bia cap.
12. & Shul-
lach citato.</sup> candus etiam ultra ea quæ Maimonides compendio ita scripsit.

Ubi ait Aegyptii & Ammonitidis Proselytorum prolem esse Aegyptiacam, de prole capienda est fœminea. Nam ejus conditio est de-
terior quam si pro Ammonitica prole haberetur. Scilicet Ammo-
nitis qualiscunque Proselyta Israëlitæ rite poterat conjungi (ut ante
ostensum est) non Aegyptia ante generationem tertiam. At si pro-
les esset mascula, Ammonitica fuisset, quia tunc perpetuò illicitum
fuisset ejus posterorumque cum Israëlidibus conjugium, cum Aegyptiacæ interdictum esset interea temporarium. Eodem modo,
proles mascula Ammonitæ & Aegyptiæ Proselytorum Ammoni-
tæ erat; fœminea, Aegyptiaca. Eandem ob ipsam, ut palam ebl
videre, rationem. Quod autem hactenus dictum est de nationum
exterarum Proselytis aliis perpetuò, aliis ad generationes aliquot ab
Israëlitarum connubii arcendis, id obtinuisse aiunt atq; observatum
(saltem observari debuisse) ante captivitatis Assyriacæ & Babyloniciæ
tempora, dum scilicet ita invicem ex tabulis genealogicis alterq;
distingui poterant nationes jam dictæ. Postmodum verò, cù quod
invicem ita confusæ sunt (aliis in aliarum terram migrantibus & cum
quam pluribus aliis quibus, Proselytis factis, interdictum conjugii
Israëlitici sacrum positum non est, commixtis) ut alia dignosci ab-
ilia ritè nequiret, nec à terra seu regione ipsa in qua quis natus sit, sed
à genere unde originem duceret, nationis nomen juxta Ebræos tri-
bueretur, desit apud eos tam legum sacrarum quam supervenien-
tium decretorum de Proselytorum nuptiis discriminantis interdi-
cendisque observatio, adeò ut citra tempora illa, è quacunque gente
sive Proselytus sive Proselyta adveniret, ritè satis Israëlitici conjugii
capax fuerit, seu quodidem est illis מִזְרָחַ בְּקָהָל יְהוָה מִזְרָחַ בְּקָהָל לְבָא
מִזְרָחַ בְּקָהָל לְבָא*lici-
tum fuerit eis ingredi in Ecclesiam domini simulac facti fuerint.*
Certè & Mahomedes nolnit expressim, sive fœminas sive viros ex-
teros aliosve antequam Mahomedici fierent Proselyti, Musulmanis

^{* Accur. 2.} لا تنكحوا المشركيات حتى نuptiisconjungi. Verba sunt °

يؤن

لَوْمَةٌ non ducatis in uxores incredulas, usque dum fiant Musulmani, scilicet religionis Mahomedicae. Nam uti apud Ebraeos, ita apud Mahomedanos peregrinitas primaria ex alia discernitur persuasione. Quemadmodum item de Persis legitur in illis Chosrois Regis de se dictis, cum Syra Christiana esset & ego Gentilis, & lex nostra non permittere nobis potestatem *χριστιανού ἔχειν γαμετόν Christianam habere uxorem*, ut memorat Evagrius^{P.} Quod verò traditur de conjugiis Originariorum & Proselytorum sive quos jam diximus sive reliquorum (de quibus singulares in Pentateucho non reperiuntur Leges) simul atque facti sunt Proselyti, permisis, ad ita semper capiendum est ut temperamentum de Sacerdotum nuptiis simul admittatur. Neque enim eis qui Sacerdotali muneri nati sunt, licuit Proselytas omnino aliquas matrimonia sibi jungere. Et ob natalium inquinamentum ab altari arcebatur proles ex ejusmodi matrimonio seu coitu nata. Filiæ verò Sacerdotum pariter atque aliorum Originariorum ritè nubebant Proselytis. Sed hac de re fusiùs alibi regimus. Et quod de Proselytis heic dictum, de Libertinis (qui parilis cum eis juris) intelligendum.

^{His. Eccles.}
^{Hist. 6. cap.}
^{20.}

^{9 Lib. 2. de}
^{successione in}
^{Pontific. cap.}
^{2.}

C A P. XV.

De Rahaba, Timnahā puerla ac Dalila Proselyta. Item de Salomonis utoribus, extraneis in sacra scriptura dictis. Et de liberis ex conjugio gentis nomine interdicto suscep̄tis. Ex genere, non à Loco, Nationem Ebraeis semper denominari.

^{"Gedali. Ben}
^{Iechai in}

TUxta jam antè ostensa de Conjugiis exterarum gentium Shalsheleth Ebraeis, ante Judaismum susceptum, plane interdictis, hacabala fol. & Proselytorum permisis, sed non sine quæ memo 14 a. Sepher Iucha in fol. ravimus, temperamentis, explicant ipsi conjugia ali- 10 a. Moses cepti. Negat. quot tum in sacris literis narrata, tum in avitis traditionibus de sacra- cepti. Negat. rum literarum tempore reperta. In traditionibus habent, Raha- 112. R. Da- bam nuptiam fuisse Josuæ, Proselytam scilicet factam. Et qui vo- bid Kimchi luid ne Proselytarum quidem è septem populis conjugia Israelitis 6. 23. & Erde fuisse permissa, (ut superius dictum est) ii etiam negant eam aut supra lib. 2. pag. 148.

Nann 2

fami-

familiam suam fuisse de septem populis, sed planè in ipsis fuisse exterram adeoque in lege de affinitate cum septem populis non contrahendâ non contineri. Neque aliter Iosuæ ritè potuissc, quod credunt, conjungi. Nimirum negant gentilem seu paganam esse בַת קִידוֹשֵׁי filiam sponsaliorum seu ejusmodi quacum Ebræus potuit contractum inire nuptialem, qui irritus non esset. Inde etiam de Timnathæa illa atque Dalila Palæstina puella aiunt, eas Prosely-

¹ Gersonides tas esse factas, quia Sampsoni nuptæ. Quin de Salomonis Regis ad Iudicum uxoribus, quæ in sacris literis vocantur נָכְרִיּוֹת seu extera, dicunt 14. Cf. 16. Cf. aliqui, tametsi è Tribunalium majorum atque ordinaria autoritate publica, Proselytorum admissio, aliâs solennis, rara satis erat nec illius aut Davidis patris tempore in usu (ob rationes superiùs libro secundo memoratas) nihilominus etiam tunc temporis quamplurimas aut privatorum autoritate, id est, triumvirorum ex compromisso constitutorum, aut jussu principali, qui extraordinarius erat (quod totidem hanc in rem præficerentur) factos fuisse Proselytos Proselytasque ^x, sed non sine vitio illo quod impensè detestantur. Nempe halach. Isuri sive ob Poenæ timorem sive ob Præmii humani spem. Hos aiunt Bia cap. 13.

² Maimonid. lavacro sacro ceterisque solennibus ita utcunque susceplos, à Constantino precept. sessu LXXI virorum non quidem rejectos seu ex Ecclesia Ebraica pulsos, nectamen ita sine diligentí exploratione morum & similitudinis amoris erga Judaismum futuri quo dignitatem Proselyti metteri saltem viderentur, admissos fuisse inter ceteros optimi juris Proselytos, ut pari undique fruerentur cum eis conditione nominisque celebritate; ideoque veluti Semiprofelytos ante ejusmodi explorationem & citra amorem ejusmodi habitos, Exterorum seu paganorum nomine, quod pristinum eis erat, fuisse nuncupatos. Unde adjiciunt evenisse, Salomonis uxores Exteras quidem dici, ut pote aut ex jam dicto Proselytorum numero selectas aut simili modo in Judaismum cooptatas. Sed eatenus fuisse Proselytas ut nuptiarum seu juris conjugalis Israëlitici fierent, saltem, ut dici solet, in foro exteriori capaces. Neque aliter intelligi volunt hi illud de Salomone וַיַּתְהַתֵּחַ תַּלְמָה אֶת פְּרֻעָה et affinitatem contraxit Salomon cum Pharaone rege Ægypti, accepta ejus filiâ. Nisi Proselyta ipsa facta fuisset,

fuisset, negant affinitatem per leges sacras contrahi ita potuisse, ullumve cum ea conjugium. Sed verò detur, ut volunt hujus sententiae autores, Proselytas factas qualescunque foeminas illas quæ Extetæ in sacro sermone dictæ Salomoni nupserunt; certè Pharaonis filia nondum ex singulari, quæ ad Aegyptios & Idumæos attinuit, lego¹ conjugali ritè duci potuit, ut ex superiore liquet capite. *Aegyptia*² enim erat primæ generationis, adeo ut ante tertiam gentis nomine, ab Israclitico arceretur conjugio, quod & monuere David Kimchius & Levi Ben Gersom². Juxta receptionem dico Talmudicorum sententiam. Nam & sunt qui legem illam de Aegyptiorum filiis tantum, non filiabus capiant, ut & superius monuimus. *Ad 1. Reg. 3.1. & Ger. 11.1.*

Et quicquid sanè heic velint Magistri aliquot de Salomonis uxoribus Proselytis factis, id manifestum est ex historia sacra³, cum in Ie-⁴ gem quæ extetarum gentium nuptiis Originariis interdixit, eas accipiendo commisiss⁴, quod qua ratione bene intelligi possit nō video, si Ammonitibus & Moabitibus (verbi gratiâ; nam eæ expressim nominantur) Proselytis factis se matrimonio coniunxerat. Et enim pronuntiat sine controversia Magistrorum cœtus, cum hisce nuptias Originariis, ut antè ostensum est, licitas semper fuisse. Et Salomonis exemplum etiam adducitur ubi ob extetarum gentium uxores increpantur apud Nehemiah⁵ Judæi. Proselytas igitur eas factas esse, non ita rationi consonum videtur. Tam verò ex jure ejiciendi, ut plane alieni, fuerit liberi ex uxore extera nec Proselyta facta suscepit quām ipsa uxor. In Ezra legitur⁶ de uxoribus illis extraneis, *Omnis hi acceperant uxores alienigenas & fuerunt ex eis mulieres quæ pepererant filios seu liberos.* In origine pro *בְּנֵי לִmoth cap. 2.* beris habetur. Atque in repetita eadem historia inter Apocrypha⁷ secundum Magistrorum traditiones de liberorum heic sive nomine sive agnitione, adjicitur, *In his ergo sit iusjurandum à domino expellere omnes uxores vestras, quæ ex alienigenis sunt cum filiis earum* (seu ut in Graeco habetur *οὐ τοῖς τέκνοις αὐτῶν cum carum liberis*) *sicut tibi decretum est à majoribus secundum legem domini, exurgendum est* quod haberens explica. Itaque non solùm ex autoritate repetitæ hujus Ezra historiæ, verùm etiam ex ipsorum Talmudicorum disertis⁸ testimoniis.^{7.2.}

niis paganæ liberi tametsi ab Ebræo suscepiti, planè pagani erant. Perpetuò erat proles seu *ejusdem cum pagana conditionis*, quod sexcenties occurrit, & *filius seu proles ejus*, non Israelitæ, civiliter, uti, & supra monitum est capite duodecimo. *Quemadmodum & illud è contra, Israelitidis prolem sive à pagano sive à servo susceptam*

¹ *Gem. Bab.* generis esse Israelitici. Atque obvium est apud Talmudicos ^f, ^נ *ועבר הבא על בת ישראל הولد כשר בין בפניהם כי באשות איש* ^{moth cap. 4.}

^{fol. 45 b.} *Mas ubi sive paganus sive servus concubuerit cum Israelitide proles recta monid. bal. erat* (id est Israelitico genere; quæ pariter cum Israelitis universis,

Muribla c. 15. *Mos. Mi.* præter sacerdotes quibus eo quod profana erat & rite conjungi nequicorū p̄act. bat, iure fruebatur nuptiali) *idque tam ubi Israelitis innupta erat*

Nog. 117. ^g *Videsis Ag. quam ubi nupta.* Et in primis heic illud advertendum; nunquam Ci-

^{16.1. Ec. de} *vitatis, Regionis, Terræ seu Loci in quo quis esset natus, sed tantum-Timorbeo.* modò primi autoris generis è quo descendenter aut descendere existi-

^{8 Videlib. 2.} *maretur (juxta ea quæ dicta sunt) rationem apud Ebraeos habitam, ut in de successio-* *ne in Ponti-* seipſis ab aliis, ita in Exteris & Proselytis inter se invicem distinguen-
sc. cap. 2. dis; adeo ut Ægyptii, Idumæi, Ammonitæ, Moabitæ, id est, qui à Mez-
raim, Edomo, Ammone, Moabo descenderat seu ab his, ubi de ma-
joribus disquisitum est, descendere existimabatur, in Judæa, Arabia,
Græcia, Romæ, natæ proles, Ægyptiaca, Idumæa, Ammonitica, Moa-
bitica censeretur. Maximè ante Captivitatis tempora; scilicet dum
sive tabulis Genealogicis sive aliter res discerni ritè quibat. Qua-

de re capite superiore monuimus. Postea enim non tam Proselyti ex hac vel illa natione, quam simpliciter Proselyti habiti undecunq; admissi; evanescente, ut dictum est, diversitate Proselytismi ex no-
mine gentium aliquot, quæ ante ex legibus sacrīs in usu.

C A P. XVI.

*De Originariorum aliquot conjugiis Proselytis Justis & Libertinis etiam & An-
cillis, permisiss, qua interim Originariis ceteris vetita sunt. Scilicet Mam-
zerum, & Eunuchorum.*



X allatis hastenùs liquet, quæ Conjugia Originariis ve-
tita sint sive nomine Nationis seu Originis exteræ sive
ob Servitutis statum; quænam item regulariter per-
missa; sequitur ut & moneamus de Conjugiis etiam
Origi-

Originariorum aliquot non solum Proselytis & Libertinis sed Ancillis permisis, at interca Originariis ceteris vetitis. Generis fuere ea duplicitis. Alterum erat conjugium Mamzerum etiam si Originariorum. Alterum Castratorum seu Eunuchorum, etiam Originariorum. Quod ad genus primum attinet; observandum est, recenti apud Talmudicos Decem familiarum genera invicem distincta, ad hunc modum^h צָרְדָה יְהוֹסֵן עַל מִבְּבָל כְּרוּנִי לְוִי יִשְׂרָאֵל חַלְלִי אֲסֻפִי. ^{1 Misna 10. 2 Kidoschim c. 4. Cf Gemar. Babyl. ad iste. 9. fol. 58 a.}

Decem familiarum genera ascenderunt è Babylone (Ezra tempore) Sacerdotes, Levita, Israelita, Profani, Proselyti & Libertini, Mamzeres, Nethinai, Sethukim, Asuphim. Ex hisce bina posteriora, quorum in versione nomina retinemus Talmudica, fuere quidem Mamzerum genera, sed dubia. Scilicet, cum Mamzer in lege sacra memoratusⁱ is esset qui è coitu aliquo Turpitudinis seu incesti nomine (excepto duntaxat eo qui cum muliere immunda habebatur) interdicto nasceretur, nō alium in lege innui volunt prater eum qui esset Mamzer seu Manifestus, id est de quo liquidò constaret eum esse ex ejusmodi coitu prognatum.

Alios autem^k Mamzeres in duplice constituebant discrimine. Eorum quidam fuere dubii, veluti ubi ex ejusmodi nuptiis nati, ut in dubio re-^{cop. 15. Tal-} staret utrum mater ante viro alteri legitimè nupta esset, an legitimè madie ad j. 5. divertio separata, aut ubi ejusmodi quid aliud eveniret. Nam in specie^l na citatos è Mis- jam dicta dubitabatur, an ex adulterio (quod incestorum seu עֲרֵיתָה unum est genus) essent nati. Prolem huiusmodi vocitabāт סְפָד מִזְרָחָה locos. Moses cepe. Negat Mamzerem dubium, sed ita ut in enumeratione superiorius allata gene-^m rali Mamzerum nomine satis comprehendatur. Alii fuere Mamzeres מְדֻבְּרֵי סְופִּים ex institutis scribarum seu majorum, quemadmodum ubi foemina quæ virum suum alienis in terris demortuum esse audiens novo juncta fuerat marito & priori redculti prolem pepererat. Quia sine dolo secundæ heic nuptiæ factæ sunt, ideo, non ex lege, sed ex instituto majorum Mamzerem prolem hanc habuere. Dubiis item annumerabantur, ex innuptis nati quorum patres non manifesti; qui ipsi sunt Sethukim in enumeratione superiori ita dicti à שְׁתָקָה quod est tacere seu silere. Quia de patre passim, ut de ignoto, silentium. Item expositi scu in foro, agris, alibi reperti liberi

beri in dubiis erant Mamzeribus, quoniam utrum ex incestu essent geniti (quod itidem de *Sethukim* dicendum) erat in incerto. Hi autem sunt qui *Azuphim* dicti, id est, collecti. Nimis rūm *Sethukim* fure, quorum patres ignoti, *Azuphim* quorum nec pater nec mater cognita. Jam verò nemo non videt tum Mamzeres hosce ex Originariis genitos, si sanguis spectetur solus, fuisse etiam Originarios seu Israelitas, quemadmodum & Sacerdotes & Levitas plane Originarios seu Israelitas fuisse optimi juris certissimum est, uti & Profanos ex genere Israclitico si sanguinis ratio duntaxat habeatur. Sed animadvertisendum est, Talmudicos ut Sanctitatis causâ distinguere solent

¹ Vide sis. et-
iam Psalm.
135.19. & 20.

Sacerdotes & Levitas ab Israelitis adeò ut hoc nomine, quod alioquin universos Judæos originarios continet, ii soli non farò comprehendantur, qui nec Levitæ nec Sacerdotes sint, sic etiam, ob Israelitarum non illicito coitu prognatorum dignitatem, nec Profanis nec Mamzeribus quibuscumque nomen Israelitarum plerunque tribuere; ne scilicet illiciti parentum coitus nota in eis designandas aboleretur. Sic etiam Nethinæos vides à Proselytis heic distingui; utpote Proselytis ceteris indigniores. Mamzerum autem liberi posterique itidem nisi è pagana aut ancilla suscepisti (qua de re etiam vide, quod supra ^m adnotatur) Mamzeres fuisse, neque ex aliorum nominum conjugii eis permisissis, de quibus statim, in ea proles eorum transmigrabat. Ob Natalium autem defectum, qualem diximus, interdicta sunt Mamzeribus utriusque sexus conjugia Israelitica, seu Israeliticorum Israclitudinque (notione jam dictâ) nedum Sacerdo-

ⁿ Deut. cap. 23. 2. tum atque Levitarum. Lex sacra est ⁿ Non ingredietur Mamzer in congregationem Domini; etiam in generatione decima, qui est natus ex illo non intrabit in congregationem Domini. Non intrare בקהל יהוה in congregationem Domini nuptiarum Isracliticarum interdictum Magistris denotare saepius monitum est. Unde & Pe-

^o His. Schol. laistic. lib. 5. cap. 12. trus Comestor ante secula aliquot; *Hebreus*, inquit ^o, verius tradit dicens, ingredi Ecclesiam Dei esse de filiabus Israhel ducere uxorem

& sic in se & in genere suo fieri de populo Dei. Ratio autem pre-

^p More Neb. part. 3. c. 49. cepti de Mamzeribus nuptiis Israclitudin interdictis redditur לודען הנואש ורנואפת שאם יעשן פסידו בזרען Maimonide ^p, בזורען

הַמְּפָרֵד שָׁאֵן לֹא תִּקְנֶשׁ ut inde adulteri adulteraeque (aliisque incestum affectantes) videant se prolem suam irreparabili labe affecturos se rem perpetrent. At verò Proselytorum Justitiæ nuptiis non arcebantur Mamzeres, quod idem dicendum de Libertinorum etiam & Nethinæorum. Nam & heic ר' יהוה קהָל in congregationem domini signantiū Israelicam universitatem, seu Originariam, nec aliam, volunt innuere; uti & Generationem decimam tempus quo perpetuum est. Sed de Proselytorum heic posteris sententiae sunt aliquantum diversæ. Alii ⁹ conjugia inter eos ac Mamzeres ritè in-
 iri potuisse aiunt מִזְבֵּחַ עַד שִׁיטָּקָה עַד מִזְבֵּחַ וְגַוְתַּת מִזְבֵּחַ ^{Gem. Bab. ad rit. Kiddush cap. 4.}
 riacultus extranei (quo parentes se polluerant) וְגַנְטִילִים in eis, fol. 75 a. Et tempore deleretur, seu מִזְבֵּחַ עַד שְׁלָא יְדֻעַ מִזְבֵּחַ usque dum non ^{Masmonides hal. Isuri Bius cap. 15. Moses Mikor Z. præcept. negat.}
 satis constaret utrum Proselyti essent an Israelita originarii. Alii ^{117.} hoc deccem generationibus finiunt. Scilicet גַּר עַד עֲשָׂרָה דָּרוֹת מִתְּחַדֵּר בְּמִתְּחַדְּרָה Proselyto usque ad decem generationes fas est ^{Gemar. ead. ib. Et Shulchan Aruch L. aben haæcer cap. 4. 5. 22.}
 jungi Mamzeræ. Utrique adjiciunt, מִכְאָז וְאֵילָךְ dein autem fas non est. Ratio redditur, quoniam, ita evanescente quasi Proselyti nomine, pro Israelitis originariis vulgo habebantur seu uti aiunt ipsi בְּנֵי נְרָאֵן כְּטוֹרָל videbantur esse Israelitæ; unde siebat, ut, ne Israelita in vetitis hujusmodi nuptiis peccare videretur, etiam ei qui revera Israelita non esset, sed vulgo interea habitus, neutriq; ham permitterentur. Etsi autem in lege sacra Mamzerem manifestum tantum contineri statuebant, nihilominus ex instituto majorum tam dubios quam manifestos aiunt Originariorum ceterorum arceri conjugitis. Manifestos autem inter se ritè contrahere, sed non cum Dubiis, neque hosce invicem. Ne scilicet alter eorum forte Mamzer non es-
 set sed Israelita, quocum ex lege Mamzera conjungi nequivat. Nec ^{Prater loca citata, consuetudines Obadias Barletius etiam ad rit. Kiddush cap. 4.} Dubiis conjuges aliunde quam è Proselytis aut Libertinis rite fuisse petendas. Hac tamen in re non comperio Magistros ^{fatis} con-
 sentire. Et de Mamzeris nuptiis plura statim; Lex sacra est Non ^{Et Gem. Hier.} ingredietur נְרָאֵן id est, compressione Iesu, seu eunuchus attritus vel amputatis testiculis (ut vulgata) seu θλαδός uti Hellenistæ, ^{rit. Iaboth cap. 8.} nec cui exactum est effusionis membrum seu eunuchus ^{fol. 9. col. 2.} abscessu retro, ut vulgata, seu δοκεσθεμένος, ut habent Hellenistæ, ^{Dens. 23. 1.}

Оооо

in Es-

in Ecclesiam Domini, quod de nuptiis Israeliticis à Magistris sumi multoties diximus. Judæi Mauritanenses heic habent لخصية شفاعة لخاصة

ومقاطعوا الأطيل qui fuerit contritus testiculis & cuius men-

* *Misna Ge- brum virile est abscissum. Atque idem ferè Saadias Gaon in ver- maratis. Ia- bimoth c. 8. sione sua Arabica. Neque adeò expressim aliae versiones Oriente- Babylon. fol. les, licet ejusdem sint mentis. Judæi Hispanienses, No venga llaga- 75. & 76. a. Hierosolyma. do moiado y raiado de vertedero en congregation de A. Et Tal- fol. 9. col. 1. mudici^u primum capiunt pro eo cui testiculi ita collisi fuerint ut nec*

* *Loc. citat. generationi par fuerit; secundum pro eo cui virile membrum ab- & Maimo- scissum, aut adeò mutilatum, ut itidem inde sit impar generationi. id hot cap. 2. At verò heic distinctionem adhibent. Alios esse כרמץ המה Eu- halach. Ifuri Bio cap. 16. nuchos Solis (nam utrumque genus Eunuchi nomine continetur) quos Moses Miko- etiam סרפס ביד שמי^ת eunuchos à Numine factos, id est natos ἐκ πρεcept. appellant. Alios esse כרמץ ארכט eunuchos hominis, qui scilicet Negat. 118. Shulcan A- integris membris nati, ab homine castrantur aut Veneri seu ge- ruch lib. nerationi impares redunduntur. Quod tamen contra fas semper Haaben ha- factum aiunt, ut libro ostenditur septimo¹. De genere pio- zzer cap. 5. adde File/a- ri legem plerunque non capiunt, sed tantum de posteriori. cum select. 1. i. cap. 11. Quemadmodum etiam Josephus², qui de γάλλοι gallis seu ca- stratis legem intelligendam diserte docet; licet non tam de*

* *Cap. 3. nuptiis eorum Israelitibus tantum interdictis (ut Talmudi- lib. 4. cap. 8. st̄e) quam de consortio eorum qualicunque abhorrendo eam interca capiat. Atque ad dina, ut videtur, hæc Eunuchorum ge- 19. 12. nera attinet illud in Evangelio³; sunt Eunuchi qui de matris*

* *Maimonid. utero sic natifunt; & sunt Eunuchi qui facti sunt Eunuchi ab ha- hal. Ishot minibus. Et sunt Eunuchi qui Λύσχιον εαυτοὺς Eunuchaverunt cap. 15. &ide seipso propter regnum Cælorum. Priora bina genera sunt ipsissima, heret. 58. & quæ è Magistris memoravimus. Tertium verò per similitudinem S. Hieronym. in Tradit. videtur dici. Neque de eis qui revera castrantur intelligendum; sed Hebræc. ad de eis qui libidinis stimulo renuntiantes sacræ Legis studio toti in- 2. Paralac. cap. 28. cumberent, seu qui^b יונסְקִים בְּתוֹרָה וְטוֹרִידִים בְּהַיּ Legis studium summo animi favore amplexantes in eo ad fiducia versarentur, adeo- juc libri.*

* *Cap. 3. bu- que nec præcepto de multiplicatione humani generis (de quo supra' fuius)*

funis) ad receptas Magistrorum sententias, obligati erant. Etenim soLENNE verbum est & regulariter apud eos verum העוסק במצוה פטור מן המצוות qui præcepto incumbit seu sedulo occupatus est, interim à præceptis (ceteris iisque affirmativis) est immunis. Regnum cœlorum ipsum Regnum Dei in citato Evangelii loco denotat; id quod Talmudicis ^d est כתר התורה seu Corona Legis. Exemplum habent ^{Pirke A-} in ^e Rabbi Jochanan Ben Uzai quem hoc nomine scribunt præcepto both cap. 4. de Multiplicatione humani generis non obligatum. Ratio autem ^f Mamonad. de Eunuchorum nuptiis inter Originarios interdictis datur à Mai- bal. Ifshoth cap. 15. Shul- monide טהיר ב侑לה נפסדת ולבטלה והנטואק ההם ^g היו מכתול ^h Haben haz- ⁱ More Ne- tale; quin & ejusmodi nuptiae offendiculo essent cum ipsi virgi- bokim part. 3. cap. 49. zi rum eis qui in amorem eam pellicerent. At vero, quem- admodum Proselytis, Libertinis, ac Mamzeribus conjugia in- vicem ritè potuisse iniri, nec obstitisse legem de Mamzeribus ab Israelitarum aliorum nuptiis arcendis, consentiunt Magistri, ut jam ante monstratum est; ita etiam & castratos hos seu Eunuchos Pro- selytas Justas & Libertinas ritè duxisse, uti etiam Nethinæas & Mâm- zeras Dubias, sed non Manicas tradunt. Quoniam scilicet ex ipsa lege sacra ^j Originariis vetitæ. Dubiæ vero tantum ex majorum instituto. Atque sic deinde statuunt de coniugiis Originariorum aliquot Proselytis & Libertinis permisiss, quæ ceteris interim Origi- nariis vetita. Perquam autem singulare est jus heic de ejusmodi etiam conjugio alio permisso Mamzeri, quod & superius ^k te- tigimus. Scilicet Mamzeris proles posterique regulariter per- petuò Mamzeris nomen infamiam retinebant, qualicunque con- jugum commistione nati. Sequebantur nempè ^l ^m ⁿ ^o ^p ^q ^r ^s ^t ^u ^v ^w ^x ^y ^z seu vi- tium parentis sic dicti. At vero quoniam nec deesse volebant ^b Misna ^g Mamzeri posterisque ejus legitimum aliquem actum ^h seu reme- Gem. Bab. ad- dit. Kido- berorum seculabis contractæ abolitio, adeò ut tandem evanesceret no- schim cap. 3. fol. 69a. Mat- monid. bal. men illud Mamzeris satis odiosum, permissum est ei ⁱ שפה לישא Isuri Bia cap. 15. Moses Mi- kor, præcep. in uxorem ducere ancillam (intellige lavacto susceptam & in Ju- daismum, nomine servitutis, adscitam) ut prolem ex ea progenitam, Negat. 117.

quæ non omnino pro Mamzere sed pro servo seu ancilla (nam ancillæ proles nunquam non servilis planè erat conditionis) habebatur, ritu solenni in Judaismum integrum seu Libertitatem manumitteret; quo peracto, Libertinus id est pari cum Proselyto Justitiae integro, Jure censebatur filius ejus (quod itidem de filia dicendum) posterique sequentes, qui absque hoc fuisset, Mamzeturum nomen perpetuo retinuerint. *וְאַנְתֶּם נָרוּ עַל הַשְׁפָחָה לִמְמֹר מִפְנֵי תְקִנּוֹת הַבְּנִים* Non decernebant ne Mamzeri jungeretur ancilla; restitutio-
nis seu emendationis posterorum gratia. Quæ emendatio fiebat modo jam indicato. Unde & exceptionem singularem nasci vides

¹ *De successione regula illi de Ancillæ prole à successione arcenda, de qua alibi.*
wibus in Bo-
ma cap. 3.

C A P. XVII.

Servorum atque Ancillarum, è Gentilibus servitutem redactarum, Cognationis nullam, ne quidem post Judaismum suscepimus, ante manumissionem, apud Ebreos, in re Concubitus, rationem esse habitam. Et de eorum Contuberniis.

 Uæ capitibus proximè superioribus quinque absolvuntur, ad Matrimonium & Coitum sive vetitum sive permissum Originariis cum Servis, Ancillis, Exteris necdum in Judaismum cooptatis seu Proselytis Domiciliis, Proselytis Justis, ac Libertinis, attinent. Postulat instituti ratio, ut porro dispiciamus, de Matrimonio & coitu sive vetito sive permesso Servis, Ancillis, ceterisque, quos diximus, Originis Exteræ, inter se invicem; in ditione scilicet Ebraica, atque ex Jure Gentium quo homines ejusmodi exteræ originis inter se ibi uti aut debuerunt, aut licetè potuere. Homines hi aut Proselyti suere Domiciliis seu eorum instar, adeoque planè Noachidae aut Gentiles, aut in Judaismum cooptati, veluti Servi & Ancillæ baptizatae, Proselyti Justi, Libertini. De Proselytis Domiciliis, quantum ad hanc rem attinet, commodius loquemur libro postremo, ubi de judiciis & illiciti concubitus Peccatis, quæ ad illos eæ in ditione Ebraica spectarunt, agitur. Servi & Ancillæ in Judaismum, quantum ad sacra & religionem attinuit, circumcisione & baptismō, servitate retentā, ut libro secundo doce-

tur,

tur, cooptati, veluti Proselyti erant quidem partiarii. Sed ejusdem conditionis parte alterâ eousque carebant, quoniamdiu non manumitterentur, ut non solum in cibis aut juris civilis, extra sacra, participes (quemadmodum fere olim ubique) non haberentur; sed etiam nec cognationis seu jurium sanguinis ulla omnino ratio aut vestigium inter eos superesse existimaretur. Unde, quod satis mirere, nec filiarum, nec sororum, nec parentum quidem contubernia seu concubitus, Cognitionis nomine, eis interdicebantur. Rabbi Chasda^k; עבד מותר באמו ומותר בבתו יצא מכלל נוי ולכלל טראל בָּנָה servofas est cum matre sua & cum filia sua commisceri. ^{Gem. Bab. adit. San-}
Nam desinat prorsus esse Gentilis, & Israelitici juris seu pars Ecclesia^{58 b. Gideoffs}
Israelitica non fit. Hoc vult; cum omnes homines essent aut ^{supra lib. 2. cap. 5.}

Gentiles aut Ebræi, servum ejusmodi ob Judaisinum suscepimus planè desiisse esse Gentilem; ob servitutem verò retentam, velut Iudaam aut juris Judaici esse nequivisse; Jura autem Cognitionis aut ad Gentiles, eosque liberos, aut ad eos tantum qui Judaici essent juris spectasse; hunc, quia horum neuter erat, juribus ejusmodi neutiquam teneri. In Gemara quidem Hierosolymitana dubitationes hac de re, etiam & sententiae adversae occurunt. Sic enim ibi legi- ^{Ad iur. Ia-}
רבי אידי אמר קומי רבי יוסי בשם רב הדרא עבד מותר באחוות, ^{bimoth cap.}
אמר ליה שמעת אפילו מאם אמר ליה אין רבי פינחס אמר קומי ^{ii. fol. 12. col.}
רבי יוסי בשם רב יוסי עבד שבא על אמה חיב החטא ואמרת אליהם ^m
Rabbi Aidi dixit coram Rabbi Iose, nomine Rab Chasda, servofas esse cum sorore sua misceri, cui ille, audiri estiam, cum matre sua, quod hic negavit. Rabbi Phinees dixit coram Rabbi Iose, ipsius nomine, seu ejus, et sententiam proferens, servum qui cum matre sua concubuerit, peccatum esse, verbaque illa sacra in prefatione Interdicti incestus ad eos dices, etiam ut servi contineretur, usurpari. Sed receptam demum heic sententiam ita ex veteribus explicat Maimonides ⁿ העבר מותר לשא אמו כשהוא עבד;
ואין צריך לומר בתו ואחותו וכיוצא בהן, עכבר יצא מכלל נום ^{Maim. Muri Biac cap. 14.}
ואין העריות האסורות על הגויים אסורות עליו ולא בא לכלל טראל כדי שיאסרו עליו עריות האסורות על חניכים ויראה לי שאם בא העבר על הזכר ובחמתה יהרג טאיסור שתי עריות אלו טוה בכל הארץ עבדים

ונריהם לנטשחו הר' ה'ן כנרים כל טאסיר לגרים אסור להן וכל הטווער לנרים מותר להן נתון ארם שפחתו לעבדו או לעבד תבירו ומואר שפחה אחת לשני עברים לכתהלה ואין צרכין שום דבר אלא זו ה'ן בבהמות ושפחה שהיא מיוחדת לעבד או שאינה מיוחדת אחת הא לא פ' טאן אישות אלא לישראל או לגויים על הגויס אבל לא Servo fas est in contubernium accipere matrem suam, quamdiu servus manet, ne- dum suam filiam aut sororem & quae sunt id genus ceteras. Etenim jam desit esse prorsus Gentilis, & Incesta Gentilibus interdicta ideo ei non interdicuntur. At nec Israelitici juris ita fit, ut interdicantur ei Incesta, que Proselyti justis interdicuntur. Ceterum mihi vi- detur, servum, qui cum masculo aut bestia concubuerit, capite ple- ctendum; quoniam illa duo Incesta & quæ ad universum genus huma- num attinent. Quod itidem de adulterio dicendum. Nam quo- niam servilis Cognatio pro nulla habita est, ideo tantum cetera lu- cesta non interdicta esse aiunt servis; alioquin etiam, dum Posely- ti essent duntaxat Domicilii, ad Septem Noachidarum juris capita, ut dictum est, observanda, obstrictis. Servi vero manumissi, ut Pro- selyti planè optimi juris habentur, & quicquid hisce nefas, etiam il- lis nefas erat, & quod hisce fas, fas etiam erat illis. Lascivit etiam de- mino, ancillam suam, sive servo suo, sive servo alterius dare; etiam & ancillam unicam binis servis tradere simili modo. Neque discri- men heic aliquod inter eos habebatur & jumenta. Neque aliud est ancilla servo in contubernium conjunctæ jus ab ejus, que nondum

^{• Videjus Ge- mar. Bab. ad ius. Kido- schim cap. 3.} fol. 68 a. ita conjungitur. Quoniam verum & legitimum conjugium non habetur nisi inter Israelitas (& qui eorum jurium civitatisque sunt participes) aut inter Gentiles ad invicem. Non vero inter servos & ancillas, neque inter hosce & Israelitas. Contubernia autem servorum, ex domini arbitrio nata, quamdiu indissoluta manerent, eousque legitimum conjugium imitabantur, ut inde cum ancilla ita conjuncta adulterium ab ipso domino, antequam dissoluerentur,

^{• Ex Maimo- nide, super- ius cap. 7.} commissum pronuntiarent capite luendum, ut ex superiori allatis liquet. Sed ut contuberniorum ejusmodi dominus ipse solus au- tor erat, ita & pro libitu suo ea, modo etiam supra indicato, dissolve- bat.

bat. Nam ita conjunctorum voluntas, assensus, dissensus, in sola po-^{1. Paulus l.}
testate manebat domini. Et pro voluntate alterutrius etiam con-^{10. ff. sit. de}
jugum legitimorum, extra ius civile Isracliticum cuius participes ser-^{gradibus s.}
vose esse noblebant, dissolvi, ad eorum mentem, conjugia, antè osten-^{s. non parci-}
sum est. Atque hinc intelligendum illud ex Maimonide iam cita-^{1. Vlpianus l.}
tum, haud dispar esse heic ius ancillæ contubernio conjunctæ & eius^{2. S. 1. ff. sit.}
quæ nondum conjugitur. Scilicet minimè dispar fore, quoties-^{unde Cogna-}
cunque dominus contubernium ejusmodi pro libitu dissolverit, &^{1. Instr. sit.}
dein caicunque, ut in fructu prolem haberet, servo ancillam in con-^{de servili co-}
cubitum tradiderit. Quod verò ad cognationis heic servilis nega-^{gnatione.}
tionem attinet, unde & passim illud ^{עָבֵד אִין לוֹ} servo^{1. Paulus l. 14}
^{non est pro sapientia seu cognatio;} advertendum etiam est occurtere a-^{ff. quis. de ritu}
pud veteres Jurisconsultos Romanos ad^q Leges, serviles cognatio-^{2. Nupt. S. 2.}
nes non pertinere, nec facilè ullam servilem videri esse cognatio-^{3. Pompe-}
nem. Attamen ipsi, dum in tutelis, successionibus id genus Jure^{ius ibid. l. 8.}
tantum civili suo subnixis aliis locum penitus servili cognationi o-^{4. Instr. Instr.}
lim (quod & postea etiam aliquantulum mutatum est) negabant, in^{5. de Nuptiis S.}
jure nihilominus matrimonialis libertinorum ac contuberniis ser-^{i. Mad.}
rum, horum perinde ac ingenuorum cognationem observandam^{6. L. 32. ff. de}
esse volebant, utpote non magis in hisce quam in illis, ex jure San-^{7. de pers. Reg.}
guinis, naturalem. Quod itidem de eorum adfinitatibus definie-^{8. Plaut. Proseguuntur.}
bant. In contrahendis nempè matrimonii, naturale ius & pudo-^{9. C. sit. de In-}
rem inspiciendum esse. Et quod attinet adjus^u civile, inquit Ull-^{10. cest. Nupt. l.}
pianus, servi pro nullis habentur; non tamen jure naturali, quia prologo. Paul.^{3. Vlpian. sit.}
quod adjus naturale attinet omnes homines aequales sunt. Verum^{11. sentent. 2. sit.}
autem seu legitimum connubium, ut Ebrei, ita & Romani veteres^{1. Vlpianus l.}
servis esse^x negabant, contubernium eorum, in vita communio-^{12. S. 33. ff.}
nem, conjunctionem nuncupantes & ancillas ita conjunctas^y con-^{tit. de Instru-}
tubernales. Sed vero ex Novellarum^z & Pontificum^a iure, satis^{aa}
legitimæ etiam, quemadmodum inter ingenuos, nuptiæ inter ser-^{2. NoS. 22. Es}
vos consistunt. Sed hoc obiter.^{78.}

^{1. Tit. de com-}
^{jugio seruo-}
^{rum.}

Cap. XVIII.

D e P r o s e l y t o r u m J u s t i t i a & L i b e r t i n o r u m , i n t e r s e i n v i c e m a u t c u m G e n t i l i b u s C o n j u g i i s . E t q u a l i s n a m e o r u m C o g n a t i o n i s , d u m G e n t i l e s e r a n t , u n e m p o s t e - r o r u m i n S a n c t i t a t e , i d e s t p o s t q u a m P r o s e l y t i f a c t i s u n t , n a t o r u m , i n t e m a t t i - m o n i a l i s e u i n C o i t u s i n t e r d i c t u s , h a b i t a s i t r a t i o .

^b Deut. 23.^c Cap. 14.^d Maimonid. Ifuri Bia cap. 12.

Tnter se invicem, sine exceptione ulla, omnimodi generis Proselyti ac Libertini (dum gentem, unde venerant, tantum spectas) conjugia ritè contraxere. Neque leges sacras ^b de Ammonitis, Moabitis, Idumæis, Aegyptiis, diversimodè conjugio Originariorum interdictis (ut antetraditum est ^c) ad Proselytos aut Libertinos attinuisse voluerat ^d. Nimis quicunque fieret ex gentibus hisce Proselytus aut Liber-
titus, ritè satis inibat conjugium cum Proselyta è gente qualicun-
que adscita. Ut & Proselyti ceteri qualescumque tum inter se invi-
cem, tum cum foeminis è gentibus illis in Judaismum cooptatis. Ne-
que sexus heic discrimen, neque generationum quales in Deuterono-
mio memoratae. Et leges illas ad Originarios seu יהוה קָדְלָה Eccle-
siam Domini solummodò spectare docent. Proselytos autem & Li-
bertinos universos simul indigitantes קָדְלָה Ecclesiam seu i-
niversitatem Proselytorum, sic ab Ecclesia Domini eos discriminare
solent. Sed verò hosce non minùs atque Originarios à Gentilium
seu Exterorum qui nondum Proselyti aut Libertini facti sunt, uti & à
servorum & ancillarum conjugiis ac coitu arcendos unanimiter sta-
tuunt; modò exceptiones illas admittas quæ supra capite duodeci-
mo de Servis, & capite proximè superiori de Ancilla & Mamzere ha-
bentur. Scilicet jus parile, de Mamzere in Proselyti posteris; pari-
le item de Proselyto in servitatem addicto, & de Ancilla partiaria

^e Cap. 4 pag. 162. ^f Cap. 170. Proselyti. Jam verò quod ad Cognitionis Proselytorum & Libe-
tinorum in re matrimoniali jura attinet; ea consideratur aut quæ
^g Cap. 26. antequam Proselyti facti sunt, locum habuit, aut quæ postmodum ex
^h Hal. Isuri Bia cap. 14. susceptione liberorum orta est. Cognitionem pristinam omni-
& Gloj. Tal-
mod. Babyl. modam evanuisse docent per Regenerationem, juxta ea quæ libro
ad rit. San- secundo fusius sunt tradita, uti & in libro de successionibus ⁱ in Bo-
bed. cap. 4 na. Et Maimonides ^j; נִשְׁתַּחֲוֵד וְעֶבֶד שְׁנַתְּחַרְּד הָרִי הָאָ כְּקַטְןָ; fol. 58 a.

פָנוֹלֵד

שנולד וכל שאר בשר שהוא לו כשהוא גוי או כשהוא עבד אין שאר
בשר ואם נתגייר הוא והם אינו חייך על אחת מהם מטומ עזה
Quando Gentilis Proselytus siebat, aut servus Libertinus, uter-
que instar infantis recens nati babebarur (quod & supra ^h explica-
tur et c.) Et proximitas sanguinis qualisunque sive hujus dum Gen-
tilis erat, sive illius dum servus erat, jam planè desit esse. Quin et si
sive hic sive ille in Judaismum esset cooptatus simul cum proximis suis
de sanguine, illarum nomine, incestus nullius tenebatur. Nam ubi
consanguinitas seu cognatio nulla reperta est, incestum ejusce nomi-
ne ut reperiatur, ex qualicunque conjugio, fieri nequissime palam est.
Unde nec Matrem nec Sororem Uterinam Proselyto seu Libertino
recens facto interdictam ex hujusmodi legum morumque suorum
interpretamentis voluere. Et tametsi mater simul, pater, filius, ac
filia, frater ac soror, Gentiles, unico temporis momento in Judai-
sum integrum sive ut Proselyti sive ut Libertini cooptarentur; sic
plane invicem כורים ut alieni erant, nullo cognitionis pristinæ
vestigio remanente. Ante ⁱ autem monitum est de singulari jure, ^b Lib. 2. c. 4.
quo nec fraternitas ulla haberetur ^k inter Proselytzæ jam factæ filios ^{pag. 170.} G
quorum alter ⁱ בקדושה in Sanctitate seu postquam Proselyta facta ^{Mish. m.}
est, tam conceptus est quam natus, alter in Sanctitate natus sed extra Iabimoth c. ^{171.}
eam, seu antequam Proselyta est facta, conceptus; quod pariter intel-
ligendum de filiabus, & de filio & filia. Nullam nempè inter hu-
jusmodi natos esse sanguinis relationem, nisi quodlibet par (quale
de alio quovis numero pariter dicendum) tam conceptum esset
quam natum in Sanctitate. Quam ex Regeneratione ortam adver-
tendum est, Magistris esse solenne, Proselytis Justitiæ & Libertinis, .
non omnino servis licet in Judaismum, retentâ servitute, cooptatis,
tribuere. Sed verò quod sic discrimine è tempore Sanctitatis &
illo quod ante eam præcesserat, atque è conceptu & natalibus con-
flato tradunt, locum tantum habuit in liberis quam se invicem respi-
ciebant, non quam respiciebant parentes. Nam tam proles quam extra
sanctitatem concepta est, quam quam intra eam, pro filio seu filia pa- ^{1 Gem. Bab.}
rentibus utrisque (modo utriusque salem Proselyti) censebatur, quan- ^{ad rit. Iabi-}
quam inter hanc & quam intra sanctitatem nata est, fraternitas habere- ^{moth cap. 14.}
fol. 97 b. tur

PPP

turnusla; ne quidem inter gemellos, nisi tam conciperentur quam nascerentur in sanctitate. Parentum ita & proles ad invicem relationem, post novos illos Proselytismi natales seu Regenerationem, ex ipso nascendi tempore, quod insequeretur, pendere volebant (unde & Proselytae dum gravida erat factae proles materni generis seu

^{■ Lib. 2. cap. 4. pag. 170.} sanctitatis maternae particeps nascebatur, ut superius ^m monimus)

Fratrum vero ac Sororum ex conceptu tantum. Unde interdum evenit, ut, qui eidem parenti filii essent & filiae, sibi invicem fratres aut sorores neutquam censerentur; Adeoque cognatio inde fraterna haberetur nulla, nec cognationis ejusmodi in re matrimoniali aut concubitus interdictis ratio ulla, cum interea paterna & materna planè agnoscetur, adeoque huiusmodi cognationis nomine Matrimonium inter Proselytos & prolem ejusmodi esset, non minus atque inter alios sic sanguine conjunctos illicitum. Juxta jam dicta nimirum statuunt, dum simpliciora Legis morumque ac sciorum veterum suorum interpretamenta sine placitis ab eis qui rebus praefuere, hac de re superinductis, rotundè tradunt. At vero modermina seu temperamenta superinducta à majoribus aiunt, quæ effetum in Proselyto illum Regenerationis, quo cognationem omnimodam pristinam amitteret, publicæ honestatis seu existimationis causâ, diversimodè heic cohiberent. Ne felicet ipsis Gentilibus visiderentur ipsi laxioribus hac in re, quam par erat, uti moribus. In Temperamentis illis alia erat ratio interdictorum incesti, quibus Gentiles omnes seu universum genus humanum, ex veteri Noachidarum iure, obstringuntur, alia eorum quæ in Lege Mosaica accesserunt, alia item concubitus ex matrimonio, alia sine matrimonio, alia matrimoniiante Regenerationem, alia ejusce quod post inibatur, atq; alia demum cognationis paternæ, maternæ alia. Statuebant igitur ipsi,

^{■ Hal. Ifur. 14. in Gem. Babyl. ad rit.} ut tam soror quæ fuerat uterina quam mater etiam post Regenerationem Proselyto atque Libertino interdicterentur, idque etiam si ante alterutra harum ducta fuisset. Maimonidesⁿ, דין תורה שמותר, נבר טיטה אמו או אחותו מאמו שנתגיריו אבל חכמים אכרו דבר ה כדי שלא יאמר באננו מקדשה חמורה לקודשנה. קלה שאמתה ההנה לו אסורה והיומ מותרה וכן נר שבא על אמו או אחותו וזה יאמן ^{בנירנה} ^{2. fol. 22. a. 5. Erde ad cap. n. fol. 97. b.}

בגיחותה הרى זה כנָבָא עַל הגנְרִית כפֵד רַי הַגְּרִים בָּעֲרִיות שֶׁל שָׂאוֹ
 בשֶׁר אָם הִיא נְטוּיָה כְּשֹׁהָא גּוֹי לְאָמֹן אוֹ לְאַחֲרָיו וּנוֹתָגְנִירוֹ מִפְרָטָן
 Ex nuda Legis sacra interpretamentis est, quod si fuerit Proselyto in Uxorem ducere sive Matrem sive Sororem uterinam in Iudicium cooptatas. Interdixere autem hoc Sapientes, ne forte
 missitando objiceret Proselytus, Devenimus ex sanctitate graviori
 seu strictiori in sanctitatem leviorem laxioremve; eo quod ita eam
 que beri eras interdicta (nempè ex veteri jure Noachidarum) ho-
 die ducere eis fas fuisse. Nihilominus Proselytus qui cum Matre aut
 Sorore uterina, dum ipsa Gentiles adhuc sunt, concubitus, non aliud
 facit ac is qui cum feminis quacunque extera concubitus. Quod ve-
 rò ad Proselytorum, de Incessu, sanguinis nomine jus heic in primis spe-
 ctus; si Proselytus dum adhuc gentilis esset, sive Matrem sive Soror-
 em (uterinam) in uxorem duxisset, divorcio separabantur. Nec
 contrahi nec constare sinebant matrimonium Proselyti & Matris
 seu Sororis uterinæ. Cum hisce verò concubitus extra matri-
 monium, antequam ipsæ fierent Proselytæ, pro incestu, ratione san-
 guinis pristini, non habebatur. At si, antequam Proselytus factus
 fuisset, aliam quamcunque ex Lege Mosaica interdictam sive nomine
 sanguinis sive affinitatis, Proselytam etiam cum eo factam, duxisset,
 constare sinebant matrimonium. Sic idem, ex sententia veterum,
 Maimonides; ואם היה נושא לטאר עריות ונתקיר הוא ואחותו אין מפרטן Si vero duxerit quamcunque aliam nomine incesti in-
 terdictam, & postmodum tam ipsa quam ipse Proselytis fiebant, di-
 vorcio non separabantur. Utique ex sententia forensi separabantur
 conjuges Proselyti, ubi duxerat quis, post Regenerationem, sive pa-
 triu sive fratri germani Uxorem sive Novercam (rametsi tiam post
 Regenerationem maritis copularentur) sive Amitam, sive Germa-
 nam Sororem (quarum omnium proximitas ex patris sanguine pen-
 debat, sive Materteram quæ avi materni, non aviæ, filia, sive filiam
 sui; pristino scilicet sanguinis jure sibi conjunctas. Nam earum quæ
 ex Conceptu simul ac Natalibus, post Regenerationem ortæ, hisce
 aliisve nominibus quempiam contigerent; idem ipsum jus erat,
 quod Ebreorum. Hinc est quod Thamarem Davidis filiam Amno-

ni fratri rite satis conjungi potuisse existimant, idque ex eo quod sa-

* 2 Sam. 13. cto sermone occurrit ex hoc jure intellecto. *Quin potius, inquit*^o

13. ubi ibas R. ad fratrem libidine instantem Thamar, *loquere ad Regem & non ne-*

David Klm- *gabit me tibi.* Erat, aiunt, Thamar filia Maacæ ex Davidis concu-

gnosis. bal. bitu, dum ipsa adhuc Gentilis esset neque, ob singulare captivæ for-

Melacim c. mā venustâ jus, ut supra ostensum est, interdicta. Proselyta autem

8. R. Beccas in Biur. fol. facta (nam nullam sive Davidis sive Salomonis aliorumve in veteri

222. col. 4. R. federe Ebræorum, uxorem non fuisse Proselytam, admittunt, nisi ubi

Moses Miko- 121. precepit. Gentilem planè fuisse nuptiarum tempore disertè affirmatur) nupsit

affirm. 122. Davidi, cui ex Ahinoama uxore suscepitus Amnon. Frater igitur

(si naturale jus sanguinis respicias) erat germanus Thamari. Quo-

quam vero & mater ejus & ipsa etiam, dum mater Gentilis esset, con-

cepta Proselytæ factæ essent, ideo desiisse omnimodam sanguinis vo-

lunt inter hosce conjunctionem, adeoque eam conjugio ei potuisse

jure copulari. Nec dissimile jus erat earum quæ Proselyti uxori, ab

earum quæ sibi, consanguineæ fuere. At verò quæ sanguine ei ma-

terno coniunctæ sunt, aut quatum affinitas ex eo pendebat, earum

adèò fuit jus diversum (sed ex temperamentis illis à majoribus, ut

diximus, adjectis) ut, si, post Regenerationem, harum quampiam

? Maimoni- duxisset, ex sententia forensi divortio essent separandi. Unde aiunt^o,

der loco citato- נ אסור בשאר הארץ אחד שנתנו ייר מדברי סופריך ומוחר בשאר

to, Et Gem. Bab. ad rit. האב אע' ב שיזדע בוראי טהו מאביו כונן תואומית שדרבר ברור

labimoth c. של זה הואה אביו של זה אע' ב בן לא גאזו על טהר אביו Et

fol. 22 d. San- labimoth cap. 4. Interdictum est Proselyto, postquam Proselytus fuerit factus, idque ex

hedrin cap. 4. sanctis scribarum, cognatis ac adfinibus ex materno sanguine sibi

fol. 58 d. Arg. ita in-coniunctis, non paterno. *Quin tametsi liquido constaret de pater-*

teligenda Ge- no invicem sanguine, veluti ubi Gemelli nascebantur, quorum pa-

mara Hiero- polymorpha trem fuisse unicum certò scimus, paterni sanguinis nomine marri-

ad ut. Iabi- monium heic non interdictum est. Sed tantum materni. Hanc igi-

moth cap. II. fol. 12. col. 1. tur ex ejusmodi sanctis licuit Proselyto, non solùm sororem ducere

uterinam (quæ etiam Gentili vetita) sed nec Materteram, quæ avia

maternæ filia, nec fratri uterini uxorem, de qua tamen distinctio

adhibetur. Interdictam illam esse si fratri uterino nupta esset, ipsi

etiam Proselyto; non item si Gentilis morcretur. *Qua de re De-*

cisiō-

cisionem memorant, in causa Naphtimi Proselyti ^q qui fratri ute- ^{1 Gemar Bob.}
 rini uxorem, nondum scilicet regenerati, duxerat. Qui etiam Prof. ^{ad rit. labi-}
 elytam ¹ & filiam ejusdem simul duxerat, aut binas sorores uterinas, ^{moth cap. 81.}
 fol. 98 a. ¹ Maimonid.
 ei earum altera divortio erat ejicienda, alterâ, pro libitu suo, retentâ. ^{balach. Isuti}
 Sed obtinuit etiam apud nonnullos ¹ opinio eam tantum retinen- ^{Bia cap. 14.}
 dam quacum concubitus antcâ habitus, ubi cum altera nondum vir ^{Ex locis supra}
 concubuerat. At verò uxori Proselytæ superstites five matrem ejus- ^{ciatis alio}
 dem five filiam (semper in hisce conjunctionem sanguinis, ex natali- ^{ex Gemara}
 bus ante Regenerationem, ortami intelligas oportet) ducere jure po- ^{Babylonia.}
 mit ¹ quoniam de his non decrevere scriba ^{Gemar His-}
 nisi ubi utraque superstites. Nimirùm simul eidem conjungi has ^{resolym. ad}
 solebant. Quin binas sorores Proselytas, non uterinas, conjugio ^{tir. Iesimoth}
 simul habere permisum est נזרו בטהר האב טלית נזרו ^{cap. II. fol.}
^{12 a. col. 2.} quoniam nec de-
 crevere heic de sanguinis conjunctione paterna.

C A P. XIX.

Patrum & Historicorum Christianorum Veterum sententia defenditur; scili-
 cit Herodém Magnum Regem, ab Antipatro Idumæo dicto adeoque (ut aiunt
 aliqui) Judæo, è Cypro fœmina Gentili uxore sua suscepimus, ex ipsis natali-
 bus Alienigenam, nec Judæum fuisse.


HX superiùs allatis difficile non est controversiam illu-
 strem, pridem apud viros eruditissimos ortam, de He-
 rodis magni Regis statu ac natalibus obiter finire; uti
 & illud' quod in Ebræorum Commentariis occurrit
 de Agrippa Rege, acclamatum scilicet fuisse ei publicè veluti Israelit-
 arum fratri seu Israelita, rite intelligere. Satis enim perspecto jure
 Gentium quod obtinuit inter Ebræos Proselytosque atque alios
 exteræ originis; juxta jam ante explicata, res erit perquam manifesta.
 En tibi quantum ad hanc rem, stemma ex Flavio Josepho ¹ quod u-
 triusque natales indicat,

P p p p 3

¹ Orig. In-
 das. lib. 18.
 c. 7. ¹ Gide
 lib. 15. cap. 2.
¹ G. II. ¹ lib.
 Anti- 16. cap. 2. ¹ G.
 Halofes lib.
 1. cap. 19. ¹ G.
 18.

*Antipater, Herodes
item dictus.*

Antipater. Ἀντίπατρος Cypros.



Quod ad Heroden magnum heic attinet, nemo nescit apud Patres & Historicos veteres Christianos eum passim dici ἀλλόφυλον atque alienigenam. Id quod etiam in Scholasticorum ^u è Messia

^{Io. Bacchon.} ad sentent. 3. adventu disputationibus vetustis admitti solet velut quod dubio cap. dist. 20. q. 2. art. 1. Et proret. In eo enim, illo nomine, collocant translationem primam ^u *Imlog. in sent. 4.* perii Judaici ab Originariis, qui iuxta promissionem illam notissimam Judæ factam regnarent, in alienigenam. Qua de re differendi locus heic non est. Sed verò nec puto repertus est inter Christianos qui non aut alienigenam aut Proselytum aut ejusmodi quid cum fuisse

fuisse à primis Christianismi seculis semper aut affirmarunt aut non
 negarunt, usque dum ante annos aliquot vir summus Josephus Scali-
 ger, ita planè Judæum seu Originarium esse Herodem hunc voluit^x. Animad. in Euseb. ad. 1983.
 ut neque alienigenam neque Proselytum existimarit eum censem-
 dum. In hunc statim insurrexit Nicolaus Serrarius, vir quidem et-
 iam doctissimus, qui libello Herodes inscripto, novitatem illam re-
 fellere conatus est. Habet autem Scaliger heic sequaces suos^y ma-
 gni nominis, qui & sententiam ejus stabilire pluribus contendunt.
Isaac Es-
tebon. exer-
cit. in Baron.
Quæ. s. 3. C. 4.
 Suos item habet Serrarius veterum sententiæ libenter tenaces. Quæ
 illi congesserunt neutiquam compilabo ego. Attramen de non-
 nullis quæ vetustissimam Patrum & Historicorum veterum Chri-
 stianorum sententiam de Herodis peregrinitate firment, & universa
 in eam pridem adducta breviter refellant, monere heic visum est, sa-
 ncta nemine quantùm scio satis animadversis. Controversia sum-
 ma est, utrū Herodes hic Antipatri filius, sive regnum Judaicum,
 sive gentem Israeliticam seu Judaicam ex Abraham semine propaga-
 tam species, ita civiliter aliquo modo Judæis seu Israclitis eorumve
 reipublicæ, cœtui, Ecclesiæ insereretur, atque ita sive ex Ebraico sive
 ex Interveniente Gentili jure Civitatis Israelitica donatus sit aut frue-
 retur, ut Alienigenæ nomen aut statum ex eodem jure penitus sive
 exueret sive omnino non haberet. Scilicet ex semine Abraham seu
 Judæum naturaliter cum fuisse nemo puto veterum præter Nico-
 laum Damascenum^z assentatorem ejus satis feedum hujusque sequa-
 rem Pseudogorionidem^a qui à Judæis captivitatis Babylonice Anti-
 patrum deducifingunt, unquam ne somniavit quidem. Neque ho-
 rum autoritas tanta est ut in partes eam, hoc sensu, trahi vclit eorum^b.
Apud Iose-
phum lib. 14.
cap. 2.
 qui veteres heic impugnant, quisquam ni fallor, præter Augustinum
 Torniellum^b. Et quod ex Strabone adferitur, Herodem Ηρών^b In Annalib.
 dictum, id est quidem *indigenam*; id planè ad locum natalium atti-
 nect, non ad statum quem quærimus, ut ex ipso vocabulo liquet. Et-
 iam scriptoris alioquin maximi autoritatem, hacin re esse levem fa-
 tis pronuntiare non dubitemus. Et id quod est nasci in Judæa so-
 nū Judæum fecisse nemo puto haec tenus rerum Ebraicarum sciens
 existimavit. In Quæstione autem ex Ebraico sive ex intervenien-
 te Gen-

te Gentium jure dixi. Nam à ratione nimis dissonum est , de statu seu civilitate cuiuscunque in aliqua republica aut gente disputare ex iure reipublicæ seu genti illi alieno. D.Paulus civem se esse Romanum Hierosolymis professus est^c , ut legis Portiæ beneficio liberaretur. Nemo rerum æstimator æquus exceptionem illam sive Jure Ebraico seu loci ubi orta est,sive Tarsico, seu Pauli natalium loci, seu aliūs cuiuscunque reipublicæ seu imperii præter Romanum , definitam fuisse non videt. Aut ex Jure Romano seu Cæsareo Romanus dicendus erat civis,aut,ad rem,nullo. Quod pariter dicendum, ubi quæstio (ut apud hæreticos aliquot) fiebat utrum fuerit etiam ille Ebræus. Scilicet ut illud ex Jure Cæsareo, ita hoc ex Jure Ebræis in usu definiendum. Quo itidem ipsum Ebræum seu Judæum fui-

^d*Epiphanius*
^{lib. 2. herof.}
30.

se contra Ebionitas plurima ante secula assertum habemus. Variant admodum actus civiles in civitatis passim donatione. Neque minus variant pro diversitate locorum seculorumque , temperamentu quibus civitate donatorum jura ab Originiorum ita distinguntur ut in horum numero nec civiliter quidem habeantur sive illi sive eorum posteri aliter atque jura loci civilia seu Gentium jura ibi Interventia permittunt. Obvium est quod dicimus,in legibus & historiis veterum Græcorum atque in jure Quiritium cum eo quod erat Latinitatis comparato. Hodieque ut semper, Anglorum, Gallorum, Hispanorum , aliarum quæ jam florent gentium jura heicin vicem valde discrepant. Nec ubi de alicuius statu hujusmodi question fit, ab alio finienda est jure quam gentis illius ad quam status ille attinet, sive civili sive sibi atque genti alteri interveniente (cuius eadem heicratio) quod quidem adeo manifestum est, ut de eo breviter monere tantum paulò cordatiōi cuique satis sit superque. Aliigenam autem quemquam seu peregrinum esse aut censi, atque interim non hostem, juxta varia gentium jura sive Civilia sive Interventia, in dupli constituitur genere. Aut in eo quod est omnimodo exterum esse sine ulla civitatis participatione, præterea quæ ex Jure Naturali seu omnium communī nascitur (quam passim videntur in iis qui nondum civitate ullatenus donati alienis in terris degunt) aut in eo quod est, ob rationem Originis exteræ seu genitatis

neris à populo in quem , juxta iura illa , cooptatus quis fuerit (sive illud natalibus qualibuscunque fiat , sive primariâ Civitatis donatione) alieni , ita , in rebus nihilominus civilibus , advenæ seu peregrini nomine ab Originariis distingui , atque ita non delectum peregrinitatis characterem retinere , ut eandem ipsam ob causam , neque ullatenus ob aliam , singularia aliquot sive plura sive pauciora quæ Originariis competant iura neutquam sortiatur . Nam qui prioris sunt generis , habent cum civibus communia nonnulla , quemadmodum etiam Proselyti Domicilii apud Ebræos . Et qui secundi sunt generis , omnia non habent cum civibus communia . Adeò ut ubicunque defectus istiusmodi communitatis , nomine Originis exteræ , reperiatur , ibi necesse sit ut peregrinitatem agnoscamus . Jam vero Herodes spectandus est aut quæ Jure civitatis Israelicæ aliquo è natalibus frui potuisset , aut quæ in Judaismum ipse , ut Proselytus primò factus , postmodum potuisset cooptari . Quantum ad pri-
mum ; detur quod volunt heic patrum sententiæ oppugnatores , tam avum ejus quam patrem Proselytum justitiæ fuisse , etiam & Proselyti prolem patris conditionem sequentem , id est Proselytum natum , pro Judæo Originario habendum (de quo plura mox) certè nihil habetur in stemmate supra exhibito alibive apud veteres quo cum Proselytum natum fuisse sit omnino existimandum . Qua in re certè oppugnatorum argumenti cardo versatur . Scilicet Proselyti uti & Israelicæ proles è Gentili suscepta , Proselyti statum non habuit , sed plane Gentilis erat , adeoque Israelicæ recipublicæ undiquaque alienigena , ut capitibus duodecimo & decimoquinto supra docetur . Uxor autem Antipatri Herodis patris (quem Proselytum fuisse ha-
ctenus admittimus) erat Cypros , quam fatentur omnes Arabissam ^{e Toseph. lib.}
^{14. cap. 12.} fuisse , id est planissimè Gentilem . Omnes inquam quorum heicra-
tio habenda . Nam nihil est quod legitur apud Pseudogorionidem ^{f Lib. 4. cap.}
^{37.} cam fuisse Idumæam . Neque alibi puto occurrit ejusmodi de ea
commentum , aut à viris doctis omnino recipitur ; tametsi si Idu-
mæa ea fuisset , idque Origine vetustâ , planè Proselyta fuisset (juxta
ea quæ mox dicuntur) atque ita Herodes ex ea natus proculdubio
Proselytus ; sive pater Proselytus sive Gentilis fuisset . Sed vero

Q q q q

Arabissa

Arabissa erat Cypros, neque haec tenus repertus est inter veteres, cui eam Proselytani factam esse unquam in mentem venit. Herodes igitur filius ejus Gentilis erat, seu quod idem est, maternæ conditionis. Atque ita evanescit tota de Idumæis seu Judaicis parentibus argumenti vis afferri solita. Quod verò existimavit Josephus Scaliger Cypron Proselytam factam (ut ex ejus verbis aliam ad rem supra & adductis constat) ideo quia aliter ex jure Ebraico rite Antipatrum conjungi nequibat, non tam afferre argumentum est quam temere fingere. Et quam leviculum est, ideo Herodem natum fuisse Proselytum afferere quia presumendum non sit Antipatrum contra iura Ebraica fuisse commissarum? Atque hoc modo nulla omnino civitatis Israelicæ participatio ex natalibus erat Herodi, ut pote planè Extero & Gentili, seu peregrino prioris, quod diximus, generis. Sed verò misera matre, nullo modo probatum haec tenus vidi sive patrem sive avum Herodis proselytum tempore ejus natalium fuisse. Postmodum quidem patrem Proselytum factum scribit Epiphanius^b. Sed hoc nihil ad Herodis natales. Neque evincit cum sic fuisse quia D. Hieronymo^c Antipatri Proselyti filius dicatur. Non ideo filii natalium tempore pater Proselytus, quia Proselytus. Et nisi fuisse, filius à patre jus Proselyti derivare sibi non potuit, ut manifestum sit ex eis quæ de Proselytis superius observavimus.

C A P. XX.

Expenduntur quæ in Patrum de Herode Magno sententiam à viris doctissimis affiruntur ex eo quod pater avusque ejus essent Idumæi, adeoque, ut aucti, Judæi. Et de Proselytorum eorumque posterorum quæ universitate, Ecclesia seu civitate Ebraica sive donabantur sive arcebantur, tum jure tum peregrinitate.



T verò Idumæos insuper aiunt fuisse Herodis avum patremque; gentem autem illam sub Joanne Hyrcano Rege annis ante Herodem nonaginta in ritus transisse totam Judaicos adeò ut dein omnes Judæi ferent & haberentur^k, id est Proselyti Justitiae. Quod nec semel memorat Jo-

^a Orig. Tu-
dasc. 13. cap.
17.

rat Josephus. Vide quæ supra ea de re afferuntur. Atque ipse aliqui
 ait Joannem Hyrcanum transmutasse r̄w πολιτείαν αὐτῶν εἰς τὴν ^{Lib. 2. cap. 2. pag. 151.}
 Ιudeānō ἔθνος καὶ ὥρμηνa vitam ac mores eorum in Iudeorūm mores &
 ritus. Unde & Zonaras de Hyrcano; οὐσιάζεις δὲ τὸν ιδεμαίγε
 ἀπένειπτον αὐτοῖς τὸν τὸν χώραν Διάστελλε, εἰ τοῦ πενουόντος καὶ χρεων-
 τῆτον Ιudeānōς. Οἱ δὲ Διάστελλοι πατερίδες, καὶ τὸν πενουόντον καὶ
 τὰ οἰνοχέαν subactis Idumæis ea conditione in patria versari
 conceperit si circumcidērēntur & moribus Iudeicis uterentur. Qui
 amore natalis soli & circumcisionem & reliqua tolerarunt. Hinc
 evenisse ut avus Herodis saltem Proselytus esset, Pater verò adeoque
 ipse natalibus ac sanguine paterno Iudeus, atque, ut volunt, civiliter
 planè Originarius. Ceterū si concedatur ex eo quod traditur de
 Idumæis in ritus Judaicos transeuntibus universis, etiam & Herodis
 majores ita Iudeos factos, adeoque ipsum Iudeum ex Idumæis Ju-
 dæis natum fuisse, certè inde nihil omnino consequitur eum neuti-
 quam populo Israelitico seu Judaico originario peregrinum ac alie-
 nigenam civiliter aut censendum fuisse aut revera extitisse. Et mira
 est hallucinatio atque iis qui rebus versari videntur Ebraicis nimis
 indigna, Proselytorum Justitiæ posteros sanguine Israelitico non
 commistos ob Judæi nomen natalibus acquisitum, peregrinitatem
 non retinuisse existimare, quod faciunt heic viri magni. Id certissi-
 mum est, quandiu manerent originis exteræ probationes, quæ <sup>Ensebius
hīst. Eccles.
suppl. 1. cap. 7.</sup> ^{III.}
 ut etiam originariorum Iudeorum stemmata, in tabulis genealogi-
 cis asservari solebant, tum τῶν Προσλύτων, peregrinorum,
 advenarum, nomen posteris eorum inhæsisse (idque nec Originariorum malevolentia nec invidia, ut perperam aliqui autumarunt;
 sed ex ipso jure apud Ebræos receptissimo) tum peregrinitatis seu
 originis exteræ effectus omnimodos qui ad eos qui primò facti
 sunt Proselyti, spectabant, perpetuo mansisse. Qua de re consulas,
 quæ libro secundo fusiūs ^{Cap. 4. pag. 167.} tradita sunt. Et de nomine quidem re-
 tento monet Serrarius ^{15.}, testimonii aliquot adductis. Innumera
 adjici possent. Etiam quæ superiùs attulimus de Ammonitis, Moa-
 bitis, Aegyptiis, Idumæis Proselytis (qui ubi de Proselytis generatim
 loquuntur Magistri, quemadmodum etiam Nethinæi, excipi solent)

satis evincount, neque nadam ipsam Proselyti factionem seu in Judaismum cooptationem, neque id quod est nasci è Proselyto, delete originem exteram ejusve characterem civilem; cuius in prioribus jam dictarum duabus gentibus ratio semper ejusmodi habita est ut mares Proselyti post quotcunque generationes nuptiis Israelitum perpetuo, solo originis illius exteræ nomine, arcerentur, in reliquis binis, ita ut in tertiam itidem generationem utriusque sexus Proselytis, Israeliticis esset abstinentium nuptiis. Quod ad Herodis seculi Idumæos seu qui captivitate Babylonica recentiores sunt, spectare

^{11. supra cap.}
^{12.}

nolle magistros monitum ¹ est. Aliter sane etiam & ejusce juris Idumæis pariter ac Ægyptiis singularis ratio aliqua heic habenda fuerat, saltem si Herodem non fuisset utcunque tertiaræ generationis Proselytum admitteretur; qua de replura in sequentibus. Peregrinitatis autem manifestæ effectus, in Proselytis eorumque posteris, primarii ac illustriores cernebantur tum in muneribus civilibus militaribusque, tum in jure Nuptiali. Muneribus tam civilibus quam militariis ita arcebantur ut Originariis præesse ritè nequirent, nec judicia (saltem alia quam Triumviralia) exercere, idque tantummodo exterae originis atque peregrinitatis retentæ ac inhærentis

^{2 Halach. Me-}
^{lakim cap. 1.}

אין מעמידין מלך מנטם ad veterum ³ mentem. Maimonides ⁴ ad veterum ⁵ mentem

^{6 Vide sis Ge-}
^{mar. Babyl.}

טקד גרים אפיקו אחר כמה דורות עד שתהיה אמו מושראל טן

^{7 ad tir. Iabi-}
^{moth cap. 12.}

לא תוכל לחת עליך אש נכרי אשר לא אחיך הוא ולא למלכנת

^{8 fol. 101.}

בלבד אלאת לבן טירות שבישראל לא שרצבא לא שר חמוץict

^{9 ib. 102.}

לא טר עשרה אפיקו ממנה על אמרת הימים שמולק ממנה השdotot ¹⁰ ו

^{11 ib. ad tir.}

ואין צורך לומר דין או נשיא טלאה יהא מיטראל טן מקרוב ¹² גוגז

^{13 Baba Bathra}

אחיך תשים עליך מלך כל מיטמות שאתה מיטים לאם יהו אלא מקרוב

^{14. fol. 3.}

Non constituebatur (excivilis scilicet Jure Ebraeorum) rex. è ce-

^{15. fol. 41 b.}

ad tir. Sora tu Proselytorum, ne quidem post quotcunque generationes, usque dum

Mater ejus esset ex Israele (De Patre Israelita verba non fecit, quoniam ab Israelita è Proselyta; quacum nuptiæ Israelitæ non interdicebantur, suscepturn, Originarium atque adgnatione Israelitam fuisse, non in Proselytis censitur, nemo rebus Ebraicis paulò versator unquam dubitavit; sed ne ob patris Proselyti sanguinem, cum paterno sanguine apud Ebraeos familiæ utrinque Israeliticæ tantum distingui solerent,

folerent, dubitaretur ubi Proselytus ex Israelite prolem generat
 quæ pariter etiam juris erat Israeliti & reverè Israelita natus, idèo de
 Matre heic signatiùs monuit) *juxta id quod scriptum est*¹ non po-^{Deuteronom.}
 teris dare super te virum extraneum qui non sit frater tuus. *Neque*^{17. 15.}
 in regno tantum ita se res habuit, verum etiam in universis apud
 Israelitas prefecturis. Extraneus, seu Proselytus ejusmodi ritè non
 fidei exercitus, pentecontarcha, Decanus. Imò nec aquaductuum
 prefectus. Opus non est dicere, eum non ritè fieri Iudicem aut Con-
 sistoris Principem. (pænibus scilicet Judiciis, idque ex Jure Ebræo-
 rum civili exercendis; Nam Judiciis ex Jure Noachidarum simpli-
 ci exercendis, etiam Proselytus Domicilii ritè præficietur, nedum
 Justitiae, qua de re videlicum septimum¹), *Ratio est quia non ali-*^{Cap. 6. C. 7.}
 undè atque ex ipsis Israelitis hujusmodi petendi sunt *juxta illud* è
 medio fratrum tuorum pones super te regem. Similimodo cetera
 que apud te sunt prefectura non sint aliunde quam è medio fratrum
 tuorum. Et ad locum illum Deuteronomii, Aben Ezra
 מדריך האמתת שאננו מטבחות ישראל ולא אדומי אף על פי שכתוב
 לא אחים שאיננו מטבחות ישראל ולא אדומי אף על פי אחדך
 Revera heic frater tuus non est qui non fuerit de familia
 Israelitica. Ne quidem Idumeus, tametsi in scriptura² vocetur ipse³ Deuteronom.
 obiter frater tuus. Quin nec desunt inter Cabalistas⁴ qui heic ve-^{2. 4.}
 lint מקרב אחיך è medio fratrum tuorum sonare, per numerorum
 æqualitatem quam Gematriam seu rationem geometricam voci-^{Baal Hatu-}
 tant מטבחtribi Iudeæ (nam ita tam ex horum quam illo-^{rim ad Deu-}
 rum verborum elementis, quæ numeralia sunt, conficitur numerus
 381; qualisratio explicandi apud homines inter Ebræos otiosos &
 magis hujusmodi satis ridiculè deditos est non infrequens) ac si ne-
 minem præter Iudæ posteros ritè regno præfici Judaico existimarent.
 Alii etiam idem quod ex Maimonide citavimus de ceteris dignita-
 tibus generatim affirmantes⁵, regiam nullibi ritè constare aiunt; nisi
 ubi è parentibus quorum filiae nuptiis sacerdotalibus fuerint idoneæ⁶
 (quales tantummodo in Synedriis locum habere poterant⁷) Rcx⁸ Moses Mi-
 natus esset, id est optimo atque puriori jure Israelitis originariis; et nec nec Profanis aut M. an-
 zebibus. Et quod de Rege sic aiunt, ad tempora attinet, quibus suc-^{korzo prac.}
^{Negar. 221.}
^{Maimonid.}
^{111. halach.}
^{Sanhedrin.}
^{17. 2.}

cessione ex sanguine legitimâ non repertâ, ad legem illam sacram effet convolandum. Vclut tempore Maccabaeorum. Sed interea manifestius nihil est quâm non modò Proselytum primò factum à Magistris heic accipi pro eo qui advena seu alienigena esset, verum & eiusdem posteros sanguine Israelitico non commistos, etiam hoc nomine, id est exteræ originis causâ, à civilibus muneribus arcti.

^a *Gemar. & Quin & traditio est in corpore Talmudico* ^a ideo Herodem hunc gl. *Babyl.* ipsum cœtum Magistrorum, excepto tantum Baba Ben Bota, inter-
^{ad ist. Baba Bathra cap. 1.} fecisse, quia locum illum de Rege Judaico constituendo ita interpretabantur ut verba illa *fratres tui illum planè excluderent*. *Quod idem* est acsi alienigenam seu peregrinum vocâssent. *Quemadmodum* vero muneribus civilibus ritè fungi nequibant Proselytorum quales diximus posteri, ita nec parilitate cum Israelitis fruebantur in iure nuptiali. Aliis jungi ritè nequibant sive Proselytæ sive earum à Proselytis susceptrae filiæ, quibus Israelitides ritè nubebant. Ritè jungi quibant tam Proselyti Proselytæque posteri utriusque sexus, quâm ipsi aliis quorum nuptiæ Israelitis ex sacra lege interdictæ. Prioris ge-

^b *Lis. 2. 1. de* neris fuere sacerdotes, quibus, ut alibi ^b ostendimus, vetitæ sunt ^c נישׁ *successionis* (quod vulgo vertitur meretrix seu scortum) nuptiæ. Atque eo nomine comprehendendi ex avita traditione, interalia, volunt eam, quæ non esset בַת יִשְׂרָאֵל *Israelitica famina* seu *Israelitis originaria*, ea que notionē designari etiam Proselytam sive factam sive natam, veluti nondum Originariam sed Peregrinam, dum cum Originariis in juribus hisce singularibus discutiendis comparatur. Secundi generis, seu quorum coniugia Proselytis permissa, Israelitis tamen Originariis vetita fuere, sunt Mamzeres aliquique, de quibus antè ^c diximus, ubi etiam de decima Proselytorum generatione, seu nomine illo tandem evanescente sententia habetur heic in primis advertenda. Cum igitur tam dispari essent ab Originariis tum Proselyti primò facti tum eorum posteri jure, idque solummodo exteræ originis seu peregrinitatis nomine, aut inter Alienigenas atque Peregrinos (quæ Originarios spectamus) eos rectè censendos esse necesse est ut fatemur, aut ut inter Originarios eos censentes diversissimæ invicem conditionis personas nullâ cum ratione simul confundamus.

^c *Cap. 16.*

C A P. XXI.

utrum sive Herodem sive patrem ejus sive avum ita Idumæum fuisse constet, ut ex Idumæis qui Judæi seu Proselyti Justitiae integræ, sub Joanne Hyrcano Rege facti essent, eorum ullum fuisse sit credendum. Et de statu Herodis servili, ac de Semijudæis seu Proselytis imperfici. De Fraternitate Herodis Antipæ & Philippi filiorum Herodus Magnus.

Sed verò nondum evincitur, nec potest evinci, Hérodis sive patrem sive avum ex Idumæis fuisse, qui in ritus transierant Judaicos. Apud Josephum^d quidem^a tūm Herodes, tūm pater ejus Antipater Idumæus dicitur. Quod tām de advenis apud Idumæos degentibus, quām de Originariis Idumæis seu vetustis illis, qui sub Joanne Hyrcano facti sunt Proselyti, potest intelligi. Tametsi quidem Magistris quorum rationem raro satis imitatur Josephus, à genere non à loco Exteri, uti & ipsi, soleant denominari. *Quin patribus Christianis disertè Antipater Ascalonita^c vocatur & ἦτορ Ιδουμαίας Διάτεκτος in Idumaea^b Epiphanius hæres. 20. Eu-degens seu inquilinus. Et Saidus Batricides Patriarcha Alexandri-n. 1983. Et nus juxta ait eum fuisse ex Ascalone, inquit, bish. in Chron. lib. 1. cap. 6. خاصاً لبيت الأصنام وهو أبو هيرودس وجنسه من قبرص atque ibs Africannus. Et & fuit edituus templi Idolorum, ac pater Herodis, & genus ejus erat de D. Am- ex Cypro. Forte Cypridis Herodis matris (nam ita interdum brof. in D. Cypros vocatur) nomine deceptus hec de Cypro addit. Josephi au-Lucam b. 3. tem Epitomator Ebreaus Romanum eum fuisse ait, ut ex verbis ejus infra citatis liquet. Sed interea hæc adeò incerta èo recidunt ut Originarium Idumæum seu ex vetustis illis qui tempore Joannis Hyrcani nomina dederant Judæis, neque Antipatrum avum neque patrem fuisse potius innuant. Atqui error crassissimus est, autumare quemlibet Idumææ incolam exterumve sive ex Ascalone sive aliunde illuc sedes transferentem post Idumæos sub Hyrcano Judæos factos, itidem Judæum fuisse. Nam apud ipsos Israelitas locus erat etiam Hierosolymistum Proselytis Domicilii (qui planè pagani erant & in se tantum suscepserant septem præceptorum Noahidatum:*

chidarum observationem, ut libris secundo & tertio ostendimus) tum iis qui etiamnum pagani quasi Proselyti fuere ejusmodi seu corrum instar. Quod verò sic Hierosolymis ac in terra sancta ipsis Israëlitis licitum erat, id Idumæis, etiam Judæis factis, illicitum suo in territorio fuisse nullo pacto, nisi de contrario constaret, existimandum est. Scilicet credendum, inter Idumæos qui Hyrcano obtemperantes ita Judaïsmo nomina dederant, ut posteri eorum inde fieret cooptatione Judæi, alios postea habitasse uti inquilinos seu Proselytos Domicilii (Idumæos interim à solo & domo ut fieri amat dictos) nec omnino Judeos, quemadmodum & in terra sancta. Quid igitur obstat quo minus Antipatrum utrumque, tam avum quam patrem Herodis (si uterque in Idumæa degebat) fuisse Domicilii donataxat Proselytum, seu Quasi, in Idumæa, id est, planè paganum sentimus. Nam ex Idumæa affertur, ideo fuisse eos Proselytos Justitiæ quia Idumæi, seu Idumææ incolæ, quod non omnino sequitur, ob rationem jam adductam. Et nuda ita conjectura est, Proselytos eos Justitiæ fuisse. Sed manifestum est, fieri non potuisse, quin saltem Domicilii Proselyti aut Quasi essent, dum aut inter Judeos, penes quos erat aliquatenus libera rerum administratio, sedem habuerint, aut ipsi Judæorum Originariorum subfuerint principi. Adeò ut hoc modo non solum non inter Originarios Judeos civiliter fuerit Herodes, ob natales, censendus, verum etiam nec inter Proselytos Justitiæ, sed tantum inter eos qui aut Proselyti Domicilii aut Quasi fuere. Certè si Proselytus Justitiæ non erat natus, ut volunt heic oppugnatores, corruit argumenti quod afferunt vis juxta ipsorum sensum. Nam idem non affirmant de Proselyto facto, quantumvis de nato. Cum nihilominus revera eadem ipsa esset, ratione Originariorum habitæ, conditio nati & facti Proselyti, iuxta mores ac seita Jurisconsultorum Ebræorum ut ostensum est. Et simul ac factus quis erat Proselytus, non magis ab Originario distabat Judeo quam Proselytus natus. Atquitum Antipatrum, tum Herodem filium circumcisum ac factum Proselytum (non natum) assertit Epiphanius. Quod tamen, si priorem utriusque statum ritè consideremus, non evincit quidem alterutrum ejusmodi Proselytum factum

factum esse, ut inde vulgaria Proselytorum Justitiae jura, de quibus
questio fit, sequerentur. Cum enim Proselytorum Justitiae alii es-
sent **נָמְרוּם** perfecti seu integrati, alii imperfecti seu manci; & prioris
generis fuerint qui aut è Gentilibus Liberæ conditionis in titus
transibant Judaicos, aut Servi qui in ipso transitu seu momento, quo
Proselyti siebant, è lavacro suscipiebantur nomine **לֶטֶס** בְּן־חַוֵּין **לֶטֶס** נִגְעָשֵׂה liberive, adeoque manumissi, Libertini nuncupabantur, pa-
tio omnimodo cum Proselytis Justitiae optimi juris conditione; juxta
eaqua libro secundo ostendemus; Posterioris verò generis seu qui
imperfecti seu Ἡμιεἰδῆς id est, Semijudæi fuere, essent servi è Gen-
tilibus seu pagani capti aliterve acquisiti qui **עֲבֹדִות** **לֶטֶס** nomine
servitutis suscipiebantur è lavacro, cum in Judaismum transibant,
וְלֹא nec perficiebatur eorum Proselytismus antequam
Libertini fierent; certè non consequitur, sive Herodem Antipa-
trum, quia circumcisus est aut Proselytus factus, Proselytum ideo fa-
ctum esse perfectum seu integrum. Procurator Judææ Antipater
constitutus à Julio Cæsare, transiisse in titus dicitur Judaicos seu cir-
cumcisus esse cum Herode filio, qui postmodum regnum obtinuit.
At verò qualisham iis tunc temporis status? si servilis, id est, si reve-
ra regnum Hasmonaicorum erant servi, non ita difficile est conje-
cere nomine servitutis retentæ Proselytum utrumque factum solum-
modo imperfectum, seu Semijudæum. Neque adeò vile erat (aut
nunc est) servi revera sic dicti (ut vox ea statum seu conditionem de-
notat apud Orientales nomen, ut non à viris maximis ornatis præ-
fecturis interdum retineretur. Non ita difficile aio esse hoc conje-
cari, cum & ipsi Ebræi in commentariis suis expressim prodant, He-
rodem perpetuò posterosque ejus, è paterno saltem sanguine, fuisse
ejusmodi servos, nec minus Antipatri saltem maiores. De Antipa-
tro Epitomator ille Ebræus Josephi, *Non fuit Origo ejus*¹ מִבְנֵי יִשְׂרָאֵל ^{Topograph. de}
כִּי אַם מִרְומִים שְׁנָפְלוּ עֲבָדִים בַּיד יִשְׂרָאֵל וְהַם גְּרָם בְּלֶבֶד וְלֹא בְּנֵי חַוֵּין ^{Bello Indai-}
ex Israëlitis, sed ex illis Romanis, qui ut servi ceciderunt in manus Israëlitarum, exstantes tantummodo Proselyti, sed non liberi
seu ingenui. Nam ita vertendus est locus ille; nec filii nobilium pro
eo quod est **וְלֹא** quod passim etiam ingenuos atque Liberti-

nos Proselytos denotat, substituendum, ut apud doctissimum qui epitomatorem illum edidit interpretationa. Idem est acsi dixisset, ex iis erat Antipater qui Proselyti imperfecti, id est, non Libertini facti, adeoque (si ad majorum conditionem, statum ejus exigas) nec ipse Libertinus sed imperfectus erat Proselytus. Et certè Proselytus eiusmodi natus erat si majorum ea esset conditio, non factus ut habet Epiphanius; qua de re opera p̄cium non est sollicitius disquirere, cum nil certius sit quām imperfectos hujusmodi Proselytos seu Servos qui Judaismum suscepserant, eorumque posteros id est Semijudaos sive factos sive natos, ante Libertinitatem acquisitam, nec inter Originarios perfectosve Proselytos juriū in republica Ebraica

^{2. Ad iur. Ba-} civilium quae sacra non erant, fuisse omnino participes, sed maleo
ba Bathra c. magis quām Proselytos integrōs pro alienigenis semper habitos.
^{1. fol. 3 b. &} Quod verò ad Herodem attinet; ubi de eo loquuntur Talmadici ve-
Iechiades in teres, disertè eum fuisse asserunt עבד בֵּית דְּצַמְונָא Servum Hasmonei
Sepher Shal- naic ad om̄us seu familiæ Principum Judææ qui ante Herodem prox-
sheleth fol. 25 b. Seder mē regnabant. Sic enim legitur in Gemara Babylonica §, uti & illud de
Olam Zota Agrippa Rege sive majore sive Juniore (uterque in Herodis fuit
Ex. posteris) à Romanis seu Cæsare dictum ^h עבד בֵּית אֶבֶן דָּעֲבָדין

^{3. Ditta Gem.} Servus es nequam successor servorū Reges se facientium. Esi
fol. 4 a.

^{1. Glossa ibid.} consulas tabulas prosapia tuæ genealogicas, quarum & penes nos ex-
emplar est, reperies te nec revera regem nec filium regis esse, sed pro-

^{5. Ad iur. A-} bona Zara in gnatum ex הארוֹדוֹק קלִנְיָה מִתְעַבֵּד interpretantur alii ex He-

Gem. Bab. c. 1. fol. 10 a. rode טגַעַת בֶּן חָרֵן מַלְעָם qui factus est à seipso Libertinus, seu, qui

Adde Baal è servili conditione in libertatem sui tantum rex sententia velut servus

Aruch in 90- rebellis evasit. Nam קָלְנוֹנִי (quod & קָלְנוֹנִי scribitur) sumunt ibi

cab. זָיוִין & alibique illi ^k qui sic interpretantur pro eo quod est liber seu immuni-

^{1. Petrus Ga-} tate donatus. Alii vertunt ad hunc modum ^l ex Herode Ascalonita

lasius de possesto in servum, periade acsi קָלְנוֹנִי seu Calonia accepissent

arcans lib. pro אַסְכָּלְוֹנִי Ascalonita. Sed interea Herodem servum fuisse nec

4. cap. 6. ritè manumissum seu Libertinum aut Proselytum integrum factum,

^m Wormassia heic satis asseritur; unde nec posteros ejus fuisse liberos, nedum Pros-

Munstero elytes Justitiæ integros. Et in Hebraicis Josippi ⁿ seu Josephi, de Sa-

1529. lome sorore Herodis dicitur שָׁׂהִינָּא מִזְרָע עֲבָדִים quod effet ex semine

scrve-

servorum; item de easimul & de Cypro matre Herodis, quod Mariamne (Mariimi ibi dicta) מִזְרָע בְּפַנֵּיהֶם עַל שָׁאַנְןִי צְדָקָה מִזְרָע improperaret *cis in faciem quod non essent de semine Israel sed essent profane & ignobiles.* Hinc aliquoties repetitur in corpore Talmudico illud ad Herodem posterosque ejus attinens *כל רָאָמֵר מִבֵּית חַשְׁמוֹנָא אֲתִינָא עֲבָדָה הַדָּם* dixerint se è domo Hasmonæorum ortas esse, revera sunt servi, seu conditionis servilis. Sensus erat; qui post Hasmonæos extintos in Regnum Judaicum Herodiadæ, illorum sive sanguinem sive ius obtendentes successerunt, servi fuere universi. Nam sustulit eos arti & Mariamnem Hasmonæam uxorem suam Herodes, è quâ tametsi suscepit prolem, ut in stemmate supra exhibito vides, nihilominus Magistri nonnulli illicet non agnoscentes, tam illum tum posteros ejus omnes servos fuisse clamitant; aliis de posteris ejus aliquot aliter, ut mox ostendimus, sentientibus. Nonnè igitur primò cum patre (ut scribit Epiphanius) circumcisus est & lotus forsan ab Hyrcano Pontifice summo, cui uterq; servus erat, *לְטֻמָּה עֲבָדָה* seu nomine servitus tantum, adeoque factus Proselytus imperfectus seu conditionis duntaxat servilis, nec postquam in Cæsaris gratiam sc̄e velut ingenuus transtulerat, seu, ut Magistri loquuntur, *געשָׂה נִזְחָרֵן טָלֵין*, libertatem à se factam natus erat, servitudinem illam eluere curavit? id est, de solennibus quo Semijudeus hujusmodi perfectus reddebetur Proselytus, atque hoc sensu Judeus integer, sollicitus non fuit? de libertate scilicet ac statu, faventia Cæsaris innixus, satis securus. Nec certè quod advertendum est, injussu sive Hyrcani sive Antigoni Regis Hasmonæorum postremi, quibus revera servus erat Herodes (si Talmudicis credas) Libertinus seu Proselytus integer jure fieri potuit. Nam invito domino, libertas ejusmodi, quæ Libertinum seu Proselytum integrum ex jure faciebat Ebraico, ne à Cæsare quidem aut aliunde ritè potuit adquiri. Atque de Hasmonæis adeo male meritus est ut nihil supra; & intestina utrinque odia. Neque obstat quod Mariamnem Israelitidem aliasve ejusdem gentis haberet uxores. Verum quidem est per jus Ebraicum id non licuisse nisi aut Proselyto justo qui integer erat, aut Libertino.. Sed, per

spurcissimi tyranni libidinem, scelera tunc temporis quamplurima adeo justi faciem induerant, ut non omnino sit cur sive de legis sacræ sive de majorum institutorum violatione in coniugiis aliisve rebus ejus dubitemus. Nonne etiam servitutem ejus hujusmodi tacite innuere voluit ipse Antigonus Rex ritus gentis suæ callens, ubi in oratione ad Silonem ac milites Romanos de Regno

^{10. sept. lib.} Herodi non tradendo eum ^{χειράλεων της Εμιγδαίου} ^{χειράλεων της Εμιγδαίου} ^{virum generis obscuri & Idumeum, id est Semijudeum,} appellat?

^{14. cap. 27.} Scilicet Proselytum nondum integrum seu perfectum, seu non Ju-dæum integrum. Servum quidem non vocat, ut pote, ob praefectura-rum splendorem, ut fit, inter ingenuos, juxta juris Cæfarei, cui jam subesse coeparat, ingenuitatem vulgo censitum. Recolendum est

^{Supralib. 2} heic illud Talmudicorum P de hujusmodi imperfectis Proselytis
^{cap. 5. pag.} ^{176.} ^{וְאַתָּה מִכֶּל הַנִּסְמָךְ וְכֹל שָׁרָאֵל לֹא בָּא} definebant omnino esse

Gentiles seu pagani, nec tamen in universitatem Israeliticam trans-ibant. Apprimè hoc explicat id, quod de Semijudæo dicitur in Anti-goni oratione. Servus erat ex Idumæis, servitutis nomine circumcisus & baptizatus (juxta morem), unde jure Ebraico, ut Proselytus seu Ju-dæus integer, neutquam fruebatur, ut pote Semijudæus tantum ha-bendus. Quod verò ab Antigono præmittitur, Idumæum cum fuisse, perinde ac si tantum gentilitatis retinuissest quantum ei Ju-dæismi integri deerat, id sanè si ad subtiliores apices rituum patriorum exigatur, non ita se revera habuisse ex jam citata regula Talmudicis receptissimaliquet. Nam Idumæus quidem esse ita desicerat ut exi-eretur patria, nec tamen Judaicam seu novam patriam inducerat, liber-tatis defectu. Sed in apicibus hujusmodi hostem iratum etiam li-benter errasse, ut gravius ingereret convicium, nimirum non est. Quin si non tam statim ejus præsentem quām Originem (ut & fieri soli-tum) respexit Antigonus, rectissimè & juxta etiam Magistrorum sub-tilitates nemo non videt eum Idumæum nuncupatum; si scilicet ex genere Idumaico. Tantum igitur abest Herodem Magnum inter Judæos, sine exteræ nationis discrimine, censemendum fuisse, ut nec inter Proselytos Justitiae integrōs seu Libertinos (quales tantum univer-sitati Israeliticae, sed ut advenæ, coniungebantur) locum hac ratione haberet.

haberet. At verò in disquisitione hac libera de Herodis Magni statu seu conditione nec prætereundum forsan videbitur quod habetur in Evangelio⁹, Joannem Baptistam in carcerem conjectum¹⁰. ^{D. Marth. cap. 14. Marci. 6. & c.} ab Herode Antipa Herodis Magni filio, quia dixerat nefas ei fuisse. Herodiadem Philippi fratri sui uxorem sibi sumere: Frater nempe erat Philippus Herodi huic juxta hoc stemma.

Cleopatra	Herodes	Malchaca
Microsolymitis	magnus	Samaritis
Herodias	Philippi	Herodes Antipas.

Sic Josephus¹; tametsi diversam interim ab ea quæ sacra est de ^{Habitas v} Herodiade & Joanne Baptista tradat² historiam. Illicitum fuisse He- ^{cap. 12} rodiadis & Herodis conjugium dubitare non debemus, ideò quòd³ ^{Originum} sic Joannes Baptista, vir sanctissimus, pronuntiaverat: Sed de ratio- ^{lib. 18. cap. 7.} ne quæ illicitum non consentiunt scriptores: Sunt quidem inter- ^{Doms. 25. 3.} vetustissimos Christianismi patres, qui ad legem sacram⁴ de fratria ^{Adversus} ducenda leviro, sed tantùm ubi frater sine liberis mortuus esset, rem. ^{Marcionem} velint attinuisse. Tertullianus⁵; ^{Adversus} Ioannes retundens Herodem, quòd⁶ ^{Baronum} ex illa (non alias hoc permittente, imò & præcipiente lege, quam⁷ ^{Tom. 1. ante} si frater illiberis decesserit, ut à fratre ipsius & ex costa ipsius suppäre- ^{Christi 36.} tur semen illi) conjectus in carcerem fuerat ab eodem Herode post- modum & occisus. Atque super hoc alia struit moribus Ecclesiæ Christianæ satis dissona. Verum quidem est, si Philippus mortuus fuisse, & satis constaret Herodiadis filiam puellam illam saltatricem fuisse ab eo suscepitam (nam & sic admittit Tertullianus) illicitum fuisse Herodi huic ex lege illa, (modò fratres ejusmodi ii essent ut eā ^{Lib. 18. cap. 6. & 7.} continerentur) fratriæ conjugium. Sed quidem aut Philippum, ^{Lib. 6. cap.} mortuum tum fuisse, aut prolem ei saltatricem illam aliamve fuisse ^{63.} non ita satis liquet.. Imò sine prole decessisse Philippum^x expres- ^{Chron. Tem.} sim ait nec semel Flavius Josephus; utcunque Pseudo-Gotionidi^y secundi apud illi dicatur de Herodiade מִאָחָיו בְּנֵי הַבָּנִים וְהַיְלָדֶן ^{I. Druſ. ad} ex fratre Herodū; Quod itidem Ebraeorum alii^z affirmant, id quod cap. 14. ^{D. Matthæi}

^a Lib. 18. c. 7. habet Josephus de Salome, in historia sua de Herodiade ^a Philippo, Herodis ac Herodiadis nuptiis, commiscentes. Sed & hi etiam Philippum disertè superstitem fuisse aiunt cum Herodes uxorem ejus duxit. Pseudo-Gorionides ; ^{בְּעָדוֹנָה אֶשְׁתַּפְּלִיפְּפָס אֲחֵז בְּעָדוֹנָה וְאֶתְּנָה לְקָרְבָּן} ^b ille uxorem Philippi fratri sui etiamnum superstite ceperit in uxorem. Sed vero & apud Fl. Josephum res se ita habet. Herodiadem Herodi, Herodis magni filio nuptam (scilicet patruo neptem ex fratre Aristobulo) ^{Ἐπει τούχυσε Φρονίμονος τῶν πατέρων in contemptum morum patriorum, marito relicto, in conjugium transisse Herodis & αὐτῷς & ὄμοις τοῖς αὐτοῖς φίλοις qui marito suo erat frater germanus.} Ita uterque Herodes dictus, quos & aperte distinguit

^a Origia. 18. ^b cap. 6. à Philippo, quem & antè mortuum esse narrare ^b videtur. Sed rurum non est & binomines haberí homines, maximè in Oriente illo, & Herodis nomen tunc pluribus tribui, quibus alia etiam nomina singularia. Et viri docti id ipsum quod sic de Herodiade ac utroque Herodis nomine, marito tradit Josephus, pro eo quod in Evangelii de Philippo, Herode, & Herodiade legitur, sumunt. Et Salomon priorum nuptiarum filiam pro saltatricula quæ ita in causa de collationis Joannis Baptiste. Atqui ita sanè ad legem illam de fratria leviro duçenda res attinere nequibat, sed ad illam, quâ alienâ uxore cuique interdictur. Sed vero detur tandem mortuum fuisse tunc Philippum idque illiberem, (ut voluere aliqui) certè nisi Herodes magnus communis utrique pater, Proselytus esset Justitiæ integer seu Libertinus (secundum ea quæ suprà de eo disputantur) id est, nisi ^{תְּנִדּוֹשָׁה} seu sanctitate Proselytismi integrâ frueretur, tam cum Antipam quamcum Philippum progenuit, ii fratres ad quos lex sive hæc de fratria leviro ducenda, sive illa de fratria ubi demoreretur frater, liberis relictis, interdicta attinere potuit, neutiquam erant ex Ebraeorum moribus censendi; sed planè ut invicem extranei, nullâ ratione sanguinis habitâ. Fraternitatem maternam nullam eis fuisse plam est, sed tantum paternam, si illa. Et tametsi Philippus è Cleopatra Hierosolymitide, seu Israelitide genitus, planè Israclites seu Originarius ob sanguinem erat maternum (quod perpetuo obtinuit) Antipas tamen è Malthaca Samaritide, quæ in universitatem Ebraicam non

eam non aliter ac Attica seu Romana id est non sine solenni Prof. • Epiphanius
 elyti factione quibat admitti, aut Samaritanus habendus erat, aur, si
 mater ejus Proselyta fieret, Proselytus. Si haec non Proselyta esset, lib. de Men-
 planè velut gentilis Ebræis is erat, rametis Herodes pater ejus fuisse
 Proselytus. Israelitis autem cum Gentilibus nulla in iure cognatio,
 adeoque nec cum Antipa ita Philippo fuisse. Sed concedatur Mal-
 thacam fuisse Proselytam, adeoque natum fuisse ex ea Antipam Pros-
 elytum, idque ita ut ex natalibus illis fraternitas legitima ei & Phi-
 lippo, ex Ebraeorum moribus, interveniret. Certè ita necessariò se-
 quetur Herodem magnum communem eorum patrem Prosely-
 tum fuisse seu Libertinum tempore quo utrumque genuit. Id planè
 evincitur ex eis, quæ superiùs traduntur de fratribus Proselytorum ¹ Lib. 2. c. 4.
 ex conceptu, nec quidem natalibus solis, cognatione. Nam si He-^{pag. 170. 2}
 rodus Antipas & Philippus non nascerentur Proselyti, sed ipsi facti ^{171. 3} cap.
 essent, tunc sibi invicem in re matrimoniali velut planè alieni nec
 cognati habendi, ut fusiùs ostensum est. Uno enim illud ore pro-
 nuntiantur ^{Maittonid.} נָרִים שְׁנַתְגִּירֵוּ וְעַבְדִּים שְׁנַתְחַרְרוּ אֵין לְדֹת אֲחוֹה כָּלֶל ^{balach. 1c.}
 Inter Proselytos seu Libertinos recens factos ^{bom. We-}
 nulla est fraternitas, sed sunt ad invicem velut alieni. Fratribus chalizza. c. 1.
 quidem recens factis Proselytis singulare præstitebant heic jus ma-
 jores. Neque ex lege sacra de incestu, eos à fratriis arcebant. Atverò ^{Legit. c. 8.}
 ex ejusmodi majorum institutis arcebatur & frater, Proselytus factus, ^{16.}
 tantum à nuptiis uxoris fratris uterini, non à germani. Philippus au-^{Suprà cap.}
 teni & Antipas uterini planè non erant. Adeò ut nisi Proselyti fuerint
 utrique nati, neque ad legem illam de Incestu potuerit res, si Philip-
 pus scilicet demortuus erat, spectare. Rem subtilioribus relinquor.

C A P. XXII:

Qua ratione id verum fuerit, Agrippam Regem fratrem Israelitis fuisse, adeoque
 non alienigenam, quemadmodum ab eis ipso publice est acclamatum; rametis esset
 ex Herodis alienigenæ nepotibus.



Am verò quod ad Agrippam attinet (qui ex Herodis
 magni nepotibus) acclamationemque ei factam, cum
 fuisse Israelitarum fratrem; certè nisi ex jure sive nu-
 ptiali sive eo quod aliter ad sexuum coniunctionem
 atque

atque natales inde sequentes apud Ebræos obtinuit, res expendatur, argumentum ex ea sumi non leve potest, quo etiam Herodem magnum, utpote pari (quantum absque juris ejusce ratione scimus) cum nepotibus jure, fratrem, ex Ebræorum sententia publica, sibi fuisse, id est, nec alienigenam, nedum servum, evincatur. Acad-

¹ Tit. Sota. memoratur, in *Sepher Siphri*¹, alibique inveniatur in *Talm.* ² cap. 7. *Bab. fol. 41.* ³ *Ecclesiasticus* commentariis, ubi de solenpi regis eorum repetita legis

⁴ *Ad parash. Sophtim* fol. do verba in Deuteronomio⁴ inter legendum devenerat, adeoque

⁵ *43. a.* ad illud non poteris constitueres super te virum id est extraneum,

⁶ *Cap. 17. 15.* sed cum quis sit ex fratribus tuis לֹא תִתְהַרֵּא אֶמְרוֹן לֹא עַעֲזֵז דְּמֻוֹת אָמְרוֹן לֹא תִתְהַרֵּא אֶמְרוֹן

⁷ *Lachrymas effudit* (veluti qui estimaret, saltem dubitare simularet, se extraneum esse, nec conum ad legi mentem, fratrem) cui statim acclamavit Ebræorum coetus, ne timeas Agrippa, Frater noster es tu, tu frater noster es. Agrippam igitur hunc (quinam intelligendus sit, mox monemus) Herodiadem, fratrem sibi vocarunt Ebræi, nec regno imparem agnoscebant, adeoque velut Israelitam seu Judæum admittebant Originarium, juxta ea quæ capite vicesimo de jure eorum regio è Magistris attulimus. Quod ut rite capiatur, advertendum est binas apud Talmadicos de lege illa sacra reperiri sententias, ut antè etiam tetigimus. Altera est *fratrem tuum* ibi denotare qualemcumque materno san-

¹ *De successione*. Israelite, ut etiam quemcumque ab Israelita è Proselyta, L. in. *Pontific.* bertina, aut profana, quibuscum scilicet Israelitæ non sacerdoti, conlib. 2. cap. 2. jugia licita erant, suscepimus. Et sanguinem solum maternum Il-

² *Rabbicha* raelitam fecisse supra alibique non semel est monitum. Altera au- maniab. ben tem sententiâ (quaे pariter admittit Israelitam materno solo sanguine fieri) *frater tuus* in allata lege significat fratrem ex utroque pa- folym. ad sis.

Sota cap. 7. rente, & cuius filia sacerdoti conjungi ritè potuisset; ut scilicet exdol. 22. col. 1. derentur potissimum profani, iuxta ea quæ 'alibi' de sacerdotum nu- balach. 7. *C* ptiis diximus. Et qui hujus sententiæ tenaces fuere, coetum Ebræo-


Bab. ibid. fol. 41. b. *C* *vide* rum, ut memoratum est, acclamantium adulatioonis graviter incula- Thosiphta runt, nec Agrippam fratrem ibi revera fuisse admisere, ut videre est ibidem. in Gemara^m utraque. At vero juxta sententiam priorem quam

ⁿ *Hal. Mela-* etiam Maimonidesⁿ aliisque non pauci amplectuntur, scilicet accla- chim cap. 1.

damarunt Ebræi Agrippæ Frater noster tu es, adeoque regno ex hoc jure non impar. Quod interim nihil omnino meliorem facit Herodis, iuxta eorum sententiam, statum. Agrippa scilicet hic erat Junior seu Majoris filius. Glossa ad Misnam in qua acclamatio illa narratur: אָנֹרִיפֵס הַמֶּלֶךְ מֶלֶךְ יִצְרָאֵל דָּיוֹ מְזֻרוּפָה טַל הַוּרוֹדָוִס וְהַוָּא Agrippa Rex hic Rex eras Israelis è postoris Herodis, atque is erat cui templi excidium coarvum. Agrippa Junior manifestò innuitur; tametsi sint qui de patre ejus locum illum perperam sumant. Illud autem Frater noster tu es explicat eadem Glossa, Obadias Bartenorius, alii, per מִשְׁרָאֵל טָהָר quia 4. cap. 6. mater ejus erat Israelitica.

Antipater, Herodes
item dictus.

Antipater. קָנָעָן Cypros.



Ssss

Qua

Qua ratione id fuerit ex stemmate ejus satis liquet; unde certum est tum Aristobulum Herodis filium atque Agrippam hunc Juniorum Israëlitas fuisse natos, tum Agrippam majorem fuisse planè ex natalibus paganum seu Gentilem, nisi Bernice mater ejus Proselyta integra seu Libertina fuisse. Nam Israëlitidem eam non fuisse ^{¶ Ioseph. Ar- cheolog. lib. 15. cap. II.} *planè est, utpote à Costobaro, qui Idumæus fuerat nominis celebris¹,* etiam tunc cum gens ea in ritus transibat Judaicos, adeoque, ut credere par est, Proselytus, è Salome suscepit. Salome autem Antipatri filia è Cypro, fœmina Gentili; quæ nisi Proselyta aut Libertia facta esset, non aliam præter Gentilem marito Proselyto parere potuit, juxta antè ostensa. Atque sic & Agrippa ille Gentilis filius foret, id est planè Gentilis. At verò natus est Herodi ex Mariamne Israëlitide nobilissima Aristobulus. Quocunque igitur fuerit Herodes statu, Aristobulus ex sanguine materno Israëlista fiebat. Quod de filio ejus Agrippa majore dici nequit citra exceptionem jam dicam. Quin & Cypros Agrippæ majoris uxor, & Junioris mater, neptis erat Mariamnæ è filia Salampsione itidem Originaria. Sequitur igitur Cypron hanc etiam ipsam planè Originariam fuisse, licet à Phasælo sive Proselyto sive Israëlista sive pagano susciperetur. Nam mater Originaria erat. Proles igitur ejus, id est, Agrippa Rex Junior (qualicunque esset statu Agrippa major) etiam Israëlista, atque ideo ut Originarius, Israëlitarum cœtri frater, nec Proselytus aut Servus, dicendus; tametsi nomina illa majoribus è suis aliquot quomodolibetcunque inhæsissent. Quæ omnia ex iis, quæ supra è Talmudicis addicuntur, adeo sunt manifesta, ut nihil supra. Et

^{¶ Philol. lib. de Legatione ad Caium Cæsarem supplici} [¶] Agrippa non solùm se [¶] *Judæum natum ait, sed etiam & maiores suos fuisse, ait, reges atque summos pontifices apud Judæos, non ignorans ex sanguine Originario deducendum natalium heic jus.* Quod verò patri eximio ^{¶ Iosephum Ha- lof. lib. 1. cap. 18.} excidit de Herode magno, *cum ex matre fuisse Iudea sed ex patre alienigena, id si verum fuisse, planè alienigena is non omnino civi-* ^{¶ D. Cyril. adversus In- natum lib. 8.} *litèr fuisse.* Id quod ita acclamatum est Agrippæ Juniori cum ratione acclamationis à Jurisconsultis Ebræorum redditâ, haud parum firmat ea quæ apud patres veteres toties habentur de vero Herodis magni

magni statu. Sine legitimâ Originarii sanguinis commissione fratrem non agnoscebant Agrippam. Ex ea tantum Israelitam ac fratrem agnoscunt. Jam vero maiores eius aut Proselyti Justitiae fuere seu Libertini, aut minimè. Si non fuerint, cadit omnino quicquid de Patrum veterum sententia pridem novatum est. Si fuerint, atque ideo alienigenæ nomen eis non tribuendum quis contendat, næ is à receptissima Ebœorum in jure suo civili Gentiumque discernendo sententiâ recedit. Nam illi, ut vides, nullâ Proselyti juris habitatione, ad sanguinem tantum Israeliticum seu Originarium, quo alienigenæ nomen dilueretur, in quæstione de Agrippa confugunt. Unde etiam factum est, ut in principibus & patribus Synedrii Magni habeant jugum unicum (uti vocant) eorum qui patre Proselyto, matre vero Israelitica nati. Semaiah scilicet & Abtalionem. E posteris fuisse eos aiunt Senacheribi, quem Proselytum factum scribunt. Sed vero adjiciunt ^{ר. Gedalia} ^{in Shalhe-} ^{teb fol. 25 b.} היה להם רשות לטעות את ^{תchanin fol.} ישראל ^{18 a. Cf. 50 a.} posestatem eis seu ius fuisse judicandi ^{67 a. Cf. Gem.} ^{Babylon. ad-} ^{tir. Sanhed.} ^{cap. II.}

Israelitas, quoniam master eorum erat Israelitica. Posterioribus Hasmonæorum temporibus simul floruerunt, de-
cantatissimi illi Hilleli & Samæo
præceptores.

Libri Quinti F I N I S.

Ssss 2

DE

DE
JURE NATURALI
 ET
GENTIUM
 Juxta Disciplinam
 E B R Æ O R U M,
 LIBER SEXTUS.

Quintum Juris Noachidarum seu Naturalis, quod Illustrius est, caput seu *Furti Interdictum*, complectitur; quæ Originarios, quæ Proselytos si-
ve Justitiæ sive Domicilii, aliosque spectat. Et de *Adquisitione & Translatione Dominii tum Personarum tum Rerum*, cum Modis suis ac *Temperamentis*, tum ex *Jure Pacis* tum ex *Jure Belli* nasci solitis, Talmudicorum scita sententiasque aperit. De rerum *Occupatione*; *Alienationum* item & *Contractuum formulis* atque vi. De Jure *Egenorum* seu *Mendicorum*; *Servitute*, *Usuris*, *Bonis alea lucifactis*; aliis selectis quæ ad *Dominium & obligationem permissionemque circa illud ex jure Pacis verfantem attinent. De Jure Bellico, Victoria, Deditione, Federibus, Tributis; Numismate Censu, & Didrachmi Pensitatione, in Evangelio; Captivis.*

CAP.

C A P. I.

Quid Furti nomine heic continetur. De Hominum consensu & interposua, circa Rerum Personarumque Dominium ejusque Temperamenta & Modos, fide servandā, Präceptum Interdictio hoc, ut praeium, includi. Consensus ejusmodi usus. Supremum Numinis interea Dominum, unde, sine intermedio, interdum, et universalem in rerum omnis donationem, homines dominati facti.

Iuris Naturalis seu Noachidatum caput, juxta instituti rationem, Quintum, est **לְזַרְעָה** **בַּגְדָּא** de Furto ac Rapina; quod scilicet, juxta Magistros heic, est contrectatio, surreptio, detentio rei alienæ uti & damni qualiscumque (citra cædem) alteri illatio contrà quam jura, pro varietate seculorum locorumque, introducta præstiuunt sinturve. Jura nimis rūm quæ ut necessariò prævia, supponit & includit interdictum Furti. Nam dū Rem dicimus Alienam; fieri nequit quin & præcedere simili innuantius jura, quibus introductū fuerit & firmatum Dominum, quo alteri ita addicatur illa res, ut alterius non sit. Non aliter atque ubi (in libro proximiè superiore) alienæ uxoris, viro superstite, uti & patris demortui uxoris, concubitus, in Capite Juris Naturalis quarto, vetitus est, necessariò sequitur jura contractuum nuptialium, quibus conjuges legitimi fiant, in codem capite pariter ut prævia includi supponique; adeoque etiam inde fidem conjugalem in contractu interpositam ab uxore neutquam violandam; sed ita servandam ut sibi corporis potestatem alicui præter maritum superstitem non permitteret citra divorcium, seu contractū nuptialis remanationem seu **דְּבָרֵי** **שָׁמֶן** suam aut illius **דְּבָרֵי** **מִנְחָה**, qui Termini etiam seu Modi ac Temperamenta, ut docent ibi Magistri ex iure simplicitè Naturali, erant fidei ejusmodi interpositioni. Jura autem illa Domini, sive Rerum huc Personarum, seu ejusdem adquisitionis prævia, aut à Numine ipso præstituta sunt instaurataque, aut ab Hominibus inventa & constituta. Originarium Domini adquisitionis jus visitur in Numinis omnium rerum personarumque domini supremi & universalis indultu, quo Tellus rerumque in corpore illo universitas humano generi primò concessa est & permissa.^{1 Gen. 1. 28.}

^b Ibid. 9. 2. Ejusdem item instauratio totidem quasi verbis habetur Noacho^b posterisque ejus. Quo & spectare volunt Ebræi illud in Mosis Can-

^c Deut. 32. 8. tico^c, quando dividebat Altissimus Gentes, quando separabat filios Adæ, constituit terminos populorum &c. Sed & pro solo totius or-

^d Epiphanius. in Ancorato. bis terrarum hærede à Numine constituto à Christianis nonnullis sumitur Noachus, quem ut ejusdem dominum filiis partes eorum

distribuisse volunt. Indulta etiam à Numine & permissa hominibus ipsis inter se Libertas illa, quam Naturalem nuncupare solemus; cui pro vario ab ipsis jure superinducto diversimodè est posteà derogatum. Jam verò de Populorum, Regionum ac Insularum divisione paulò post Diluvium ex hominum dispositione ac invento, tum sacra historia, tum Josephus, Eusebius, Epiphanius, Eustathius Antiochenus, Chronicæ Alexandrini autor, Cedrenus, alii tum Gre-

^e Gen. Hiero-
solym. ad 1. 1. Megilla cap.
1. fol. 71. col.
2. §. II.

corum, tum Latinorum, etiam & Talmudici^e affatim testantur. Et in seculis insequentibus passum id genus alia ex imperiorum ac dominii translationibus orta conspicimus. Quicquid enim sive ante sive post Diluvium sic à Numine de Dominio indultum est (modò singularia quædam ita à Numinе ipso sine intermedio præstituta ut aliter atque præstituta sunt, se habere non deberent, excipias, de quibus statim etiam monemus) quicquid inquam sic indultum est, ita accipendum & nunquam non ita à Magistris acceperum est, ut humano generi, pro morum juriumque sive Civilium sive Gentium, superinductorum, ac contractuum, aliarumque rerum quæ vita & actibus humanis accedere solent, diversitate, ex eodem permetterentur indultū; singulares insuper Acquisitionum & Translationum Domini inter se Formulas & tam universitatum seu corporum communionem & societatem quām singulorum dominium individuum qualecunque introducere, adeoque per contractum, occupationem, cessionem, donationem, successione, emptionem, venditionem, deditio, adquirere, mutare, transferre, propagare; cujus rei etiam exempla aliquot vetustissima habentur in sacra Abrahæ hi-

^f Genes. 14. 16. 20. 23. 11. 16. 25. 5. 6. & atque ita dein accipendum ut tunc demum Furtum fieret, quoties quis alteri citra cœdem damnum inferret, aut id quod alienum inter singulos ita factum est, suriperet, aufertet, detineret, aut (quod

(quod idem potius est) sive in societate aut communione, qualis etiam in aureo seculo fuit, solum suum seu qui pro indiviso secum possidebat, sive alium iure suo uti frui praepediret; id est, praeter ipsam damni illationem, tum industui quem diximus, ac permissioni divinae actu reniteretur, tum Fidem suam violaret & Consensum quo sive ex contractu scorsim suo, sive ex moribus legibusque aut ab universitate seu parte aliqua humani generis cuius ipse pars esset & propago, aut a gente seu Civitate sua quam involveretur, superinductis, ipse obligaretur. Nimurum ubi de Humana heic Dispositione simpliciter ac solùm videamus, aliter fieri nequit quin hominum Consensum ac Fidem interpositam (quam sive ex Contractu res a personæ hujus, illius, alterius fierent, sive ex decreto aut usu Jura ac Mores, juxta quos adquireretur transferreturque Dominium, introducerentur) Interdicti hujus fundamentum esse primarium fateamur, seu quod in idem recidit, Dominii atque Obligationis Permissionisque quæ circa Dominium versatur, causam esse Fidem illam ac Consensum diffusissimam. In Pacis rebus seu acquisitione & translatione Domini tempore pacis, res satis est cuique, puto, manifesta: Pacis enim tam Jura, quam Contractus, ex Consensu, cui fides adjungitur, sive Expresso & Naturali, sive Tacito & Civili pendent. De Contractibus res est apertissima. Jura autem seu Sanctiones civiles consensu nituntur Expresso & Naturali, eorum qui praesentes agentesque ipsi legibus ferendis ac moribus in usum admittendis interfuerint. Tacito & Civili corum qui suffragia sua siveque potestatem ita ante aliis, juxta varios rerum publicarum ortus & constitutiones, sive ex ditione sui posteriorumque sive aliter permiserint, ut quicquid illi decreverint, eo se hi posterosque suos, absque consensu in rem singularem expresso ac naturali, obligari voluerint. Quem quidem consensum sic Civilem & Tacitum dictum, ex praetente Naturali seu Expresso, tametsi non in res quæ sequuntur singulares, nasci adeoque etiam Naturalem seu Expressum ex origine dici posse, nemo non videt. Non aliter fermè atque minoris universitatis seu corporis partis etiam Dissensus, non solùm civiliter in partis majoris Consensum plerunque transit, atque ita Consensus fit Civi-

Civilis & Tacitus, verum etiam & Naturis & Expressus dici pariter potest, quatenus scilicet expressum universitas tota, tam scilicet minor quam jam differentiat, quam maior pars (idque tam posteriora quam sui nomine) ante consenserat in perpetuam majoris partis suffragiorum, in rebus definiendis, præponderationem. Quale similiter dicendum ubi in Principibus aliquot solis, legum de Dominio ferendarum qualiumcunque potestas legitima reperta fuerit. Nam tacitus & civilis ibi subditorum, sive ex Contractu sive ex Ditione aliter ex usu legitimo, Consensus est prævius, qui ex origine item naturalis & expressus non immerito nuncupandus. Quod vero ad tempora Belli attinet; tametsi vi geritur res, nihilominus ex moribus etiam hominum Consensu introductis admitti videamus utrinque Jus victoriae, Servitutis, Captivitatis, & quæ Belli aleam sequuntur reliquorū. Etiam ex moribus Consensu intentium firmatis introductum est illud, ut cives reipublicæ alterius in altera sive degentes sive obiter agentes, id est civitate non donati, legibus moribusque subsint lociubi sive degunt, sive agunt ipsi, ut cunque legibus eis, quibus loci cives utantur, variatim disparibus. Id quod passim obtinet ex Gentium scilicet quamplurium Consensu, quo uniuscujusque, in Gentibus illis, civis Consensus civilitè saltem includitur, introductum. Quod pariter de Legationum, id genus aliorum juribus asserendum. Hinc est quod primarium jam ante dixerim Consensum Fidemque interpositam Dominii atque Obligationis Permissionisque, quæ circa illud versatur; esse fundamentum, dum solùm & simpliciter Hominum heic dispositionem intuemur. Sed vero altius est planè repetenda causa prima, primumque omnia, quo etiam jam dictum nitatur, fundamentum Dominii atque Obligationis. Id est ab ipsis Numinis præcepto de Contractu, Fide, Consensu servandis; quod palam visitur in hoc Furti interdicto, eoque necessariò includitur dum quod, ex Contractu aliove acquisitionis seu alienationis genere è fide interposita ac consensu juxta jam dicta introducto, est alienum, id auferre contra quam jura ex Fide itidem ac Consensu interposito nata sinunt, vetatur. Nam ut ejus qui homine superior fuerit, autoritas obligationem revera inducat, id est autoritas

autoritas ac imperium ipsius Numinis, pluribus est libro primo ^{g: c. p. 6.} ostensum. Et quod sic diximus de Juribus ac Contractibus ipsis hominibus in usu, idem dicendum de Modis ac Temperamentis atque id genus reliquis eisdem pro seculorum, locorum, populorum varietate adjici solitis; unde & Modi & Temperamenta atque id genus alia accedunt Dominio & Obligationi Permissionique quæ circa illud versatur, perquam varia; juxta quæ semper, ut juxta amuses singulares, observatio ac violatio interdicti hujus intelligenda. Nam & contractuum & jurium vim habent & ipsa, utpote eorumdem partes. Neque sine eis ritè perspectis, quid alienum fuerit aut in quantum alienum dignosci posse, luce clarius est; qua de re pluramox. Sed verò quemadmodum supremum Numinis imperium in præcepto de Consensu ac Fide servanda interdicto Furti inclusio, Obligationem juxta ea in quæ ab hominibus ritè consensum est, inducit, ita etiam Numen ipsum ut supremus semper omnium Rerum Personarumque Obligationisque ac Permissionis qualiscunque Dominus, pro libitu suo non solum Dominium humano Consensu qualicunque rite acquisitum, invitatis dominis, interdum aliò jussu suo transtulit (ut in Terræ Sanctæ donatione, quâ septem populis ablata ditavit Ebræos) sed etiam, uti volunt Magistri, ipsis Ebræis ex indultu singulari permisit alienas subinde alias invadere regiones, unde nec contra jus fieri quibat, (quod alias interdicti hujus fuisset violatio manifesta,) quippe ab omnimodi juris domino expressim permisum, nec sine iussu supremo, ut fierent victores atque Rerum & Personarum subactarum Domini legitimi. Qua de re plura in sequentibus *. Huc spectant & singularia aliquot in corpore legis ^{* Cap. 12.} Mosaicæ, veluti Decimarum aliarumque rerum Sacerdotibus, Levitis, Pauperibus, assignatio divina, compensationes, & restitutiones quædam ita à Numine tantum præstitutæ ut nec hominum Consensi relictæ fuerint, id genus plura ibi notissima, quibus accedant si quæ sunt alia à Numine Dominis cuiuscunque generis non permissa solum sed sic assignata ut arbitrio humano non subjaceant.

C A P. II.

Quomodo Noachidas seu Gentiles Interdicto Furti teneri statuam Talmudici.
Atque eorum in ditione Ebraicâ aliquot Furta fuisse, quales in Iudeis liciti.
Undenam id. E diligentem Temperamentorum & Modorum Dominii (quorum exempla è vetustissimis apud Ebraeos sanctionibus singularia aliquot afferuntur) consideratione Furta dignoscit.

^aGem. Bab.
ad rit. San-
hed. cap. 7.
fol. 57a. Mai-
mon. halach.
Melachim
cap. 9.



E Interdicto Furti, quâ genus humanum illo teneri volunt, Talmudici ad hunc modum docent. חיב על הגזול בין טగול גוי בין טగול ישראל ואחד הגזול א הנונב מכון או גונב נפט או כובש שכר טכיר חייזתא בו אפילו פועל שאכל שלא בשעת טלאכה על הכל הוא חייב והרי הוא הכל נלך מorth. שאין כן בישראל וכן חייב על פחותה Noachides furti tenebatur sive res Gentilium sive Israelita furatus esset. Neque discrimin erat sive palam sive clam surripuerat, sive bona, sive personam, aut mercenario mercedem detinuerat, aut quid ejusmodi aliud fecerat. Quin si dum operarium esset, comederas (fructus; veluti uvas, olivas) alio tempore quam quo ipse operabatur, reus item erat furti. Et in omnibus his pro Fure habetur. Quod non ita obtinet in Israelita. Quin reus erat si tantillum furatus fuerat, ut nec Prutâ seu nummulo, quo minor nullus, id valeret. Adhuc etiam מושׁׂרָה פְּרוֹתָה וּבָא אחר טגול טניאת נחרגן עליה si Noachides tantillum furatus esset, aliisque ab eo idem (Noachides alias) eripuisset, uterque gladio etiam ob tantillum plectendus. Quod sic dictum habet in sejus Naturale de Furto, & juris Gentium Ebraicis aliisque Gentilibus Intervenientis aliquid commixtum. Nimis ruris ex Interdicti Naturalis vi, uterque ea in specie fur habitus. Poena vero capitalis, quæ ferè Gentilibus in ditione Ebraica quomodo cunque reis praestituta, ex Jure illo Gentium orta est. In verbis autem Talmudicorum prioribus tria sunt in primis animadvertenda; Primum, quænam in Furtivam causam heiccadant; Secundum quam latè Furti nomen in Naturali hoc interdicto se extendat; Tertium, quod nam & unde inter Ebraeos & Gentiles seu Noachidas discrimin, quod ibi innui-

intuitur. In Furtivam cadere causam videmus tam Personas quam Res. Atque ut ex jure Cæsareo¹, ita & ex hoc Noachidarum, & ex ^{L 37. & 60.}^{Exod. 21. 16.}^{Deut. 24. 17.} Ebraeorum itidem civili^k, ut Rerum ita Hominum Furtum inter-^{ff. de Furtis.} dicitur, tum Servorum tum Liberorum. Furti autem nomen, & ^{Exod. 21. 16.}^{Deut. 24. 17.}^{Exodus locos Mammides b. Israh. Gannib. cap. 6.} quod clām & quod palām, nec inscio domino, fit, heic continet. Quod clām fit, peculiari magis vocabulo גניבָה vocitant; quod palām גנולַה & נוֹלַה. Sed quoties de Noachidarum furto seu rapina loquuntur, aliud quam ^{רְבָה} seu ^{רְבָה} haud ferè usurpant. Cum vero Damnum cuiquam illatum, aut sit in Bona eius quod ^{נִזְקָה}, aut in Personam quod ^{נִזְקָה} appellant, atque Utinque aut à Personis ipsis quomodo cunque inferatur, aut à Quadrupedibus aliisve brutis quæ cuiquam in Bonis, juxta ea quæ in Jure Cæsareo habentur in eo quod est si quadrupes pauperem fecerit &c. Quoties Damnum à Personis ipsis sive rapiendo sive detinendo sive subtrahendo, sive clām sive palām id quod alienum est, seu quod alteri ex contractu, deposito, aliterve debetur, contrà quam jura superinducta sinunt, à Noachide seu Gentili illatum fuerit, Furtum ab eo committi volunt, atque Interdictum hoc Naturale violari. Unde & sub nomine גניבָה seu furti non manifesti complectuntur dolum malum qualis in Ponderibus & Mensuris falsis adhibendis, agrorum Terminis dimovendis, id genus aliis; & dum Jus Noachidarum docent, etiam ejusmodi dolum unico illo רָפֵנָה seu Furti nomine comprehendunt. At vero Damni illati illam speciem alteram, quæ Pauperies dici solet, à bestiis quæ alicujus in bonis inferri solita, in Noachidarum seu Naturali hoc interdicto continentur. Scilicet leges sibi habuisse aiunt civiles de bove cornu-peta¹, quas nec modo dispari intelligunt de bestiis aliis nocivis, ut & Jurisconsulti Cæsarei suas de quadrupedis pauperie. Et quum plurimas habent in eis explicandis subtilitates, quas & partim habes in titulo Talmudico Baba Kama pridem Latinitate donato & commentariis doctissimis explicato à V. CL. Constantino L' Empereur. Atqui inquiunt ^{תְּוֻרָה שֶׁל יִשְׂרָאֵל שְׁנָגָח שָׁוֹר פֶּל נְכָרִי בֵּין תְּסִמְךְ בֵּין} ^{Maimonid. halach. Naziki Mam-} מַזְעֵד פְּטֹר לְפִי שְׁאָן הַגּוֹם מַחֲיִבֵּין אֶת הָדוֹם עַל בְּהִמְתוֹ שְׁחוֹקָה ^{mon. cap. 8.} si Israelite bos cornu feriret bovem Gentilis, (sive bos ille sic facere confuesce-

confusceret, sive non) lege non continebatur. Quoniam scilicet Gentiles haud reum habent hominum quempiam ex eo quod bestia ejus damnum intulerit, id est Jure Noachidarum seu Naturali, ex pauperie sic illata nemo tenetur aut reus fit. Accedit & rationis explicatio, זורֵי דָנֵי לְהַסְכִּים כָּדִינִים nam & nos (hac in re) judicamus eos juxta ipsorum leges seu judicia. Nimirum, cum ex legibus illis, quibus ipsi, quatenus Gentiles sunt, nec nostro corpore Israelitico comprehensi, utuntur, pauperiei ejusmodi ratio non habeatur, nec alias praeter naturales seu Noachidarum leges sibi ditione in nostra, aliter atque nos permittimus, superinducere queant, neque jure nostro ea de re civili primitus instituto omnino contineantur, nouimus ita eis indulgere, ut commodum ex Israelitæ alicujus damno sic perciperent. Ceterum si inverteatur species, ita ut Gentilis bos feriret bovem Israelitæ, ex pauperie sic illata compensatio ex sententia forensi sequebatur; id est, damnum Israelitæ à Gentili resarciri volebant.. Quod, ut jus Gentilibus ipsisque interveniens, ab ipsis in sui commodum introductum est. Aiunt enim, שׁוֹר שֶׁל נֶכֶר מִשְׁרָאֵל מְשֻׁלָּס נַזְקָן קָנָם הַזָּוָא לְפִיסְטִילְיָה שָׁאַנְן זְהֹרִין בְּמִצּוֹת וְאַנְן מַסְלִיקִין זְיִוקִין וְאַם לֹא תְחִיב אַוְן עַל Si Gentilis bos feriat bovem Israelita, compensatio damni ei praestanda: Quod in hac specie de Gentilibus introductum, quoniam nec praecepta (nostra; seu iura nostra: civilia) ad eos spectant, & frequentius damna inferunt. Et nisi reos heic facias eos ob damna à bestiis eorum illata, non coercerent illas, & hominum bonis plurimum nocebunt. Et diversa esse indigenarum iura ab alienigenarum, novum non est, nec infrequens. Ettum exsuperinducto sic jure de compensatione à Gentili, pauperici nomine, praestandâ, justum erat, ut compensatio ejusmodi Israelite pertenti addiceretur, tum pariter justum, ut Gentili, qui eo iure non inclusus est, eadem, utpote nec debita, negaretur: Unde atque ex similibus quamplurimis, de Tertio, quod heic animadvertisendum, constabit. Scilicet de eo quod est, quod nam & unde inter Ebraeos & Gentiles discrimin illud, quod in verbis Talmudicis jam ante adseritur, de Furti Interdicti violatione. Scilicet exceptio ibi duplex est, quâ

qua hac in re Ebræi à Gentilibus discrepant. In altera habetur temperatum ex Jure civili Ebræorum eoque in Mosaico disertè tradito, Dominum, quo id fieri permittitur, quod ex jure simpliciter Naturali seu Noachidarum planè Furtum esset. In altera, aliud ex majorum Traditionibus temperamentum itidem Dominii (quod semper, ut capite superiori diximus, vario hominum consensui ritè initio subjacet, atque ex corum arbitratu modos recipit) in causa erat, ut id Furtum Ebræis non esset, quod ex jure simpliciter Naturali tamen esset Furtum. Et utriusque exceptionis exempla adducuntur, ad discrimina id genus alia, quæ innumera esse possent, innuenda. Prior est de operario fructus comedente, verbi gratiâ in vineto, oliveo. Ubi simpliciter Dominia sunt distincta, operario comedere extra ipsum operæ tempus esse volunt idem quod furari. Scilicet alienum jus sibi contra fas arrogare. Ipso autem operæ tempore fas esse ex effectu Conductionis; quâ dominum quemlibet in tantum juri suo renuntiâsse, velut in mercedis operarii partem, præsumebatur, nisi de contrario constaret. Ubi verò sic sunt distincta Dominia, ut temperamentum hoc seu modus ei insuper adjicetur ex jure loci civili, licet nimirum non solum in operæ suæ tempore, sed etiam dum ipsa vindemia durat, uvas comedere, quis non videt, tam ipsarum, quas ita carpserit op̄ariū, ipsum etiam esse dominum adeoque eatenus velut partiarium usufructuarium ipsius vineæ, quam ejusce quod his demitis reliquum est, Dominum esse vinitorem. Eadem ipsa est aristarum in coloni agro ratio. Nam ad operarios, videlicet cultores sive vincæ sive agri, conductos tantum, & ad vindemiæ seu messis tempora attinere volunt legem illam unde totum quod præ manibus est, de operarii jure discriminoritur.

Ingressusⁿ vineam proximi tui, comedere uvas quantum tibi placuerit. Foras autem ne efferas tecum (ut vulgata; si verbum verbo reddideris, in uas tuum non repones) & si intraveris in segetem proximi tui, seu ut vulgata, falce non metes. Ita igitur ex hac lege temperabatur tum vinitoris tum coloni Dominium, ut etiam toto vindemiæ seu messis tempore uvas aut spicas legere ad statim comedendum operariis (juxta Magistrorum sententiam) liceret inter Israelitas.

^a Denuo. 23.
24. fd Eccl
de sis D. Mar-
tha. cap. 12.
omm. 1. Eccl.

Non item Noachidis seu Profelytis Domicilii aut inter eos, nisi manum ipsi operæ momentis. Neque licentia furandi, sed modorum Dominii heic discriminem. Legem autem jam dictam sacram ita explicat Josephus^o, ut τοὺς ὁδῷ Βασιλοῦ ἀντορεῖς ea contineri velit, nec ἔγχωεις indigenas solum, sed etiam ἔγες exteros. Adde quod occurrit in federe novo de discipulis Christi aristas in via carpentibus, & perpende. Posterior exceptio est de Valore rei surreptæ, qui sacris literis non omnino taxatur. Interdicitur quidem simplicitè Furtum nec semel; de quo cum ex ratione Dominii ejusque modorum & temperamentorum varia sit decernendum, apud

<sup>P. Mof. Mi-
kor. Praecep.
affirm. 122.
Gc.</sup> Ebræos ipsos Dominium privatum rerum leviuscularum sic temperatum est atque veluti in communionem remigravit, ut ex veterum instituto, si eorum quis פְּרוֹתָה מִשְׁוָה id quod minoris minimo

<sup>¶ Tis. Kiddo nummulo seu Protavaleret P alteri surriperet, Furti nullo modo te-
schim cap. 1. & neretur. Nummulus ille פרותה באיסר datus erat
Gides Baal, קַלְעֵת אֶתְלָקָה octavapars Aisara Italice quod legitur in Misna^q. Aisara Arach in heic Italica idem, puto, est nummi minutuli genus, quod in passercu-
Iyaac Sarrin lorum pretio memoratur apud Evangelistas^r αὐταῖς nomine. Et ad Mof. Mi-
kor. fol. 296 apud Magistros legitur è veterum esse receptum traditione^s שְׂאָרוֹת
col. 1. מְשֻׁלָּח חַצְ' טַעֲוָה עַל כְּסָף נָקִי Nummulum hunc Protadictum pon-</sup>

^{D. Marth. 10. 29. Luc. 12. 6.} derare dimidium grani argenti puri. Ex tantillo seu quantulo- cunque surrepto, jure Naturali seu Noachidarum furtum commis- sum statuebant, sed non ex suo seu sibi civili. Non omnino quod

<sup>¶ Mof. Mi-
kor. prec.
aff. 48. quem
Gides pra-
cept. affirm.
45. Adde hi-
part. 1. fol.
III b.</sup> sibi furari indulgentius quam Noachidis licere velint. Sed quia tantilli singularis esset ipsis, ex majorum institutis, Dominii, ut diximus, atque alia ratio & temperamentum. Id quod si abfuisset, furtum in tantillo surripiendo æque commissum fuisse ab Ebræo censere Machzor suissent, atque inde tam Numinis placationem quam proximi seu eius cui damnum illatum est compensationem insequi debuisse.

Sed neutri, ob tantillum surreptum, apud sc locum esse voluere; neque esse potuisse palam est, cum nihil omnino sic committeretur adversus Dominii seu juris privati modum quem ipsi sibi, nec interea Gentilibus in eorum ditione agentibus, præscripsissent, adeoque nihil ita surriperetur contra jura Dominii quorum ibi usus. Nam ex-

tra ditionem Israelicitam manifestum est ab Ebræo etiam furti interdictum surreptione quantulicunque violatum, nisi & ii quorum dictio esset, singularia, quemadmodum Ebræi, de quantitate jura superinduxissent. Quod sanè dicendum de Lacedæmoniis & Ægyptiis, apud quos furtæ quædam licita fuisse traditur¹. Nimirum quandam retum, iuxta eorum, quibus legum ferendarum potestas, placita, surreptionem licitam fuisse palam est. Sed in eo quod licitam cam esse voluere, planè dominio rerum apud suos temperamenta tantum adiecere, unde velut in communionem quandam eousque redigetur. Adeo ut ex singulari jure Dominii id justè apud ipsos (non intetè alibi, prout dictum est) fieret quod furti speciem quadam tenus imitaretur, Furtum autem non omnino esset. De quo quantum crimen est, sine Modorum ac Temperamentorum quæ Dominio adhici solent, velut Lydio heic lapide, frustrè nimis saepè decernunt, qui de casib[us] Conscientiæ sollicitius disquirunt. Inde etiam erat iuxta constitutionem reipublicæ illius legum ferendarum morumque introducendorum potestas, privata in rebus nonnullis Dominia, utcunq[ue] non sine jussu Numinis primò acquisita, diversimodè temperarant, furtæ dein esse actus aliquot desinebant, qui alijs interdicto hoc planè vetarentur. Illustria sunt exempla in decretis illis decem Josuæ & בית דינו² & Synedrii ejus³ (seu eorum penes quos summum sub introitum in terram Sanctam erat imperium) שׁמְרָעִין בַּהֲמָה tempore quo Terram divisisti. I. בְּשֻׁעָה שְׁחָלֵק אֶת הָאָרֶץ דְּקָה בִּיעֲרִים שָׁאַלְנִיהָן גָּסִין אֶבֶל אַיִן מְרֻעֵין שָׂט בַּהֲמָה גָּסָה וּבִעָרָה שָׁאַלְנִיהָ דְקָן אַיִן מְרֻעֵין בֹּו לֹא גָּכַה וְלֹא דְרַעַת בְּעָלָז ut minuta pecora⁴ in sylvis pascerent, ubi crassiores essent arbores; non item pecora grandiora. Silvæ autem eius tenuiores aut teneiores arbores, non pascerent nec grandiora nec minuta citra dominii consensum. Consensum domini aut in locatione Sylvæ aut in eiusdem postmodum novatione seu mutatione, expressis verbis conductori indultum. II. טִיהִיה כָּל אָדָם מוֹהֵר לְלַקֵּט עַצִּים מִשְׁדָה. הברו והוא שייח'ו עציים פחותים וקרובים להיות קוץ'ים כמו הזמי והיגי והוא שייח'ו לחין ומוחברין וב└בד טלא ישרא אל שאר עציים אסור Unicuique hominum (Ebraorum, in ditione Israelicitica) fūs esse colligere

*Agellus lib.
n. cap. 18.
Plur. in Ly-
cage.*

*Gem. Baba
id sit. Baba
Kama cap. 7.*

*fol. 80. 5. 81.
Maimonid.*

*haluch. Na-
ziki. Mam-*

mon cap. 5.

*Vide sit.
Baba Kama*

cap. 7. 5. ult.

*& ibi Com-
pl. L'Em-*

*peregr. pag.
165.*

gere sibi frutices seu arbuscula in agro alieno, minora scilicet & que
 pro spinis habita, veluti rubos & vepres adhuc virides asque cre-
 scentes, modo illa non succidat. Arbuscula vero ibi & arbores
 cetera ei vetantur. III. שיחיה כל אדרט מותר ללקט עשבים. מושבם
 העולן מאיליהם בכל מקום חוץ מטעה תלתן טורעה לבתמה
Vnicuique hominum fas esse colligere sibi herbas sponte nascentes
 quocunque locorum, praeter agrum feno graco, in jumentorum de-
 pastionem, satum. IV. שיחיה אדרט קופט נטיעה בכל מקום הוץ. מושבם
 מועפות טל זית ואינו קופט מן האלנות אלא כזית וככיצח ובקנים
 מן הפקק ולמעלה ובגפנים ובשאר האילן מחויבו טל אילן לא מחווץ
 ונשחתיר לקטוט לא התיר אלא מוחדש שאינו עותה פירות אבל
 לא מישן מעותה פירות ואינו קופט אלא ממוקם שאינו רואה פנוי
*Fas esse cuiilibet plantarum quocunque locorum putare, exce-
 ptis olivarum termeribus. Ita ut non amplius amputet ex arbori-
 bus, quam quod oliva aut ovo par fuerit, nec ramos alibi putet quam*
 sursum ab ea parte qua diffundi caput. Nec vites aliasve arbores
 in loco ubi rami pauci, sed tantum ubi densi. Nec excindat quid
 ex veteri arboris parte quae fructum ferat, sed tantum ex nova que
 nondum ferat fructum. Neque demum omnino ejusmodi quid
 faciat, nisi ubi solis radii non admittuntur. V. שיחין היוצאות
 מתוך בני אותה העיר שיצא בגבולם מסתפקים מהם אע"פ טאן
 תבלה בני אותה העיר שיצא בגבולם מסתפק עמהם ממש
 עקרו בחלקה ואין לאחרים להסתפק *Vbi fons fuerit, et*
 quo fluvius intra terminos alicujus urbis seu provinciae labitur, ita
 ut antur fruantur illius urbis seu provinciae incolae fluvio illo (ram-
 et si fons ejus non fuerit in parte ipsis assignata) ut nec alii cum illi
 eontantur fruantur. VI. שיחיה כל אדרט מותר לצד דגים מים
 פבריה והוא שצוד בחכה בלבד לא יפרוש קלע וימיד ספינה
 טם אלא בני השבט שהגי' אותו הים בחלוקת
*Fas fore homi-
 num cuiiber (semper de Ebræis intellige) pisces captare è mari Tibe-
 riadis, modo scilicet hamis solummodo piscatus fuerit. Neque enim*
 sepimentum qualemque pisibus capiendis plicatum, paxillis fi-
 gendo ibi expandet (ita scilicet יְלָא explicat glossa Talmudica; nec
 aliud puto, est ab epochis illis, Tranis, seu remoris piscatoriis, quales
 Novell. 6. in Leonis constitutione memorantur) aut navi piscatoria ueter
 alius

alios prater tribuum incolas, quarum partem assignatam mare illud
alluit. Sic ex Gemara Maimonides. Verba autem Gemaræ ² sunt, <sup>Ad ist. Ba-
ba Kama c.
7, fol. 81a.</sup> מהכין בימה של טבריה ובלבד שלא יפרום קלע וימיד את הספינה
Hamis pescantur (cuilibet pescari sic licet) in mari Tiberiadis; sed ita
solum ut sepimentum, quale diximus, non expandat, nec navi pista-
toria utatur. Adeo ut Maimonidi locus ille sic intelligatur, ut ex-
ceptio de sepimento & navi ad eos, qui Tiberiadi confines non es-
sent, solum spectaret; hamorum autem & retium, quæ injici ut ^{אֲמַעְפָּת}
^{אֲמַעְפָּת} solent, parilis haberetur ³ ratio. At vero existimant alii ^{Megid Mil-}
hoc Gemaram innuisse, omnino nemini quidem fas fuisse ex veteri ^{osafit, 510 a.}
illa constitutione sive naviculâ piscatoriâ sive sepimento quale me-
moratur, uti; sed Tribui, quæ allueretur, fas fuisse
לצורך ברטחותם ^{בְּרִתּוֹתֵם} pisces retibus & hamis, reliquæ vero
רַעֲנָנוּמָמוֹדָה hamis. Vide, si placet, de pisationibus Apostolorum,
in hoc mari, apud Evangelistas. Certè Petrus, Andreas, & Philip-
pus ex urbe Bethsaida ^b fuere, quæ mari illi vicina. Sed ad decreta <sup>D. Iacob. i.
44. § 12. 21.</sup>
של כל אדם שציריך לנקיון מסתלו ^c מן הדרך מליאה ברכות
ונכנס אחריו הנדר שפגע בו ונפנה שם ואפילו בטהה מליאה ברכות
Cuilibet fas fore quoties necesse ei fuerit
ventrem exonerare, è via diversi & pone sepem que proximat illud
facere, idque etiam si locus fuerit croco (aliusve quantivis pretiis satio-
nibus plenus, & fasciculum ad abstergendum ibi sumere. VII.
שכל התועה בין הכרמים וכיווצאת בהן מפסג וועלה מפסג ויורד עד שציא
Cuilibet per vineam aliumve ejusmodi locum erranti hinc
tabdomen. inde pervagari licebit, usque dum in viam suam redierit. IX.
טרבה הטיט בחרכי הרבים או נקעים מים ש לעובי ררכיס להסתלק
לצדדי הדרכים ומhalbין שם אעפ' טם מהלכין בדרך שיט לה בעלים
Tempore quo caro non nimis fuerint via publica aut aquis impedita,
fas erit viatoribus, viis ipsis relictis, in vicina que adjacent loca se
conferre atque ibi transire; tametsi transferit in via que suos ha-
buerit Dominos. X.
בו והוא שלא יהיה מוטל על המצר ולא בתוך תחומי המדרינט
אבל אם ניעג על המצר או טהיר בתוך התוחום מביאו לבית
Qui forte mortuus repertus fuerit, locum suum sibi acqui-
res &
Vuuu

ret & sepeliendus erit loco in ipso quo fuerit repertus, modo si non fuerit angiportus nec intra limites urbis. Tunc enim in locum mortuorum sepultura destinatum avehendus erit. Accedit hisce illud Salomonis; וְבוּרִי רַחֲבֵיט מָותְרֵין בִּימּוֹת הַזֶּמֶת לְהַלֵּךְ בְּשִׁלְלֵין שְׁבָדּוֹת שִׁיטָּה לְהַן בָּעֵלִים עַד שָׂרֵד רְבִיעָה טְנִיָּה bus fas esse tempore astivo transire per semitas qua in agris aliorum, usque dum descenderit Pluvia secunda. Id est quasi initium mensis Octobris nostri, qui fere τῷ Marchesuan eorum respondet. In annis scilicet quibus citius evenit. Serotinana autem sub initium mensis

Maimonid.^a Mith-^b Moth Ainiim^c cap. i. Kislev ponunt. Accedat & illud Ezrae^d, & o-

mnis qui non venerit in tribus diebus juxta consilium Principum &

seniorum, auferetur universa substantia ejus, & ipse abjectetur de-

cetu transmigrationis. Variatim heic Modi & Temperamenta Dominio praescripta. Alia sunt ejusmodi non pauca moibus Ebræorum reperta, eaque satis obvia; cujus generis quidem nullâ forsan in republicâ sanctiones desint. Ideò autem libentiùs ea heic memoravi, ut inde præmitteretur specimen Modorum ac Temperamentorum, penes Ebræos, Dominio privato publicis sanctiōnibus adjiciendorum, sine quorum consideratione diligentius habita Observatio aliqua aut Violatio interdicti de Furto aut Damno cum Injuria illato omnino in obscuro erat nec ullo intelligi quibꝫ pacto. Sed & eâ de replura in mox sequentibus.

C A P. III.

Dominium ex diversitate persuasionis circa Sacra, apud Ebreos regulariter non omnino pependisse. Furtum etiam ab ipsis, tam in Gentilis bonis contrāstandis, quam in bonis Judæi, commissum statuebant. De Fraude & Mendacio, tam circa damnum quod Interdicto Furti innuitur, tam simplici, etira ejusmodi damnum. Quod de bonis Gentilis non invadendis tradidit, ad Jura Pacis tantum attinere, non ad Jura Belli. De Terminis Confiniorum non dimovendis.



On ex aliqua Persuasionis, circa Sacra, discrepantiâ aut nudo religionis discrimine, pendere volebant Ebrai sive Rerum sive Personarum Dominium, seu damni alicujus (citra capitale supplicium atque ea quæ illuc necessa-

necessariò conducerent, & causam urbis apostasie reæ) illati ratiōnem. Capitale supplicium & quæ illuc necessariò conducerent ideo excepti, quia speciebus aliquot in singularibus, veluti ubi Gentilis suscipere in se præceptorum Noachidarum septem in ditione Israelicā observationem detrectaret, juxta libro secundo ostensa, & ubi apostasie quicquam ex Judæis seu Proselytis Justitiæ rei essent, religionis quidem nomine ultimum^c, idque diversimodè, irrogandum erat supplicium. Sed verò nec comitabatur supplicium eiusmodi bonorum ablato aut fisci aut ærarii successio. Sed ad hæredes semper pertinuere extrà quam ubi universitas urbis apostasie reæ. Ibi enim cum urbe etiam civium bona comburenda, qua de re alibi^f. Sed verò eo simplicitè nomine quo GENTILIS qualiscunque quis esset, etiam Idololatra, aut Judæus apostata, aut hæreticus, bonis non omnino, iuxta eos, exuendus erat, aut Dominium ei inde minuendum. Unde & statuebant Furtum, contra sensum Interdicti, quod jam tractamus, ab ipsis committi non minùs in Gentilis Bonis quam in Judæi contrectandis, quod & superius tetigimus. Talmudici^g de Furto clām commisso verba facientes ; כל חונב ממון ; מטוּה פְרוֹתָה וְלִבְעָלָה עֲוֹבֵר עַל לְאַמְתָּה טָן עַל לְאוֹ זֶה שְׂהֵרִי נִתְחַנֵּן לְחַשְׁלָמִין שְׁהַגְּנָבָה תּוֹרָה לְטָלֵם וְאַחֲרֵי הַגְּנָבָה מִמּוֹן יִשְׂרָאֵל אוֹ הַגְּנָבָה מִמּוֹן גּוֹי עֲוֹבֵר עֲבוֹדָה זָוָה וְאַחֲרֵי הַגְּנָבָה אֶת הַגְּדוֹלָה אוֹ אֶת הַקְּטָן אָסֹר לְגַנְבֵּב כָּל שְׁחוֹא רַי תּוֹרָה וְאָסֹר לְגַנְבֵּב דָּרָךְ שְׁחוֹק אוֹ לְגַנְבֵּב עַל מִנְתָּה לְטָלֵם הַכָּל שְׁלָאָה יְתִיל עַצְמוֹ בְּכָךְ Quisquis (Judeorum) clām surripuerit bona, que nummulo minimo, Prota dicto, aut pluris valent, interdictum de Furto violat. Nam & scriptum est, non furaberis. At verò non vapulabit hujus interdicti violati nomine. Quoniam scilicet, quod oblatum est restituere debet. Et Restitutio ei à Lege expressim præscribitur. Neque is qui Israelita bona furatur, differt ab eo qui bona furatur Gentilis, etiam si idololatra fuerit. Par item jus, sive quis hominem majorem sive minorem furetur. Furtum nempè omnimodum prohibetur à lege. Nec fas est jocofurari, aut animo in integrum restituendi, ne se sic furto quis assuecat. Tantundem etiam aiunt^h de dolo malo in pondere et mensurarum usu. אחד הנותא והנותן עט יישראֵל או עט

V u u u 2 . . הנוי

^a Deut. 13. 5.
^b Vide l. 4. cap. 3.

^c De successione
in Bona cap.

^d Maimonid.
bat. Ganiba
cap. 1. sed 5.

^e Tudephis con-
flanti. L'Em-
pereur radit.

Baba Kama
cap. 4. s. 3. p.

^f 67.

^g Idem ib. c.

זה עבד בבודה זורה אם מדד או שקל בחסר עוכר על לא חעשה
חייב להחזר וכן אסור להטעות את הגוים בחשבון אלא דרך עמו
*Dispar jus non est sive negotietur quis cum Israelita sive cum Gentili,
etiam Idololatrica, si aut pondere aut mensura minore quam pars est
utatur. Violat enim Interdictum, & ad restituendum tenetur. Si-
militer nec fas est Gentiles calculis subducendis fallere, sed plane
sunt parianda cum rationes. Quo adducunt & illud de Prosely-*

¹ *Levit. 25.* ^{so.} *Domicilii qui se redemerit, computumque faciet cum emtore suo &c. & demum adjiciunt אעפ' טהורם כבוש תחת י"ך כל וחומר rationes ex illa Lege pariandae sunt, tam et si Gentilis fuerit in potestatem tuam redactus, id est ditionis Israelicæ; multò magis, ubi non fuerit in potestatem tuam redactus, seu nondum ditionis Israelicæ. Hoc scilicet velut singulare legis laeæ exemplum affertur, quo supponitur in negotiationibus ac contractibus Gentiles neutiquam fuisse defraudandos, aut dolo fallen-
dos. Cujus tamen causam in Naturali Furti interdicto haberi volunt.*

² *Maimonid. Consona habent ubi de Furto palam commisso loquuntur;* ^{k;} *אפילו;*
hal. Gizila Wabda cap. *ונעבּד בבודה זורה אסור לגזלו או לעשקו ואם גזלו או עשקו ייחזיר*

*Etiam & nefas est bona Gentilis palam eripere, tametsi ipse Idololatras fuerit; uti & bona ejus tametsi sponte ab eopenes te relicta, detinere cum restitui postulaverit, veluti commodatum, mutuum mercedem, depositum, creditum. Nam qui sic fecerit קונה vocant, id est, qui violata fiducia rem palam restituendam denegat. Ita si-
dem fallere sui ipsorum cuique illicitum ducebant, Contractibus sci-
licet etiam cum Gentilibus, nedum Judæis, initis ritè interpositam;
ut pote ex interdicti quod tractamus vi naturali servandam. Adeo-
que in alterius sive Ebræi sive Gentilis damnum (quod scilicet Inter-
dicti hujus sensu juxtam contineretur) mentiri illis nefas inde ha-
bitum. Dico in damnum quod interdicti hujus sensu contineretur;
id est, sive in bona sive in personam, contra quam jura præstiterent,*

¹ *Titr. Baba illatum. Quò spectat in primis illud quod habent de verborum frau-
Metzia cap.* *de in Contractibus non adhibendâ, nec emtore in emtionem sive*
^{4. & Mas-} *monid. hal. mercium laude, sive alio quocunque dolo pelliciendo. Tam de*
Macira cap. *scipsis quam de Gentilibus pronuntiant* ¹ *ארם*

אָדָם נְטַח וּמִמֶּר אָוֹלְגָנוּב אֲתָה דָעַתָּס זָאתָנָס וְאָדָם יִשְׁרָאֵל
Nefas est decipere quemquam in emtione & venditione, uti & in consensum arte pellicere. Quod pariter obtinet in Gentilibus atque in Israelitū. Ita scilicet de fide circa Contractus & Obligationibus ubi ὀνναλλάχ ματαὶ intervenirent. Sed verò quantum video, nudam verborum, cum fallendi ac mentiendi animo, prolationem ac promissa dolosa, citra Obligationem ex re contraham aut inde contrahendam illicita non existimabant, etiamsi actu, circa quem versarentur, damnum quidem alteri inferretur, sed non cum injuria; nedum ubi nullum ejusmodi damnum. Neque aliter legem illam suam^m intellexerē, *Neque mentiemini, neque falla-*^{"Levit. 19."}
citer ageris, quisquam cum proximo suo. Qualem Gentilem essō nonⁿ sumunt. De Mendacii autem apud eos usū ejusmodi lictio, adeoque fidei sic fallendæ exemplo consulas caput tertium libri quarti, ubi circumventio dolosa nec sine mendacio manifesto in exitium Ebræi apostatæ qui in puteum decideret, ejusmodi alia permittuntur. Animadvertisendum autem in primis heic est, id quod de Gentilium pariter atque Israelitarum bonis ab ipsis non invadendis, ex hoc interdicto naturali, tradunt, sic ab ipsis intelligit tantum, ut Israclitarum nemini ex jure aliquo Pacis, aut citra Belli publicā autoritate indictionem Gentilis bona surripere liceret eive damnum contra vulgarem Justitiæ, quam vocamus commutativam, amissim inferre. Non item ex jure Belli. Hoc enim ejusmodi sibi, idque ex præstитuto^{"Nuiminis,} fuisse tradunt, ut ex supremo ipsius omnimodo re^{"Deut. 20."} rum personarumque Dominio, ipsis non solum juberetur septem^{io.} populos & Amalekitas subigere ac delere, verū etiam permittere, ad augendam, citra causam aliquam aliam, intervenientem majestatis Isracliticæ amplitudinem, alienas quascunque terras, bello ritè atque ex sententia Synedrii septuaginta unius virūm, indicto, invadere adcoque Res ac Personas alieni juris in suum redigere. Quod planè, iuxta illorum scita, temperamentum erat, atque modus insignis aliorum Dominio (quatenus arma Ebræorum respiciebat) ab eo, qui supremus omnium dominus est, superinductus. Unde nec Furti interdictum, nec id quod in Decalogo habetur de

alienis bonis non concupiscendis, bello ejusmodi violari existimabant; idque consequenter satis, dum ex permissione ejusmodi Numinis (quā & inclusum satis est de jure victoriæ mandatum, devictorum jura perimens) statuebant non minus ipsis jus fuisse, ab Interdicti autore etiam præscriptum, invadendi atque sic bello adquirendi, quām eis, quos invaderent citra victoriā aut dēditionem possidendi retinendique. Sed hac de re, uti & de sententia Ebræorum de Belli jure, quatenus illo alii sive in ipsis sive in alios usi sunt, vide infrā capita duodecimum, decimum sextum & quæ sequuntur. Furti nomine contineri etiam volunt, si quis vicini agri terminum seu metas intra confinii lineam aut angulum summoveret, qua de re expressim Lex sacra^o; quam tamen, quā de terminis simpliciter non summovendis loquitur, ad terram sanctam signanter in lege memoratam terminosque in ea, cum tellus distribueretur, positos at-

^o Deuter. 19. 14. 27. 17.

¹ Sepher Sifra col. 184. Maimonid. Ganiba cap. 7. Mois. subiisse. Rem autem ipsam etiam simpliciter Furtum fuisse. Acceper. Negat. vetò Flavio Josepho legis ipsius sensus videtur esse, perinde ac si ad

123. Vid. Gloss. Iarchis & Paul. Fagiū ad Deut. 19. 14.

² Archeolog. 4. cap. 8.

μη τελοτελεσθεντις εστιν αμυνιν ειρηνην. Φυλακέων δούλων διενεγκαίρων ειναι ειρηνην. Φυλακέων δούλων διενεγκαίρων ειναι ειρηνην.

Τυφον βεβαιον εις αγάντα κειμήλιου αναγρεν αις πολέμων ἐντόπιον καὶ σά-

σως γνωμήνων ἀντί της πλεονεκτήντας περισσότερω χωρέντων βεβλεόδε τὸν

ὅρον μηδὲ μάχεσσον είναι τούτη καὶ τοῦ νόμας ωτερεβαίνεν τοῦ τον ὅρον μετακινοῦταις. Terminos terram movere nemini liceat, nec proprie-

nec aliena, quibuscum scilicet nobis pax est. Sed cavendum ne, quod

ita velut dei decreto seu calculo figitur, auferatur. Nam causa est

bellorum & seditionum, ex eo quod homines avari volunt terminos

ulterius figere. Neque procul à legibus (ceteris) transiliendis abest

quisquis terminos summoveat. Dum ait, quibuscum nobis pax est,

Gentes innuit, nisi fallor nimium, vicinas aliasque. Quod tamen,

interpretationi Talmudicæ non satis est consonum, nisi si interdi-

ctum Furti naturale quatenus in Terminis summovendis violatur,

atque

atque singulare hoc de Terminis simul conjungas. Tunc enim ipsam
fanè Talmudicorum sententiam (extra belli causam, ritè à Judæis
suscepti, juxta inferius ostensa) compendio aperit.

C A P. IV.

Scripta quadam de Dominii Adquisitione & Translatione, atque Obligatione & Permissione que circa illud versatur. Quorum primum est de Dominio ex simplici Rerum Occupatione adquirendo. De Rebus nondum Occupatis; Rebus Derelictis, & Deperditis. De Proselytorum Justitiæ, qui sine hærede morerentur, Bonis, & de Restitutione rei ab eo ablata Sacerdoti Ephemeria unde manus obœunti prestandâ. De agro à Gentili sine syngrapha Israëlitæ vendito. Occupationis tituli ortus.

Adeoque Occupatione adquirebatur. Talmudici ; הענ"ס לבקש ולהזר עליהן הר' גנטאר מהן מותר לכל אדם ואין חיב ליתן להם דמיון שללא נאמר בהן וננתן לעצם אלה תעוזב אותן ומזה לעוזב אותן לחיה ולעופות אלה לענ"ס ענ"ס Quoties desinerent pauperes petere & redire ut peterent, id quod reliquum erat occupanti concessum est. Nec qui occuparet, obligatus est pretium eis solvere. Nam neque ex lege quidem institutum est, ut donaret colonus, sed ut relinqueret ea (ut cunque donorum pauperum nomine insignita fuerint haec omnia.) Neque precepit

cepsum est relinquere ea bestiis & volucribus, sed pauperibus, qui jam quidem esse desiere. Cum scilicet repetere desinerent. Tunc autem Spicilegi partem sic neglexisse pauperes, ut dein occupanti pataret, censebatur simulac alii post alios pauperes spicas legerant, seu legerant pauperes iterato. Acinos autem seu uvas Deciduas & racemationem, simulac semel in vineam ad colligendum venerant pauperes ac redierant. Quod reliquum erat Olivarum per Oblivionem in arbore relictorum, si non sumerent pauperes ante novilunium mensis Kislev, qui fere Novembri nostro respòndet. Sub arbore seu in terra relictas, simulac desierant pauperes eas petere; quod puto sic intelligendum, ut quod de spicis jam dictum. Et sua cetera habuere heic tempora. Ubi autem omnino negligenter, nec intra tempus fruges ex more colligendi eorum, quae sic eis derelicta sunt, aliquid sumerent, הָרִי הַן שֶׁל בַּעַל הַשְׂדָה eadem ad agri Domini attinebant. Accedant hisce Tria in primis animadvertisenda.

I. Quemnam nomine נָר seu *peregrini*, in legibus jam dictis sacris pauperi conjungi soliti, venire velint Talmudici. II. Utrum in Pauperum hisce donis, juris aliquod esse Pauperi Gentili admitterent. III. Utrum à Gentilibus donorum, quæ diximus, aliqua, juxta eos, præstanda. Ex vi ac sensu legum, quæ huc attinent, Sacrarum haud alium nomine נָר *peregrini* seu *Profelyti* contineri volunt præter *Profelytum Justitiae* ac *Libertinum* qui juris parilis. Verba sunt, כָל גָּר הָאָמֹר בְּמַתְנָת עֲנֵי אַנְוֹ אַלְאָ נָר צְדָק טָהָר הָוָא אָוָט בְּמַעַט עֲנֵי זְבָא הָלוּי וְגָר מָה הָלוּי בְּנֵי בְּרִית Peregrinus cuiusmentio in legibus de Pauperum donis haud alius est quam *Profelytus Injustitia*. Nam & in lege¹ de Decima pauperum me- Deuter. 14. morantur simul Levita & Peregrinus. Levita autem ibi planè filius ult. est federis. Talis igitur & Peregrinus cum eo conjunctus. Ex lege itaque Sacra Profelyto domicilio, quantumlibet pauperi (nomine Profelyti seu Peregrini) in hisce sortem voluere esse nullam, nedum Gentili alicui qui nondum idolatriæ renuntiaverat. Sed vero nomine תְּזַבְּשׁου inquilini in legc illa superius ex Levitico citata, Eleemosynas tantum ex illius legis vi sumebat Profelytus domicilio, non item reliquorum donorum pauperum quidquam. At vero

tum Proselytis domicilii , tum aliis Gentilibus ex iure superinducto permiserunt (quod secundò heic animadvertisendum) in omnibus iam dictis sortem, si pauperum , qui è Judæis, turbæ se commiseret. אַעֲפָ בְּנֵי אִזְרָאֵל וְנֹתְנָן מִמְתֻנוֹת אֶלָּא בְּאַיִן בְּכָלְלָן עַנְיָן יִשְׂרָאֵל וְנוֹתָן אֹתוֹן
Ceterum tametsi ex ipsa lege seresita habebat, nihilominus non arcebant pauperes Gentilium à Donis jam dictis ex illis scilicet prioribus. Sed ii commissi turbæ pauperum ex Israelitis ea acceperunt. Causa redditur ob vias pacis, id est, officiose humanitatis seu charitatis causâ. Ita ius planè pauperibus, qui non Judæi, in omnibus denegant. Excepto quod dicitur de Eleemosynis Proselyto Domicilii erogandis. Rem autem Gentilibus omnimodo, qui Judæorum pauperibus in rogando, sumendo, se commiserent, concedunt. Quod ad Tertium demùm heic attinet; neque Dona illa Pauperum priora sex aut eorum aliquod quidem permittebantur Gentiles in ditione Israelitica præstare, nedium obligabantur. De Gentilibus non permissis ejusmodi quid ibi præstare, satis dictum est libro tertio^k. Quin de Proselyto Justitiae recens factò scribunt^l;

^k Cap. 4.

^l Maimonid.
hal. Mith-
noth Ainiim
cap. 2.

^m Idem ibid.
cap. 4.

טְקַצֵּחַ שְׁדָהוּ וְאַחֲרֵ כְּדֵ נַחֲגֵיד הַרְיָה זֶה פְּטוּר מִן הַפָּאָה וּמִן הַלְקָתָה Si Gentilis in ditione Israelitica postquam segetem messuerat, Proselytus Iustitia factus fuisset, ex segete illa neque Angulus neque spicilegium neque manipulus per oblivionem derelictus, pauperibus relinquentus; tamen manipulus jus non inciperet ante tempus quo manipuli auchi soliti. טְרָאֵל גּוֹי, Vbi Israelites in parte Israelite (divisa) relinquenti erant acini decidui et racematio. Sed pars Gentilis immunitis erat. Quale pariter de reliquis jam dictorum Sex dicendum. Quod verò ad Eleemosynas attinet, cum ea fuerint aut ex justitia seu stricto jure debitæ adeoq; pro arbitrio forensi exigendæ ut est ostensum, aut ex charitatis abundantia insuper accesserint (quale quidem discrimen Eleemosynarum dum eo nomine ea quæ pauperibus præbentur, innuitur, nullibi locorum forsitan abest) tantum absuit, ut à Gen-

à Gentilibus exigerentur aliquid omnino, ut nec palam ab eis libenter offarentibus, ex more majorum deberet Judæus Eleemosynam aliquam accipere, nisi ita eveniret, ut neque necessitati sua extremæ subvenire quirent Eleemosynæ à suis subministratae, neque clām posset à Gentili accipere. Talmudiciⁿ אסוח לישראל ליטול צדקה^m. מן הגויים בפרהסיא ואם אין יכול לחיות בצדקה של יטראל ואינו יכול ליטלה בצדעה הריה זה מותר ומילך או שר מן הגויים שליח ממון ליטראל לצדקה אין מהזיריס אותו לו מטעם טלום מלכות אלא נוטlein ממנו וננתן לעני נוים בסתר כדי טלאה יטמע המלך. *Fas non erat Israelita accipere Eleemosynam à Gentilibus palam ac in aperto.* Adiecta tamen exceptione hac. Si Eleemosyna suorum vita sua necessariis non sufficerent, nec Gentilium Eleemosynam clām accipere posset, tunc quidem licuisse. Quin, si Rex aut Princeps è Gentilibus pecuniam in Eleemosynam ad Israclitas mitteret, tam sancè recipere mos non fuit, propter regia dignitatis observantiam. Reciebant ergo, sed clanculum erogabante Pauperibus Gentilium, adeoque ut Rex nesciret. Atque hinc ritè intelligendum videtur, quod de mendicantibus Judæis controverti solet. Josephus Scaliger^o; Veri^p In Elencho Iudei non mendicabant, neque mendicant hodie propter τὸ φιλάληθον εορυ, quod divites non patiuntur tenuiores mendicare aut esurire, & multa præcepta de Eleemosynis etiam antiquissima habent. Quia de re plura apud Nicolaum Serrarium^r, Joannem Dru- ^q De Rabbi- sium, id genus alios. Non quidem mendicabant, instar aliorum, misericordia efflagitando victimum quærebant, quoniam ex disciplina avita à lautioribus pauperes, etiam subinde lautiùs erant sustinendi. Sed interea mendicabant. Nec mendicabant, aut hodie ex disciplina mendicant, ab aliis quam à contribubibus rogando, nisi ubi contribubium Eleemosynæ non sufficerent. Aliter, vides, ab aliis rogari licetè potuisse. Quod & factum ab illis fuisse scimus, tūm ex Juvenale^s, tūm ex Martiale^t, ubi ad Sparsum inter urbis incommoda recenset frequentiam Judæorum mendicantium.

Nec turba cessat entheata Bellone,
Nec fasciato naufragus loquax truncus,
A matre doctus nec Rogare Iudeus.

^m Idem Ibid.
ⁿ cap. 2.

^o In Elencho
Tribal. c.
^p 28.

^q De Rabbi-
ni lib. 2.
Scrap. 38. &
^r 39. & Vide
lib. noft. de
Successions-
bus cap. 9.

^s Lib. 12.
^t Epig. 57.

Ex.

Ex hisce demùm animadversis haud ita difficile videtur elicere, quid senserint Talmudici de quæstione illa, utrùm dominium privatum extremæ alterius necessitati ex Jure Naturali cederet. Certè penes Ebræos ab ipso Juris Naturalis autore ita jura pauperum præstitui singularia seu civilia volunt Talmudici, ut ea neutiquam omnino ad pauperes è Gentilibus idololatris spectasse statuant. Nec quidem ad Prosclytos Domicilii, excepto quòd is Eleemosynis sustentandus, ut dictum est. Utcunque omnia dona pauperum jam memorata æquè

** Archæolog.* spectâsse scribat, idque ex præcepto, Josephus^f, ad peregrinos è Gen-

lib. 4. cap. 8. tibus quoscunque, unde & ea *έναvia seu munera hospitalia* nuncupat.

Egidejus *Et Sidonis* *Philonen a-* Nam quod adjiciunt, inter Israeliticam pauperum turbam admissos

pud. Enseb. etiam pauperes è Gentilibus, id planè aiunt tantùm factum 'מפני דרכ'

Preparat. *Evangelic. l.* *τοις διαβολούσιν* *humanitatis causâ* seu charitatis suæ, non omnino ex sacra

8. cap. 7. lege; quâ pauperes ejusmodi aut peregrinos alios, præter Proscly-

tos Justitiæ, contineri nolunt. Neque injuria pauperibus ex

Israelitis (quibus ex lege sacra, uti volunt, Dona illa ab origine pro-

pria fuere) inde siebat. Nam mos superinductus est ille, uti & alii

non pauci, ab iis qui rebus cum summa legum ferendarum rerum-

que circa dominium seu jura ejusmodi liberè administrandarum po-

testate prærerant, quorum consensu juxta capite superiùs primo dicta,

civiliter saltem involuti etiam & ipsi ex Israelitis pauperes. Quin

nec pauperibus suis, utcunque in necessitatem redactis extremam,

quidquam ex alieno sibi sumere permisere, sed rogando tantùm ac-

cipere aut à privatis aut à publicis Eleemosynæ exactoribus. Acce-

dente semper, non pauperis vi aut arbitrio sed sententiâ forensi, quæ

cogeret, quoties quis id quod fibi præstandum, denegaret. Adeò nec

suorum, nedum è Gentilibus pauperum, necessitati alicui patuisse

statuerunt privatum cuiusquam dominium, citra sententiam fori.

Hæc autem legibus eorum civilibus planè nitebatur, neque aliter aut

aliunde (si potestatem legitimam respicias) in Eleemosynam dene-

gantis sic iruebat dominium, quam cum sive pignus capiendo sive

in possessionem mittendo aliterve, pro multipli executionis fo-

rensis discrimine, aliis in actionibus in cuiuspiam dominium, veluti

ob Siculum dimidium non præstitum, Dotem, Furti restitutionem

dene-

-denegatam, id genus reliqua, ritè irrueret. Ita actus ille planè civilis erat. Et tantum abest, ut quid faciat ad adstruendum ex jure Naturali pauperis cuiusquam necessitati extremæ dominium alterius privatum patere, ut contrarium potius innuat. Imo contrarium manifestò, ni fallor, innuitur in eo quod negant à Gentilibus Eleemosynas palam accipere fas fuisse Israelitis, nisi tum in extrema necessitate cui subvenire nequirent Israelytarum Eleemosynæ, tum quoties clam accipere nequirent. Quod perquam absurdum foret, si ex Jure Naturali dominium necessitati cedere privatum voluissent. Tunc enim licuisset necessitate adacto, in Bona alterius inviti, vi involare, quæ interim à Domino libenter offerente non licuisset accipere. Extrema igitur necessitas non fuit quo minus alieni inde surreptio, ex Jure Naturali, pro Furti seu rapinæ scelere apud Ebræos haberetur. Et quantum ad extremam paupertatem, vide etiam quæ capite proximo sequuntur, de Egeni venditione tum sui tum liberorum ut pretio posset sustentari; idque tam Proselyto ac Gentili, quam Ebræo.

C A P. VII

De acquirendo Personarum iuxta Ebreos, in Pace, Dominio. Servi Ebræi, tum ex sui venditione, tum ex addictione Fori. De Filia, Patris addictione, ancillâ factâ. Ebræus additus in servitutem Proselyti seu Gentilis, ex venditione sui. Et de horum libertate seu Dominio sui redeunie.

DERUM Occupatione, Cessione, & Dominio, etiam quâ Egenorum necessitatem spectet, hactenus actum est. Sequitur ut de Personarum in Pace seu ex Pacis Iure (quod solum hucusque heic tractamus) Adquisitione iuxta institutum videamus. Personarum, cum aliæ essent Liberi, aliæ Servi; liberis verò, dum liberi manebant, ejusmodi fui potestas esset & Dominium, ut aliis servire non cogarentur, nec libertatem seu Dominium sui amitterent ante illatam servitutem, quâ aliena in bona transirent; unde nata fuerit illa in Pace servitus, dispiciendum. Ea aut in Ebræis reperitur, aut in Cananæis aliisve Gentibus. In Ebræis, Servitus triplici ex causa oriebatur; aut cum
Aaaaa se quis

se quis alteri in servitutem mancipabat; aut ex Fori aut ex Patris ad-
 dictione. De primogenere capitur illud Legis^t, si paupertare com-
 pulsus vendiderit se tibi frater tuus &c. quod obtinere nolebant;
 • *Lc. 25. 39.* *Hak. Aib-dim cap. 1. i-* nisi ubi extremâ, adeo ut nihil omnino superesset in Bonis, paupert-
ra Gem. Bab. te quis adactus esset, pretioque tantum viram sustentaret. Maimoni-
des Baba Me-des^u; *etzia fol. 71.* אנו רתאי למכור את עצמו להצעע את דמי או لكنות בהם
 סחורה או כלים או ליתנים לבעל חובו אלא אם כן צידך לאכלן *Moshe Mikor.*
 בלבד אין אר忒 רשאי למכור את עצמו עד שללא ישאר לו כלום-
*Præcept. af.*iformat. *83.* ואפילו כסות לא תשאר ואחר כד ימכור את עצמו
 &c. quam vendere seipsum, ut pretium abscondat, aut ut merces sibi aut
L. 17. S. 11. vasa inde emat, aut ut creditor debitum solvat, sed duntaxat ut ba-
ff. 111. de. de- dulio editio, beat quod comedat. Neque fas est cuiquam seipsum vendere, quam-
C. Videſis. du quidquam omnino, etiam uestis, superfuerit. Sed postea potestas.
Iac. Rāv- dum Conje- ei est vendere seipsum. Romæ olim ita homines liberi se venales
Ran. 1.2. cap. postulabant, ut memorat Ulpianus^x. Fori addictionem, ad alias de
8. præter D. Ambroſum hujusmodi servitute leges, attinere volunt. Si ^yemeris servum
lib. de Naba- Ebraum, sex annis serviet tibi. Et ^z, cum tibi venditus fuerit frater
tbo c. 5. C. l. de Tobia c. 8. tuus Ebraus aut Ebreæ & sex annis servierit tibi &c. Qui scilicet
r. Exod. 21. 2. solvendo non erat, furti reus, actori in servitutem ex fori sententia³
z Deut. 15.12. addiccbatur, usque dum ministerium ejus furti pretium duntaxat, non
Exod. 22. 3. duplum ^b, nedium quadruplum quintuplumve æquaret. Duplum,
Maimonid. quadruplum, aut quintuplum, quorum in legibus de Furto mentio,
halach. Ga- ex hujusmodi servitute non praestanda^c; sed ex beatiore rei post fi-
niba cap. 3. nitam servitutem fortuna expectanda erant. Ita vero ad hasce le-
Maimonid. ges attinere volunt Fori addictionem, ut, quæ de tempore aliisque
halach. Ga- servitutis circumstantiis adjiciuntur, de sic addicto capienda; non
niba cap. 3. tamen, ut aut ad utrumque sexum, licet uterque in legum altera me-
Idem. ibid. moretur, fori addictio spectaret, aut leges illæ tantum ad Fori addi-
Iarch. ad ctionem, ut mox liquebit. Etenim ex perpetua Majorum tradi-
Deut. 15.12. tione בָּנֵי־בְּתַחְתָּה נִמְכֵרvir ob furtum sum.
• Hal. Aib- venditur, sed non feminata. Et singulare etiam erat heic alias foe-
dim cap. 1. C. minarum jus, ut nec ipsæ se in servitutem possent addictere, nec servos
Endefis lib. de successio- nibus in bo- five Ebræos five Cananæos sibi jure emere. Maimonides^e; אין
ns cap. 20. האשֶׁת נִמְכֵר בְּנִיהָ וּבְנִיהָ אֲנָגָה קֹנוֹתָה לְאַגָּדָה בְּבָבָל.

עֲבָד עַבְרִי וְלֹא עֲבָד בְּנֵנוּ מִפְנֵי הַחֲדָשָׁה *Et fæmina non venditur ob
furtum suum, ita nec seipsum vendere paest, nec sibi emere servum
sive Ebraum sive Cananæum, suspicionis causâ; ne scilicet existima-
tioni suæ seu pudicitiae fraus siet. Quin & Ebræo tantum, non
Proselyto Justo, nedum Domicilii aut Gentili, reum furti addicebat
foram. At si Ebræus ipsum se sive Proselyto sive Gentili vendide-*

*Videlicet
Gur 25.47. Et
Misnam 111.*

*rat (quod tamen ne faceret in monitis habebatur) Emitor dominus
illorum legitimus erat. Qui se ita vendiderat Gentili, scimil atque
item sive à propinquissime à populo redimendus erat. Qui tertio,
redemptione indignus nisi ut morte tantum eriperetur habebatnr
ipse; non item liberi posterive qui inde Gentili servi fierent. Ad-
ditiones autem seu venditiones ejusmodi, ex more patrio, non fie-
bant in publico *אלֹהֶים בְּצָנָעָה וְדָךְ כְּבוֹד*, seu privatim,
atque ita ut venditi seu addicti dignitas conservaretur. Neque
Ebræo cui addictus ita servus, sive Ebræus, sive Proselytus, fas erat do-
minari *בְּפִרְאָס* cum duritia aut ira sævire, ut in servos aliarum gen-
tium fieri assolebat; sed lenitè tantum ejusce ministeriis uti, atque
illis quæ libero homine, si servitus ipsa abesset, non essent indigna.*

*Leviticus 25.
43. quæ de se
videlicet The-
rah Cohe-
nium fol. 55 b.
de aliis
beis adductis
utriusque Mai-
monis. hal.
Aibdim cap.
2-3. Et seq.*

*Addicto, Uxori ejus, ac liberis ex ea suscepis, Victum, Vestitum,
ac Domicilium præstabat dominus, cui tamen neque hi neque illa serviebant. Servitus ex addictione fori sexennio perimeba-
tur. Jubilæo verò, tum hæc tum ea quæ ex venditione in quotcum-
que annos sui, tametsi intra sexennium aut aliter quomodocunque
accideret. Ex ultroneæ item Manumissionis sygrapha evanuit,
ex Redemptione, ex domini Morte ubi sive Gentilis is esset, sive
Proselytus, atque ex ^b Morte domini, ubi Ebræus esset, nisi filium qui
succederet (quæ exceptio non obtinuit, si, ante perforata, servitus
protogaretur) relinqueret. Nam nec filia, nec haeredum alias quis
in mancipia hæc succedebat. Addicto ex sententia fori, fas erat do-
mino (ut supra ^c tetigimus) ancillam Cananæam seu ejusmodi aliam
(cujus proles, uti & cuncti servi & ancillæ è Gentilibus adquisitæ, ei
perpetuò graviorem atque alieni ab ea quæ ab Ebrais exigenda erat,
serviret servitutem) thoro conjungere, ut ita servos ex ea susciperet,
eisque dominum ditaret. Atque sic intelligunt illud ^d legis, si cum*

*Mishna Et
Gemar. Bab.
ad tir. Kido-
schim cap. 1.
fol. 17 b. Et
Gem. Hiero-
polym. ad a-
ndem sit.
fol. 59a. § 2.*

legis, si cum corpore

- ^a Vid. Sixt. *corpore suo* (ipse solus; nam de veste, quam habet vulgata nihil).
 Amam. ^b in origine) *venerit, cum corpore suo egreditur;* & si uxorem habuerit (id est, אִם בַּעֲלָה si maritus uxoris seu maritus fæminæ fuerit) egredietur uxor ejus secum. Sin vero dominus id est, dederit ei fæminam (uxorem, in vulgata) quæ ei peperit filios aut filias, fæmina & liberi ejus erunt dominis sui; ipse vero exhibet solus. Si uxorem nempè habcret legitimè conjunctam, alenda erat & ipsa & liberi ejus à domino, ut dictum est, cui tamen neque hi neque illa servitum hinc præstabat; nedum, finitâ patris ac mariti servitute, servi manebant, uti & alibi est statutum. At fœminam illam, cuius proles, veluti in servi fructu, domino heic conceditur,
^c Levit. 25: Gem. Bab. non pro uxore omnino sumunt, sed pro ancilla, qualem diximus, ad tr. Kido- schim cap. 1. fol. 14 b. Et species hæc earum una est, quibus ex majorum traditione, non ob- Gem. Hiero- polymis. ^d ad tinuit vim interdictum de innuptarum, quæ Gentiles erant, concu- cund. sit. fol. 59 a. Maimo- nis. halach. autem ad iiciunt; neutquam hoc aut domino aut seruo Ebræo li- Aibdim cap. 3. Et halach. cuiusse, nisi & uxor anteà seruo fuisset legitima & liberi ex ea suscepti 3. Et halach. (ad eo ut præcepto multiplicationis humani generis satisfecisset) ne- Isuri Bia cap. 12. Iarch. ad que licuisse domino seruum ejusmodi ab uxori aut liberis se jungere, Exod. 21.
^e Cap. 4. Et que plusquam unicam ancillam seruo unico nec binis servis unam ancillam, ad hanc legem, conjugere. Neque demùm ei, qui ven- ditione scipsum addixerat, ancilla ita conjungenda. Scilicet, המוכך עצמו אкор בשפההנענית כתואר כל ירטאל Qui seipsum vendi- derit, ei non minus est interdicta hujusmodi ancilla Cananæa, ac
^f Exod. 21. 6. cuique alii Ebræo. Neque Legem illam de aure ^g perforanda, ad
^g Deut. 15. 17. cum qui se vendiderat, attinere volunt, sed tantum ad addictum ex sententia fori, qui, aure ita perforatâ, servus esse desit aut Jubilæi, qui proximè sequebatur, adventu aut morte Domini. Nam ne ad filium quidem transmittebatur ejusmodi servus. Nec ei qui se vendiderat, munera, finitâ servitute, sed ei qui à foro addicebatur,
^h Deut. 15. 14. ex lege ⁱ donanda quæ triginta sicles, ex veterum more, taxabantur.

Ex

Ex patris denique addictione, singulare servitutis temporariae genus habebatur, secundum legem illam, *ſe quiſ vendiderit filiam ſuam in*^{Ezod.21.7.} *ancillam, non egredietur ſicut egrediuntur servi.* Si diſplicuerit oculis domini ſui יְעַדָּה אֲשֶׁר לֹא (quod vertunt aliqui, & non deſpondit eam; ſed Ebræi legunt לוֹ יְעַדָּה quod eam ſibi deſponderet, neque aliter ferè Paraphraſtæ Chaldæi, nec in Arabica ſua Saadias, nec vulgatae autor qui habet ibi, cui tradita fuerit; tametsi tam Iudæorum quam Samaritanorum codicibus נֹלֵן non, non לוֹ ſibi ſcribatur, quam etiam negationis lectionem retinuisse palam est Arabem Erpenianum ſeu Judæos Mauritanieſcs, Tawāſium in verſione Persica, atque Helleniſtas) ſui redimendi potestatem ei non deſneger. Populo extraneo (alteri cuiquam) potestatem non habet eam vendendi, cum ipſe ſeſſellerit eam. Si autem filio ſuo deſponderit eam, juxta morem filiarum aget cum ea. Vičtum ejus, veſtitum ejus, & debitum conjugale ei non minuet. Et ſi tria haec non fecerit ei, egredietur illa gratia abſque pecunia: Filia ante expletum annum duodecimum & diem insuper unicum, niſi pubertatis signa ante comparerent, נָנָה ſeu Minor diccebatur. Exacto deinceps ſemestri tempore, modò pubertatis signa addeſſent, de quibus יְעַדָּה alibi, נָנָה ſeu Invenſula, & poſtmodum בָּוּגְרָת ſeu puella plena pubertatis, qua finiebatur patria apud eos potestas. Legem jam allatam, de filia tantum minori, à patre in ſumimam, adeo ut nihil in bonis ei omnino supereret, paupertatem redacto; in ſervitutem Ebræo duntaxat venditâ intelligunt^{1.} Si verò pater in ejusmodi paupertatem non redactus filiam vendidifuerit, redimere eam, ne familiam ſuam ſervitute dcho- nestaret, à foro cogendus erat. Neque venditio haec ſiebat, niſi per leges patrias ancillæ ſpes faltem dubia eſſet hubendi aut emtori aut filio ſuo. Verbi gratiâ, filio ſuo, filiam ſic quenquam addicere contra fas erat. Nam neque emtor ipſe, utpote ſororem, neque ejus filius utpote amitam, ducere potuit. Præsumebatur enim enatio- nem hujusmodi in nuptias fieri; adeoque Patria venditioni, ejus- modi in eas prævius inerat consensus, ut ſi poſteā deſponderet eam emtor ſive ſibi, ſive filio ſuo, ritè ſatis ſponsalia cum minore, quæ in patria erat potestate, (modo & ipſa aſſentire) inirentur. Et ſponsa-

<sup>Lib. de Sue-
ceſſionib.
cap. 9.</sup>

<sup>Gemar. Hi-
ero/olympia-
na ad tir.</sup>

<sup>Kidochim
cap. 1. fol. 59.
col. 3. Baby-
lon. ad tund.</sup>

<sup>tut. fol. 18. &
19. M. immo-
rit. halach.</sup>

<sup>Abdim cap.
4. EG 3. 350/365
Koiz uſis
præcept. Af-
firm. 85.</sup>

libus ejusmodi initis, è servitute in uxoris dignitatem planè abibat.
 Quæ species est singularis sponsaliorum quæ apud Ebræos, inter subditos, sine dote ac solennibus aliis, ut ritè satis inita admittebantur.
 Qua de re fusiùs in Uxore Ebraica. Quod si sponsalia detrectaretur, emitor, minor ejusmodi pro ancilla per sexennium habebatur, si in tot annos vendita fuisset, nisi intercessisset aut Redemptio, aut ultro-neæ Marumissionis syngrapha, aut Jubilæus, aut Mors Domini (nam ad hæredem nunquam transibat hujusmodi ancilla) aut demum (quod singulare heic est, nec pro more aliorum servorum qui egrediuntur) Pubertatis signa, quibus è minoribus eximeretur. Nam hisce omnibus perimebatur hæc servitus, tametsi patria potestas usque ad pubertatis plenæ ætatem, seu duodecimum præter tempus semestre annum, ex jure receptissimo prorogaretur. Et verba illa legis postrema, *si tria hac non fecerit ei, egrediesur illa gratis abs que pecunia*, interpretantur per, *הַלְאָה לֹא יִעֲשֶׂה לְךָ שְׁלֹשׁ אַנְיָמָן וְלֹא נִפְרֹת בְּנֵינוֹ וְלֹא יִזְדַּחַד לְבָנָיו וְלֹא יִצְחַק חַנְמָן* Si tria hec non fecerit ei; nec sibi ipsam despondeat, nec despondeat eam filio suo, nec deducto praterita servitutis pretio, ut minori redimatur permittat, sed egrediatur, seu nancisciatur libertatem gratis, quam primùm nempe pubertatis signa comparuerint.

^{¶ Deut. 35.14.} Etiam lex ^x muneribus, cum libertate, donandis, ad hanc spectat. Quod vero subiungitur Legi illi de muneribus cum libertate donandis & de aure, ubi suam velit servus prorogari servitutem, perforandâ, *וְאַתָּה תַּעֲשֶׂה כֵּן* Etiam ^y & ancille tua sic facias, id non omnino de perforanda ancillæ aure capiunt, nec perforari ejusce aurem aut servitutem ejus prorogari, ut servi, volunt. Verbis autem illis innui munerum dationem antea ibi memoratam ac cetera quæ sunt perforato beneficia (veluti morte Domini atque Jubilæo libertatem nancisci) ad ancillas Ebræas itidem spectare volunt, nequitquam autem servitutis prorogationem.

C A P. VIII.

De Servis è Gentilibus in Pace apud Ebraeos adquisitis; eorum discrimine, ministerii natura, manumissione, posteris, Bonis. Obiter de Monere singulari Calceum domini Solvendi, seu Exuendi.

Servorum Cananæorum, aliorumve, qui ex aliis gentibus in servitutem redacti sunt, Dominium in pace acquirebatur, Venditione² (idque sive dominus servum, sive Gentilis liber seipsum in servitutem vendiderat, sive suam alterius sexus prolem) Permutatione, Sygrapha, ut ferè prædiorum, adeo ut quemadmodum in aliarum rerum alienationibus, corporalis possesio plerunque, secundum ea quæ superius dicta sunt, erat necessaria ad contractum firmandum, ita & in horum, ex iure eorum, civili, alienatione. Apud Gentiles autem regiam (pro more ferè vicini eis Orientis) ejusmodi fuisse potestatem aiunt, ut si quis subditorum tributum denegaret aliudve à Rege jussum facere detrectaret (ubi in edicto Poena venditionis in servitutem adiicetur) libertas ei planè ex ejusmodi venditione³ adimiceretur, adeoque emitoris servus fieret. Corporaliter autem in ditione Israëlitica possideri servum maximè volebant, si emitori, ex venditoris sententia, servilia aliqua præstisset opera, in quibus id in primis memorant quod est שָׁהַתִּיר כְּנֻעַל לְרַבּוֹ ut sol'vat domino calceamentum suum aut illud induat, à quo more manasse videtur loquendi illa, ad summam Discipuli loquentis humilitatem, Magistri que dignitatem exprimendam, formula cuius ego non sum dignus, ut solvam ejus corrigiam calceamenti, quâ in Evangelii D. Joannes aliique usi sunt. Id quod ex eo item firmatur, quod aiunt; כל מלאכות שָׁהַעֲדֵד עֲוֹשָׂה לְרַבּוֹ הַזֶּן מִהְתָּהָתּוֹ לְבָנָעַל אֶלְאָ בָמָקוֹס טָאַזִּי מִכְרִין אָתוֹ אָבֵל בָמָקוֹס שָׁמְכִירִין אָתוֹ לִיתְלָן בָה Omne genus operis (personalis) quod à servo domino suo prestandum est, id etiam à Discipulo Magistro suo est prestandum, prater solutionem calcei ejus. Quæ tamen exceptio obicitur tantum, ubi discipuli conditio non satis cognoscitur. Nam si ea satis cognoscatur, etiam munus illud prestandum. Distinctio illa, de discipuli notitia,

Digitized by Google

notitia, adhibetur, ne aliàs servus esse, ex ipso opere, discipulus exi-
^{c Maimonid.} stimaretur. Et quod de solutione calcei heic dicitur, intelligitur
^{b Balach. Thal-} itidem de calceo sive cruento sive induendo. De servis Cananæis
^{mud. Thora} (quo nomine ceteros id genus denotant) disertè Lex ^d; servus tuus &
^{e cap. s.} ancilla tua sint tibi de nationibus quæ in circuitu vestro sunt. Ex hi-
^{f Levit. 25.} 44. acquiretis servum & ancillam & de advenis qui peregrinantur a-
 pud vos & de familia eorum, qui vobis cum sunt, vel qui ex his nati
 sunt in terra vestra. Hos habebitis in possessionem, & hereditario
 jure transmitteris ad posteros, ut succedant in possessionem. In perpe-
 tuum, veluti servos, eos habebitis. Ex hisce scilicet, non ex servis
 Ebræis, exigenda erant opera merita Servilia, ut supra est etiam ostend-
 sum. Horum alii erant טבלי וטבלי qui circumcisisti erant & ba-
 ptizati, id est Judaismum in se suscepserant, alii בני יהו שריין qui Gen-
 tilissimum nondum exuerant, seu velut Proselyti Domicilii tantum
 erant, de quo discrimine, quæ tam ad liberos etiam quam ad servos

^{• Cap. 3. &c.} attinebat, satis libro secundo ^c, ubi de Proselytorum distinctione,
 Baptismo, & capitibus juris Noachidarum nomine dando agitur.

^{d Misba} Ex hisce qui primi erant generis, causa ^f tripli liber-
^{e Gem. Bob.} etatem; seu Dominum sui plerunque nantiscebantur. Pretio do-
^{g Hierosolym.} mino dato; sive ab ipso, qui manumittendus erat, sive ab alio ali-
^{h Kido-} quo, ita ut argenteus illud seu siccus minimum esset. Syngraphâ ul-
^{i schim cap. 1.} hal. Aibdim תְּרוֹא תְּרוֹא libellum manumissionis
^{Mamonid.} cap. 5. & vocabant, verbis ad hunc sensum inscriptis ecce Li-
^{j segg. Mos.} Mikor. pra- bertus seu ingenuus sis, ecce tua sis potestatis, tui
^{k cept. aff. 87.} dominus. Sed verbis ejusmodi, sine pretio accepto aut sine syngra-
^{l Exod. 21. 26} pha tradita, manumissio non fiebat. Tertia heic causa erat ex lege
 sacra ^g, si quisquam per se ficeret oculum servi sui vel oculum ancille
^{l וְשַׁחַרְתָּה} sua, & corrumpat eum (vulgata, & luscos eos fecerit, Hel-
 lenistæ κατεπλάσων & cacos reddiderit) dimittet eum liberum
 pro oculo suo. Et si dentem seruo suo seu dentem ancille sua excess-
 erit, liberum dimittet illum pro dente suo. Duobus hisce ita ex-
 pressis, quorum alterum exemplum habent partis quâcum nasci-
 mur, alterum partis sine qua nascimur, innui etiana volunt cetera
 membra præcipua exteriora quæ nec, si mutilata sint, redintegrari
 queant.

queunt. Hæc numero viginti quatuor^h denotant. Manuum &ⁱ Pedum digitii viginti sunt. Auris utraque locum occupat heic unicūm, uti & alterum ancillæ papilla utraque. Ut numerus compleatur, adjiciunt Nasum & Veretrum. Dominus qui servo aut ancillæ horum viginti quatuor aliquod sponte mutilaret, cogebatur ex sententia fori, manumissionis libello (nam neque heic sine libello fieri quibat) libertatem ei donare quæ adquiri dicebatur ^j בראש אבריך ob precipua membrorum. Servi vero secundi generis seu qui Gen- tilissimum nondum exierant, ex hac causa libertatem minimè adipisciabantur, sed ex duabus prioribus; adjectis aliquot aliis præter eam quæ superiùs ostenditur^k ubi libertatis nomine servus ejusmodi Ju- daismi lavacro suscepimus est; unde & quoties sponte noller libellum manumissionis (qui semper necessarius) dare dominus, ex sententia forensi cogendus erat. Si Gentili qualicunque vendiderat Ebræus servum Gentilem ex sententia forensi^l redimendus domino erat, ad-^m i Misna Eg-
jecto decima pretii parte, & libertate donandus; si nempè Gentilis Gem. Bab.
redhibere velit. Nam cum heic, tametsi iurisdictioni Israeliticæⁿ sit. Gittin
subesset, non cogebant. At si Israëlitæ extra terram sanctam degen- cap. 4. fol. 44.
ti, vendiderat quis servum, emptor, quatenus foro patrio suberat, li- Eg. 45. Mai-
bertate cum donare, etiam cum pretii damno, cogendus erat. Poe- mon. halach.
næ ratio erat, ne servi alienas migrarent in terras. Unde item si se- Aibidim cap.
des in alienas terras transferret dominus, exuto in terram sanctam 8. Gem. He-
revertendi animo, libertatem inde in foro Israëlitico nanciscebatur 46a. col. 2.
servus, quem sibi habitandi comitem esse volebat dominus. Servus 5. 6.
etiam qui illuc redire voluit, id invito domino, etiamsi reddituro, ritè faciebat. Neque licuit domino servum invitum in alienas terras comitem sibi adhibere, nec fugitivum inde, è terra sancta, si Ju- daismum suscepérat, reducere. Sic intelligunt illud legis^o; Non^p trades servum domino suo, qui apud te eripi cupit à domino suo. Te- cum manebit in medio tui, ubiunque elegerit locum in una civita-^q Deut. 23. 15.
tum tuarum ut sibi placuerit; nec contristabis eum. Qui locus et ad quem lo-
iam de servo, qui à domino Gentili in terram Israëliticam fugerat, precept. Nog.
capitur^r. Tutum nempè erat servo ejusmodi terra illa persigium. 109.
Unde Onklos ibi; Non trades servum Gentium in Manum domi-^s Iarch. ad
nis sui. Dens. 23. 15.

B b b b b

^{• 216. 18.} *ni sui.* Ex hisce pendere videtur, quod apud Josephum ⁹ notatur; ^{cap. 1.} Herodis magni tempore, sub Hasmonaeorum finem, legem fuisse apud Judæos latam, quâ licuit murorum persoſſores in servitutem vendere επ' ἔχαγων τὸ βασιλεῖας extra regni terminas, quod quidem ait ille non ſolum factum eft in graviorem facinorosorum Poenam, ſed etiam eis τῷ κατέλυσι τῶν παρεών εἴδων in dissolutionem consuetudinum patriarum, ſeu morum majorum. Si autem domi-

^{• Maimonid. bal. Aibdim cap. 8.} אָו צָמַר לוֹ רְבוּנוּſ puellam ingenuam ſervo⁹ in uxorem duxiſſet, להרואת פſוקין בſper torah בפני צ'bor זכן כל ניצא באלו הדבirs ש'אינו היב בהן אלא בן חורין יצא לחירות וכופין א�ת aut eum iuſſiſſet tres verſus Pentateuchi in synagoga legere, aut aliorum id genus quod facere, ad que preſtanda duntaxat liberi & ingenui obſtrinquebantur, libertate do- nandus erat, adeoque dominum manumissionis cogebant libellum eiſcribere. Ancillam etiam libidini ſe palam proſtituentem, niſi ca-

^{• Maimonid. ibid. cap. 9.} ſtigaret ſat� dominus, ea ex fori ſententia ſic manumittenda ⁹ erat, ut ſciliſet nuptiarum capax ad castiorem libentiū mentem rediret, nec amplius ftuprandi Israelitis eſſet in cauſa. Hujusmodi ſervorum ancillarumque proles posterique etiam ſervi erant. Ita tamen, ut, licet ancillæ proles undecunque prognata matris ſequeretur conditionem, ſervi nihilominis libera eſſet, niſi ex ancilla uſcepta fuilſet. Nam si ex Israelide filium forte uſceperebat, ob gentis di- gnitatem, liber utpote planè Ebraeus, is erat. Si ex Gentili, que li- bera erat, etiam & filius liber; nec patris conditionem ſequebatur, quoniam מִנְיָם לוֹ אָנָּה עֲבָד ſervo non erat agnationis jus, ſeu per vi-

⁹ Gem. Bab. ad 111. Iabi- morb. cap. 8. fol. 78b. Sexum conjunctio. Attamen regulam habent, quod proles ⁹ apud Gentiles ſequitur marem. Sed eam

Jurisconsulti præſtantiores intelligunt de Gentibus matrimonio coniunctis, ſaltem qui coniungi poſſent; non de eis, quorum altera pars non conjugii, ſed ut in Romano etiam jure veteri, contu- bernii tantum, veluti ſervus, capax erat. In monitis habuere, fo- minis ancillas, non ſervos poſſidendos, מפני החשד ſuſpicionis ſeu infamie causâ. At ſi etiam ipſae adquirerent ſervos, Dominum erg. 2. in eas ſatis transferrebat. Nec ſanè manumissionem ſine peccato feciſ,

fieri, monebant aliqui, extra quam ubi exigerent rationes quas memoravimus, tametsi factæ, ex majorum instituto, satis valerent. Monitum autem hoc ex verbis illis legis¹, *In perpetuum, veluti servos,*^{Levit. 25.} *illos habebitis, seu operis eorum perpetuo utemini,* sumebant; quod⁴⁶ saepe idem videtur cum eo quod est, pro libitu vestro servi sint in perpetuum homines illi, ita tamen ut pro libitu etiam manumittat dominus, ut solent servorum domini; quemadmodum certè in foro etiam intellectum est. Vestitum victimæ eis minime præstare cogebatur dominus; tametsi operas omnigenâ saevitiâ, modò à præcipuis, quæ diximus, membrorum abstineret, exigere nefas non haberetur. Sive aufergerent sive morentur frigore fameve, susque de que rem habebant in foro, quod tamen de servis majorum natu capiendum est. Nam minorum fuere, ut bona alia, ita & servi in Fori tutela, quâ cautum est ut publicis eleemosynis ad id destinatis alerentur usque ad plenam dominorum pubertatem, seu annum ætatis decimum tertium, adiecto insuper die unico. Sed verò mansuetos heic majorum suorum mores laudant & clementiam ejusmodi in servos, ut non solum benignius victimæ præberent, sed & liberè in qualescumque disceptationes ac colloquia eos admitterent audirentque. Atque ad ejusmodi ctiam mansitudinis morem attinere volunt illud Jobi², *Si contemsi subire judicium cum servo meo & ancilla mea, cum disceptarent adversum me.* Prætermitti autem non debet, tametsi pretio etiam à se dato libertatem adquirere potuit servus, (ut suprà dictum est) adeo ut Bona ei seu ipsum bonorum dominium fuisse inde videatur; id nihilominus sic intelligendum, ut ex clementiori tantum domini ejus admissione pretii illa datio acceptioque penderet; quæ scilicet manumissioni ex more sufficeret. Regulariter enim ut in jure Cæsaræo, servus possidebatur, nihil ex suo possidebat sed jure domini. Maimonides³; Hal. Melo- הרב טלה מעבדו ואחר כך שחררו אין לו עליון כלום כלל מה- vva Welor- si dominus mutuo quid acceperit à servo, quem posse a manumiserit. Nil omnino huic debetur. Nam quicquid servus possideret ant acquirit, acquiritur domino.

C A P. IX.

Leges Sacrae de Usuris. Talmudicorum de eis sententiae. Usura præstituta seu propriæ dicta. Pulvis Usuræ. Quasi Usura. Usura præcedens, subsequens. Qualisnam Usura ex sententia fori restituenda; qualis non. Actus aliquæ ex iure superinducto vetiti, ne subdolè Fœnus dissimularent. Alii permisisti, qui Fœnori accepti instar. Exceptio de Bonis Orphanorum, pauperum, id genus aliis. Usura incerta.

* Exod. 22.25

Uod ad Usuras seu Quintum suprà Selectorum caput attinet; juxta Talmudicos, leges sunt Sacræ sex Negativæ, quarum violatio mutuum fœnore dantem commitabatur. I. Si pecuniam commodato dederis^x populo meo qui est tecum לא תהיה לך כנושה Non eris illi quasi exactor.

* Ibidem.

II. At כספך לא תתן לו בנסך Vsuram. III. Neque^{} pro incremento dabis illi frumentum tuum, seu cibum aut annonam tuam. Vulgata;*

& frugum superabundantiam non exiges. IV. Non^x accipies ab illo usuram vel incrementum. Cujus paraphrasis est illa altera^z, non inferes morsum fratri tuo per Vsuram pecunie, & per Vsuram frumenti, & per Vsuram cuiuscunque rei, que mordere potest.

* Deut. 23.19.

V. לא תשים עלי נסך Neque^b impones illi Vsuram. Ubi codex Samaritanus habet לא תשים non imponeris. VI. לפני עורי נסך לא תשים מכשוי^c nec^c coram cœcō pones offendiculum. Binas etiam balach. Me-

aiunt esse leges, in quas, qui mutuum fœnore accipit, committit. Allovva Welo- teram ex jam dictis sextam, alteram illam לא תשים לא תשים^d qua^d vva. c. 4. G.c. vulgo vertitur non fœnerabis fratri tuo, uti & non morsum inferes

Præcept. Neg. fratri tuo aut non mordebis fratem tuum, per usuram &c. Sed ita 153. Misna^e eam accipinnt Magistri^f perinde acsi passivæ etiam dictum esset non

Baba Metzia mordeberis à fratre tuo per Usuram, unde & glossa ibi ordinaria, cap. 5. Shul- Interdictum est quo cavetur, ne can Aruch

cap. 159. 160. speciat illud de Rabbinis aliquot Romanensibus apud Sextum Me-

dicem, Annis, inquit ille^f, Proximis ab eruditissimo Antistite Phi-

lydaorum l. lippo Archinto tum Roma vicario, nonnulli Hebraeorum Rabyni pe-

ritissimi sub juramento requisiti, declaraverunt verbum ipsum נסך passivum

*passivum esse & transitivum atque ita interpretandum, non facere
raberis à fratre tuo.* Actuarios ac scribas etiam & testes contractū,
quo de usura convenitū, teneri volunt Talmudici lege quintā. Et
demūm proxenetas in sextam committere. *Vocabula illa נֶשֶׁךְ
morphus, quæ incrementum seu multiplicationem de-*
notant, non volunt sic discriminari, quin idem ipsum pariter de-
tent. Id est, fœnus seu usuram ex contractu naram, quæ inter sol-
vendum, utpote plus quam mutuò acceptum est, mordet seu cruciat
mutuo accipientem; Idem, inquam, quantum ad quantitatem;
nametsi subinde Morsum signantiū de usura pecuniaria, Multiplica-
tionem de frumentaria aut id genus alia sumant. Bina autem Fœ-
noris genera faciunt. Alterum est רַבִּית *Usura determinata,*
prestituta, seu sive accepta sive constituta est tempore contractus mutui aut dum agitur ac pendet contra-
ctus. Alterum רַבִּית *quod verbo tenus reddas Publis Usura* Sensus
autem Magistrorum est, hoc genus ita a priori distare, ut, cum illud
sit palam constitutum & propriè Fœnus, hoc sit potius Fœnus si-
mulatum seu quasi Fœnus. *Quo nomine illud deinceps nuncupa-
bimus.* Genus Prius Usuram in lege sacra prohibitam continete
volunt. Secundum eam quæ ex scitis majorum superinductis tan-
tum interdicta est. Prioris exempla dant & regulam; המלווה את
חברו סלע בחמשה דינרים או סאותם חטים בשלטה או סלע בסלע
וסאה או שלשה סאן בשלטה סאן וдинר כללו של דבר כל הלואה
בתוספת כל שהוא זו רבית שיוציאה בדינין זכה המלווה את חברו
והתנה עמו שידור בחצרו חטף עד שיחזר לו הלואתו או שצבר ממנו
בפחות וקצת הדבר שפוחת לו מן השכר עד שיחזר לו הלואתו או
شمישנן بيדו מקום שפירוטיו ממצוין בעות הלואה כגון שימושן החצרו
על מנת שידור בו בחתמת הרי זה רבית של תורה ויוצאה בדינין וכן
המוכר שדה או הצר באסמכתא הויאל ולא קנה. הגוף הרי כל הפירוט
טאכל רבית ומהויר אותן והוא הדרין לכל מי שלא קנה קניין נמור
מתחלת שהוא מהויר את הפירוט מפני שאם אכל את הפירוט הרי זה
ubi quis mutuo dicit proximo suo siclum, ut redeat
cum quinque denariis, aut duo frumenti sata, ut redeat cum tri-
bus, aut siclum, ut reddatur simul cum sato, aut tria sata, ut rependa-
tur cum:

tur cum ipsis denarius, seu, ut in universum dicam, quoties aliquid mutuo datur, ut redeat cum quantulocunque incremento, usura erat cuius cognitio ad forum attinebat (quae de re plura statim) Ita si quis mutuo conditionem adjecerit, ut habitet in accipientis villa gratis usque dum refundatur mutuum, aut ut conducat eam minori, quam valet villa, pretio (valoris discrimine tunc indicato) atque retineat usque dum mutuum refundat, aut ut in pignus accipias locum è quo, tempore contractus, comodum percipi posset, veluti ut oppigneret sibi villam suam, ut eo nomine in ea gratis habitet, usura heic ex lege erat, adeoque cognitio ejus ad forum spectabat. Sic etiam si quis agrum emerit nec tamen per defectum apicum aliquot juris qui alienationibus necessarii, contractus absolutus fuerit ac integer, quoniam ipsum agrum nondum rite adquisivit, quicquid ex ejusdem usufructu commodi ei cesserit, usura erat, atque restituenda. Quale jus obtinuit, ubique emtori integrum dominium non transferrebat (usufructus enim ejusmodi, foenus habebatur pecuniae pretii nomine solvendæ) ut scilicet restituendum esset quod perceperat commodum, quoniam usufructus ejusmodi usura erat ex lege. Nimirum nemo usura nomine vapulabat seu plagarum poenas violationis legis sacrae sapissimè ex more gentis alias debitas luebat, quoniam ex Judicium seu Fori sententia foenerator usuram, veluti rem furto surreptam, reddere cogebatur. Qualis ratio in aliis id genus iudiciis obtinuit. Talmudici, עלי טהרות ולוּה עבָרֵן על כל אלוּ לאותן אין לוקון עלי מפני טנין להשbon טכל המלווה ברביית אם הותה רבית קוצעה טהירא אסורה מן התורה הרי זו יוצאה בדיןין ומוציאין אותה מן המלווה ומחוירין לוּה Tametsi, cum mutuo dans, tum accipiens foenore violabat eos leges negativas, (ut in paulo ante dictis) nihilominus plagarum pena eis minimè irroganda erat. Quoniam restitutio facienda erat. Etenim si quis mutuo dederat, foenore in ipso contractu constituto, quale scilicet à lege Sacra veritatis

^a Shulcan A- est, ad cognitionem forensim res attinuit, & judices ablatos foenore à ruch lib. Iore Dea cap. 161. creditore qui acceperat, restituebant debitori qui dederat. Ita gene-

^b Vide supra ratim de restitutione statuunt, quoties foenus ipsum non esset nec aliqui minus & numeruli minimi seu Prota valore ^b (nec alter)

ter) & quamdiu foenerator ipse superstes. Si is mortuus esset, אין מוציאין מיר הבניהם non auferebat forum usuram à prole seu hæredibus quod sic generatim dictum temperamenta habet. Nimirum hæredes pecuniam foenore lucrifactam restituere neutiquam cogendos, quod & de rebus fungibilibus puto intelligunt; cogendum vero liberos restituere vasa, vestes, instrumenta, animalia quæ restarent ipsa à patre foenore accepta idque מפנִי כבוד אביהן proper patria honorem. Quod tamen & ad hunc modum temperant, بما דבריהם אמרים בטעה תשובה ולא הספיק להזיר עד שמת אבל אם עשה תשובה אין חושש לבוז Id de ratione honoris paterni sic dictum ita sumendum, ut tunc duntaxat locum haberet, quando pater rite paenituerat, adeoque nec dubitaret restituere ante mortem. Ceterum si non rite paenituerat, nulla honoris ejus ratio heic habita, qualecunque iactum ex Fœnore in Bonis eius reperiretur. Etiam de Personis inter suos exceptionem subjungunt. Omne scilicet incrementum à mutuo darite sive tempore contractus qualitercunque, sive postmodum ex constitutione tempore contractus, acceptum, nomine Fœnoris, inter vulgus hominum seu qui singulari juris prudentiae dignitate non eminenter, lege interdicti contineris, non item munuscum quod, ubi חכמים Sapientes seu Jurisprudentiae dignitate eminentes, mutuo darent & acciperent, forte interveniret. Id enim pro munusculo simplici sumendum, non omnino pro Fœnore seu mutui causâ; idque ex præsumtione, eos qui sic Jurisprudentiam eminenter, interdictum neutiquam inde violare voluisse. Talmudici; חכמים טהלו זה את זה ונתן לו יתר על מה שלוה ממן זו וזה יותר שהרביד ידו שלא נתן לו אלא מתנה Si e Sapientibus invicem mutuodantibus accipientibus quis alteri plus dederat quam acceperat, illicitum non erat. Nam pro manifesto habebatur hoc non aliter ibi datum quam nomine muneris, cum & ipsi tam bene scirent quam grave peccatum esset usuram exercere. Et de Usura ex lege sacra juxta illos interdicta seu ea quam קצוץ nuncupant, sic statuunt. Nam quisquilius, quas & habent subtiliores, circa etiam genus hoc, non paucas prætermittimus. Genus autem illud alterum אבן רבית dictum,

dictum, id est, *Fænoris pulvis*, quem Quasi Fœnus appellamus, hoc ex lege vetitum aiunt, sed tantum ut quamplurima alia מדברי סופרים Ex scitis scribarum seu eorum qui rebus præsenterent, nec juris superinducendi potestate carerent. Hoc nomine vetitum est omnimodum fermè non solum commodum, sed & beneficii agnitio quæcunque extra mutui contractum seu tempus eiusdem, qualicunque mutui respectu, creditori posset præter sortem, intra diem solvendi, evenire; licet Fœnus illud, ex sacrorum verborum vi, juxta Talmudicos, non fuerit. Duplex ferè faciunt hujus genus; alterum quod ad temporis, quo incrementi aut commodi nomine à debitore præstatur, discriminat, alterum quod ad contractus diversitatem. Prioris

^{Præter etiā} generis etiam species binas. Alteram רבית מוקדמת usuram præsumus, sedentem seu antevertentem; alteram רבית מאוחרת usuram subsequens. Priore specie continetur quicquid ab eo cui in animo erat mutuum petere, ei à quo post petierit, spe facilius in mutui dationem eum conciliandi donatum. Specie posteriore, quicquid posteaquam acceperit debitormuneris nomine miserit aut donaverit creditori, ut dies ei solvendi antè præstitutus omnino competendinaretur. Breviter aiunt; אחר אותו אמר ליהדים הרבית אן לאהר או תורו. vetitum est tum præcedentem tum subsequentem usuram exercere. Nec de munib⁹ solū heic loquuntur. Nec quidem humanitatis more inter homines usurpari solita officia aliqua volueret creditori postmodum à debitore præstanta, nisi ante mutui dationem fuissent inter eos in usu. Verba sunt; שלוּה מחברו ולוּא היה. Til מוקדם להדים לו שלוּם אמור ליהדים לו שלוּם ואין צריך לומר טיקלטו בדברים או ישכינם לפתחו Qui à proximo suo mutuum acceperit, neque ex more antea eum salutazione anteverttere solitus fuerit, illi creditorem salutatione jam anteversere vetitum, nedum eum laudare aut adulari. Quod tametsi ex scribarum scitis manaverit, nihilominus non sine legis sacræ verborum allusione firmari volunt. Huc igitur illud trahunt ^k. Non morsum inferes fratri tuo, per usuram pecuniae, aut per usuram frumenti aut per usuram cujuscunque rei que monosceris. Vocabulum autem דבר tam verbum significans quam rem in cau-

^k Deut. 23.

19.

in causa est, ut ludentes heic aiant אסורים וברים **אָפִילוּ** Etiam ipsa verba salutationis, gratiamque conciliandi, nisi in usu inter debitorem & creditorem antea fuissent, *vetita esse*. Quo modo tamen ipsam non interpretantur legem. Sed vocabuli homonymia libenter ad scita scribarum firmando, ut diximus, utuntur. Unde & patiter **כל זמן טמעותיו בידו** volunt debitorem creditori, quæ locatur, ac conductitur pecunia, quamdiu pecuniam mutuo accepiam retinuerit docendi munus præstare aliquod, nisi id etiam antea inter eos in more. Sub hac specie collocant pecuniæ ob mercedem locationem quæ à mutui datione sic discrepat, ut eadem ipsa, quæ locatur, ac conductitur pecunia, non similis, ut in mutuo, quantitas reddatur. Quasi autem Usuræ hujusmodi genus alterum seu quod in diversitate contractus habetur, visitur, ubi venditor dixerit, si hodie emeris, vendam tibi nonaginta siclis, sin nolis ante diem crastinum emere, minori centum non vendam. In contractu enim hujusmodi adjectio moræ simul cum pretii incremento visa est, quasi innuere decem velut fœnoris nomine solvendos. Similiter de ejusmodi aliis. Accedat actus aliquot usuræ cognatos, ex jure item superinducto vetitos esse (quos tamen nec sub iam explicato genere collocant) idque **כְּפָנֵי הַעֲרִמָת הַרְבִּית** propter astutiam incrementi seu ne tum legis sacra tum scribarum sensus subdolè heic deluderetur. Exempla ponunt; petit mutuo Simeon à Rubene siclos centum, negat hic sibi centum esse, sed frumentum quod tanti valet. Id Simeoni mutuo dat. Is autem postmodum pro frumento hoc nonaginta rependit. Nihil heic aimt in legem sacram cōmissum, nec quidem usuram aut **אַבְקָה** pulverem usuræ, quam quasi usuram nuncupamus, ibi reperi. Causa autem jam dicta, Simeonis obligationem ex nonagintâ repensis non solvi statuere. Sed ad decem ultra solvendos (ut ita centum rediderentur) ex sententia forensi etiam cogendus erat. Quale tamen in iis, quæ Quasi usuræ nomine veniunt, nolunt obtinuisse. Restitendum erat, idque ex sententia forensi, ut ostensum est, fœnus contra legem sacram acceptum. Non item quod fœnoris pulverem vocant. Nimis rūm nec actione, quâ Pulvis ille ritè peti posset, uti licuit creditori, nec si sponte solvereetur, redhibitori locus. Talmudici **אַבְקָה דְּבִיבִית** **שְׁהָוָה**

butarios ad operas praestandas usque in diem hunc. *Defiliis autem Israelites נְאָנָה שְׁלֹמָה עַבְרִי* in ministerium [hujusmodi] neminem sumit, quoniam ii erant viri militares, ministri ejus, principes ejus, Duces ejus, & principes curruum atque equitum ejus. Proselytos illos seu reliquias septem gentium ex illo de publicis ministeriis ob-

*P.R. Legi Ben eundis federis solennis capite heic accitas fuisse volunt ad opera quæ Gersom ad præ manibus erant. Et præcedentia illa vocabula I. Reg. 5. 15. quæ vulgato sunt *hac est summa expensarum*, &c. interpretanda K. David volunt *Hac est ratio Tributi* (eo sensu, quo diximus, intellecti) quod Kimchi ad 1. Reg. 9. 20. exegit Salomon Rex ad *adficandum Templum* &c. eanique, post 2. 17. Maimo- interjecta, quorum apparatus erat, opera, id est, Templum & civita- nides Hal. Melakim. tes ibi memoratas, denotari per illos, qui ex federis, in quod veni- cap. 6. Moyses sent, jure ad tributum hujusmodi obstringerentur. Atque ex iama Mikor pre- dictis, intelligenda, ad mentem Ebræorum, loca quibus memoratur cept. Affirm. 118. sive sub Josua^q, sive sub Juda^r, sive sub Davide^s devictos populos tributarios factos. Nam & quos devicit hic, ac vivere permisit, πάθος. *Tas Phōρων των πελεῖς ἐπόισσεν ὅμνες Τributo subjectos fecit.* Quod Indic. 1. 28. & seqq. verò adjicitur suprà de Israelitis in ejusmodi ministerium non sum- 2. Sam. 8. tis, id (quod obiter est animadvertisendum) non ita accipendum ac Epist. Sale- fi planè ipsi tributo immaunes, seu ministeriis publicis liberi. Placuit, monus ad Hi- ut assidua Proselytorum ac dedititionum, veluti Nethinæorum sic romum R. ex annal. & signantiūs dictorum, in extruendo Templo urbibusq; ibi memora- Archig. a- tis opera adhiberetur; qualis indigenas nō gravaret, causâ ibi adjectâ. pudicæpnum Archaeolog. Atverò & *Φόρον ἐργάτας τε καὶ μυείς τributum quod erat operariorum lib. 8. cap. 2.* tricinta millium (ut ait Josephus^t) idem Rex ab Israelitis etiam exegit, Archaeolog. ut legitur etiam in libris *Regum; non verò qui assiduis assuererent lib. 8. cap. 2. in Libano monte (nam ad materiandū ibi selecti sunt) laboribus, sed * 1. Reg. 5. 13. ita vacationibus gauderent, ut viginta millia binis semper mensibus otio uterentur, ac decem millia quolibet mense tantum adessent. Vicium autem & vacationum inde ratio orta, ne gravius, aut quale Adi. Reg. Proselytorum ac dedititionum, onus Israelitis imponeretur. Ita sanè 5. 13. Gersomides^u; Ideo per vi- 1. Reg. cap. 4. הַבָּאתָם בְּאוֹתֵן טֶלֶת יְכַד מָאֵד עַל הַיּוֹת; 7. & seqq. ces redibant, ne grave nimis onus eiis imponeretur. Atque alia sunt Cf. cap. 11. 28. in sacra historia^x unde de Tributo, cui populus Israeliticus subja- cebat,*

ebat, satis liquet. Hinc est etiam fortè quod legitur Israelitas uno
fere ore dixisse de Golia, *Virum* ^y *qui percussérit eum ditabit Rex di-* ^{1. Sam. 27.}
vitiis magnis & filiam suam ei dabit, *חַפְתִּי עֲשָׂה בֵּית אָבִיו* ^{des. b. lach.}
ei filiam patris ejus faciet ^{אֶלְךָ יְגָעַ} *seu liberam* (ut Heli-
lenistæ) in Israel; ubi vulgatus & *Domum patris ejus faciet absque*
tributo in Israel, & Chaldaeus Liberos principes in Israel.
Et de Tributo hujusmodi Magistri ^z fusiūs, quos consulat, si volet, ^{Maimoni-}
lector. Quod verò ad caput hoc de Tributo in federe subcundo at- ^{des. b. lach.}
tinet; ita, pro Principis arbitratu, variatim concipi potuit, ut, pro ^{c. 4. & Mo-}
conventionis ac modi adjectione, sive fundi tantùm sive bona tan- ^{ses M. Korza-}
tum mobilia sive horum sive illorum pars aliqua Tributo subjace- ^{prac. affirm.}
ret; & quod reliquum esset eo omnino fore liberum. Maimoni- ^{monides ha-}
des ^{lach. Gazela cap.} *וַיְשַׁלְּמֵלֹךְ לְתֹנוֹת עַמּוֹת שִׁקְחָה* מִמּוֹנָם או *הַקְרֻעּוֹת וַיְנַחַ*; ^{Et Rex 5. & Sude Gust. Schi-}
כָל הַמְטַלְלִין או הַמְטַלְלִין וַיְנַח הַקְרֻעּוֹת כַּפְיָה שִׁתְנָה ^{Regio cap. 4.}
prolibitu suo, ita cum receptis in fedus convenire potuit, ut rerum card. de luro
eorum partem saperet, veluti fundos, & abstineret omnino à bonis ^{theor. 15.}
mobilibus, aut hec, & ab illis abstinare, secundum id in quod fuerit Baal Aruch.
conventum. Initio demum federe, nefas ait fuisse fidem eo datam in Verb.
fallere, aut pactis religiosè non stare modò nempe statim ^{אֶפְכָּן נָא קָבֵלוּ שְׁבָעָה} ^{Ezechiel 45.}
מִצּוֹת susciperent in se præceptorum septem observationem, id est eo- ^{7. & 9. & ib.}
rum quæ Noachidarum nomine toties indigitavimus, seu Juris o- ^{R. David Kimchi.}
mnia hominum communis ac Naturalis capita septem. Nec de- ^{H. lach}
fuerunt qui tridui inducias seu tempus ejusmodi deliberandi, sive Melakim.
post bellum indictum sive post castra in bellum posita, hostibus con- ^{cap. 6.}
cedendum voluere; quo, de invitatione in fedus seu dditionem li-
berè consulerent. Neque ante id elapsum, bellum fuisse inferendum.
Ad illud legum militarium *cum b ob scederis civitatem multis diebus* ^{b Deut. 20. 19}
& pugnaveris contra eam, Autor ^c *Siphri* ^{Col. 187.}
מְגִיד טְהֹובָה טְלָום שְׁנִים יְמִים עַד טְלָא נְחַם בָּה
שְׁלַשָּׁה verba illa indicant hostes ad pa-
cem seu in Fedus biduo, etiam triduo, invitandos, antequam bellum
in eos inferatur. Quo etiam spectare aiunt illud de Davide Rege,
& mansit seu expectavit in Ziklag per biduum. Sed hoc etiam ^d ^{2 Sam. 1. 2.}
ad belli ultronei jura, non ejus quod ex præcepto gerendum erat,
attinuisse vult Salomon ^e Jarchius. ^{Ad Deut. 20. 19.}

Fffff

CAP.

C A P. XV.

De Federis & Deditio[n]is aversatione, belloque inde inferendo. Disciplina militaris de arboribus frugiferis in hostico non succidendis. Temperamentum Domini, ne quis rem suam planè destrueret. Et de loco fugæ in obsidione hosti relinquendo.

Si Fedus & Deditio[n]em, qualis ostensa est, renuerent Hostes, bellum inferebatur. Ubi nempè victoriae spes alliceret. Nam alioquin fedus tum omnino æquale tum quo ipsi inferiores fierent, cum populis quibuscunq[ue](exceptis septem quos diximus atque Amalekitis) inire & fas eis & pro re nata, quemadmodum aliis nationibus, mos erat, quod in Salomonis & Hirami Tyriorum Regis, Romanorum atque aliorum quorum amicitiam amplexi sunt, federibus videmus. In belli autem ita illati disciplina (quantum ad legitimam dominii, ex iure belli eis recepto, acquisitionem pertinet) animadvertisendum in primis est, quænam in obsidione ac locis in castrorum vicinia res eis interdictæ & quænam ita permisæ ut liberè uterentur fruerentur. In Obsidione & castrametatione tum singularis arborum, quæ circum crescabant, habenda erat ratio, tum loci fugæ hostibus (ita sanè inolevit opinio) relinquendi. Arborum nempè cum infructuosarum(quibus pro libitu, militi uti frui licuit) tum fructiferarum. Has à milite succidi aliterve disperdi, contra fas fuisse ex sacro sermone superius allato^f constat, si fructus eius esset idoneus, scilicet מַאכְלֵת יָדָעַ arbor quæ esculenta tulerit, quo nomine arborem fructiferam ibi denotat Moses. Velut Olivam, Palmam, Pomum. Fru-

^{e Cap. 12.} *Maimonid.* Melakim feram ibi denotat Moses. *Etus* legitè comedebatur; arbore, ut in humanos usus fructum postea Baba Karna itidem ferret, servandâ. At si arbor esset omnino sterilis, aut si fru-

^{b Cap. 6.} *Gem.* Baba ad 111. *Siphri* fol. 71. Etum ferret plerunque nocivum aut inutilem, aut adeo intempesti-

^{c Cap. 72.} *Se- Archaolog.* *Siphri* vnum & seu inopem ut culturæ labores neutiquam compensaret, aut col. 187. arboribus vicinis agrove, in quo s[ic]a est, esset detimento, aut prelio

^{d Lib. 2. ad- Apio- Archaeolog.} eximio venundari posset ejus materies, ex majorum dictæ legis inter-

pretatione, etiam in qualescunque usus bellicos excidere seu radici-

tus evellere licuit. Addit inde Josephus^h nec in hosticum ignem

lib. 4. cap. 8. qui vastaret, iniiciendum ex lege Mosaica, alia item; & ρωμαῖς (inquit,

Moses)

Moses) τὴν γῆν αὐτῶν πυρπολεῖν καὶ κόπειν ἡμέρα σύνδρεα συγκεκριμένην ἀλλα καὶ σκυλίσσειν ἀπείρονας τὸν εἰς μάχην πεσόντας, καὶ τὸν αἰχμαλωτῶν πεσούνόστεν, ὅπως αὐτῶν ὑβρίς ἀπή μάλιστα ἢ γυναικῶν Neque permisit terram eorum (hostium) igne devastari, neque arbores fertiles incidi. Et iam spoliari eos qui in bello cecidere interdixit. Et captivis prospexit quatenus nec eis inferretur injuria, maximè fœminis. Libentiūs forsitan quam par erat suorum mores, ut humaniores erga Gentiles, exhibere contendit ibi Josephus. De captivis Talmudica doctrina est, qualcm diximus. Et de fœminis, quarum sors non dispar, præter ea quae hoc capite occurunt, consulas libri quinti caput decimum tertium, ubi singulare de fœmina bello captâ ducique adamatâ jus aperitur. Atque ut ex lege sacra interdicebatur, ut dictum est, militi in Obsidione, arboribus frugiferis, ita, ex majorum interpretatione civibus etiam ceteris ubicunque in Imperio Israelitico degentibus, similis interdictio. Adcò ut nemini impunè liceret arborem frugiferam cädere הַשׁוֹתָה רְדֵד ita ut inde corrumperetur aut periret. Nonnullas autem mensuras adhibitas video quibus frugiferæ heic arbores an infructuosæ fuerint dignosceretur. Olivam quæ quartam redderet olivarum cabi partem, aut palmam quæ Dactylorum cabum, ne domino quidem succidere, permisum est. Si minor fuisset annuus proventus, permisum. Et interdictum de non succidendo æquè ad eos spectabat, qui aquas inhibendo arbores frugiferas arcifacerent aliove modo infœundas ultrò redderent. Atque ex notissimo hoc apud Ebræos, in ipsis juris sui capitibus, arborum frugiferarum, earumque fructus salubres ferrentium, & earum quæ aut steriles essent aut insalubres aut inutiles, discrimine, ortum fortè est quod in Evangelii¹ de hujusmodi arboribus atque earum fructu, eisque quæ bonum non ferrent succidendi, veluti paroemia maximè obvia, toties occurrit. Nec minus, ex decretis majorum divini de arboribus frugiferis præcepti bellici ratione nixis, illicitum erat vasa diffingere, vestes dilacerare, demoliri ædes, fontes occludere, aut aliud quid ejusmodi facere הַשׁוֹתָה רְדֵד ita ut inde res periret usibus veprorsus eximeretur humanis; aliter atque aut militia in prælio atque hostibus adoricendis subjugandis.

Fffff 2

que,

¹ D. M. etib.^{3.10.7. 17. 12.}^{33. D. Luc. 3.}

[¶] *Num. 31.* que^k, aut futuri, in pace, commodi ratio ac prudentia exigeret. Intererat nempè reipublicæ ne quis re suâ sic malè uteretur. Adeoque Dominum & facultas aliàs ejusdem libera, sic temperabatur modumque recepit. Qui contra heic quid committerent, verberibus plectebantur. Arbores frugiferas succidentes, vcluti ex lege sacra rei. Ceteri, ex decretis majorum. De loco autem Fugæ relinquendo ita ex veterum traditione plerunque statuant, ut urbis obfessæ plaga, è quatuor, unica ita sine milite relinquetur ut libera illa ~~cho-~~ stibus fuga maneret, atq; integrum esset unicuique להמלט על נפשו. בشرطין על עיר לחתפה אין מקיף¹. *Maimonides¹* vita sua consulere. *Aiin Makifin'* מוקם לבודה אורה טר רוחותיה אלא משלש רוחותיה ומניהן מוקם לבודה ולכל כי טירצה להמלט על נפשו טנאכור ויצבאו על מדין כאשר צוהה את נשא נפי' שטמעה למזר שבען צזהו. *Quando oppugnabant seu obsidebant urbem ut eam caperent, minimè eam à quatuor plagis circumcingebant, sed tantum à tribus, loco fugare relicto, ut qui vellet*

^m *Num. 31.7.* vita sua consuleret, secundum id quod dictum est^m, & castramerati sunt (seu ταξιδίον αἱεὶ instruebant, ut Hellenistæ locum illum) adversus Midian, secundum id quod Dominus præcepérat Moysi. Vnde diximus remit a fieri ex præcepto. Id quod vult est, innui ibi, ex præcepto singularem quam diximus aciei in obsidione instructionem præscriptam fuisse. Maximè in Bello ultroneo. Nam in eo quod ex præcepto, adversus septem Populos gerebatur, aliter serem, saltem

ⁿ *Iofu. 6.3.* & interdum, idque ex divino præcepto habuisse videtur ex Hiericuntisⁿ historia. Modo autem, quo diximus, castra adversus^o Midianitas

^o *Num. 31.* posita fuisse antiquitus receptum est, unde jus ejusmodi castrame-

^p *Præc.* aff. tandi voluere emanasse. Moses Mikotzi^p, ad locum illum Nu-

תニア בספרי כתشرطין על העיר לחתפה נצטו שליא קיפו, מיניהם מוקם לבודה
אותה מאربع רוחותיה אלא משלשה רוחות ומניהן מוקם לבודה
Traditio est ex libro Siphri imperatum esse iis qui in urbem castra, us
eam caperent, locarent, eam à quatuor plagis minimè circumcingere,
sed à tribus tantum, ut locus fuga relinquetur. Ita ille. Sed in Se-

^q *Cal. 106.* ויצבאו על מדין, quo utor, hoc tantum de hac re lego. הקיפה מאربעה רוחותיה רב' נתן אומר נתן להם רוח רביעית כדי

Et castrametatis sunt adversus Midian. Circumcingebant eam

eam à quatuor plagis. Sed tradit Rabbi Nathan plagam quartam liberam fuisse relictam, fuga causâ. In vulgata autem, secundum id quod Dominus præcepérat Mōsī, heic prætermittitur. Sed & obser-vandum est in paraphrasi Uzielidi tributâ ita reddi verba illa de Ca-stramentatione in Midian. מִדְן אֲקָפֹה מִתְלַת טְרִינְגּוֹנָה אֶת־חִילּוֹן דְּפִקְעֵד יְהֹוָה יְתָםָא כְּהַיְמָא כְּכַסְטְּרֵמְנִי סְעִירְבָּנְתִּים כְּלַדְכּוֹרָא in Midian circumcingendo eam à plagiis trinis juxta id quod præcepérat Dominus Mōsī, & occiderunt omnes masculos.

C A P. XVI

De Urribus, Regionibus, Personis subactis, Captivis, Hostibus casis sepeli-endis, Præda, hujusque Distributione; ex Jure belli Ebraū in usu. Quid nomine Terra Israël reverè venerii.

Dicitur Artâ Victoriâ, alia erat ratio Septem populorum seu Amalekitarum; id est belli ex præcepto gesti, alia ejusce quod ultronatum erat. Septem populos (quibus pari censent iure Amalekitas ex eo quod delendam esse legimus^r eorum memoriam) post victoriâ ad internecionem uni-versos cædi vult lex sacra superius^s allata. Ratio adjicitur, ne doce-ant^t vos facere cunctas illas abominationes quas ipsi fecerunt di-^{Exod. 17.16.}
^{Deut. 25.17.}
^{Cap. 12.}
^{Deut. 20.18.}
^{Cap. 13.}
^{Col. 187.}
^{Maimonid.}
^{b. Lach. Me-lakim cap. 5.}
^{Molot Mikra.}
^{Præcept.}
^{Nagat. 225.}
^{Et despis.}
^{i. Sam. 27.9.}

fas. Quod sic interpretantur veteres aliqui, ut fas quidem esset, ex præscripta lege militari universos, sine sexus aut ætatis discrimine, in-terficer, sed tamen pro libitu eos servare qui poenitentiâ elucti Profelytos sive justos sive (pro eorum) quorum in potestate essent, arbitratu) Domicilii se fierivolebant, perinde ac si non tam præceptum cædis, quam permissio aut licentia lege comprehenderetur, quade-rennonihil supra^u. Autor Siphri ad illud *Ne doceant vos כל מorder*, שאמ עושם תשובה אין נהרים Illinc^x observandum est, si pœni-teant, à cæde posse abstineri. Et Salomon Jarchius ibi, הַא אַתָּה רְשָׁא יְהֹוָה וְתִגְנִירֵנִי intelligentum, si pœni-tentiam fecerint & profelyti siant, fas esse etiam eos recipere. Alii 17. Præcept. vero ex ipsa præcepti vi, ad unum omnes illorum, qui anteâ se in deditio-nem ac fedus non obtulissent, perimendos fuisse^y statuunt. 1. Sam. 27.9.

Sed prior, ut videtur, sententia magis etiam antiquitùs invaluit, quod ex septem populorum reliquiis toties in sacris literis memoratis nemini non eliciendum. Atqui de Amalekitis hoc singulare memora-

¹ Mechilta
fol. 21. col. 4.

² 2 Sam. 1. 13. Nullo pacto scilicet eos in societatem, quæ alius gentibus universis ut Proselytis sive Justitiæ sive Domicili non est negata, admittendos, ejusque rationem itidem habuisse Davidem cum

³ 2 Sam. 1. 13. juvenem qui Saulem occiderat, utpote ex Amalekitis Proselytum³,

interfici jussit. Ceterorum verò Hostium, ex bello ultroneo, devi-

⁴ Decapitarii
videlicet
Alb. Gentili
lem de Iure
Bell. lib. 2. c.
16. Et Hug.
Grotium de
Iure Belli ac
Pacis lib. 3.
cap. 7. Et 11.

ctorum in cæde, excipi vides ^b Mulieres & parvulos; quod sic ca-
cede, & piunt ut Mulierum nomine universus ille sexus; parvolorum, etiam
& masculi qui minores essent comprehendenderentur, adeo ut præce-
dentia^c de masculis cunctis cædendis verba de majoribus ætate so-
lum interpretentur. Sed verò ut ex interpretatione legis de septem

Iure Belli ac populis omnino necandis, obtinuit opinio potestatem universos

necandi expressè à Numine potius indultam esse, quam, ex præce-

^d Sepher Si-
pbi loco in-
dicato, Mai-
mon. halach.
Metakim.
cap. 6. Ior-
chius ad
Dent. 20. 14.

pti vi aut sententiâ, ipsos necessariò fuisse necandos (aded ut inte-
grum esset etiam servare eorum quotquot Proselyti, ut dictum est,
fieri vellent) ita videtur quidem, simili modo fas fuisse Captis quibus-
cunque, in bello ultroneo, parcere, usque dum saltem victori satis

constaret (secundum ea quæ superiùs dicta sunt) eos figri Proselytos

saltem Domicilii nolle. Cum Syros aliquot in Samaria haberet

^e 2 Reg. 6. 21. captivos, miraculo illuc ductos, Jehoramus rex Israelis, rogavit

Elisæum prophetam, an eos percuteret, seu interimeret, cui Propheta

לא תכח האשר שבית בחרבך ובקשותך אתה מכח Non percusses,

inquit, quos cepisti gladio tuo & arcu tuo, tu percussis. Quæ verba poste-

riora cum interrogatione nonnullis leguntur, ac si respondisset;

Hic se parcendum. Nam & captos bello parcere soles, etiam & inter-

dum debes. Captivi hi fiunt tibi ex Numinis beneficio. Si quo-

quam ideo tantum occideres, quod bello capti essent

אין זה ראי' וכל שאותם ה' sanè indigna res esser-

& multo magis indigna, si ejusmodi quid committeretur in eos qui à

Numine Benedicto tibi fiunt captivi, quæ verba sunt Gerosomidis.

Neque sensu alio Jarchius. Sed vulgata ibi; Non percusses, neque

enim cepisti eos gladio & arcu tuo ut percusses. Et versio apud D.

Ambro-

Ambrosum^c; Non percuties quos non capti vasis in lancea & in gladio suo. Locum verò ita explicat Josephus^f, ut vctaret hosce occidi Propheta; τὸν δὲ νόμῳ ληφθέντας πολέμου, ἀπεκτένειν δίνετονⁱ. Captos vero jure belli, in iustum non esse occidere, verbis illis innueret.

<sup>Do officia
lib. I. cap. 29.</sup>

Ceterum idem Josephus, ubi sensa legum sacrarum de militia tradit^g; κρατήσουσι τὴν μάχην τὸν αὐτοτελέντας κτενάπε, τὸν δὲ ἄλλον δια τοις τῷ πελεῖν υμῖν Φόρεται σώζεται, τῷδε δὲ καναναῖς εἰθυνταις. τύταις γὰρ πανοικὶ χεῖναις αὐτοῖς. Victores in prælio facti eos, qui in adversa acie steterunt (qui se dedere noluerunt) cedite. Ceteros ut Tributa vobis solvant servate, Exceptā Canaanorum (id est, septem populorum cum Amalekitis) gente. Hi enim cum rotis familiis sunt delendi.

^{b Ibidem.}

Inter leges etiam Mosaicas habet is^h illam de hostibus sepeliendis; Ιατέσθωσι δὲ καὶ οἱ πολέμιοι, καὶ νεκροὶ εἰς μηδὲ γῆς ἀμοιρῶν κείσθω πραγτίσων διηγέρειν πρωτέαν τινάντων Quin et hostes sepeliantur, nec mortuus quisquam expers terrajaceat, ultra quam iustum est pateras exsolvens, quo spectat ejusdem illudⁱ ἀπόφοι μη περιορᾶν in seculum non spernere, velut Mosaicum. Quod unde haucrit nisi ex

<sup>i Lib. 2. ad-
versi. Apionē.</sup>

interpretatione sua prioris partis capitinis vigescimi primi Deuteronomii, planè nescio. Postquam verò in devictos sive prælio sive obfitione hostes esset servitum, personæ, quibus parcitum est, ut captivi, in servitutem^k (non qualis ex federe ac deditione, juxta superius dicta, nascebatur, sed quæ statim liberum in servilem planè conditio-<sup>Deut. 21. 10.
Num. 31. 26.</sup> nent mutaret) redacti pars prædæ erant, quæ tota in victorum do-<sup>Vide sīs Iose-
phus Archæo-
phum Archa-
olog. lib. 4. c. 7.</sup> minium ita jure belli transibat. Atque ut pace emti, sic bello capti, servi siebant, & pro dominantium libitu vitæ genere in posterum gaudebant. Et passim tam in Oriente quam in Occidente invaluit mos ille, bello, non civili, captos, quibus parcitum est, in servitutem abducere. Sed inter Christianos diu est quod, charitatis causâ, dcsit; pretio tamen Redemptionis præstitui solito, ut etiam apud Mahomedanos, ubi Mahomedanum ceperint. In Præda autem alia erant bona quæ אוצרות המלכויות Thesauri Regum, nempè devictorum, dicti (quo nomine contineri puto quicquid regio fastui & splendori proprium esset) alia quæ reliquorum in Opibus. Primi generis Regis omnia, ex recepto jure, fuere. Secundi, universis bipartito divisis,

divisis, alteram etiam sibi totam eligebat Rex partem. Altera vero partitione æquali distribuenda erat singulis qui militabant; quorum in numero non minus habebantur impedimenta ac sarcinas curan-

¹ Addit. San-
hedrin cap.²
fol. 21 a. ³ מֶלֶךְ וּשָׂאֵר בִּזְהַבּוֹזִין מְחַצָּה לְמֶלֶךְ וּמְחַצָּה לְעַטְּפָתִים. ⁴ Tra-
Gidofis. Sa-
dunt Rabbini nostri, thesauros regios (in bello captos) ad Regem
Iom. Tarch. ad
¹ Parad. 29. spectare; præda verò reliquæ partem dimidiā populi. Populi no-
22.

⁵ Maimon. ⁶ Ma-
balach. Mc-
Jakim. cap.⁴ mine heic designantur tantum^m qui aut prælio dimicarant aut im-
pedimenta curarant. Diversa autem præda à Midianitis captæ distri-

⁷ Num. 31. 27
& seqq. ⁸ ad prælium & remanentis ad sarcinas; & similitèr dividunt. Parte
Ioseph. Arch-
nempè totius præda dimidia tantum eis distributa, ut dictum est.
aolog. 4. cap.⁷

Quod verò ibi sequitur, Factumque est à die illa מְעַלָּה וּמִלְּאָה (quod ple-
⁹ 1. Sam. 30. runque & deinceps vertitur) ut & istud poneretur statutum ^o & jux-
24. Cf. 25. in Israel, usque in hunc diem, etiam ad anteriorum seculorum usum
respicere aiunt; ita ut מְעַלָּה ibi non deinceps seu tempus futurum
denotet (quod nec denotare solet,) sed ab olim & ævi mores præ-
teriti ejusque vetustissimi. Hinc ad ilkid Abrahæ, ubi præda suæ
partem Beræ Regi Sodomæ munificè reddit, nec quid se retentum

¹⁰ Genes. 14. profitetur, exceptis ^p tantum his quæ comedenterunt juvenes, & parte
34. eorum qui mecum jerunt. Aner, Eſcol & Mamre etiam & ipſi ac-
cipient partem suam, morem hanc præda distribuendæ tunc in uſa

¹¹ Ibid. comm. fuisse observant. Sensus autem verborum illis est qualem, heic red-
14. didimus, & diversus ab eo qui in versionibus Occidentalium habe-

¹² Ad Genes. 14. 24. & 1. tur. Juvenes & qui cum eo jerant, sumunt pro eis, qui prælio dimi-
Samuel. 30. carant, & hostes usque ad Dan ^q fuerant infœuti. Aner autem Eſcol &
25. Atq; hoc est quod de Mamre apud impedimenta mansisse aiunt. Unde Salomon Jar-

manno לְמַד דָּוִד שָׁאֵר כְּחַלְקָה הַיּוֹדֵד לְמַלְכָה וּכְחַלְקָה הַיּוֹשֵׁב ^r; meminit R.

עַל הַכְּלִים יְהֹרִיו צְהֻלּוֹן וְלִכְךְ נָאֵר וְיָהִי מְהִימָּת הַהֹּא וּמְעַלָּה Moses Al-

soch in Se-
pher Mera-
oth. hatzo-
baoth. fol. 39. 8 is ad prælium & ejus qui apud impedimenta manserit, similem fore,
col. 1. & utrisque aquam distributionem faciendam. Ideo etiam dicuntur,
& fa-

& factum est ab eo die & ab olim ut poneretur in statutum & jus.
Neque vero dicitur & deinceps, ideo quod olim traditum est statu-
tum in diebus Abrahae. Quod ipsum etiam monuit Rabbi Jodan
in Beresith Rabba. Sed Josephus ἐξ ἀνείρας, inquit ^{וְיַעֲשֵׂה תְּצִדָּקָה}^{Parash. 22.}
^{in extremo.} ἡ ορθοτητος παρ' αὐτοῖς, ^{Archeolog.} ^{Ish. 6. cap. 15.} ^{De Prede} ^{sure, ubi mos}
eos, de Prædæ scilicet ejusmodi distributione. De Agris denum, Ur-
bibus atque Regionibus subactis Maimonides agens, decimam ter-^{ius}
tiam eorum partem Regis fieri ait. Verba sunt ^{אֶת הַמֶּלֶךְ הַמְשִׁיחָה נָתַן לְיִשְׂרָאֵל חָלֵק אֶחָד מִנֶּגֶד וְזֹה חֻקָּךְ לוֹ וְלֹבָנוּ}
מִכָּלְךָ הָאָרֶצָה שְׁכֹבֶתִין יִשְׂרָאֵל חָלֵק אֶחָד מִנֶּגֶד וְזֹה חֻקָּךָ לוֹ וְלֹבָנוּ^{לְעוֹלָם}
^{intervenit.} ^{Sive Hugo-} ^{nem Giosu-}
^{omnibus terris quas subegerint Israelite. Hoc quidem statutum est nem} ^{de Iure Pacis}
^{ei & posteris ejus in perpetuum; quod à viris doctis accipi video} ^{E. Belli lib.}
pro jure, quod in usu erat, regio. Sed verò illud, de Rege uncto si-^{3. cap. 6.}
gnatiūs à Maimonide dictum ad Messiam (quem Regem unctum ^{Hal. Mel-}
rectè semper appellant) attinere puto, atque ex distributione in E-^{kim cap. 4.}
zechieli prophetia descriptâ planè sumi. Nam ibi cuiilibet tribui ^{Gnil. Schi-}
sua portio, & sua Principi tribuitur, portioni tribùs æqualis. Et R-^{karr. de Iure}
David Kimchi disertè ad cum locum, ^{R. Regio cap. 4.}
יִשְׂרָאֵל זָהָר שְׁנִים עֶשֶׂר, ^{theor. 14.}
חָלְקִים וּלְנֶשֶׁיָה הַחָלֵק הַשְׁלֵשָׁה עֶשֶׂר חָלֵק אֶחָד
טַשְׁבַּתִּי יִשְׂרָאֵל בָּאָרֶךְ וּבָרוּחַ אֶלָּא טַבּוֹתָן חַלָּת הַנְּטִיאָה תְּרוּמָה
^{Cap. 45. 6.}
Israelitis XII erunt portiones. Principi quem expressè pro ^{Comm. 14.}
Rege Messia seu Christo quem expectant, ibi capit) portio deci-
matertia. Scilicet portio ejus æqualis erit portioni unius tribus, tam
longitudine quam latitudine. Excepto, quod in Principi portione
erit etiam Oblatio seu Tributum, quod ibi ^a etiam, in sacros usus, præ-
stinetur. Terras verò bello ultroneo à Rege tantum, sine Syncedrii
Magni decreto, suscepto (quale tamen ritè suscipi ^b negabant) suba-^{Mishna &}
etas, totas ex jure regis, dum floruit imperium Israeliticum, ipsi cef-^{Gemar. 111.}
fisse, ni fallor, indicat paulò post ipse Maimonides. Verbis sic ille ^c Sanhed. cap.
disertis, ^d Hal. Mel-
Totam terram quam ^{kim. cap. 4.} ^{1.}
subjugaverit (de Rege heic manifestò loquitur sine Messiae adje-
ctione) ipse sibi habet. Ministris suis & militibus, pro arbitratu suo,
eam donat, quancum sibi visum fuerit retinens. Idem dein, ex

G g g g g

autori-

autoritate veterum, subactas bello ultroneo, à Syntedrio Magno decreto, sed à Rege gesto, terras eodem omnino titulo, eadem ratione possideri ait, quā ipsa terra Promissa quam subjugavit atque Israelitis ^{ibid. cap. 5.} distribuit Josua. Sic enim sequitur. *ישראל, כל הארץות שכובשין.* ר' פ' ב' ד' הר' ז' כבוש רב'ס והרי ה'א כארן ישראל במלך על פ' בית ד' הר' ז' כבוש רב'ס והרי ה'א כארן ישראל Quascunque terras subjugaverint Israelite, Imperatore Rege, idque ex decreto Syntedrii, victoria & adquisitio publica est. Neque ulla tenus discrepat terra ita subacta ab Israelitica terra quam subjugavit Iosua. Quod tamen sic rotundè dictum ritè intelligendum est ex distinctione. Nimirum statuebant Juris consulti Talmudici terram qualemcumque sic acquisitam, post terram Canaan totam subactam, non aliter habendam fuisse, argue ipsam terram tribubus primò distributam. At verò etiam quæ sic acquisita est, ante terram Canaan subactam totam, non usquequamque, seu in star Terræ Israeliticæ seu Tribubus distributæ habbitam esse, sed nec interim pro ea quæ usquequaque extra ejusdem limites esset; aut planè exteræ nomine nuncupandam; sed medium quandam ex majoram placitis induisse naturam. Quam ad rem egregius est locus aliis Maimonidis, cui præiverant veteres & secuti

^{4 Hal. The- sumoth cap. r. Mof. Mi- ketz. Prec. affir. 133.} התורות ^d sunt recentiores. De Oblationibus & Decimis agens ille ³³⁶ מזירות ובארץ עמון ומואכ מפנֵי שהם סכבות לארן ישראל או ישראל הדamura בכל מקום היא ארץ שכובש מלך ישראל או נביה מדעת רובי ישראל וזה הנקריא כבוש רב'ס אבל יחיד משידאל או משפחה או שופט שהלכו וכבשו לעצמן מקום אפיקו מארן שניתנה לאברהם אינו נקריא ארן ישראל כדי שיונגו בו כל המצוות ומפני זה החלק ימושע ובית דין כל ארן ישראל לשבותים אף על פ' טלא נקבעה כדי שלא היה כיבוש יחיד כסיעלה כל שבט נתבעת וכבש חלקו הארץות שכבש חור חוץ לארכן כגון גנין ארם נהרים וארכס צובה ואחלב וכייצא בהן ע"פ שמלך ישראל הוא ועל פ' בית דין הגדול הוא עיטה אינו כארן ישראל לכל דבר ולא בחוצה

כחזה לאין לכל רבר כנון בבל ומזרים אלא צאו מכל חיל
לאין ולהיותן כאין ישראל לא הגינו ומן מה ירדו ממולת הארץ
ישראל מפני טכבש אותן קודם טיכבש כל הארץ ישראל אלא נטהר
משבעה עמיים ואלו הפס כל הארץ כנען לגבולהה ואחר כך כבש
ארצות אחרות היה כבושו כולם כאין ישראל לכל דבר והארצאות
שבכש דוד הן הנקריא סוריה יש דברים טහא בהן כאין
ישראל וט דברים טהא בהן כחזה לאין והקונה בה קרקע כקונה
באין ישראל לעני תרומות ומעשרות ושביעות וככל בסוריה מדברה
Ex ipsa lege sacra solvi non solent Oblationes & Decima
alibi quam in Terra Israel, nec stante templo, nec post ejus excidium.
Sed Propheta ordinarunt ut prestarentur in terra Senaar, utpote
qua terra Israel vicina fuit, & quia Israelite plurimi illuc ibant
redibantque. Quin & sapientes veteres ordinarunt ut prestaren-
tur etiam in Aegypto & in Ammonitarum & Moabitarum regio-
nibus, quippe qua terra Israel circumjacent. Iam vero Terra Is-
rael nomine, ubiunque occurrit, veniunt Terra seu regiones quas
subjugat Rex Israel seu propheta ex sententia seu assensu universi-
tatis Israel (quam suppleri ab assensu seu decreto Synedrii Magni
velle videtur) atque hujusmodi acquisitio seu victoria dicitur adqui-
sitio seu victoria publica. At verò Privatus quispiam ex Israeli-
sis, seu familia aliqua, aut Index (forte legendum potius, non שבט שבט id est tribus) locum aliquem sibi armis subegerit, etiamsi fuerit
ex ipsis terris Abrahamatis, locus ille terra Israeli nomen neutiquam
eisque induit, ut inde universa precepta sacra in eo observari de-
beant. Vnde factum est, ut Iosua & Synedrium ejus totam Terram
Israel Tribubus distribuerent etiam cum nondum subacta esset, ne
scilicet aliter adquisitio seu victoria privata fuisset, si ascenderat
figillarim qualibet tribus & suam sibi partem subjugaverat. Terra
quas subjugavit David extra Terram Canaan velut Aram Nahor-
im, & Aram Zoba, & quafuere id genus alia, tametsi tum is Rex
Israel esset, cum id fieret ex decreto Synedrii magni, nihilominus
usqueaque non fuere ut terra Israel, nec sanè usqueaque ut ter-
ra extera, sicuti Babylon aut Aegyptus. Sed vero desire esse ex uni-
versitate terrarum exterarum, nec tamen nomen aut naturam Ter-

ra Israeliā induere. Ratio autem quare tantam non adeptā sunt dignitatem, inde penderet, quod subjugavit eas antequam subjugārat totam terram Israe. Nam reliquiae tunc erant in ea Septem populorum; si verò possedisset totam terram Canaan usque ad limites ejus & postea subjugasset terras alias, terra sic subjugata universa fuissent usquequaque ac omnimodo instar Terra Israe. Terra autem à Davide sic subjugata Suria nomine dicta sunt. Atque alia fuere in eis observanda perinde atque in Terra Israe; alia autem non aliter atque in terris planè exteris. Qui predium in iis acquisivit, quantum ad Oblationes, Decimas, & Septimi anni observationem, non minus tenebatur quam si acquisiverat in terra Israe. Quicquid verò sic observandum in Suria, ex sanctis scribarum manuavit. Sic ille. De urbibus autem Galilææ viginti, partim subactis, partim aliter adquisitis, quas Salomon Rex Hiramo Tyriorum Regi donavit, disputant viri magni, Christiani, tam Jurisconsulti quam Theologi, quos videlicet, uti & Davidem Kimchium ad Paralipomena 8.

¹ Reg. 9. 11.

¹ Francij.

Hieron.

Q. & P. II.

Iust. A. Hugo.

Grot. de Iure

Decis. Et

Bells lib. 1.

6.3. S. 12.

² 2 Paralip.

8.2. & Vide

Joseph. lib. 8.

6.8. & contra

Aponem. l. 1.

Ebraeorum, de aliарum Gentium jure bellico, sententia. Gentilium commilitio se, ex contractu publico, seu federe atque alias immiscebant. Ad Tributorum ex jure Victoriæ, Deditioñis, Federis prestationem se obligatos profecti sunt; Refragantibus subinde eorum nonnullis. De Numismate Census in Erangelii. Quid Caesaris & Augusti nomina denotarent lingua Hierosolymitanâ.

DE Belliatque Dominii inde adquirendi jure, quo erga Gentes alias usi sunt Ebræi, haec tenus dictum est. Restat ut etiam quid ipsi de aliatum Gentium jure in ipsis, adeoque alios, bellico senserint, paucis videamus. Non ita obscurè id quidem cernitur in Babyloniorum, Persarum, Græcorum, Romanorum imperio cui ipsi subinde ex victoria, federe, seu ditione subditi. De Babylonis & Persis eorumque potestate agnita^h, post victorias & ditiones, retentis interea sive ex induitu & nemissam, sive ex federe ritibus patriis, sacræ literæ assatim. De Græcis, id est de

¹ Videj. EZ-
ram 7. 24. &
de nemissam.
4. Et c.

de Alexandri Magni postquam Darium vicerat, Orientis adeoque
ditionis Iudaicæ Imperium naeti jure, apertè Josephus. Arcadap.
ii. cap. 8. οὐδὲν τοιοῦτον ξεπούλει τῆς πατρώσις νόμου, ἢ τὸ εἰδο-

1. Maccab. 8.
25. Ioseph. lib.
12. cap. 17. μον ἐτοποῖ αὐτοῖς Φορον εἶναι, συνεχάρειν τῷ γα. Pontifice (Jaddo) pe-
tente at patriis legibus uti eis licet, & septimo quoque anno tribu-
torum immunitate gaudere, omnia concessit. Reliquis igitur sex
annis, tributa ex federe illo seu dditionis formula pendenda. Quin
& cum indulserat, ut, quotquot vellent, salvis sibi ritibus suis patriis
pristinoque vivendi genere, ejus militiam sequerentur, πλλοὶ τῶν
οὐν αὐτοῖς σπατεῖαν ἡγάπησσον. multi in eam expeditionem dederant
nomina. Quod non est cur autumemus factum absque eorum, qui
rebus tunc præsens jura avita interpretantes, permissu, si non horta-
tu; seu non ut id quod Israelicæ disciplinæ omnino tunc refraga-
retur. Ita non solum armis Alexandri se, ex jure quo ei competuit
bellico, subdidere, sed imperio ejus dilatando Stipendiarios se liben-
ter tunc præbuere. Nec intercà de belli causa aut religione dispari
solliciti. Quia de re etiam sunt exempla postmodùm illustriora ut
videre est maximè in federe illo inter Judam Maccabæum seu 1. Maccab. 8.
25. Ioseph. lib.
12. cap. 17. Judæos
& Romanos jēto (quo συμμαχία invicem contrahitur, adèò ut 1. Ioseph. lib.
14. cap. 14. 15.
16. 17. Vide
etiam lib. 12.
cap. 3. quoties armis lacecerentur, Romani Judæis è scipsis cōpias submini-
strarent auxiliares, uti & Romani pariter, quoties Judæi ab hoste ali-
quo petiti) tum in Hyrcano Alexandri filio Pontifice¹, qui copiis 1. Ioseph. lib.
14. cap. 14. 15.
16. 17. Vide
etiam lib. 12.
cap. 3. militari bus insignem Julio Cæsari in Syria & Ægypto agenti opem 14. cap. 14. 15.
16. 17. Vide
etiam lib. 12.
cap. 3. iulit. Nam de Romanorum juris in gentem hanc bellici scuarnis etiam lib. 12.
parti agnitione publicâ, ex fedribus ac principum indultis quæ tum
Josephus tum Philo in libro de legatione exhibent, liquidò constat.
Cum autem sive Victoriae sive Deditiois jura circa Res versarentur
& circa Personas, atque ad utrasque tum Libertatis Personalis dimi-
nitio seu qualiscunque Servitus, tum Tributorum præstatio inde
pertinere soleret; si, quid senserint tum de servitute illa, tum de tri-
butis sibi (sive Capitationis sive agri) impositis, diligenter adver-
tamus, difficilè minus erit sententiam eorum de aliarum Gentium Ju-
re belli, etiam in reliquis inde elicere. Quod ad Tributa attinet;
manifestum quidem est Judæos tum Alexandri Magni successori-
bus m

G g g g 3 bus m

• Vide Mac- bus^m variatim tum Romanis ea pependisse. Pompejus horum pri-
 cab. 10. 29. ^{Eg.} mus Hierosolymis θυσίας Φόρον indicit tributum seu τὸ ιεροσόλυ-
 π. 34. ^{Eg. lib.} μα ὑποτελῆ Φόρος Ῥωμαῖοις ἐπίνοε, Hierosolymam Romanis fecit tri-
 cap. 3. ^{Eg. lib.} butariam ut scribit Josephusⁿ, atque ex eo Eusebius, qui tamen de
 3. cap. 5. ^{Eg.} Judaea tota rem alibi capit, uti & alii. Quemadmodum etiam apud
 • Halofest. 1. 1. Josephum alibi de tributo à Julio Cæsare imposito, civitas Hierosolymitana pro Judaica ditione tota, accipitur. Caius Cæsar Impera-
 cap. 5. ^{Eg. Ar.} tor, inquit, ἔσθος καὶ συναυτὸν ὅπως πελῶσι τὰς τέρας τὸ ιεροσολυμιτῶν
 Chronic. Eu- ronymum in πόλεως, ὁπότης τὰς ξεργαζόμενα χωρὶς τὸ ιερόμυρον φεύγεις. ^{Eg.} statuit ut quot-
 febri. ^{Eg.} ad annis tributa penderent ob civitatem Hierosolymitariorum, exce-
 D. Massib. c. pta Ioppe, absque anno septimo. Quid est exceptio Joppes, nisi &
 22. sine illa exceptione, ipsa Joppe, ut ditionis Israeliticæ urbs, in civita-
 • Lib. 14. cap. tis Hierosolymitanæ, id est, heic imperii Israelitici, nomine venisset?
 17. Tributa autem Joppes assignata sunt Hyrcano Alexandri filio; ut
 ibi videre est. Quā verò ratione inde ad Augusti descriptionum
 tempora, tributum à Judæis aut solutum fuerit aut agnatum, non
 satis liquet. Res perquam turbidæ inde ibi mansere. Herodem au-
 • Joseph. lib. tem Magnum, Regem eis à Romanis impositum ^P nemo nescit,
 24. cap. 26. ^{Eg.} quem utcunque primò immane quantum plerique responderent ut
 lib. 15. cap. 1. ^{Eg. Halaf. lib.} alienigenam, postmodum tamen, ut victoriae jure impositum admi-
 2. cap. 13. fere; quod tributorum præstatione majus multò erat. De Vectiga-
 libus autem & Tributis ibi tunc temporis consulas U. CL. Samue-
 1 Par. 10. 7. lem Petitum^q. Postmodum sub Augusto in tabulas censuales Ju-
 lib. 2. cap. 1. dæam redactam expressim scimus & tributo etiam onustam. Quā
 de re affatim Annalium Ecclesiasticorum conditores, & qui in eos
 Exercitationes conscripsere. Etiam & tributa Romanis soluta
 à Judæis esse velut ex Jure gentium & Victoriarum à se agnito li-
 quet. Interea nihilominus, id verum est non defuisse inter
 eos qui gentem suam utcunque à Romanis sic devictam seu dedi-
 tione aut federe inæquali (nam ejusmodi fedus jam, si aliquod, in-
 telligendum) receptam & demum tributo onustam, ab illo nihilominus
 eam liberam esse debere armisque etiam privatorum liberan-
 dam acriter inclamarent. Egregium est ad hanc rem illud de Juda
 Gaulanite (Galilæo, in Actis Apostolorum, dicto) & Sadoco qui

cum missus esset Quirinus ad Iudeam in censum describendam, sollicitabant ad defectionem populum, τὸν διολίμους γένεται ἀλλοὶ καὶ αὐτοὶ Ιορδάνης Πτιφέρεν λέγοντες, καὶ τὸν εἰαρθέντας εἰς αὐτοὺς λέγεται παρεχόμενος, τὸν διογένης censum dictantes nūl aliud quām apertam seruitutem inferre, & gentem ad suendam libertatem adhortantes. ^{1. cap. 1. quo dicitur. 2. de bello Iudeo cap. 7.}

Nec omnino frustà. Miræ enim inde seditiones, cædes, calamitates aliae. At vero quid de hisce senserit celeberrimus ille Jurisconsultus Gamaliel, ostenditur in Actis Apostolorum. Synedrio de Apostolis eorumque doctrinâ habito, in quo eos morti tradendos volueret plerique) is ad hunc modum; *Viri Israëli, attendite vobis¹ hominibus istis quid acturis sitis; Ante hos enim dies extitit Theudas dicens se esse aliquem &c. & omnes qui credebant ei, dissipati sunt & redacti ad nihilum. Post hunc extitit Iudas Galilæus (is ipse quem Gaulanitem nominat Josephus) in diebus descriptionis, seu professionis (ut vulgata) id est censûs, & avertit populum post se & ipse perire, & omnes quoquot consenserunt ei dispersi sunt. Et nunc itaque dico vobis discedite ab hominibus istis & finite illos. Quoniam si est ex hominibus consilium hoc aut opus, dissolvetur. Si vero ex Deo est, non poteritis dissolvere &c.* Atque in hujus sententiam ibant reliqui omnes. Palam autem est seditionem Iuda illius, Tributi nomine, ab Augusto ex jure Victoriae & Deditiois impositi, eos interim damnasse, velut ex hominis turbulentioris commento, non ex Deo, id est ex jure quod genti à Numine datum est, omnino ortam. Nam quod ex jure illo etiam est permisum **דָאַלְהָ נָאַרְוָא**
*duo id est & omnes Viam Dei nuncupabant¹. Id genus quidem alia apud Josephum etiam occurunt, quibus scilicet libertatem seditionis apud ipsos hominum, in aliorum Belli seu Deditiois jura, effrænem, planè illicitam fuisse decernunt. Veruntamen, ut fieri alfolet, subinde alias orti sunt qui libertatis avitæ vindictam adamantes, nunc arma^a, hoc nomine, sumerent, nunc de Tributis quæ Romanis victoribus pendi solita, controversiam moverent; nec solum an ad illud pendendum obligarentur, verum etiam an Cæsari Regi, scilicet non ex eorum fratribus aut sanguine^x, pendere eis esset licitum. Notissimum est illud in Evangelio^y, *Abeuntes Pharisæi* ^{ibidem} consi-*

^{1. Matt. 22. 16. Marc.}

^{12. 14. Luc.}

^{20. 21.}

^{Appias in}

^{Syriacu.}

^{Deut. 17. 15.}

consilium inierunt ut caperent eum in sermone. Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis, dicentes Magister scimus te veracem esse & viam Dei in Veritate docere, & non esse tibi curam de aliquo. Non enim respicis personam hominum. Dic ergo nobis quid tibi videtur? Licit censum dare (*εξει δεναι κηνοσον*) Cæsari an non? Congnita autem Iesus nequitiâ eorum, ait, quid me tentatis hypocrite? Ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis Iesus, Cuius est imago hac & superscriptio? Dicunt ei Cæsaris. Tunc ait illis Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Et audientes mirati sunt & relicto eo, abjerunt. Sic D. Matthæus. Additur apud Marcum δῶρῳ εἰ μὴ δῶρῳ; dabitur, an non? Lucas, licetne Φόρον Cæsari dare an non? id est tributum. Atque horum uterque pro eo quod est apud Matthæum *numisma census* (quæ vocabula bina ibi etiam Græcè usurpantur) habet Denarium, vocabulum item in græcismum seu linguam Hellenisticam uti in Syrisinum, Rabbiniſtum & linguam Talmudicam etiam receptum. Et D. Marcus, *afferte mihi denarium ut videam &c.* Lucas autem, *ostendite mihi denarium.* τίνῳ οὐδὲ cuius habet imaginem & inscriptionem? Captiosam nemo non videt tam blandè locutum Pharisæorum quæſitionem fuisse, cuius in utramvis partem responso illaqueandum, ut aliás s̄pēnūmerō, sperabant Jesum Christum. Cui sic, aut Cæsarem & Præsidem Romanum, si negaret, aut eam populi partem qui libertati suæ, ex titulo Belli aut Deditiois nondum reverā aut jure derogatum existimarent, si affirmaret, infensiōrem reddere non dubitabant. Huc imprimis speat illa Baronii Cardinalis disquisitio de ratione, quâ nixus Judæus

^a *Anual. tom. 1. ann. 1. Chri.* Galilæus aliive contribules affererent, Judæos non debere pendere tributum alienigenis. *An ea nimirum*, inquit^z, *ex causa quod scriptum esset in Deuteronomio*³. *Non erit vestigal pendens ex filio Israel*, quæ verba in vulgata editione desiderari valde miramus, cum apud septuaginta interpres eadem verba legantur; ex quibus Tertullianus^b citat dictum locum, nec non ex eodem auctore Hieronymus^c scribens ad Damasum. *Vel quod scriptum esset*^d; Dominus Deum adorabis & illi soli servies, ea ratione Deum tantum Domini-

³ *Cap. 23.*^b *Lib. de Pœ- dicitia.*^c *Epist. 146.*^d *Doubl. 6.*^e *Gc.*

sum, & non Herodem vel Cesarem esse dicendum Iudas Galileus in
 populo predicabat, avertere cum studens ne censu Cesaris describere-
 tur, quo se illi esse subditos declararent? Heic ita subdubitando. Sed
 fidentius alibi dura de Publicanis, inter infames alias, à Judicandi
 functione ex doctrina Talmudica quam Caininio ita debet, arcen-
 dis agit. *Cur eo nomine, ait^c, morari essent, nulla alia subest causa,*
nisi quod Iudei, genus Abraham, ex libera liberos se esse profiteren-
tur, nec quicquam aliis debere, nisi decimas Deo, legeque statutum
esse ne esset vestigal pendens ex filiis Israel. Sed illud quod velut ex
 Mosis Deuteronomio assertur^d de vestigal pendente, non omnino
 habetur in veritate Ebraica. Nec apud Ebraeos puto huc attinere po-
 tuit, quod & rectè animadvertis in Baronium viri docti^e. Jam
 verò questionis illius de Tributo Cæsari solvendo sensus pulchre à^f Isaac Ca-
 V.C. Marquardo Frehero I.C. (nam Theologorum heic, extra rem
 historicam & juridicam, doctrinam omnino tangere nolo) à Fre-
 hero^g inquam qui, ut Historicus simul & Jurisconsultus, rem peni-
 tius intropiciendam opusculo singulari explicare conatus est, hu-
 jusmodi paraphrasu exhibetur. *Qui ergo et alia docuisti, dices iam*
hoc, quid tibi videatur? Ex animi tui sententia, fasne est dare cen-
suum Cesaris an non? Nobis nimirum, qui liberi sumus, soboles &
 posteritas Abrahe, non ex Agare ancillâ, sed Sara matrefamilias,
 qui liberi fuerunt, nec ullum unquam tributum dederunt Regibus
 terra, sed ipsis potius ab illis donati sunt eximiis muneribus, non spon-
 ze sed impulsu Dei nostri. Nobis qui populus Dei sacer sumus, divina
 & unica religioni dedicus, quique promissiones habemus perpetua
 libertatis, & si quando premamur ad tempus ab Infidelibus, venturi
 Messia qui jugum oneris & virginem exactoris confracturus & re-
 gnum suum à Mari ad Mare propagaturus sit, sub quo latè pace securi-
 fruamur. Nobis ergo an fas sit, per legem potissimum Dei, quâ Deci-
 mas, primitias, obligationes, didrachmum annum Templo & sacer-
 dorio conferre jubemur, dare Cesaris, homini profano & peregrino
 qualem nullum agnoscere, sed eligere regem è nostro populo^h, nostra
 nationis, nostris sanguinis, nostra religionis jubemur. Cesaris autem
 magistratu nostro non ordinario & legitimo, sed violento qui jure
 Hhhhla belli

^c Annales romani.
Eodem anno
Christi. 31.

^d Vide supra
lib. 2. cap. 5.

^e pag. 183.

^f Isaac Ca-
saubon. Ex-
ercit. 2. 5. 19.

^g Libello de
Numismate
Censu; Hei-
delberga 1599

^h Deut. 17.

belli (sijus dicendum) nos tenet, libertate nostra armis oppressa, & a nobis extorquet quæ vult, & forte plura & graviora deinceps extorquebit; nec tam extorquet ipse, quam extorquenda locat publicanis & mancipibus suis generi hominum (vel tuopte judicio) pessimo & ini quisimo. Huic ergo andare liceat censum, id est capitis redemtionem annuam, ipsissimam servitutis confessionem. Et paulo post. neg elabi illum posse putabant quin ex proposito bivio alteram partem eligeret, ut sive affirmaret dandum, tanquam principibus impiis adulatus & cum eis colludens, populi circumfusi & patulis auribus responsum expectantis odium incurreret, nec tantum redemptoris & Messia opinionem tot concionibus & miraculis collectam uno momento amitteret, sed forte etiam tumultu populari aliquando opprimi posset: sive negaret, ut hostis Cæsar is motorque seditionis presenti criminis teneretur, daturus pœnas quas ante Theudas & Iudas dissent; & tamen ipsis voto potuisse, interea vindicta inuidia in Cæsarem ejusque præfectos & Herodem derivaretur, causâ nihil ad Pharisæos attinente. Et sperabant utique ipsi magis fore, ut Christus more suo religioni favens potius quam Cæsari profano aut Herodi inviso, solitâ libertate pronuntiaret adversus Herodianos (qui ut exactores tributis simul, sic ille, inhiarent) propatria & gente sua atque ita paratam perniciem non effugeret. Sicille de quæstione Pharisæorum. De Christi etiam responsione idem; Nequè præcipitanter respondit, neque in alteram partem simpliciter, neque sine causa, neque denique ad id tantum quod quarebant. Itaque nec Dominus simplici affirmativo aut abnutivo se absolvit. Sed ut ante omnia ostendat se non fallere illorum insidiosam blandiloquentiam & quo res tendat, cognitâ penitus nequitâ eorum (inquit Evangelista) consultores suos primum intentionis suæ coarctuit. Quid metentatis, inquit? Hypocrite. Illo enim texuerant proœmium alicujus quæstionis ad pietatem & religionem pertinentis, dicendo: Viam Dei in veritate doces: & tamen quæstio ipsa non pertinebat ex divino instituto adviam Dei. Ideo vocat eos hypocritas, & mox ère ipsa ostendit illos confundere rationes divinas cum humanis, quando de censu solvendo tanquam de præcepti alicujus divini violatione agant:

gunt: cum tamen alius nummus de quo agitur, nil planè sacrum aut religiosum redoleat, atq; adeo illius solutio non tangat aut offendat Deum, nec pietatem ledat; imò debeatur Cæsari tanquam vicitori, legum & monetæ conditori, & qui non petat violari religionem, sacra deserit, idola adorari, sed ex communi moneta reddi sibi numisma in usus promiscuos csum & merè Romanum. Damnum autem in ejusmodi rebus non tangere animum, & pauperiem reddere non impium. Si quid peteret Cæsar contra viam Dei, id esse negandum, quodjam non Cæsaris tributum sit, sed Diaboli. Illum petere quod principes omnes (pro vario Victoriae, Federum inæqualium & Deditio[n]is jure atque rerump[re]publicarum Constitutionis discrimine multiplici) petunt; quod ante Aegyptii, quod Seleucus ab eis petierat, quod Pompeius: imò quod vici[us]m David aliquando vicit[us] à Gentibus Moabiticis accepisset, quodque adeo semper ei in cuius manum Deus Victoriam dederit, vel ex ipsa Dei ^k ordinatione & ^k Deut. 22. lege expressa debeatur, nimirum tributum ad Reipublicæ ordinatio[n]em. Reddi igitur debere tributum, quod ex ipsa materia & forma manifestè ostendit nihil pertinere ad religionem violandam: & posse sine damno pieratis etiam Deo dicatum hominem dare tributum prophano principi, etiam non debitum, malentem obsequi quam provocare. At verò pietatem, invocationem, animi fiduciam, vota, oblationesque sacras Deo soli reddi oportere; ut & ipse Dominus Deo dedit qua Dei sunt, faciendo voluntatem patris mittentis. Hoc summam esse ait ille & medullam responsi. Singula dein ejusdem excutere adgreditur. Atque illud, ostendite mihi numisma census, sic explicatum it. Antequam sententiam dicam, eamus in rem præsensem; videamus quid sit de quo agitur. Captiosa est questio quævis, ni termini probè discernantur. Quis scit (quantum ex verbis ~~vix~~ tris liquet) an de tributo illo agatur quod pater meus lege sua à populo suo in Templum suum quotannis deferri voluit, quodque vos integrâ conscientiâ inde averttere non potestis? Facile primo intuitu id viderimus. Quasi ex ipsa dimidii scili inspectione (is enim erat tributi illius sacri modus; de quo antè ^l etiam obiter dictum est & ¹ Lib. 4. c. 5. posthac ^m nonnihil) dignosci potuit an Cæsari reddendum fuisse ⁿ Cap. 18.

tributum. Quod, pace viri tanti, rationi nimis est dissonum. Nam
 siclorum dimidiiorum uti & integrorum inscriptiones & figuræ fuere
^{Cap. 6. pag.}
^{197.} quales libro secundo ^a exhibemus. Nec quid inde de tributi sive de-
 bitione sive immunitate dignosci poterat, nedum quid de annuæ
 Templo præstationis avertione. Et quidnam omnino vetasset,
 quantum ad nummi speciem, quo minustam siclis seu dimidiis siclis
 id est numinis Ebraicis pendendum, pro dominantium libitu, fuisset
 tributum quam monetâ Romanâ. Cum igitur quod Numisma
 census D. Matthæo heic vocatur, simpliciter atque eadem ipsa no-
 tione Denarius nuncupetur Marco & Lucæ, adçò ut ostendite mihi
 numisma census & ostendite mihi denarium, idem ipsum planè si-
 gnificant, nec ^b דינרא denarius lingua Syriacâ aut Hellenisticâ aut
 Talmudicâ solùm certam nummi, ut interdum, speciem (id est quar-

^c Vide *Ma- monid. bul.* tam Rabbinis ^d sicli partem seu drachmam Atticam) denotet, sed pro
 Siklim ^e cap. 1. pecuniaæ seu monetæ qualicunque genere, ut & nummi Latinis, non
^{f. 3.} raro Ebraicis usurpetur (unde ^g דינרא pro Denario seu nummo
 Arábico, & ^h דינרא הדרינא pro nummo seu moneta Hadriani,
ⁱ דינרא טריינא pro nummo seu moneta Trajani in Talmude Baby-

^j Gem. Bab. Ionio P occurrit & illud ^k רַב־דִּנָּרְךָ הוּא לֵיהֶנְה pro eo quod est multum
 ad ist. Be- ^l pecuniaæ erat atque id genus alia plurima) cum inquam haec se ita
 choroth ^m cap. & habeant, non videtur dubitandum, quin id, quod ostendi sibi roga-
ⁿ. fol. 49. vit Dominus de solvendo tributo interrogatus, non aliud omnino

^o Gem. Bab. significaret præter ipsum monetæ genus, quodcunque illud esset,
 ad ist. Baba quo tunc tributum Romanis solvi soleret. Nam & diu antè, post
 Metzia ^p cap. 4. fol. 44b. Pompeii victoriam, & tunc solutum Romanis à Judæis tributum
 idq; diversimodè non est cur ambigamus. Perinde ac si fuisset dictum,

ex eo quod vobis met etiam ipsis, captiosè interrogantibus, ex ipso nu-
 mismate censûs seu, quod idein est, ex denariorum genere quod tri-
 buto, de quo quæreris, Cæsari solvendo adhiberi solet, satis manife-
 stum esse possit, respondebo. Ostendite igitur mihi numisma ejus-
 modi aliquod seu denarium. Nam inde quæstiōni vestræ satisfict.
 Numismate igitur ostendo, cuius est inquit imago haec atque inscri-
 ptio? Cum respondissent illi, Cæsar is, Date igitur, inquit, Cæsari que
 sunt

Sunt Cœsar is &c. Qualisnam autem fuerit imago ac inscriptio illa, à quarum forma verbisque, sequeretur quidquam Cœsar is heic sic fuisse ut ei esset dandum, saltem non illicitum esset ei dare, à viris doctis diversimodè est disputatum. Atque inde sane haud parum pendet responsionis hujus & questionis connexio genuina. Praeivit, ni fallor heic, inter doctiores seculi nuperi Cœsar Baronius Cardinalis; qui Numisma Census heic peculiare vult fuisse monetæ genus, non tantum quo Tributa ritè solvi quibant, sed quo tantum ita solvi debebant, ut in Tributi solutionem, nec alias usus, duntaxat esset cusum. Verba ejus sunt, dum in Annalibus ^{1. Epist.} Evangelii locum allatum explicat, *Moris fuit apud Romanos ut numismata pro ratione tributi vel census ab imperatoribus eunderentur nec uno semper modo eadem permanerent. Sed numismata tributorum à ceteris a usuali pecunia nummis in eo different, quod istorum pretium semper idem esset: Numismata verò Census vel Tributi, cum mutaretur tributi quantitas, eadem ad rationem tributi noviter formarentur.* Unde & nonnulli¹, ejus sequaces, denarii fuisse ipsum tributi capitatio- ^{Lucas Bar-}
gensis ad D.
 nis Judaici tunc modum colligunt. Commentura autem illud ^{Matth. 22.}
 suum ex instituto Alexandri Severi, id est ævi multò recentioris, quod legitur apud Lampridium de vestigalibus contrahendis, uti etiam ex tributorum solvendorum ratione sub Nicephoro Phoca², apud Ce- ^{Baron. 1009.}
10. ann. 964.
 drenum & Curopalatem, elicit. Certe & in numinis Britanno- rum reperiuntur qui τὸ ΤΑΣΙΑ insigniti, eo nomine Censui seu Tributo secusos esse ostendere à nonnullis creduntur. De eis & Britannorum tributis Cœsaribus pensatis, vir doctissimus Guilielmus Camdenus³, *Ad hoc olim, inquit, percussum certum genus nummi putavi, cum in sacris literis Numisma census disertè appellatur, & Hesychius Klῶτρον νομισματός ἔπικεφαλάς interpretetur. Firmusj, hoc credo quod in nonnullis Monetariis pecuniam signans exprimitur cum ΤΑΣΙΑ quod apud Britannos Denarium Tributi significat.* Et Tasgu taxare & censere uti & Tasg & Tasgiad (unde facile factum Tasgia) pro censi & Taxatione habetur in lexico Cambro-Latino Joannis Davisi S. Theologiæ Doctoris, linguae illiciis, utpote patriæ, vetustatis callentissimi. Etiam & assert in rem

suam Camdenus illud Baronii, jam citatum. Quod sane aliis viris

^a *De Magni-* summis planè displicuit, Justo Lipsio ^x, Marquardo Frehero ^y, Isaaco
^{sud. Romana} Casaubono ^z, Claudio Salmatio ^a, aliis. Et quod si quis pertendit,
^{lib. 2. cap. 3.} inquit Lipsius, nummos promodo Tributi ita cūsos, ubi igitur illi sunt?

^b *Lib. de Nu-* cur praegrandes aliqui non extant? Denique statim infinitos cūsos
^{mism. censu.}

^c *Exercit. 16.* oportuit ad pensiones totius orbis. Nihil est: & Hesychii aut Christi
^{g. 6.} verba hoc modo volunt, ipsum illud quod ex censu in Tributum da-

^d *Ad Lam-* rent, censum appellatum, atque adeo pecuniam sive grandis ea sive
^{pridium.} p. ^{216.} paucā esset. Et Claudius Salmasius, quod ad certum nummi genus

attinet, prestationi tributorum destinatum; ut voluit vir summus,
hanc scio quo pacto posset fidem mereri. Dein ea de re pluribus dis-
putat ad locum illum quo semisses & tremisses, cum vestigalia con-
traheret Alexander, cūsos scribit Lampridius. Nec aliud vult Salma-
sius numisma censu denotare quam id numeri genus quo capita-
tionis exætio celebraretur; non certum & tributi solutionibus sin-
gularē, sed omne quod tributi nomine, id est, Romanum qualecum-
que ritè solvi posset. Nec aliter inquit, *as publicus & as tributariorum*

^e *Variar. lib.* usurpatur apud Cassiodorum ^b pro tributo assibus soluto; quoniam
^{12.} tamen usus tributorum solutioni non solus, sed alias promiscuus, ut
hodieque in functionibus censualibus monetæ genus omne quod
ex moribus & sanctionibus loci ab exactoribus fiscalibus recipi de-
bet, census numisma vocari possit. Sic Isaacus Casaubonus; *Quod*
igitur Domino petenti, inquit, sibi ostendi numisma censu, exhibetur
denarius; non ita accipiendum, ut factum est à Baronio. Nam quum
vario & multiplice genere nummorum Iudei tum uterentur, propriorum
gentis sua, vicinarum regionum, & Romanorum: nullum est
dubium, quin tributum quod Casari pendebatur, in pecunia Romana
exigeretur, non Iudaica aut quavis alia. Dominus igitur Numisma
Census appellat; non certum genus numismatis, quo solo tributa solvere-
rentur: sed pecuniam Romanam, qua sola ab exactoribus ejus tributi
accipiebatur. Denarius autem Christo ostenditur, velut in exem-
plum pecunia Romana: neque id fuit peculiare aliquod moneta ge-
nus ad tributi solutionem cūsa: verum omnes denarij erant pecunia
Romana, & tam denarij quam alij nummi Romani dici poterant
Nam numisma

Numisma Census. Tametsi & ipse anteā ad locum illum Lampridiū notāset, inde posse colligi, vestigalis non modum solūm lege definitum fuisse, sed etiam certum pecunia genus præstassoni vestigalis destinatum. Frherus autem; certè peculiare pro modo indictionum nummi genus, modo gravius, modo levius, subinde fabricatum nusquam adhuc legi, & hoc ipso nostro loco dicitur prolatuſ Denarius pro Numismate Census, vulgarum & tritum nummi genus quod drachmam Atticā pondere aquaret — non igitur ratione ponderis & valoris sed forma potius certum quendam nummum Cæſar in tributo exigebat, nimirum, ut rem tandem aperiam, vul-
tu & nomine suo insignitum. Atque dein existimat formam altera parte fuisse hanc ipsam quæ superiùs^c, ubi de imaginum apud Lib. 2. cap.
3. pag. 226.

Judæos usu egimus, exhibetur. *Iam aversā parte, inquit, quid?*
forte illud ipsum quod in aureis argenteisque
frequens conspicimus PONTIFEX MAXIMUS,
vel aliud quidpiam elogy, CLEMENTIÆ,
MODERATIONI, PROVIDENTIÆ AUG.
item PERPETUÆ PACI AUG aut sale quid
adulatorium &c. Quæ planè transcritit et-
iam & adprobat Gaspar Waserus^d, de num-
mis Ebræis in usu scriptor diligentissimus
doctissimusque. Ex vultu ergo & nomine Cæſaris in numismate
viso atque à Pharisæis agnito, responsi sensum ad hunc modum se²⁰.

habuisse volunt hi. Quæ Cæſaris sunt, ita ut Dei jus nihil attingant,
danda sunt Cæſari, ut generaliter suum cuique. Hujusmodi est Cen-
sus seu Tributum ab eo jure victoriæ ac Gentium viatis impositum,
ut ex nummo hoc signato eiusdem scilicet vultu atque inscriptione
liquet; iuxta quam solūm rationem, etiam nonnulli necessariò ex
nummo illo ostendo conclusum aiunt, Aliquid^e deberi Cæſari, ut po-
te qui nummos ex singulari, quod jam nactus ibi esset, jure Majesta-
tis, idque ex ditione libenter permittentibus Judæis, percusserat,
adeoque inde satis, tum Princeps eorum, tum victor agnosceretur.
Certè sive T: ibuti nomine singulari cusum esset, ut voluit Baronius
ejusque sequaces, numismatis hoc genus, adeo ut aliis non esset
eiusdem



^f De Aus-
quis Numi-
mis Hebrae-
rum lib. 2. a.

To Ratus ad
D. Matth. 22.

ejusdem usus præter ipsam tributi præstationem, sive fortè in faciliorē, sed non solam, tributi præstationem (ut interpretatur vir præstantissimus illud Alexandri Severi apud Lampridium) idque in Iudea atque Judaicæ ditionis seu territorii respectu ac notâ singulari cuderetur, sive nummus esset tantummodo Romanus qualiscunque promiscuus, quo solo, nec alio genere tributa solvenda, ut plerique autumant; palam interea est, ex Imagine simul & Inscriptione inspeçta argumentum suum sumere voluisse Dominum. Quatenus scilicet ab interrogantibus utraque Cæsaris esse agnoscitur. Imago autem Cæsaris, quantum video tam Augusti aut Julii esse potuit, quam Tiberii. Nam Cæsaris nomen hisce omnibus, ut successoribus, pariter tributum. Nec quid obstat quo minùs, qualecunque interea genus admiseris, tam ab illis, quibus etiam süberat Iudea, quam à Tiberio, cuius tempore hoc factum est, numisma illud percuti posuisset; id est, à Cæsarum seu Imperatorum Romanorum, qui tunc regnaverant, sive primo sive secundo. Nam Tiberii & successorum idem jus; & in horum jus ille successerat. Adeo nec quæstio tam de Tiberio, quam de Cæsare seu Imperatore orbis Romani quisquis ille fuerit, facta est, tametsi Temporis ratio rem ad Tiberium planè trahat, cuius quidem diffiteri nequeo (maximè cum octodecim jam imperasset is annis) quin numisma ostensum fuisse sit probabilius. Inscriptionem autem seu epigraphen nummorum duplēcē esse nemo nescit. Obversam & Aversam. Observa in Nummis Cæsareis Principis iconi plerūque circumdatur. Aversa nunc figuram aliam, parte alterā positam, explicat, nunc aliud quid officii, pro eorum qui rei monetariæ præerant, præstat. Si Julii fuit hoc numisma, Inscriptionem obversam æquum est ut existimemus fuisse aut CÆSAR IMPERATOR, AUTOKRATΩΡ aut ejusmodi quid, ut in illius nummis. Si Augusti, CÆSAR AUGUSTUS, aut CÆSAR IMPERATOR aut quid simile juxta hujus Numismatum, quæ passim visuntur, inscriptionum obversarum discriminem. Si demum Tiberi (ut libenter crediderim) inscriptio obversa forte fuit, ut in illo superius depicto; id est TIBERIUS CÆSAR AUGUSTI F. PONTIFEX MAXIMUS, IMPERATOR, aut TI. CÆSAR, DIVI AUG. F. AUGUSTUS (qua

(qua inscriptione usus est sub id ipsum tempus, quo nummus hic à Pharisæis ostensus est) aut ejusmodi quid nomina dignitatis ac imperii continens. Ut temporum characteres seu consulatum & tribunitiæ potestatis adjectiōnem atque alia Romanæ reipublicæ magis peculiaria præmittam. Aversæ autem inscriptiones perquām diversimodè se habuere. Sed non ita rarò regiones ac provinciæ captæ aut receptæ in eis memorantur. Ut, ARMENIA CAPTA, AEgypto CAPTA, PARTHIS RECEPTIS, id genus alia habentur in Nummis Augusti. Etiam Captis à Sosio sub annum ante Christum XXXV, Hierosolymis, ab Augusto nummus (si Adol^{pho} Occoni^{fides}) ad hunc modum est cusus;

KAICAP ATGOTCT. caput Augusti.

ΙΟΥΔΑΙΑΣ ΕΛΛΩΚΤΙΑΣ. Victoria.

Palme innitens cernua in clypeo hac scribens.

Ita pars aversa ostendit Judæam captam, seu Romanis subactam, receptam, quemadmodum & postmodum in nummis Vespasiani^g Idem pag. 149. C. c. non rarò occurrit JUDÆA, & JUDÆA CAPTA, JUDÆA DEVICTA, cum captivæ interdum typo humi ad trophyum seu ad palmam de-sidentis; interdum captivi. Scd Augusti quale describit Occo nu-misma, nullibi haec tenus mihi visum, nec apud alios, qui et typa char-tis diligenter exhibit, repertum. Vespasiani autem compluria vidi quæ & passim occurunt^h. Jam vero, si inscriptio aliqua ineratⁱ Vide Baron. tom. I. ad an- aversa (nam tam aversam quām obversam simplicis inscriptionis nomine contineri posse palam est) ejusmodi quid de Judæa capta, subacta, recepta, continens unde imperium Cæsarianum atque victo-riæ Romanæ jus necessariò agnoscendum fuisset, nil apertius foret quām ex ipso quod interrogantes exhiberent agnoscerentque nu-mismate, devictos, captos, subactos à Romano se satis affirmarent, adeoque ei obedientiæ & subjectionis præstationes debitas. Nam ex jure Victoriæ & Gentium ejusdem usū tributa^j deberi passim agnitus est. Quid quòd etiam dum Tributum, Numisma Census & Denarius modo jam dicto intellectus, ita simul memorantur, li-quidò admittitur inolevisse jam morem solvendi, id est tum deditio-nem præcessisse tum solutionem ex victoris iussu non solum impera-tam sed

tam sed & velut jure à solventibus admissam. Unde enim aliás nō men illud Numismatis Census, nisi ex eo quòd quocunque vis modo Census seu Tributum ejusmodi Numismate antè ibi solvi consuetum? quod & discimus ex historiis aliis. Sed heic sacram Evangelii hac de re tantùm consideramus. Ostendo igitur numismate, simulatque agnoverunt imaginem & inscriptionem fuisse Cæsar, atque numismata hujusmodi imagine & inscriptione signata Census Numismata esse(cujus solutio licita ne esset, non utrūm ad eam obligarentur, quæsiere) tum ipsum Cæsarem sibi Principem, Regem, Imperatorem utcunque esse, ut ex ore suo pariter agnoscerent necesse est, tum sive ex victoria, sive ex federe inæquali, sive ex deditione, alterve, tributa ei pendisolere. Perinde ac si dixissent, En tibi numisma censūs, quale præstare solemus Cæsari, Augusto, Imperatori Orbis Romani, cuius pars nos sumus. Principis ejus, cui præstare soliti sumus, est hæc imago atque hæc inscriptio. Licetne tamen hoc facere nobis, qui libertati nati, nec Regem alium nobis adsciscere debemus nisi ex fratribus^k nostris? Nam & animadvertisendum est nō solum Principem Romani Orbis, Cæsarem, Augustum, Imperatorem in ipsa inscriptione (quæ Cæsaris quidem erat ipsius, non Judæorum) dici & agnosci, sed etiam à Judæis ipsis cum satis sic ac sepissime civilitè salutari, dum toties præstito antè tributo (cujus in nummis toties imago & inscriptio ejusmodi) tum imperium ejus tum obedientiam suam ac deditonem, ut devicti, profitebantur. Id verum quidem est, Romæ eo in ævo Cæsaris, Augusti, Imperatoris, nomina ex vi simplicitè sua Principem seu Regem neutquam omnino denotasse. Eorum Origines & Notiones pueri sciunt. Atqui in linguam Hierosolymitanam, etiam tunc priora duo ex Romanorum consuetudine recepta, nil aliud, velut ex vi simplicitè sua, significabant præter τὸν Basileα seu Regem aut Principem per excellentiam, & signantiūs de eo qui orbi Romano præcesset, dictum. Nam Basileus,

³ Ad iiii. Be- Cæsar, Augustus, pro eodem ipso, ut tria merè Synonyma, Hierosolymitanis sub idævi sumuntur. Legitur in Gemara Hierosolymit. fol. ii. col. 4. המניין טָלַו את רְבִי שְׁמַלְאֵי מֵה הַזֶּה דְכַתֵּב אֶל אֱלֹהִים הָא; Baal A-tana¹; בָּאֵל תָּנָה² אֶל אֱלֹהִים הָא זֶה יְדֻעַ אָמַר לְהַן הַס יְדֻעִים אֲנָן כַּתֵּב נָא אֶל בְּסִילְיָאָס הָזֶה

זה אָ יְדֹעַ כִּתְבֵּ בְּ אָמָרְ לֹו תָּלִמְדֵי רַבִּי לְאָלוּ רְוחַת בְּקָנָה לְנוּ מָה
אָתָה מְשִׁיב אָמָר לְהָן שְׁלַתְחָן שֶׁסֶת אָחָד כְּאַינְטָ דָאָמָר בְּסִילְיְוָס קִידָס
Heretici quidam rogarunt Rabbi Semlai quid illud esset
quod scriptum est^m, El, Elohim, Iehova, Deus, Dii, Dominus, Deus, ⁿ*Iosua. cap.*
Dii, Dominus, ipse novit. Respondit ille, non scriptum est ibi ipse^{22.22.}
זָוְרָעָנָתָן, sed ipse novit; quod rem explicat, cui discipuli ejus; eos
זָאָלָמוּ, refutasti. Sed quid nobis, ut recte locum illum intelligamus
responde? Responde ille. Tria illa simul sunt nomen unum, ut se
quis dicat בָּאָסָלָס, Cæsar, Augustus. Unde planè corrigendus est
codex Bereishith Rabbaⁿ, ubi de nomine illo triplici ac velut ex hoc^p.
כְּאַינְטָ דָאָמָר בְּסִילְיְנָס קִידָס אֲגּוּסְטוּס קִידָס
ut si quis dicat Basilicus Cæsar, Augustus Cæsar. Manifestò tum le-
gendum, tum quod postremum est delen-
dum, ut sic Synonymum, quod triplex, remaneat. Et de eisdem vo-
cabulis paulò post in citata Gemara R Semlai, שְׁלַתְחָן שֶׁסֶת אָחָד כְּאַינְטָ
Tria illa simul sunt nomen u-
num ut Opifices, edificatores, architectones. Planè τῷ Basilei scita
τῷ id est Regi, Cæsarem & Augustum Synonyma, ex vi sua
simplici & notione Ebræis receptissima, etiam & ipsis velut origina-
ria, fuisse apertè indicat hic Rabbi Semlai. Nemo enim nescit, rem
se non ita usque adeo habere ex origine aut usū Latino. Hinc & a-
pud magistros Babylonios^o pro κίσρ וּפְלִיגְ קִידָס aut κίσր וּפְלִיגְ κִידָס<sup>adrin. Sam.
Regē & qui Regis secundus est occurrit.</sup> Et in Novo federe simplex<sup>hed. cap. 11.
fol. 98b.</sup>
Cæsaris nomen, ut & subinde Augusti, velut appellativum pro Prin-^{D. Isidor.}
cipi, cui utcunque tunc suberant, aliquoties aliás usurpat^{P.} Unde^{19. 12. 14.}
& clamarunt Judæi se non habere Regem^q præter Regem illum^{17. 7. 25. 8. 25. 25. 25. 25.}
quem signantiūs Cæsarem vocabant, id est Principem seu Regem^{D. Isidor.}
orbis Romani cuius & Judæa ipsique pars. Et Lexicographus^r nu-^{19. 15.}
perus באָסָלָס seu Rex idem est ipsius quod^s^{Philippos Aquinas.}
Dominus & Cæsar. Ex scriptis Ebræorum scilicet loquitur. Cum^t
igitur, ex tributo numismatis eiusmodi inscriptione signati, ad mo-
rem qui diù etiam tunc obtinuerat, præstito palam professi essent
Pharisei, Principem Romanum, Cæsarem esse atque Augustum,
l. i. 2 id est

id est ipsis, ut vides, planè Regem, adeoque deditio[n]is suæ ejusque imperii ac victoriæ testes essent jam tum luculentissimi ipsi, tum qui ante tributum illud numismate ejusmodi tortis præsticissent; statim appositissimè evictum est, ex Victoriae, Gentium, Armorum, Deditio[n]is, Obedientia[s]ive inde sive ex Federe præstari solitæ jure, id ab eis Cæsari seu Regi suo, quem sic agnoscerent, præstandum, quidquid ex ejusmodi juris ratione ei deberi sic fuisset agnitus; non iconem aut inscriptionem illam ipsissimam numismatis ostensi, aut ipsum necessariò illud numisma seu denarium ostensum. Nam ita nullum ejusmodi numisma Tributi nomine solvi non debuisse. Et quis non crediderit ipsum denarium ostensum omnium eorum, qui adstantes rogarent & quibus responsum est, capitationi (nam sic puto locus capiendus; atque ea de re plura mox) tum valde fuisse imparem, tum nec plurimum fuisse, sed unius alicujus qui è sacculo aut zona præstò exhiberet? Ideò nec ab omnibus illis, quibus responsum est, tunc solvi aut debuit, aut ritè quibat ille denarius sic inscriptus. Sed ex inscriptione & imagine argumentum sumitur irrefragabile. Quæcunque juxta Victoriae, Deditio[n]is, Federis, Subiectio[n]is, Agnitionis apices, sunt Cæsaris (tametsi Principis alieni & cui armis Imperium Istaelliticum adquisitum) ea ei ritè deberi & jure sic præstanda, ut nihil ex jure divino seu Civili Ebræorum, præstationi ejusmodi obstaret. Ita nihilominus ut quæ interea Dei essent, Deo tribuerentur. Atque hic sensus est plane Nicolai Oresmii Episcopi ante annos circiter CCCXL Lexoviensis; *Inspicieni*, in-
Lib. de Mo-
veta muta-
tione cap. 6. quit, seriem Evangelii patet facile, quod non ideo dicitur Cæsare
Ad Roma-
nos cap. 13.7. deberi denarius quia eras Cæsaris imagine superscriptus, sed quo-
& vide M.
Preber. lib. de
Numismate
26. & 28. niam erat tributum. Nam, ut ait Apostolus^c cui tributum, tribu-
 ptione, & interrogantium agnitione liquebat.

C A P. XVIII.

De Didrachmi penitratione in Evangelio. Illud fuisse Tributum Cæsarianum. Reges Terræ quinam ibi. Universi Israëlitæ Filii Regum, diversis solenniis dicti. Quid ibi Filii seu liberi Regum. Semisicli seu Didrachmi sacri penitatio annua usque ad Vespasianum, Hierosolymis in sacros usus prefusa. Objectiones diluviantur.

D Tributum, de quo dictum est, attinet illud Flavii Josephi in Oratione sua ad Hierosolymitanos^u; Ρωμαῖοις ^{"Haloios lib. 6. cap. 26. § 8."} τὸ σωμῆν δασμὸν αὐτὸν, ὃν οἱ πατέρες ἡμῶν τοῖς ἐκτενίαις. *Lar.*

νων παλέσιοι πάρεχον, καὶ τέττα τυχόντες ἐπει πορθεῖσι τῷ πόλιν εἴπει Φάνετοι τῶν ἀγίων Ποσὶν Romani solenne tributum quod patribus corumpatres nostri prestiterunt, quod si repererint, nec civitatem populantur, nec sancta omnino tangunt. Ita solvi consuevit & à cordatoribus ut debitum ex jure agnoscí; utcunque intervenirent non raro qui seditione liberandos se vellent. Quin & ob responsum proculdubio sic ex Inscriptionis & Imaginis ostensæ argumento (qua de re capite superiori) nec verbis disertioribus à Christo, Phariseis de Tributo interrogantibus, datum, falso eum etiam accusarunt seniores plebis, principes sacerdotum & scribæ, dicentes^x, *hunc invenimus subvertentem gentem (nostram)* & prohibentem^z *Casari dari tributa.* Cum interim^y eum non prohibuisse palam sit tum ex responso illo Phariseis dato, tum etiam ex eo quod ipse simul & Petrus, ni fallor, idem solverit. Legitur apud D. Matthæum^y; & cum venissent Capernaum, accesserunt^z *Cap. 17. 24.* serunt (οἱ τὰ διδεχμα λαμβάνοντες) ii qui didrachma accipiebant, ad Petrum, & dixerunt ei, Magister uester non solvit didrachma? Ait, etiam. Et cum intrasset in domum, prævenit eum Iesus dicens. Quid tibi videtur Simon? Reges terra à quibus (λαμβάνοντες τὴν πόλην τῶν οἰκιών; δοῦλοι τῶν οἰκιών; η δοῦλοι τῶν αὐτοτερέων;) accipiunt Tributum aut censum? à filiis suis an ab alienis? Ei ille dixit ab alienis. Dixit illi Iesus ergo (εἰδὼς) liberi sunt filii; ut autem non scandalizemus eos, vade ad mare & mitte hamum & eum pīscem qui primus ascenderit, tolle. Et aperto ore ejus invenies statuērem. Illam sumens da eiprome & te. Palam est Christum ipsum heic Tributum

solvisse. Sed verum quidem est, viros summos existimare ac contendere locum hunc nihil ad Tributum Cæsarianum pertinere, sed ad capitulationem illam sacram iuxta quam semisiclus quotannis ex

^a Exod. 30. lege Mosaica ² Templo pendendus erat, secundum illud quod super-

^a Lib. 4. c. 5. riùs ³ diximus. Sic Cardinalis Baronius, Justus Lipsius^b, Theodore-

^b De Magis- rus Beza, Franciscus Hotomanus^c, J. Baptista Villalpandus^d, Isaacus
tudine Ro- Casaubonus, Johannes Cameron, alii; quemadmodum & interve-
guana lib. 2. teres S. Hilarius. Et tam ex eo de quo quaestio heic ab exactoribus
cap. 3. instituitur, quām ex eo quod Christus fieri solvique vult, ipsum, quo-

^a Lib. de Re- ad quantitatem seu valorem, Tributum penditur idem quod sic ex
Nummaria.

^a Terc. 2. Ex- origine sacrum erat, id est pro capite tam suo quām Petri semisiclus.

plan. In Exe- Pro utroque scilicet stater, id est, quatuor drachmæ, seu bini semisidi,

ebuc. part. 2. lib. 5. diff. 9. quos ex qualibet regione Judæi dispersi Hierosolymam capitatum

cap. 37. quotannis mittebant, τῶν ἱερῶν χειρομάτων seu pecunie sacra nomine

^a Archæolog. non semel Josepho^c dictos. At vero libentiūs ego assensum illis

^a 16. cap. 10. vi- præbeo, qui non didrachmum sacrum seu semisiculum ibi innui vo-

de stram ibi- lunt, sed ipsum Tributum Cæsarianum cuius modus erat di-

cap. 4. drachmum, nec tributo sacro omnino dispar. Ab hac parte in ve-

^a Ad D. teribus S. Hieronymus^f aliique sequaces. In recentioribus, tum

^a Matth. cap. Scriptores in commentariis perpetuis obvii, tum alii^g. Quæ affe-

17. tuntur pro parte priore argumentis precipuis statim respondebimus.

^a Vide Se- Sed primò deco quod historicum est & verbis Domini ibi adhibitis,

^a muelm Pa- paucis videamus. Rogarant Petrum exactores seu qui didrachma

titum Vari- acciperent, annon Magister ejus illa penderet? Is cum adnuerat &

ar. lect. lib. 2. cap. 1. domum intraverat Dominus ibi eum præveniens. Quid ribi, in-

quit, videtur, Simon? Reges terre à quibus accipiunt tributum vel

censum? Qui de tributo sacro locum capiunt, Regum heic nomine

etiam Deum O.M. ita contineri volunt, perinde ac si dictum fuisset,

Rex cœli, Reges terræ, à quibus tributum accipiunt vel censum? à fi-

liis suis, an alienis? adeoque id quod sequitur ergo liberi sunt filii

ad ipsum Christum attinere volunt ut Regis æterni filium ibi indi-

catum. At vero cum οἱ βασιλεῖς τὸ γῆς Reges terra signant̄ ibi di-

eti sint, & quaestio procul dubio adhibetur iuxta vulgarem verborum

usum, non omnino video qua ratione de Rege æctno, qui תְּלִילָה

מלך הארץ Rex mundi & השם מלך Rex calorum passim nuncupari ab Ebræis nec angustius terræ sic includi solet, locus omnino capiatur. Plerunque quidem cum Regem æternum à Rege mortali in locutionibus Talmudicis (ut sa:pe) distinguunt, id est Regem Cœli, adeoque totius universi à Rege aliquo Terræ, hunc רג'ם בשר ודם מלך ג'נָא Regem ^{Gennar. Hh-}
carnis & sanguinis appellant, illum sive הַקְדֵּשׁ Sanctum, Benedic-^{erosolymitan.}
etum illum, sive מלך הארץ regem Cœli aut mundi. ^{1. Beracoth. cap. 9. p. 12.}
 Adeo ut par sit admittere de Regibus tantum mortalibus quæstiō-^{col. 2. Et al-}
 nem illam institutam. At vero de quibus? an de Regibus uni-^{bis.}
 versim Terræ? an de Regibus Terræ Israelicæ? Certè locutione il-
 lâ Reges Terræ Reges per orbem terrarum regnantes multoties de-
 signari à Psalmographo verum est. Atqui & sexcenties occurrere,
 sciunt qui Talmudica scripta salutarunt, nomen simpliciter אֶרְאֵל terra pro Terra Israelicæ, unde מִצְחָה לְאֶרְאֵל (cujus abbreviatura ל' est frequentissima) extra terram pro eo quod est extra terram Is-
 raelicam, quemadmodum בָּאֶרְאֵל intra terram pro eo quod est
 intra terram Israelicam. Etiam in lingua Evangelistarum aliás
 palam hæc Terræ notio. D. Marcus ⁱ, Tenebra facta sunt per eosam ^{Cap. 15. 33.}
 Terram usque in horam nonam, & D. Lucas ^k, cum facta est famæ ^{Cap. 4. 25.}
 magna in omni terra. Nec sanè ita ad rem attinuisse videatur de a-
 liarum terrarum more interrogare, ut de Tributo ibi solvendo quid
 omnino consequeretur. Neque enim regni aut reipublicæ Israeli-
 tice jura, ad aliorum regnum neque horum ad illius amissim ^{Videbis s.}
 omnino videtur fuisse exigenda; sed ad eam quæ tunc temporis sibi, ^{Augustin.}
 qualis scilicet per victoriam & ditionem tunc reliqua fuit, erat pro-^{Quæf. EG-}
 pria; cum avito interea jure comparanda. Jam vero sic quæstione ^{angelic. 23.}
 de Tributo seu Censi, id est Didrachmorum capitatione instituâ, ^{Cf. Sixt. Se-}
 & undenam quæso Censû vocabulum Ebræis exoticum & Roma-^{nens. Biblio.}
 nos mores planè redolens, ita signanter adhibetur, si de Tributo sa-^{Sant. lib. 6.}
 cro facta fuisset) ut quereretur an à filiis Δοτὸν τῶν οὐμῶν seu à liberis
 suis an ab alienis acciperent Reges Terræ Tributum vel Censum, re-
 spōsioque dato à Simone, ab alienis, unde sequitur illud ἀργεῖ ergo
 filii seu liberi immunes sunt, id est ἐλέγειον: Quid illud de Filiis &
 Alienis? Quinam illic filii, quinam Alieni? Viderint perspicacio-^{anno. 76.}
 res,

res, utrumne quæstio sit capienda de regno Israëlitico ejusque more antè integro & veteri, ut cunque nunc accisæ ejusdem res Romanorum dominatui servirent. Nihil solennius est in scriptis Talmudicis, adeoque lingua etiam Christi seculi in usu, quam de seculis vetustissimis ita præsenti tempore loqui & disputare perinde ac si ipsa res, de qua loquuntur, jam ageretur, tametsi ad priora multo secula attineat. Inde est quod millies occurrit ימיין מקובלין מתיין דניין faciunt, adjiciunt, exeunt, accipiunt, judicant (participio verbi locum sortiente) in Scriptis dictisque diu postquam ejusmodi quid, de quo verba fiunt, natis, pro eo quod est facere, adjicere, accipere, judicare aut exire moris erat aut facultas; non aliter sanè atque hodiè non pauci viri doctissimi, veterum sive Romanorum sive Graecorum leges, etiam quæ in desuetudinem multis retro seculis abiēta, diligentius & politè enarrantes, de iis ex præsenti tempore loquuntur, perinde ac si jam nunc tum ipsæ obtinerent, tum respublie ad quas olim spectarunt, etiamnum florerent. Quod neminem fallit, cum res ipsa ex usu loquendi satis apertè intelligatur. Verbi gratia,

^{* Misn. tit. Sanhedrin.} Talmudici qui diu post excisas Ebræorum res scripsere aiunt ^{תנין}, תְּנִינָה אֶת הַשְׁבֵט וְלֹא אֶת הַנְּבִיא שְׁקָר וְלֹא אֶת כָּהּ גָּדוֹל אֶלָּא עַל פִּי בֶּן שֶׁל עָאָר וְאַין מַצְיאָן לְמִלחָמָה הַרְשָׁוֹת אֶלְמָג עַל פִּי בֶּן שֶׁל עָאָר וְאַין מַסְפֵּן עַל הַעֲרָר וְעַל הַעֲרוֹת אֶלְמָג עַל פִּי בֵּית דִין שֶׁל עָאָר Non judicant tribum, nec pseudo-Prophetam, nec Pontificem maximum, nisi ex sententia Synedrii septuaginta-unius-virilis. Neque exeunt ad bellum ultroneum nisi ex decreto Synedrii LXXI-virilis. Neque adjiciunt quid urbi aut atrii (Templi) nisi ex decreto ejusdem Synedrii. Ubi quod præsenti tempore profertur, ex usu locationis receptissimo ad morem seculorum multò superiorum, seu quibus florebat res Ebræorum, attinere nemo non videt. Et ejusmodi occurunt non pauca in eis quæ hoc opere è Talmudicis antè citavimus. Ita judicant & non judicant, adjiciunt & non adjiciunt pro eo quod est judicare soliti sunt, adjicere soliti sunt, aut non sunt sumenda. Quale pariter de ceteris dicendum. Et cum de penitati-

^{* Maimonid. hal. Sikl. cap. 1.s.8.} טובע בנהות כל ט' שיתין, aiunt de mensariis nesemisclilo loquuntur ^{לְהָסִיקְלָוּ מְמָנוֹ}, cum va sculo flagitans & ab omnibus qui dant accipiunt

cipiunt seu accipient quod tamen, uti & alia^o eju^modi non raro,<sup>Vide supra
lib. 4. cap. 5.</sup> nos in tempora præterita, quo planè spectant, vertimus. Hæc cum ita sint, anne admittendum hēic, verba illa à quibus accipiunt Reges terræ quod à Syro vertitur מִן כֵּי מִן נַסְכִּין à quo accipiunt, & מִן קָבֵלָן à quo seu à quibus accipiunt, sic intelligi posse ut de more Regum veteruni ditionis Judaicæ quæstio fieret? Qui scilicet alienis in suam ditionem redactis tributa pro libitu, juxta superius ostensa,^{Cap. 14.} semper imposuere; non item, nisi extra ordinem^q, subditis suis o-<sup>Vide Guili.
S. hikarr. de
Iure Regio c.
4. theorem. 15.</sup> riginariis. Nec siebat quæstio ut dubitantis, sed ut responsum elicien-
tis. A quibus ex more accipere soliti olim Reges terræ hujus tribu-
tum aut censum, qualis hic est, scilicet annum seu perpetuum & pro libitu impositum; à filiis suis an ab alienis? At obiecto obvia est; si hoc admittatur, Israëlitici regni vetusti seu simpliciter sine Romanorum dominatu sumti, cives seu subditi omnes, Filii seu Liberi Re-
gum nuncupabuntur. Qua illud ratione tolerandum? Certè non ita absonum est credere, eos fuisse velut diverbio seu gentis idio-
tismo ob singularem generis & reipublicæ sanctioris dignitatem no-
bilitatemque, ab Ebræis ipsis sic dictos. Neque enim semel occurrit in Talmudibus illud R. Simeonis, velut vulgari usu atque existima-
tione notissimum. כָּל מִלְכִים הָסִירְאֵלִים כָּל מִלְכִים הָסִירְאֵלִים
filii seu liberi regum. Sic in Misna^r, sic in Gemara Babylonia^l. Ra-<sup>Tir. Sab-
bath cap. 14.
g. ult.</sup>
tio seu ansa usus diverbii huiusmodi est. Ubi disputatur de obser-
vatione Sabbati, quæstio intervenit, utrumne Judæo liceat eo die li-
quoribus aut olco se perfundere seu tingere? Scilicet utrum inde ba Metzia
quietis præceptum violaretur? Ea de re Misna jam memorata; אַחֲרֶת
בְּמַתְנֵנוֹ לֹא יִסּוּךְ יְהוָה כִּי הוּא אֶת הַטְמָן וְלֹא שְׁמַן וְרַד בְּנֵי
מִלְכִים סְכִין שְׁמַן וְרַד עַל מִכּוֹתָה שְׁכִין דְּרַכְנָם לְסֻוךְ בְּחֹלֶן רַבִּי טַבְעָון אוֹמֵר
כָּל יִשְׂרָאֵל בְּנֵי מִלְכִים הָסִירְאֵלִים Cui dolent lumbi, ei nec infundere licet
(Sabbato) vinum aut acetum, at verò oleum licet. Modo nemp̄ mi-<sup>Ad ist. Ba-
bath cap. 13.
b. Et ad 111.
Sabbath cap.
18. fol. 128. a
Et Gedess
Maimonid.
hal. Sabbath
cap. 21. fol.
115 a.</sup>
nim̄ oleum illud sit rosaceum. Filii seu liberi Regum in vulneribus seu
plagiis suis infundere solent etiam oleum rosaceum (in Sabbato) quo-
niam similiter (deliciarum seu voluptatis causâ) se oleo illo diebus pro-
festis imbuere solent. At verò respondit R. Simeon, Vniverſos Israeli-
zas esse Filios seu Liberos Regum. Ita scilicet haberi, nuncupari. Quod
K k k k & admit-

& admittitur omnino in Gemaris; tametsi de olei rosacei in Sabbatho usu omnes cum R Syneone non convenient. Sed ut ut se res de diverbio hoc habuerit, palam est, liberorum seu filiorum nomine ipsum populum, cives, subditos regni Judaici venisse. Nam licet primariò dicti sint universi filii seu liberi Israel id est בְּנֵי יִשְׂרָאֵל ex natalibus, adeoque parentis & posterorum in locutione illa ratio ex ipsa origine habeatur; nihilominus ex usu, qui sequentibus seculis inolevit, dicendi, filii seu liberi Israel ut filii seu liberi Ammon, id genus alia, non tam natalium originem quam ipsum populum Israelicum, Ammoniticum, seu populi, qua populi simplicitè, universitatem, denotarunt. Et sanè apud Hellenistas בְּנֵי יִשְׂרָאֵל quod filios & liberos Israel plerunque sonat, nunc etiam vertitur אֶחָד וְיַסְעָדָל.

^{¶ Paral. 2. 10.} *domus* ^t Israel, nunc αὐδόπει ἰσραὴλ ^u Homines seu populus Israel. Et ^{Jerem. 16. 14.} pro eo quod est^x Excelluit Sapientia Salomonis Sapientiam ^{כָּל בְּנֵי} קְדוֹם omnium filiorum Orientis, habent illi πάντων αἰχματῶν πάντων omnium antiquorum hominum; ταῦτα notione illâ sumto,

^{¶ 1. Sam. 17.} quaitem significat antiquum. Quin etiam pro בְּנֵי πάτερ singulariter id est filius meus, occurrit ^y apud eos λαός μες populus meus. Accedit ^{53.}

^{x 1. Reg. 4. 30.} locutiones illas בְּנֵי קִידוֹשִׁים filios federis, בְּנֵי ברית

^{¶ Exod. 4. 23.} rum, id genus alia, passim usurpari pro hominibus, nullâ natalium ratione habitâ, federe Iudaico comprehensis seu in Judaismum qualitercumque cooptatis & hominibus qui ritè sponsalia inire possent. Quæ cum ita sint, quid verat quo minus illud à filiis suis etiam hinc sumatur pro eo quod est à populo suo seu hominibus suis, id est Judæis, quemadmodum & *an ab alienis*, pro populis alienis & in Judæorum potestatem victoria seu deditio redactis. Quin & cum Reges patres patriæ dicantur, facile evenit ut populus filiorum seu liberorum nomine indueret. Responsum est igitur, si hoc admittatur, ergo immunes sunt Filii, immunes scilicet Judæi seu populus Judæicus avito & singulari privilegio gaudentes. Si morem scilicet qui hac in terra obtinuit, avitum respiciamus, immunes sunt. Nunc vero, ne offendiculo nos simus hisce, qui novo apud nos jure, Victoriae scilicet, Deditiois, aut quocunque alio superinducto, Tributum vel Censum perpetuum exigunt (ut inque more avito & qui olim in usu,

usu, liberi seu immunes Israelitæ cuncti fuerimus) missâ de jure aut more nunc quæstione, solvamus. Ideoque statem id est bina didrachma, pro te & pro me solve tu. Nec puto paraphrastem Syrum aliud omnino præter tributum Cæsarianum heic intellexisse. Nam eodem ipso nomine quo Tributum seu Censum tum in Gamalielis oratione, ubi Judas Galilæus memoratur, tum in altero illo Evangeliorum loco de Numismate Censûs indiget, etiam didrachma hæc vocat; scilicet קְרָבֵת כַּפְנָה argenteum capitatiōnis. Quæ alii heic habent obvia sunt. Et quod nos jam afferimus potius in Disquisitionem quam Assertionem concessimus. Quod si Reges Terra de Regibus per orbem Terrarum regnantibus ibi capiatur, adeoque morem innuatur fuisse, à filiis Regum generatim Tributa non accipi, conclusio de filiorum, ex jure avito, libertate ad Christum solum spectabit, utpote Davidicæ stirpis Regum filium. Nam de Petri libertate ibi nil dictum, nisi modo jam ex locutionis formula, quâ Omnes Israelitæ Filii seu liberi adeoque populus Regum dicti, admisso. Neque enim aliter Petrus Regum filiorum nomine contineri quibat. Sed verò objiciunt qui de sacra semisicli pensatio-ne annua locum capi volunt; Tributum illud Judæis impositum fuisse centesimam partem bonorum uniuscujusque patris familiâs; non ergo fuisse dimidium sicli seu didrachmum, sed varium pro rata cujusque bonorum parte. Et pro centesima citant Appianum. Item Tributum didrachmi heic fuisse voluntarium, nec ad cuius solutionem quis cogendus esset. Quod dici nequit de Tributo Cæsariano. Alia afferuntur, sed quæ hisce dilutis, planè nihili sunt a rationi satis dissona. Quod ad priorem objectionem attinet; ea na-ta est ex Appiano perperam intellecto. Εἴτιν, inquit ille², ἡ γδαῖοις ἀπαντοῦσι Φόρο τῶν σωμάτων βαρύτερον τὸ ἄλλης περισσότερον. Εἴτιν γὰρ Σύροις καὶ Κιλικίοις ἐπιστρέψασθαι περιμένουσι τὸ εἰαστὸν Iudeis cunctis tributum capititis gravius est quam reliquarum facultatum. Est etiam Syris & Cilicibus annum centesimum promodo cujusque cen-tus. Allatis his Justus Lipsius³ dubitanter subjicit, efficiatur ex ser-monis nexu Iudeos centesimam dare, sicut & Syros & Cilices pro capiatis tributo. Quo sensu? inquires. Ut magis capias: solvere quis-
dem illos

² In Syriae.³ De Magnitudine Romanorum lib. 2. cap. 2.

dem illos & pro agris & pro opibus; sed estimatione omnium facta etiam Centesimam pro ipso capite dare. Hoc tale est, ut si decem milia aureorum in censu habeam, solvam ex eis annua centena. Atque hinc alii viri docti Centesimam eliciunt tributum Judaeis impositum. Sed vero nihil eiusmodi ait Appianus. Capitationem Judaeorum ut singularem & gravissimam memorat. Centesimum ad Cilices & Syros tantum spectat. Nec quomodo trahi possint ad centesimum Judaei ibi, omnino video. Et gravissimam illam capitationem existimo fuisse ipsam didrachmi Cesariani praestationem per capita annuam. Quam scilicet ex imitatione parilis pensitationis semifisci seu didrachmi sacri inductam, iniquum non est ut autememus. Nempe cum in Judaicis rationibus ac institutis viderant Romani, didrachmi capitationem sacram non solum in ditione Israelicita, sed passim per orbem terrarum inter Judaeos obtinere, inde punto mensuram tributi Cesariani, utpote aequalis, imponendi sumptare; non dubitantes quin nemo magis imparem, ob census seu opulentiae inopiae discrimen, solutionem eiusdem quam sacri didrachmi causaretur, utcunque cuilibet præstatio annua jam dupla esset. Tam Cesar, quam in Sacros usus. Nam nec illud prætereundum, didrachmi sacri solutionem seorsim mansisse usque in Vespasiani temporacum item ad Romanos etiam ipsum transferebatur. Josephus ^b de eo; Φόρον δὲ τῆς ὅπλης δύπολος καὶ τὸν ἴχθυόντος ἐπέβαλε, δύο def. I. Bup-δερχμας ἔκαστον κελύσσως αὐτὰ πάντα ἔτη εἰς τὸ Καπετάλιον Φέρει, rist. Villal-ώστερε τετέρην εἰς τὸν Ἱεροσολύματα νεῶν σωματίλοις, Tributum, a-explan. in E. bicunque degerent Iudeis indexit, binas drachmas jubens quotannis Zech. part. 2. deferre eos in Capitolium, quemadmodum ante in Templum consu- lab. 5. diff. 3. lerant Hierosolymitanum. Hinc tantundem Zonaras & Xiphilinus. sap. 57.

Quod & in primis advertendum, quoniam doctorum aliquot hallucinatio habetur ingens, dum didrachma illa in Evangelio ipsissimos quidem fuisse semifiscos sacros volunt, sed à Romanis in Tributum Cesarianum sub Tiberio interversos. Cum manifestum sit ante hoc Vespasiani edictum, semifiscos illos templo Hierosolymitano pendi ex lege sacra solitos; quod & ex Josepho alibi non semel licet elicere. Objectio vero altera, de eo quod est didrachmi solutionem

nem fuisse voluntariam, non item Tributi Cæsariani, error est manifestus & institutorum morumque Ebœorum inscritia insignis. Certè nihil video in verbis Evangelii unde voluntariam fuisse quis eam omnino autem. Neque certe λαμβάνοντες accipientes aliud ibi denotat quām qui solvere detrectantes tandem cogere possent. Nam & idem vocabulum usurpatur de Regibus Terræ. *A quibus Reges Terræ accipiunt &c.* Dubitandumne de Regibus tam cogentibus quām accipientibus illud dictum? Ergo pariter sanè utrobique. Sed revera palam est ex institutis ac more Ebœorum in didrachmi sacri seu pensitationem semisicli annuam in sacros usus, post vicesimum quintum mensis Adar neminem invitum non, pignore capto alterve, fuisse quotannis adigendum. Quid videre est tum in eis quæ supra^c de semisiclis his obiter è Talmudicis attulimus, tum apud Sa-^{Lib. 4. cap. 5.} muelem Petitum^d, qui cum primis hac de re consulendus. Ita eva-^e nescit plane objectionis illius vis. Atque cetera quæ impugnare^f solent sententiam hanc de Tributo Cæsariano illic intelligendo, ex ^{Var. Lett. lib. 2. cap. 1.} eis quæ supra memoravimus satis puto dilui possunt.

C A P. XIX.

De Servitute Personalis seu Libertatis naturalis deminutione, quatenus ex Jure Gentium aliarum Bellico, juxta Ebœorum disciplinam, ea sequeretur. Discri-
men inter Servitutem personæ inhærentem, seu intrinsecam & eam qua in
ministeriis tantum servilibus cernitur seu extrinsecam. De illo Iudaorum,
in Evangelio, Nemini servivimus unquam. De Captivis & more eorum,
apud Ebœos, redimendorum.

DE Tributis, ex Belli, Victoriae, Deditio[n]is, Federis jure, ab Ebœis, aliarum Gentium Principibus, agnitis præstisque haec tenus actum est. Sequitur ex instituto, ut de Libertatis Personalis deminutione seu Servitute personali, quatenus ex eiusmodi Jure, eam ipsi in Captivis alienis in bello ab aliis captis admiserint, videamus. De Personis five ex aliis five ex ipsis bello captis testimonia luculenta. Maimonides^e ad Hal. Aib-dim^f cap. 19. מלך גוי שעתה מלחמה והביה ומכרה. שביה ומכרה בן אס הרשה לכל מי שירצה שילך ויגנוב מאומה שהוא עותה עימה Kkkkk 3

עמה מלחמה שיביא וימכור לעצמו וכן אם הוי דיןו שכל מי טלית
יתן המס ימכר או מי טעה כך וכך או לא עשו ימכר הרוי דין
דין ועבד הגלחה בדין אלו הרוי הוא כעבד בגני לכל דבר גוי שקנה
נו לעבדות לא קנה נופו ואין לו בו אלא מעשה ידיו ע"ה וכן אם
מכה לישראל הרוי גופו קנו לישראל Vbi Rex quispiam Gentilis ca-
ptam bello abduxerit eamque vendiderit, aut cuiilibet qui voluerit
edicto indulserit, ut si quem ex Hostibus captum adducat, eum ei ven-
ditum fore, atq; ita si decreverit Rex Gentilis, quemlibet tributi (pro
jure ac moribus variis) præstationem detrectantem, vendendum, aut
quid aliud facientem aut non facientem, id est jussis Regiis nō paren-
tem, vendendum; quod sic decreverit vim habet. Et servi empti ex hu-
jusmodi decretis & Servi Cananei par omnino est ratio; ita tamen ne
ubi Gentilis acquiritur Gentili Servus, Persona ejus non fiat dominus,
sed tantum Opera Manuum seu ministerii ejus. Cum nihilominus si
vendiderit eum Israelite, etiam Persona ejus tunc fiat emtoris.
Distinctionis de Opera & Persona sensus est; singulare heic jus fuisse
Ebræorum quo Servitus seu status servilis Personæ etiam servi inh-
sisse censebatur, adeo etiam ut sine libello manumissionis (de quo,
satis supra^f) personæ veluti naturam mutante, libertatem nancisci
nequiret, id est, ut servitus ncutiquam deleri posset ulla formula sim-
plicissive verborum sive actuum sine libello manumissionis; quem
dare cogebatur à foro dominus, quoties causa esset manumissionis

^aGem. Bab. ^bGlos. ad ^csit. Gittin c. 4. fol. 38w. ^dVide ad sit. Iabimoth cap. 4. fol. 45. ^e46.

Eiusmodi vero fuisse servitutis apud Gentes alias jus,
ut personæ ipsi non inhæreret, sed ut circa libellum manumissionis li-
bertatem ritè posset servus earum adipisci, idque interdum ex actu
nudo, quocum servitutem ipsi constare Ebræi non agnoscerent; id-
que domino invito. Veluti si servus ejusmodi, nondum ab Israe-
lita adquisitus, nomine libertatis fieret Proselytus. Nam dein pro-
ingenuo habebant Ebræi. Et scimus satis ex iu. Cæsareo, idque
vetustissimo, leviculis ex causis, sine libello, libertatem ritè acquiri
^fPersonæ sa- ^gveluti ex vindicta quâ una Quiritem ^hvertigo faciebat. Et si servi
tyr. 5. dominii funus apud Romanos, antecessissent pileati vel ipso lectulo
ⁱC. de Latina stantes cadaver ventilare viderentur, atque hoc ex voluntate fieret
Libertate collenda. ^jVel testatoris vel hæredis, siebant illico cives Romani. Alia fuere
ejusmo-

ejusmodi non paucatum Romæ tum alibi, unde servitus desinebat.

Cujus rei apud Ebraeos ratio est quoniam, ut aiunt^k לֹא הָמִין כּוֹנִים, Gentilium alter alterius non acquirit personam ipsam, ^{*Gem. Bab. ad tit. Git. tin. cap. 4. fol. 38 a.}

sed לְמַעַשָּׂה יְהוָה in quantum ministerium & opera ejus ei possit esse ^{38 a.} usui. Summa est, Servitudem Ebraeos admisisse ex jure Captivitatis tam inter Gentes alias quam apud se ipsos; ita tamen ut rem sic distinctione interpretentur; nullibi haberi Servitudem merè Personalem seu statum Personæ inhærentem servilem apud Gentiles; sed tantummodo velut liberorum hominum Captorum seu Possessorum Operam & Ministeria esse id quod nomine Servitudis apud illos veniret. Quemadmodum & inter ditione à se seu federe

inæquali receptos, juxta superiùs ¹ ostensu. Apud scipios autem, ^{Cap. 14.}

Servitudem etiam (velut ex iure atque prærogativa singulari) fuisse tum in bello capti tum servis Gentilibus emis, merè Personalem, seu Personæ ipsis, ut characterem Libertatis omnimodæ amissæ naturalis, inhærentem. Nimirum Intrinsecam illam Servitudem (quam tum ipsi tum Romani dicere solent cognatione omnimodâ seu iure omnimodo sanguinis carere; cuiusq; effectum primarium faciunt ut possideretur ipse potius velut jumentum quam quid possideret servus, nec iure nuptiali sed contubernio tantum frueretur) non omnino voluere obtinuisse alibi quam in servis Gentilibus à scipiosis adquisitis. Aliarum autem Gentium servos qualiscunque adeoque scipios ab aliis Gentibus captos emtosve (& sui tantum puto gratia discriminis hoc commenti sunt) Extrinsecam tantum serviisse Servitudem seu eam qdlibet libertatis cum civili interim obedientia conjunctæ dignitati (quacum & jura sanguinis & Domini, & Nuptiarum, alia quæ hominum sunt undiquaque liberorum, manent) non omnino opponitur. Quod quidem satis mirum. Sed ea de re non disporto. Sic igitur intellexere illud de Ebrais ipsis captis apud Ezram; servi sumus, inquit^m, & in servitute nostra nos non derelinquit Deus noster, sic alia id genus non pauca in federe veteri. Etiam in Maccabaicisⁿ, congrega dispersionem nostram, libera eos qui serviunt gentibus. Josephus item de Pompeii victoria, quā in directionem Romanam primò redacti Judæi; τινὲς ἐλλήσσαν ἀπεβάλ-

^m Ezr. cap. 9.9.

ⁿ 2. Maccab. 1. 27.

^o Archaeolog. lib. 14. cap. 8.

λορδού

λογίου καὶ τελέσθεις Ρωμαῖον κατίστημεν Libertatem amissimus, facti jam
Holo. lib. 6. cap. 26. gr. II. ditionis Romane. Et de Libertate & Servitute Judæorum plura ille^e
 dicitur. in oratione subinde illa sua prolixa ad Hierosolymitanos. Et cen-
Idem lib. 18. cap. I. sum in Tributorum solutionem, apertam Servitutem vocabat ^qJudas Gaulonites. Sed in hisce juxta mentem Talmudicorum, Liber-
 tas & Servitus non opponuntur, quâ Servitus & Libertas personalis
 in statu seu conditione intrinseca hominis seu בנוּ פְנֵי juxta disciplinam
 eorum, considerantur, id est respectu domini qui jure, Ebræorum
 moribus non dissimili, sive possideret sive manumitteret ipsam servi
 personam seu corpus; sed quâ relatio sic innuitur inter ipsos & Prin-
 cipes qui jure belli eos ad Tributa & Ministeria quæ מִשְׁׂרָה יְהוָה
 operam manuum eorum ut olim in Aegypto etiam, huncupant,
 seu Servitutem Extrinsecam adegerant; non Intrinsecam seu Per-
 sonæ inhærentem; quam nullibi reverâ nisi in Gentilibus quos in
 Servitutem ejusmodi sive ceperant sive emerant ipsi, locum habere,
 ut ostensum est, volebant. Singularem huiusmodi gentis suæ hac
 in reprærogativam ostentant. Ita ut nec alii, nedum ipsi (utcun-
Ora. De Provinciis confularibus

Servitutis modum à principe aliquo Gentili quomodo cumque re-
 dacti, aliûsmodi reverâ fierent Servi, quâm quales simpliciter sunt
 subditi seu in ditionem munerumque ac ministeriorum præsta-
 tionem civilem, promorum & locorum discrimine, recepti; quem-
Mat. lib. 17. 26. admodum & scimus δύναμις ἐλεύθερος seu liberos simplicitè in Evan-
 gelio dici qui præstationibus ejusmodi immunes. Quæ cum ita
 fuerint, annon lux hinc exceptioni illi Judæorum, quâ mirati sunt
 se à D. N. Jesu Christo in Libertatem ex disciplina invitatos; quasi
 antè illâ ipsi carerent. Dicebat^t Iesu ad eos, qui crediderunt ei, Ju-
 daeos, si vos manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis. Et
 cognoscetis veritatem & veritas liberabit vos, scilicet ἐλεύθερος
 ὑμᾶς. Li verò æquo animo non sustinentes vocabulum illud libera-
 bit, utpote quod Servitutem illam intrinsecam præeuntem in ipsis
 innuere suspicabantur, responderunt ei, Semen Abrabam sumus καὶ
 ἀδει δεδελχαρι τώποι & nemini servivimus unquam; quomodo
 tu dicas ὅτι ἐλεύθερος γίνορε, liberi eritis. Respondit ei Iesu, Amen
 Amen

D. Ioann. cap. 8. 31.

Amen dico vobis, quia omnis qui facit peccatum Servus est peccati. Servus autem non manet in domo in eternum. Filius autem manet in eternum. Si ergo vos filius liberaveritis, verè liberi eritis. Patres aliquot vetusti dictum illud Judæorum, velut hominis inflati ac arrogantis characterem esse judicant, etiam & mendacium manifestum. Cum toties Judæi servitutem servissent, Ægyptiis, Babylonii, Romanis, quibus & tunc serviebant. At vir summus^u in exercitationibus nuperis, *Mihi verò non videtur, inquit, dubitandum* eos qui hac dicerent ad fedus respexisse ac Legem, cui qui hærerent, ^{"Daniel Heinssius in Aristeo, sacropag. 903 edit. 1630."} usitato paradoxo liberos dicebant, qualis בָּן חֶרְמִין filius nobilium, seu liberorum, hoc est liber dicebatur, unde illud in capitulij, quæ vulgo patrum dicuntur; nullus nisi qui in legis se exercet studio, pro libero habetur. Tales autem minime esse poterant, qui extra fedus essent, qui ἀλλόφυτον δελέας que ab illis vulgo οὐρά δicitur, amplectebantur &c. Non ut serviisse unquam se negent, sed ut ex prærogativa, quod jam dixi, federis ac legis liberos se esse ostendant. Planè ut in Stoicorum scriptis sapientem esse liberum, Epictetum item nunquam serviisse, ad electionem sive τὴν περιγραφὴν refertur, sicut sapientem, etiam cum servit, servire negant Stoici. Per pulchrè sanè. Sed verò, cum manifestum sit servitutis negationem, in Judæorum illo dicto, tam ad gentem ipsam attinere totam seu Abrahæ semen (quo nomine solos Israëlitæ, non Ismaëlitæ aut Edomitas contineti ex veteri traditione volunt^x; utcunque tam hi quām illi reverà ex Abrahæ posteris) quām ad ipsos qui illo uterentur, nec eos gentis suæ partem aliquam, servitutem illam intrinsecam seu quæ statum hominis personalem mutat, unquam serviisse ex disciplina sua admitterent, nec Gentilibus sive Ægyptiis sive Babylonii sive Romanis Servos omnino aliquos, nedum scipios, fuisse qui huiusmodi servitutem servirent, (ut dictum est) nec aliam demum servitutem serviisse se unquam decernerent, præter illam quæ libertati intrinsecæ seu personæ inhärenti non opponi solet, sed in operis & munerum præstationibus ac obedientia civili tantum consistit; nonne illam solum Servitutem Intrinsecam Terviisse se unquam hcic negant, ex

LXXXI disciplina

disciplina avita edocti, non alteram illam seu Extrinsecam, quæ in populo sive devicto sive in deditioem recepto nullibi non agnoscere? Et quod sequitur in eo quod monet Christus, qui facit peccatum Servum esse peccati, ostendit etiam, ni fallor, Servitudinem & Libertatem ibi memoratam non aliam esse quam merè intrinsecam illam seu Personæ inhærentem. Conjecturæ venia detur. Jam vero de Captivis, ut iure apud suos fruerentur postliminii, redimendis ita

^{1 Mijas. 11. statuebant;} ² מִזְבֵּחַ תְּקוֹן; ³ מִזְבֵּחַ דָמִיהן; ⁴ מִזְבֵּחַ תְּקוֹן הַעֲלָוֹת non redimendos esse captivos pretio majori quam valerent nec in fugam pelliciendos; utrumque, ob commodum publicum. Hoc, ne alienus fuga irritati custodes in ceteros inde nimirum savirent; illud, ne, ob grandioris pretii spem, hostes frequentius capturæ assuescerent. Sed Captivitatis jus, seu Servitudis, qualem diximus, insequentis, satis ita agnoscebant. In decretis autem ac monitis suis de Charitatis ac Municientiae Officiis sive erga pauperes sive opera publica, veluti urbiuum muros, Synagogas, aut alia ejusmodi sive extruenda sive reficienda, locum principem obtinebat Captivorum redemptio (quod obiter advertere licet) alii quibuscumque ejusmodi officiis longe

^{5 Gem. Bab.} שְׁבִיּוֹן קְדֻסֶת לְפָרָנֶת עַנְיָס; ⁶ anteponenda. Unde inquiunt ⁷ זְבַח בָּבָה ad 11. Baba Bathra cap. 1. וְלִכְסֹתָן; ⁸ ואֵין לְקַדְשָׂה גְדוּלָה כְפָרִיוֹן שְׁבִיּוֹן Redemptio captivorum f. 3. & Mai. anteponenda est officio pauperes sive victu sive vestitu sublevandi. mon. balach. Neque [in rebus ejusmodi] habetur preceptum aequalē ei quod de Ainiim cap. redimendis est captivis. Quin ad hosce in primis attinere volunt

⁹ præcepta² de munificentia, clementia, charitate erga inopes fratres

¹⁰ Denser. 15. traditā. Quorum in numero primarium hos habere aiunt locum, 7. Eccl. Leb. 19. 16. & 25. quoniam non modo victu egebant & vestitu, sed in horas, ex dominantium arbitrio, & vita & honestatis periculum subibant. Etiam & Servum qui Judaismum suscepserat, captum pariter redimi volebant, nisi quid contra Legem (pro sui conditione) commisisset. Tunc enim etiam פְּרַחַת וְאַסְרוֹר verita est ejus redemptio. Pro sexū item Dignitatis, Natalium, qualitatum aliarum discrimine, alii ante alias, si omnes simul commodè redimi nequirent, erant redimendi.

Antepo-

Anteponebatur plerunque foemina viro; quod etiam in eleemosynis utcunque erogandis obtinuit. Ratio redditur de redemptione,Ratio redditur de redemptione,
viro **quoniam** **viro**
facilius **est** **multo** **redire** **quam** **famine**, **cujus** **etiam** **pudor** **major**.
At **verba** **Misnæ**^b **sunt**, **וַיְמִדֵּן** **בְּקָלְקָלָה** **הָאִשָּׁה** **בְּזֹאת** **טִשְׁנִיהָן** **וְמִתְחַדֵּן** **בְּקָלְקָלָה** **הָאִשָּׁה** **בְּזֹאת**
ubi **uerique**, **nescelere** **inquinarentur**, **jus**^c **ad** **esse** **metus**, **vir**
fœmina **anteponendus**. **Id** **est**, **ubi** **pariter** **uterque** **concubitus** **peri-**
culo **apud** **hostes** **tentaretur**. **Quoniam** **gravius** **foret** **in** **masculo**
scelus^c, **ideo** **ipse** **potius**, **si** **uterque** **codem** **tempore** **ne** **requiret**, **redi-**
mendus. **Et** **de** **Dignitatis** **heicatque** **Natalium** **discrimine** **Maimo-**
nides **הָיו** **לִפְנֵינוּ** **עֲנֵי**^{c. 8.} **ס** **רְבָה** **או** **טוֹבִים** **כֶּדִי**; **וְאֵין** **בְּכִים** **כֶּדִי**
לְפָרָנָס **או** **כֶּדִי** **לְכָסּוֹת** **או** **כֶּדִי** **לְפֻחּוֹת** **אֶת** **כָּלֵן** **מִקְדִּימִין** **אֶת** **הַכָּתָן** **לְלִי**
וְלִי **לִיְצָאָל** **וּיְצָאָל** **לְחָלָל** **וְחָלָל** **לְפַתּוֹקִי** **שָׁתוֹקִי** **לְאַסּוֹפִי** **וְאַסּוֹפִי**
לְמִזְוֹר **וּמִזְוֹר** **לְנָתָן** **וְנָתָן** **לְגַרְגַּרְגָּתִין** **גָּדוֹל** **עַמְנוּ** **בְּקָדוֹשָׁה** **וְגַרְגַּדָּם**
לְעֶבֶד **מַטְחוֹחַ** **לְפִי** **שְׁהִיא** **בְּכָלָל** **אָרוֹר** **בְּדָא** **כַּשְׁהַיָּוֹן** **שְׁוֵין** **בְּחַכְמָה**
אָבֵל **אָסְטָה** **הָהָן** **גָּדוֹל** **עַם** **הָרֶץ** **וּמִזְוֹר** **תָּלִמיד** **חָכָם** **תָּלִמיד** **חָכָם**
קוֹדָם **וְכָל** **הַגּוֹל** **בְּחַכְמָה** **קוֹדָם** **אֶת** **חֲבֹרוֹ** **וְאָסְטָה** **הָיָה** **אֶחָד** **מֵהֶן** **רַבּוֹ**
או **אָבִיו** **אָעֵפֶם** **שִׁיטָּש** **שָׁם** **גָּדוֹל** **מֵהֶן** **בְּחַכְמָה** **רַבְּבָאָו** **אָבִיו** **שְׁהָוָא** **תָּלִימִיד**
חַנְטָס **Si plurimorum** **sive pauperum** **sive captivorum** **habeamus simul rationem, nec sufficiat saccus,**
sive ut victu & vestitu pauperes, sive ut redemtionis pretio captri subleventur pariter universi, Sacerdos Levita est preferendus, Levita Israelita (qualem Laicum dicimus) Israelita profano
(nato ex coitu singulari Sacerdotibus jure interdicto. Nam Israe-^d
litæ nomine eos, quibus optimi juris natales sine ullo defectu essent, nos fuisse l. i.
quoties ad hunc modum loquuntur, denotant) Profanus ei qui pa-
tre incerto sed certà matre natus, hic verò ei qui, velut expositus, ne in Ponti-
casu reperiretur (modò Ebræum esse satis constaret, tametsi paren-
tum neuter dignosceretur) ita repertus Mamzeri (ex damnato no-
mine seu turpitudinis coitu, excepto mulieris mensibus labo-
**rantis coitu progenito) Mamzer Nathineo^e, Nathineus Proselyto.^f
Nam Nathineus magni apud nos habitus est ob Sanctitatem singu-
larem. (Ob ministeria scilicet circa templum, unde ceteris Prosely-
Digitized by Google**

tis anteponebatur) *Proselytus autem Libertino seu servo manumisso,*
^{Gen. 9.25.} *quoniam hic fuerat (servi nomine) omnino maledictus. Quia au-*
tem diximus locum habent, ubi sapientia non fuerint impares. Nam
si Pontifex etiam maximus Sapientie esset ignarus, Mamzer vero
Sapientis discipulus (id est; hic Legis gnarus, ille nescius esset) disci-
pulus Sapientis preferendus erat. Et quisque alteri pro Sapientia
dignitate preferendus, ita tamen ut, si inter eos reperiret quis patrem
suum aut Magistrum Sapientis itidem discipulum, eorum uterque a-
liis quibuscumque Sapientia etiam praecellentibus anteponi deberet.

Ettotidem fere verbis idem (atque id genus plura quæ statim damus)

^{8 Tit. Horai-} *habes apud autorem Misnæ & in Gemar. Babylonii* ^h *verò;* ⁱ *תנו רַבֵּן הִיא הָוָא וְאַבְיוֹ וּרְבוֹ בְשֵׁבֶת הָוָא קָודֵם לְרַבּוֹ וּרְבוֹ קָודֵם לְאַבְיוֹ Obadiah Barrenorius.* *Tradunt Rabbini nostri; si quis cum patre suo & Ma-*

^{9 Gemar. Ba-} *gistro suo captivus teneretur, ipse Magistro præferendus & Magister*
bylon. ad Patri. Mater verò utrig. anteponenda erat. Tantundem etiā Hiero-
dict. sit. cap. folymitani ⁱ; *quibus ratio item adjicitur Magistri heic prærogativæ,*
^{3 fol. 13. a.}

^{10 Gemar. ad} *שָׂבְעֵי הַבַּיּוֹן לְחֵי הָעוֹלָם הַזֶּה וּרְבוֹ שְׁלִימֹדוּ חֻכָּמָה הַבַּיּוֹן לְחֵי*
^{11. Horai-} *quoniam pater ejus vitam ei dedit in hoc seculo, sed Ma-*
^{ioth c. 3. fol.} *gister qui docet eum Sapientiam, dicit eum in vitam seculi futuri.*
^{48. coh. 2.}

De Magistro loquuntur qui Misnas seu *דְּבָרָתָיו* atque veterum Traditiones doceret, non qui Scripturas tantum. Diserte ibi *שְׁלִימֹדוּ מִשְׁנָה לֹא רַבּו שְׁלִימֹדוּ מִקְרָא* *De Magistro autem capiendum est, qui docuit eum Misnam sen Traditiones, non de eo qui Scripturas tantum docuit.* Si verò pari usus fuerat tam patris quam magistri, in discendo, beneficio, pater magistro præferendus. *Quod de Matre adjungitur, vertimus eam utrique, patri nempe & Magistro, præferendam, tametsi* ^{לכלט}, *quod utrique heic responder, eorum omnibus potius sonet; quasi & ipsam quisque sibi deberet in hisce anteponere.* Ideo verò vocabulo illo tantum Patrem & Magistrum denotari ^k sentiebamus, quia expressè ita Hierosolymitani;

^{11 Loco jam} *הָוָא וְאַבְיוֹ וְרַבּו עַמְדֵין בְשֵׁבֶת הָוָא קָודֵם לְאַבְיוֹ וְאַבְיוֹ לְרַבּו וּרְבוֹ*
^{estato. עֲמַדֵּי -} *defis Mai-*
^{monid. sit.} *Talmud.* *Si quis cum matre, & Magistro & patre, captivitate teneatur,*
^{Thora cap. 5} *ipse Matri se anteponat, hanc verò Magistro, & Magistrum Patri.*

De

De redemtione & aliis quæ ad captivos attinent charitatis officiis, heic semper loquuntur. Ex utraque autem Gemara fusiorem Dignitatum hæc in re, uti & in aliis quibus præscripta loci prærogativa, ob dignitatis varietatem, ut fieri amat, maximè erat necessaria, distinctionem exhibere liceat. In Hierosolymitana legimus, חכם קורטס, קורטס מלך קורטס כהן גדוֹל כהן נביה נביה קורטס למלך מלך קורטס לכבוד כהן גדוֹל כהן נביה נביה קורטס למשמר ראש משמר קורטס למשמר מלחמה מלחמה קורטס לראש משמר גיבור גיבור קורטס לברית אב בית אב קורטס למרכל והמרכל קורטס לגיבור גיבור קורטס לבתן הדיות כהן הדיות קורטס ללוּי לוּי לישראַל ישראַל למזר מזר ננתין נתין לגר וגער לעבד משוחדר אימתי בזמנן טכולן; שווין אבל אם היה מזר תלמיד. חכם וכחן גדוֹל עס הארץ מזר תלמיד חכם Sapiens (id est juris eorum Divini atque Humani peritus) præfertur Regi, Rex Pontifici Maximo, Pontifex Maximus Prophetae. (In Babylonia autem heic Gemara etiam Pontifex sacro unctus oleo præfertur ei, qui vestibus tantum Sacerdotalibus insignitus est, quod idem sonat, dictus; ita tamen ut qui unctus oleo Pontifex ob seminis pollutionem à functione semotus esset, id est טוח שׁעָר מלחמת קרי' ei postponeretur, ¹ Deut. 20. 2. antehabitus intreà Pontifici uncto ubi עבר מלחמת מומו Semotus est de quo plura set à functione ob membrorum aliquem defectum, qui tamen ipse Sacerdoti¹ in bellum uncto præferendus) Propheta Sacerdoti in bellum uncto (Sic Hierosolymitani ad quorum versionem jam redimus; ² Semichoth c. 4. Babylonii verò heic interponunt, ut loco proximum Sacerdoti hujusmodi uncto, גדוֹל id est Pontificis maximi vicarium^m, qualis ferè gene, lib. 1. de est in ecclesia Orientali Syncellus) Sacerdos in bellum unctus, Classis successionis in Pontifici seu iephusejas sacra præfecto, præfectus ejusmodi Patri seu Principi car. Ebrae Cognitionis seu Familiae alicuius, Pater hujusmodi seu Princeps Mar- rum. ⁿ Vide de Se- cali (Marcales erant septem qui sacri præfectis ^o ararii tribus, quos ^p Misna sit. nuncupabant גיבורין, præerant rationesque ab eis exigebant) Siklim caps. Marcalis Præfecto ararii, sacri (ita scilicet Hierosolymitani; sed Ba- Rabbis Iehu- bylonii præfecto hujusmodi postponunt tamen præfectum iephusejas dam in Ge- sacræ, quam Patrem Familiae) sacri ararii præfectus sacerdoti greci, sacerdos gregarius Levita, Levita Israelite, Israelita Mamze- Sabbath cap. 10 fol. 12. b. d. Sabbat. 3. col. 3.

ri, Mamzer Nathinae, Nathinaus Proselyto, Proselytus Libertino; Id quod intelligendum est ubi alioquin non sint impares. Etenim si Mamzer fuerit Sapientis discipulus, & Pontifex Maximus cum vulgo ignarus, etiam Mamzer hujusmodi Pontifici illiusmodi præferendus. Sic autem Sapientem, seu juris Divini humanique callentem æstimabant (cum etiam Sapientis Discipulum non raro, ut in allatis, appellitant, quemadmodum Græci ac Latini Philosophum seu Sapientiae studiosum σόφον ac sapientem nominant) ut in ceteris dignitatibus קדימה במעשיה דידימה pracellentiam in facto, usu, autoritate, id est Civilem agnoscerent, in hac vero באמונה קדימה pracellentiam ex ipsa veritate, seu Moralem. Nam ita heic de dignitatis prærogativa distinguunt. Certè in veteris Romæ moribus gradus fuere, idque ex disciplina, & ordo hujusmodi officiorum; veluti parentibus primò, fidei tutelæque nostræ creditis secundò, dein hospitibus, clientibus, cognatis, affinibus præstandorum; uti ex M. Catone, Mafurio Sabino, aliis, monet Agellius^o. Sed hæc obiter. Et itadem ea quæ ad Interdictum de Furto, Dominium & Obligationem Permissionemque atque alia id genus circa illud (sine cuius Modorum & Temperamentorum diligentiori animadversione temere nimis & frustra de violatione seu observatione Interdicti hujus pronuntiantur) versantia juxta doctrinam Talmudicorum attinent, idque tum ex Jure Naturali, tum ex Jure Gentium secundum eos, absolvimus.

^o Mag. 41. sic cap. 13.

Liberi Sexii F I N I S.

DE

DE
JURE NATURALI
 ET
GENTIUM
 Juxta Disciplinam
 EBRÆORUM,
 LIBER SEPTIMUS.

Agit de Noachidarum Juris Illustrioris capite Septimo, quod est de Membro animalis viventis; item de Carnis & Sanguinis esu. De Minoribus insuper seu Obscurioribus Juris Naturalis, juxta Ebræos, Capitibus. De Honore Parentum. De Capite Juris Naturalis Illustrioris Sexto, seu de Judiciis. Tum quæ ex jure simpliciter Naturali illud intelligendum, tum quæ *Judicia in Profelytorum Domicili regimine* apud Ebræos erant exercenda. Accedit de *Judicio Divino*, quæ ex illo sive *Pœna* sive *Præmium Cælitus* ex Ebræorum sententia expectanda fuerit, dissertatio. Et demum de sententia eorum qui volunt, non solum *vestigia Preceptorum Septem quæ tractavimus*, inesse in sacra *Jobi historia*, verum etiam in *Synodo Apostolorum Hierosolymitana*.

C A P. I

De capite Juris Noachidarum seu Naturalis Septimo, seu Membri animalis viventis esu. Et de esu Sanguinis. Discriben inter Pecorum, Ferarum, Volum Sanguinem, atque Piscium, Locustarum id genus aliorum; item Humanum. Mahumedianorum, de Sanguinis esu, scita.

Sextum juris Noachidarum caput Illustrius, quod de Iudiciis est, atque juxta enumerationem ex Talmudicis aliquot, sub libri primi extremum allatam, proximum interdicto de Furto deberet locum ordinis habere, septimum in tractatione nostra fore maluimus, id est, ultimum loco, sed dignitate civili supremum, & seorsim post omnia non solùm quæ itidem sunt Illustriora, sed etiam quæ sunt Minora atque obscuriora (pro divisione ibi etiam memoratâ) exhibendum. Quippe quæ omnia veluti materies sunt in quam hujuscē exercendum imperium; unde etiam primum locum, idque meritissimo pro dignitate civili, habet in Gemara Babylonia. Quod igitur in enumeratione illa Septimuna est, heic sextum locum occupet, nempe על הארץ interdictum de membro animalis viventis, quod crudelitas immanis in animalia cetra vetatur. Hocverò ita scriptis memorat.

*Ad tit.
Sanhedrin
c. 7. fol. 56. a.*

^{Genes. 9.3.} Moses; *Omne quod se moveat & vivit erit vobis in escam*, *Quasi virentem herbam dedi vobis omnia* **אך בשר בנפשו רמו לא תאכלו** *at carnem in seu cum anima sua* (sic verbum verbo reddendum) *sanguine suo non comedetis*. Hellenistæ ibi, τῷ λόγῳ κρέας ἐν αἵματι ψυχῆς & Φάγετε *at carnem in sanguine anima non comedetis*. Aquila, τῷ λόγῳ κρέας ἐν ψυχῇ αὐτοῖς αἷμα αὐτοῖς *sed carnem in anima sua sanguinem ejus non comedetis*. Symmachus, τῷ λόγῳ κρέας & σωτηρίᾳ ψυχῇ αἷμα αὐτοῖς *sed carnem cuius sanguis cum vita est, non comedetis*. Vulgata *excepto quod carnem cum sanguine non comedetis*. Onkelos & Judæi Mauritanenses premunt vestigia sermonis Ebraicæ uti alii fere ex recentioribus. Sed R. Saadias **G**o *carnem non comedes in sanguine suo*, *ואת נַדְבָּדָה כִּי אֵין בָּהּ אֶנְמָה* *is sit anima seu vita ejus*. Apud Josephum autem verborum decarnis omnimodæ esu Noachi-

ām̄r̄wv Dominos omnium animalium fecisse aiat Numen adjiciatque
 χωεις αἴματος. ἐν τέτω γάρ εἰναι η ψυχὴ absque sanguine. Nam in
 hoc inest anima; seu vita. Nam & animam pro vita accipi non
 raro nemo nescit; ut cum Jurisconsulti Cæsarei subinde vocant
 ultimum supplicium animæ amissionem. Et similia de Sanguine
 non semel in sacris, quæ Ebraeis propriæ, legibus occurrit, quibus
 d ^{Leb. 17. 13.}
 eis in mortationibus omnimodis (præter Piscium, Locustarum, id
 Et ^{Ex. 14. Deut.}
 genus aliorum, quæ lege de sanguinis effusione contineri nolunt, ut
 statim ostendetur) effusio sanguinis præcipitur, ejusque esus ita inter-
 dicitur, ut observent eisdem verbis firmari præceptum quo scellestis-
 simum illud idolatriæ genus Molocho filios immolandi, atque
 illud quo Esus Sanguinis vetatur, nec in tertio aliquo præcepto ea
 verba reperiri. De comedente sanguinem, inquit Maimonides ^{c.}, More Ne-
 bochim. lib.
 3. cap. 40.
 dixit Deus Ponam faciem meam in Comedentem sanguinem eodem
 modo quo de illo qui filium suum Molocho immolat, ponam faciem
 meam in virum illum. Neque occurrit has ratio loquendi in tertio
 aliquo præcepto præter ista duo de Idolatria & comeditione sanguini-
 sis, quia illius comedio ad speciem aliquam Idolatriæ, Demonum
 videlicet culsum, ansum & occasionem præbebat. Et qualis ejusce-
 olim in Zabiorum, id est, idolorum cultui deditorum, ritibus usus ef-
 set, ipse ibidem fusiùs ex Orientalium libris explicat; unde & inter-
 diu rationem petit. Jam verò de animalium Sanguine distinguunt
 Ebræi, mores suos avitos explicantes. Ejus genus heic triplex; Pe-
 corum, Ferarum & volucrum mundorum Primum est; Nam im-
 mundorum sanguis, ut caro, erat illicitus. Piscium mundorum, Lo-
 custarum, id genus aliorum, Secundum; Hominis demum Tertium. ^b Ibid. 3. ult.
 Poena item, in sacris literis, Excisionis (id est כָּרְבָּה ^f) cui sanguinis
 Spontaneo præstituitur, sed ita ut aliás ^g, sincilla poena, esus ejusdem
 generatiū interdicatur. Unde & de Poena heic etiam distinguunt. ^h Maimonid.
 Primi generis sanguinem ex lege sacrâ omnino vetitum volunt. Sed
 ita ut poena Excisionis non sequeretur, nisi aut tunc comederet aut
 deglutiaret quis Sanguinem, dum effunderetur aut fusiùs exiliret, aut
 Sanguinem aliud quocum exiret anima aut vi-
 ta. Verba sunt ^h; רְמִזֵּת הַיּוֹצֵא עַל דְּם הַיּוֹצֵא בְשֻׁעַת אֲנִין חַיּוֹן כְּרָתָה אֶלָּא עַל דְּם הַיּוֹצֵא בְשֻׁעַת
 טחִיתָה וְנוֹחִירָה אוֹ הַחַזְתָּה הַרְאֵשׁ כֹּל זֶם שִׁיטָּה בְּ אֲדֹתוֹתָה וְעַל דְּם
 מ m m m הַכְּנוֹס

הננות בתוך הלב ועל דם הקזה כל זמן שהוא מקלח ויצא אבל הדם העדיתת בתחלית הקזה קודם שיתחיל לקלח ודם השותת בסוף הקזה קודם שיתחיל הדם לפנסן אין חיבין עליו והרי הוא כדם האבירים שדם הקלה הוא הדם שהנפש יוצאה בו *Pœna excisionis locum tantum habuit, ubi quis deglutiret sanguinem exslientem in ipso mactationis tempore, & sanguinem narium & capitis amputati quamdiu rubedinem suam retineret, aut sanguinem qui interiora cordis occuparet, aut sanguinem emissum dum effusus est & uberius exhibat. At verò si quis biberet in ipso initio emisionis aut destillationis, antequam incipiatur fusus exilire, aut in emisionis fine tame si priusquam effusio planè desineret, Pœna excisionis non secura est. Nam sanguis hujusmodi, velut membrorum sanguis est. Sanguis autem in lege illa (qua excisionis poena continetur) non alias intelligitur præter illum quocum ipsa anima seu vita exiret. At verò inquiunt ודים האבירין לנו דם הפהול ודים הכליות ודים ניטים ודים המתנקם לב בשעת שחיטה ודים הנמצא בכבד אין חיבין עליו כרת אבל האוכל ממנו כזית לוקרה שנאמר וכל דם לא תאכלו ובחויב כרת הוא אמר כי נפש הבשר בדם הוא אינו חיב כרת אלא על הדם שהנפש יוצאה בה Ob sanguinem exsuctum, aut sanguinem membrorum qualia lien, renes, testiculi, aut sanguinem qui tempore ipso mactationis recurrisset ad cor, aut sanguinem jecore repertum, excisionis pœna non imminebat. At intercà quisquis ex hujusmodi sanguine, quanta oliva est, comedederet, vapulat. Idque ex lege sacra. Nam & scri-*

^{Levit. 3. utr.} ptum est simpliciter, Nullum sanguinem comedetis. Nullum scilicet ejusmodi animalium. At ubi^k pœna excisionis, adjicitur, quoniam vita carnis in sanguine est. Vnde fit ut non ob alium sanguinem præter eum quocum exiit anima seu vita, pœna excisionis debita.

Illud כזית seu quanta oliva est, velut mensura solennis adhiberi solet ubi de poena ob comedionem illicitam (quæ apud Ebraeos ipsos perquam multiplex) verba fiunt. Uti & nummulis seu protæ valor, ubi de furto, quod & libro superiori ostenditur. Quo-

^{1. Maimonid.} ^{Ib. 17. 14.} ^{balach Me-} rum neutrum ad Noachidas seu Gentiles attinere volunt. Unde & lakim cap. 9. aiunt נתן השערין לא ליטראל mensura¹ hujusmodi non dantur

dantur nisi Israelitis. Genus sanguinis heic secundum, seu Piscium mundorum, locistarum, id genus aliorum, bibere aut comedere quaque ratione ex lege ipsa fas habuere. Ut etiam & Humanum, quem tamen prohibuere Sapientes seu scribae, id est quibus superinducendi permissa potestas. Sic enim aiunt; **רָם הָאָדָם אֲסֹור** מדרבי סופרים **אָסְפּוֹת** ומכין עלייו מכת מרות **אַבְלָדָם הַשְׁנִים** Ex scribarum scitis vetitus est sanguis humanus, à corpore scilicet separatus; & ob violationem hujus scribarum interdicti, irroganda erat verberum contumacia debitorum pæna. At vero sanguinem dentium (è gingivis destillare solitum) deglutire omnino fas. Nondum enim pro separato ab homine, habitus. Ritus etiam **שְׁחִיטָה mactationis** in esum & epulas eorumque apices subtiliores à ^mMose deductos tradunt, juxta quos animalia illa quo- rum sanguis illicitus, in esum mactanda, sanguisque eorum emittendus, idque secundum præceptum ⁿsacrum generatim de Mactatione traditum. Eandem autem esse carnis morticina, suffocati anima- lis, id genus aliorum, cum carne unde sanguis nondum est omnino ^m**Deut. 12. 21.** emissus, rationem nemo non videt. Ita scilicet de ipsis Ebreis, ob- tinuit. Ceterum quod ad Noachidas heic seu gentes ceteras attinet, quibus proprium illud è Genesi jam allatum est interdictum, binae fuere apud Ebreos ^osententiae. Altera, interdicto eo illis ve- titum fuisse tantummodo sive membrum sive carnem ab animali vivente discriptam exsectam, veluti agnorum, vitulorum, testicu- los exectos aliaque id genus qualiacunque. Atque niembrorum ^pGem. Bab. hujusmodi esum **בְּכָל טְהֵרָה** ^qquantulumcunque fuerit, Noachidis interdictum. Neque enim Olivæ aut aliūs cuiusquam mēnsuræ temperamentum eis heic assignatur, ut Israelitis; quemadmodum dictum est. Atque haec sanè sententia, quā sanguinis eius Noachi- dis satis permisus seu quā **מִתְהָרָה הָאָדָם** das esse decerni- tur eis esum sanguinis etiam animalis viventi, plerunque præva- luit & receptissima est^r. Interdicti autem sic intellecti rationem assert Maimonides ^sex Orientalium libris, eamque ait fuisse (præ- ter eam quæ de crudelitate nemini non obvia est; nisi ubi exsecan- tur, quorum exsecatio animalibus alendis prospicit) **טְהָרָה וְוֶטִּים** ^tpart. 3. cap. 48. **מְלָכִי**

טלci הギים וגס לעבותה זורה היו עותים כן רזה לומר שהו חותכין מז דבכמה אבר ידו ואוכליים אותו solebant Reges Gentium; etiam Idololatria causâ, ita faciebant. Scilicet animali abscindebant membrum aliquod, atque illud comedebant. Certè in Europæorum Omophagiis seu festis crudivoris, ejusmodi quid adhibitum esse, ni fallor, memoratur. Bacchanalia,

^{1 Adserit.} inquit Arnobius ¹, prætermittamus immania, quibus nomen Omophagis Gracum est. In quibus furore mentito, & sequestrata petitoris sanitatis, circumplacatis vos anguis, atque ut vos plenos Deo Numine ac Majestate doceatis, caprorum reclamantium viscera cruentatis oribus dissipatis. Quade re vide etiam Clementem Alexandrinum in Protreptico, Sixtum Empiricum in Pyrrhoniis hypoty-

^{2 Lib. 3. cap. 25.} posibus ¹, alios. Alterà verò sententiâ, etiam Sanguinis (qualem jam diximus Israelitis ex lege sacra illicitum, non aliûs) eñus cunctis hominibus interdictus habebatur. Ita Rabbi Chanania ¹ Ben Gamaliel,

^{2 Gem Bab. ad stir. San- hed. cap. 7. fol. 56 a. &} seu Gamla, ita aliquot alii. Et tum de membro seu parte animalis viventis, tum de sanguine, quâ eorum interdicta Noachidas seu universum genus humanum attinent, consulas caput integrum de אבר

^{3 Fol. 135 b.} מember animalis viventis in Halacosh gedaloth ⁴. Prætereundum autem non est, haberi in lege sacra quod haud parum stare

^{4 Dens. 14. 21.} videtur pro sententia priori. Lex est ^x; Non comedetis כל נבלה morticinium ullum, sed נז peregrino seu Proselyto qui intra portas tuas est, dabis illud ut comedat ipsum seu & comedet ipsum, aut vendas ipsum alieno, quia tu populus es sanctus Domino Deo tuo. Quod intelligitur tum apud Magistrros tum ab Onkelo in paraphrasi Chal-

^{5 Gios. Talm. ad 115. Era- kin cap. 7. fol.} daica de Proselyto Dominicili seu incircumcisio quem & inde אוכל morticinia comedentem, seu cum cui nefas non esset mortici- nia comedere nuncupabant ^y, utiantे etiam monuimus. Sanguini-

^{6 Alcoran. A- Zcar. 2. 5. &} nem igitur Morticinii seu suffocati, id est non effusum, ex Noachi-

^{6 Lsr. Cod. 6. 12. &} darumi jure permissum agnoscere videntur, nisi velis eos sensisse ipsum suffocato etiam seu morticinio sanguinem prius exprimen-

^{7 Abugisfar Historia Sa- racen. lib. 1. cap. 1.} dum fuisse quam sie comedeteret. Certè & Mahumedes prohibi-

ت alim والمهنة ولحم الخنزير & sanguinis & Mor-

sicinis,

ticinii, ati & carnem porcinam. Ut etiam المختقة والموقدة suffocati, verberibus occisi (ita interpretatur Mahumedes Ben Achmed paraphrastes, quod alii combustum vertunt) item occisi casu scilicet cornu & ejus cuius partem aliquam devoraverat fera. Extra scilicet causam necessitatis quâ hæc comedere permisit; quemadmodum etiam ex receptis apud Ebraeos^a moribus cibi hujusmodi aliâs interdicti permittebantur militibus ubi licitos locus non suppeditaret. Et Jacobus Bleda de Maimonid. bul. ch. Me- lakim cap. 8. Mahumedianis qui olim in Hispania; Morischi hujus regni, inquit^b, Defensio Fe- nimirum Valentia, & reliqui Hispania non comedunt sanguinem, des in causa carnes suffocatas, morticinas nec morsas ab aliquo animali, putan- Morsichorum cap. 8. tes id peccatum esse ob reverentiam suæ sectæ pesima qua id verat in Alcorano, & vocant eas carnes Arabicæ Halgharaham (الحمر) id est, maledictas & prohibitas. Avicenna^c autem Medicus, superstitionis Mahumedicæ aliâs tenacissimus, haud pauca habet de san- Canon. lib. 2. tract. 2. c. 602. guinis sive eñi sive potu, morbis scilicet aliquot curandis, ubi nec prophetæ sui interdictum omnino memorat. Forsan in Medicinae ratione vim suam interdictum non habere voluit. Adverendum autem, Talmudicos dum interdictum hoc de membro animalis viventis (seu, ut volunt aliqui, de Sanguine) Noachidis ipsis velut primò datum memorant, Ada recentius interea non omnino, si rem spectes, facere. Sed exceptionem tantum faciunt adiectam in- dultui ejus quod nec Adæ^d nec posteris ante Noachum permissum est. Id est eñi carnium. Nam ex eo quod habetur in Genesis initio; Et dixit Deus, ecce dedi vobis omnem herbam seminarem semen, & Beresith que est in superficie universæ terra, & omnem arborem in qua est fructus arboris & que semen seminet, in escam, & ex illo quod de Noachidis postea legitur, Omne quod se moveat & vivit, erit vobis in escam &c. Excepto, ut antedictum est, sanguine; ex his, inquam, ut & Christiani scriptores non pauci, docent carnium eñum Adæ non permissum, neclum membra animalis viventis. Noachidis verò in- dultum seu permissum, ut ostensum est, eñum carnium, excepto membro animalis viventis (seu, iuxta sententiam illam alteram, fan- Mmmmm 3 guine)

guine) quod comedere, inquiunt, nunquam non illicitum. Josephus בוחילה נצטווה אדם בוחילה נצטווה אדם ad veterum Talmudicorum mentem; Albo ad veterum Talmudicorum mentem; בהז בקצת מצוות שנגנו בהז האנשים לפי קבלה ר' זל ערך נח ולנה התיר אכילת בעל, ח'ם שהיה אסור לאדם הרשות כ' בוחילה לא התיר להם אכילת בעל, ח'ם אלא אכילת צמחים בלבד In principio Precepta quadam data sunt primis parentibus, quibus usi sunt homines usque ad Noachum, juxta Traditionem Rabbinorum nostrorum pia memoria. Noacho vero permisus est usus animalium, qui Adae interdictus est. Nam in initio non permisus est homini usus animalium, sed tantum eus eorum quae è terra germinant, seu fructuum è terra nascentium tantum &c. & postea Noacho permisus est eus animalium, adeoque sic puto volunt eorum quae animalium sunt fructus, veluti ovorum & lactis. Nam nec illa antè video, juxta ipsos, permisla, utpote quae animalium propagationi inservirent. Nec sanè balach. Ma- sanguinem pisces ullius immundi comedere sibi fas fuisse docent^g, caloth Isu- roth cap. 6. quoniam inter sanguinem eorum, ac carnem, quoad interdictum de immundicie, discriminem nullum. Rationes autem addunt illius

^h Abarbinel, Noachidis permissionis. Quoniam aiunt alii ^h, in rerum initio fructus arborum, agrorum, satorum aliarumque rerum è terra crescentium ex ipsa creatione uberes fuere, unde commodissime nutriti possent homines. Nec aliter se res usque ad Diluvium habuit, Statim autem post Diluvium ob rerum ejusmodi inde inopiam, necessarium fuisse hoc indulatum ne fame aliter homines tunc periissent. Alii rationem petunt, ex eo quod fructus terræ post Diluvium peiores multò quam antè. Alii aliter. Qua de re consulas commentarios Rabbinicos ad Genesin. Et Consona jam dictis sunt ea, quae de abstinentia animalium, in seculis vetustissimis, in scriptis occurunt Gentilium. Quale est illud Pythagoræ apud Ovidiam?

15.

At vetus illa etas, cui fecimus Aurea nomen,
Fætibus arboreis & quas humus educat herbis
Fortunata fuit nec polluit ora cruore.

Consulas, quae habentur apud Porphyrium libris αεὶ διηγῆσαι, & Plutar-

^e Sepher Ika-
rim part. 3.
^f cap. 14.

^b Maimonid.
balach. Ma-
caloth Isu-
roth cap. 6.

^a Abarbinel.
in Pirush
Tora fol. 46.
cot. 2. & 3.

ⁱ Metamorph.
15.

Plutarchum in Orationibus τοῖς σαρκοφαγίαις, præter Petri Casteliani opusculum de Esu Carnium, & Theologos ad Genesim obvios. Sed verò quantum ad membra animalis viventis attinet; non pariter omnimodò se heic volunt obstrictos, ut Noachidas seu Gentiles.

בְּלֹא שָׁאֹר עַל יִשְׂרָאֵל <sup>Maimonid.
balach. Me-
lakim cap. 9.</sup> מְשֻׁוָּס אֶבֶר מִן הָחֵי אָסֹר עַל בְּנֵי נָה
Quicquid nomine membra ani-<sup>Mof. Mikos.
prac. affir-</sup>
malis viventis veritum est seu illicitum Israelit.: id pariter Noa-^{122.}
chidi illicitum. Sed non è contrà. Nam ex ritibus illis Mactatio-

nis asque הלכות שחיטה traditionibus de modo mactandi in esum promiscuum & convivia (non enim de mactatione sacra heic loquimur) à Mose deductis, docent aliquantulum sic à Numine (omnimo- di semper Juris domino supremo) relaxatum fuisse ipsis interdictum hoc ut carnem seu membrum animalis rite jugulati, sed adhuc ita motitantis ut in vivis moribundum censetur, dissecatum, nefas inter- dum non esset antequam motitare desineret, comedere. Moses Mi-

קוטzi <sup>Loco citato.
sed Et vide
Maimon. ha-
lach. Shecita
cap. 1.</sup> וַיֹּאמֶר בְּנֵי נָה חַיְבֵין עַלְיוֹ וְלֹא יִשְׂרָאֵל כְּנֵז אֶבֶר מִן הָחֵי מִן;

הטמאה וכגון בהמה שחוטה ומפרכסת אבר ובשר הפורשים ממנה אסורים לבני נח ולא לישראל מפני שאין שחיטה מותרת לבני נח כטו לישראל At vero sunt nonnulla quibus violat hoc interdictum

Noachides, non item Israelita, veluti in membro animalis viven-

tis quod immundum est (nempè immundicie nomine, non mem-)

brum animalis viventis reuni ibi volunt Israelitam) & ubi pecoris ju-

gulati, sed adhuc motitantis, caro seu membrum aliquod separatum

comeditur. Nam Noachidi illud illicitum. Non item Israelita.

Quoniam scilicet indulitus ex ritu Mactationis seu jugulationis ad

Noachidas non attinet quemadmodum ad Israelitas. Hoc verò

necessariò monendum, de membro & carne Pecorum, Ferarum, Vo-

lucrum duntaxat (id est animalium, quorum tantum sanguinem ex

lege sacra illicitum habuere) non de Piscium, Locustarum, aliorum-

ve id genus animalium, interdictum hoc eos capere. Nam & sibi

ipsis pariter atque humano generi reliquo horum (modo non im-

munda, quantum ad Israelitas, intelligas) esum sine mactationis ali-

cujus ritu aut effusione, etiam planè vivorum, licitum fuisse volunt.

דְּגִים וְהַבִּיס אֵין צְרִיכִים טָהוּת אֶלָּא אֲסִיפָה;

<sup>"Maimonid.
bal. Shecita
cap. 1.</sup>

היא

- היא המתרת אותן הרי הוא אומר וצאן ובקר ישחת להם ומצא
להם אם את כל דני הים יאסף להם אסיפה דגיט נשחיתת בקר
וצאן ובתביס נאמר אסף החסיל באסיפה לבודה לפיכך אם מתנו
מאליהם בטור הימים מותרים ומותר לאכלן חיות *Non opus est ut
adhibeantur ritus macerationis Piscibus & Locustis. Ceterum colle-
ctio eorum tantum licitos eos facit.* Nam & dixit Moses, Nunquid
oves & boves macabuntur pro eis, qui sufficiant eis? Vel omnes
pisces Maris colligentur pro eis? Collectio seu congregatio, ipsa ca-
ptura, pescium, velut macratio (ad quam titus attinuere, ut dictum
est, perquam singulares) boum & pecorum. Alibi item collectio lo-
cistarum memoratur, ut in Prophetis^o, ut quae sola sufficeret. Vnde
etiam, tametsi ex se morerentur in aquis, liciti erant (pisces) quos
etiam vivos comedere (ut astrea solemus) licuit. Parilem autem heic
voluctum & Pecorum rationem fuisse ex ipsis legis sacrae Verbis
elicunt.

C A P. II.

*De Minoribus seu Obscurioribus Juris Naturalis, juxta Ebreos, capitibus. Et
de Parentum honore, atque ejusce interpretamentis quibus ei derogation ibat.
De loco illo Evangelii illustri, Corban (quod est donum) quodcumque ex me
tibi profuerit. Mira de Votis disciplina.*

Minorum seu Obscurorum juris Noachidarum seu Gen-
tium capitum (quae antequam ad Judiciorum Capit
deveniamus, exhibere non immerito visum est) neque
numerus certus est, neque adeo certae semper de eis re-
ceptae sententiae. Horum autem Genus est Duplex; alterum eo-
rum quae Majoribus atque Illustrioribus veluti sive prævia atque an-
tecedentia sive necessariò Consequentia commiscentur, quemad-
modum Multiplicationis generis humani & Contractus matrimo-
⁹ *Rabba in
Gem. Bab. ad
zis. Sauhed.* nialis jura cum præcepto de revelatione Turpitudinum, Dominii
cap. 8. f. 74. b. atque Obligationis Permissionisque circa illud versantis jus in Furti
Salom. Iarch. Interdicto, Poenarum modus in Judiciis (de quibus mox) & quae
ibi & Baal sunt ejusmodi cetera superius plerunque suis locis explicata, & Tal-
Aruch in ⁱⁿ mudicis uno nomine אֶבְזָרִיְהוּ ⁹ appendices eorum, id est, septem Il-
lustriorum
אֶבְזָרִיְהוּ

lustriorum seu מצות לאותן ; כל מידי דשיך נמצאות כל quicquid necessariò Septem illis praeceptis insuper continetur, quod Gallicè, pro suo more, exprimit Salomon Jarchius per לור אפרטנמנט Leur apertement. Accedat etiam illud de Cultu à Noachide Numini exhibendo secundum ea quæ de eo diximus libro tertio, uti & consequens de Judicio divino persuasio, juxta ea quæ mox capite dicemus quarto. Nam tametsi nihil quidem præceptis seu obligationibus illis illustrius ; quà sive objectum sive finem respicis ; nihilominus quoniam neque in ipsa Profelytorum Domicilii professione exigebantur, neque in Judiciis quibus in ditione Istaclitica coercebantur Gentiles, eorum usus erat, inter Obscuriora locum non immerito sortiuntur. Alterum genus eorum est quæ universis quidem observari volebant aliqui. In hisce est illud de Parentibus honorandis, quod cum pars Decalogi sit, inter Jura Naturalia enumeratur à Philone ^{Lib. de De-} ^{calogo.} Judæo. Et inter homines qui humanitate exutâ in ferinam migrarunt naturam, ferre ait ille ^{מִתְּאֵלָה וְעַלְמָה} πρωτεῖα τοῦ γονέων ἀλογῶντας, primas ejusmodi feritatis, eos qui parentes negligant, atque ob inhumanitatem impictatemque tam Deo quam hominibus esse genus invisiuum. Atque inter ea quæ אומתת נחרסמו בכל publicata sunt inter omnes gentes, seu quæ jura sunt totius generis Humani, disertè enumerat Parentum Honorem Rabbi Aben Tybon. ^{In Ruach hachen cap. 3. § 6.} Quin ante Decalogram divinitùs in Tabulis acceptum, hoc de parentibus honorandis cum aliis aliquot, præter septenarium Juris Noachidarum capitum numerum accepisse Ebræos, ex eorum commentariis supra memoratur. Sibi nempè in primis & modo tunc præscripto observandum. Nam ut observarent alii, non ^{Levit. 19.3.} Poenâ civili omnino adigebant sed tantum suadebant. Ex civili ^{Maimonid. hal. Memram. tim. c. 6. Mitzim. korz. Prac. affirm. 113.} autem sibi seu sacra legemontum de כבוד honore tum de מורה ^{Ira Gemar. Bab. ad ter. ult. p. 123.} timore seu reverentia ^{Parentum.} Et de utroque ad hunc modum ^{Cap. 1. fol. 31 b.} מורה ואיזהו כבוד מורה לא עומד במקלו ולא יוטב במקומו ^{Gem. Hierof. filius non sit in loco ejus seu locum ei assuetum stando occupet, nec sententie ejus refragetur, nec eam re- Pea cap. 1. fol. 15. col. 3.} סותר את דבריו ולא מכרייע את דבריו ולא יקרא אותו בשמו ^{Kidoschim} לא בחיו לא בתיו אלא אמר אבא מר' ^{futet,} ^{Discrimen inter Honorem} ^{& Timorem seu Reverentiam patris hujusmodi est, ut ex reverentia} ^{Cap. 1. fol. 31 b.} ^{filius non sit in loco ejus seu locum ei assuetum stando occupet, nec sententie ejus refragetur, nec eam re- Pea cap. 1. fol. 15. col. 3.}

Nnnnn

¹ vide supra futet, nec eum nomine suo appelle, sive superstitem sive mortuum?
 lib. 6. cap. 9. sed ad hunc modum loquatur, Abba seu Pater Dominus meus. De
 pag. 716.

איזהו כבוד מאכיל ומשקה מלבייש וכמכ' משל אב
 אם אין ממן לאב זיש ממון לבן כופין אותו וזה אביו ואמו כפי מה
Honor in eo consistit ut cibum & potum ei subministret
filius uti & vestitum, ex eo scilicet quod Patris est seu ex bonis pa-
ternis, quibus si careret, cogendus erat filius, si ipsi bona essent, ut
utrumque aleret parentem, in quantum posset. Nec fas habebant
 filio dicere patti, illum præceptum aliquod violasse, tametsi palam
 violaret; sed modestius tantum de lege, quam violarat, interrogare.
 לא אמר לו אבא עברת על דברי תורה אלא אמר לו אבא
 לא אמר לך כתוב בתורה כך וכך נאלו שואל ממנו ולא במצוין
dicendum esset, Abba seu pater, transgrederis verba legis, sed dicendum
erat ei, scriptum est in lege sic vel sic, idque perinde ac si ea de re eum
consuleret seu interrogaret, non ac si commoneret. In Honore
 autem exhibendo preferendus erat matri pater; in timore seu re-
 verentia patri mater. Ratio additur, בין למוד שטניות טוים בין
 ut inde parilis utriusque dignitas cognoscetur,
dum tam Reverentiam quam Honorem intuemar. At vero insi-
 gnes fuere Derogationes, quibus vim seu effectum præcepti hujus ita
 minuebant Ebræorum Magistri, ut mirum sit eorum aliquos inter
 Naturalia jura id nihilominus sic posuisse. Derogationes ex fuere
 binæ. Altera quâ Magistrum seu Præceptorem à quo Legem ejus-
 que Misnam, δοτέρωσιν seu explicationem quis didicisset, parenti-
 bus in honore exhibendo præferebant. Cujus rci specimen non
 obscurum habetur, ubi de captivis redimendis superius agitur. Et

² Gem. Hie-
 rosclym. ad
 ist. Horaioth
 cap. 3. fol. 48. gatio est illa à Domino Servatore in Evangelii daminata. Fos au-
 sol. 2. Mat-
 monid. bal. rem dicisis³ si dixerit homopatri aut matri קוגבָּא, ö èti ðwqov, ö èas
 Talmud έξ έπις ὁ Φεληθῆς Korban, quod est donum quodcumque ex me tibi
 Thorah cap. 5. profuerit; & ultra non permittitis eum quicquam facere patri suo
⁴ Marc. 7. 11. aut matris sua, rescidentes verbum Dei per Traditionem vestram
 & D. Matth. quam tradidisti; & similia hujusmodi multa faciuntur. Quod qui-
 dem à Doctissimis viris quamplurimi tactum, à paucissimis satis ex-
 plica-

plicatum aut intellectum satis videtur. Ad votendi ritus rem pertinere, dubitandum non est. Ea autem ita se habuit. De Votis, ad hunc modum, Lex sacra^b; *Cum votum voveris Domino Deo tuo,*^{b Deut. 23. 24} non tardabis reddere illud, alioquin requirendo requiret illud Dominus Deus tuus à te, & erit in peccatum. Quod egressum est de Labiis tuis observabis & facies, sicut vorasti Domino Deo tuo voluntariè, & sicut loquuntur esore tuo. Atque aliæ sunt ea de re Leges^c.^{c Num. 30. 3.} Vota autem q:at in Oblationibus Numini dicandis sive victimarum, sive frugum sive opum qualiumcunque, aut in abstinentia seu actu aliquo alio futuro versabatur. Adeo ut ei, qui se alterutro genere obstrinxerat, id quod voverat cum religione esset præstandum, usque dum ritè voto solveretur. Quod ex lege interdum, ubi filia aut uxor voverat, à patre aut à Marito siebat; atque à Magistris, quibuscum^d de re ardua nimis, tenerariā seu infelici quæ in votum venerat, interdum consulebatur, simile fieri aliis ex more fas erat. Alioquin etiamsi quis voto ipsis legis sacræ præscriptis velut phylacteriorum usu, scenopegiorum ritibus, id genus aliis sibi interdixerat, ab eis omnino abstinendum fuisse volunt; Poenâ insuper verberum violationi voti adjectâ. Quod tamen in juramentis non obtinuit. Atque hoc docent inter Votum & Juramentum discrimen. Irritum fuisse Juramentum, si quis jurasset se non usurum phylacteriis, aut scenopegia, id genus alia, non observaturum. Quod si quis Voto hisce renuntiasset, tantum absfuisse ut irritum esset votum, ut etiam non impunè violandum. Discriminis ratio redditur^e מִשְׁנָבַע אָסֵר עַצְמֹו גַּם. בָּבָא. גַּג. ט. וְנִזְרָךְ אָסֵר הַדָּבָר שֶׁנְשָׁבָע עַל quoniam גַּלְגָּל. ad iur. juramento obstrictus ipse sibi interdixit re uii de qua juravit, voti Nidarime. 2. autem damnans ipsam rem, de qua votum concepit, sibi fecit illicet fol. 16 a. & tam. Sensus est, juramento ejusmodi jurantem se obstringere quidem ipsum (quantum in se est) ne id faciat quod in præceptis accepit. Maimonid. Id quod ipsum obligare meritò nolunt. Voventem autem, rei ibid. fol. 37. ipsius, quæ in votum venit, naturam ita commutare, ut ea impostereum, pro voti ratione, sit planè abstinendum, ne contra legem committatur, qua Vota cum religione solvenda præstandaque. Verbi gratia, qui jurarat se nec Tabernaculum, extructurum in scenopegiis, nec

^{f L. 23. 40.} nec frondes palmarum tunc adhibiturum, id quod ex præcepto ^f fa-
^{G 42.} ciendum erat, planè jurarat se non facturum. Voti autem de ipsis
 rebus ut diximus expressim in votum venientibus, ratio ita se habuit,
 ut ipsæ, ex ipsa voti vi, interdictæ, ut poteris omnino consecratæ, a-
 liosque in usus, iuxta sui aestimationem, essent convertendæ. Etenim
 Formula ferè erat; קרבן סוכה טangi' עוזה לולב שאני נוטל Cor-
 ban, seu Oblatio, seu res consecrata sit tabernaculum quod ego fecero,
 item ramus palme quem ego sustulero. Atq; inde res ipsa (seu ejusce-
 atque operæ circa illam impendendæ pretium, si nondum à voente
 possideretur conficereturve) in naturam ^{נרכחה} seu voluntarii sacri-
 ficii seu Oblationis transiens, præcepto, ex eorum sententia, velut
 exuebatur, voti rationi jam tantummodo obnoxia, quo nec exsol-
 vere se fas voventi ipsi habebatur; seu אין נולך להפר quod dicere
 solent, idem denotans. Quodcumque aliud sive frugum, sive fundi,
 sive operæ, simili formulâ devovebatur, ita Numini sacrum ex voto
 postea habitum est, ut ex voti duntaxat legibus, non omnino ex ali-
 qua alia, quantum ad voventem attineret, illud pendere existima-

^{g Gem. Hier-} rent. Unde de Tabernaculo, in exemplo allato, aiunt ^ג כרוניקון אדרת
^{rofolymis. ad} sic tabernaculum suum sacrum quis Numini
^{1st. Nidarum} מקידיש סוכתנו לשםך ^{2nd. cap. 2. fol. 37. facit.} Et similiter de aliis. Jam verò si, quid Honoris parentum
^{col. 2. hal. 2.} nomine intelligent, observemus, res fiet manifesta. Ex lege ^h, de
^{Vide etiam} Misnam. ib. sev corbor ^{מוראה} seu Honore loquuntur & de נורא seu Timore aut Reverentia ut
^{ead. 1st. cap.} dictum est. Et utrunque ita explicat etiam ex veterum mente Sa-
^{6. in alio co-} איזחו מורה לא שב במקומו ולא ידבר במקומו, ⁱ lomon Jarchius
^{ולא יסתיר את דבריו ואיזחו כבוד מאכיל ומתקה מלבייש ומגעיל} ^{טבילה} ^{ומן עיל}
^{Decalog. co-} ^{Bevit. 19. 3.} Quinam est timor seu reverentia heic filii? Non
^{1. Ad Leg. 19. sedeat in loco Patris, non loquatur in loco ejus, nec verbis ejus contra-}

^{3. G. Videisti dicat. Et qualisnam heic honor exhibendus? Prabeat parentibus ci-}
^{Druj. ad Le-} giri loca, bos ac potum & vestimenta, calceos induat, introducat atq; educat.
^{cap. 63.} De assidua observantia loquitur. Qui igitur, ad formulâ jam dictam,
 voverat, de rebus quibus parentibus honor exhibendus erat (nimi-
 rum cibo, potu ceterisque præstandis) eas à se Corban fieri, id est,
 Oblationem sacram, ita cum obstrictum volebant esse voto ut non
 solum præcepto parentes honorandi solveretur (ratione superius
 allata)

allatā) verūm etiam ut illud observare imposterum fas ei, voto nec-dum soluto, non esset. Scilicet quicquid, ante votum, parentibus ex præcepto præstandum fuisset, id universum, post votum, Numinis sacrum habebatur eique tantum, sive in opera ac ministeriis sive in Oblationibus quæ Honoris Parentis, de quo votum conceptum est, estimationem æquaret, præstandum. Si nempè expressim sic voto dicaretur. Aliter, si votum tantum esset, se nolle deinceps parentem omnino honorare, neque id licuit ex simplici ipsius abstinentiæ futuræ voto, priusquam solveretur. Unde & Syrus Evangeliorum interpres, Magistrorum sententiæ formularumque non ignarus, pro verbis illis in Græco sermone non ita perspicuis substi-tuit **אָמֵן בְּרָכָה וְרָצָה** & **רְצָחָנָה** ^{D. Hieron.} **כְּלָל**. Utrunque significat, *Corban meum, seu oblatio mea sit, quod cunque ex me tibi utile possit esse, aut possit prodesse.* Quod itidem ^{c. 15 & Theo-phylact. ibid.} Talmudicorum phrasí maximè consonum. Atque hunc esse sen-sum loci illius tam veteres patres ^{Vide fr. Hu-genem Gr-eatum de Iure Pacis & Belli ub. 2. c. 13. 5.} Christiani, quam recentiorum do-stissimi ^{7. 10. Cocina in Excerpt. ex Gemar Sanhedrin pag. 273.} clarissimique satis adstipulantur. Fusiorem ea de redictis simamque pridem edidit diatribam Ludovicus Capellus, quam in primis consule. Atque advertas etiani, voto ejusmodi simplici quo filius à patre interdiceretur bonis in quæ aliás ipse ex lege succedere debuisset, ex hac redicatione adeo legitimam factam esse, ut successio-nis jure omnino inde Filius caderet, atque ad nepotes sive ad fratres (ut facti species exegit) bona, prætermisso filio ita voto damnato, transmitterentur. Sic disertè Talmudici ^{Mishna tit. Baba Kama cap. 9. Talm. Babylon. fol. 109a. Mis-monid. hal. Nidarim c. 5. & Vide Com-panim. L' Empereur ad Tit. Baba Kama c. 9. l. 1. b. Prepara-tor. Evange-luc. 1. b. 8. c. 7.} Jam dictis perquam sunt consona illa Philonis in legum Mosaicarum recessioneⁿ, *Quemlibet rerum suarum dominum nisi si eas Deo vel dicatas ut-cunque vel omnino sacras esse volueris. εἰ δὲ λόγω μόνον ὑπάρχειαν πεπεστέσθαι, φῶτας καὶ θύμῳ αὐτῷ σὸν ἔστιν, αλλὰ δέ τις ἀπαρτών διπλακεῖαν;* Nam si vel ore tenus spensionem ejusmodi aliquam nun-cuparit, nihil eorum uti seu attingere poterit, sed omnibus ei conti-nuo interdictum erit. Item *Εἰς Πτιφυμίην τροφὴν γυναικὸς αὐτῆς* ^{Apud Eu-mentis ei suis esse abstinendum. Scilicet consecrare volentem εἰς τὸν πάτερνον σίγεωδεν ex ipsa verborum suorum vi dominio omnium} ^{s. 10. pag. 257} *εἴργειν εἶναι, si vir uxoris sua alimenta deo sacra esse voluerit, ali-* ^{Digitized by Google}

(quæ in consecrationem venerint) spoliari. Et rem sanè ipsam p-

* Epist. 11. ad Iam didicerat ex Ebræorum disciplina S. Hieronymus, cuiº dicitur Ageruchus. illud in Evangelio in opiam parentum cassa adulatio frustari. Et Corban, inquit, hoc est donum quod altari pollicitus sum & in Templi dona promisi, si tu à me acceperis cibos, vertetur in tuum refrigerium. Atque ita fiebat ut e gentibus patre & matre sacrificium offerrent filii quod Sacerdotes scribæque consumerent. Alibique

* Ad D. Magib. cap. 15. plura ille P eundem in sensum. Allatâ verò jam antè notione & Corban, eos qui ex voto ad sacra ministeria se obligarāt, ita Josepho^q

* Archaeolog. lib. 4. cap. 4. dictos nullus dubito. Ex voto scilicet Numini sacratos. Quoniam

de quibus Levit. 27. 2. autem tanta vis erat formulæ, cui vocabulum illud adhiberi, uti &

* Ep. 3. interdum alia quæ huc non spectant, solebat, ut obligatio quæ rescindi nequiret plerunque inde oriretur, ideo etiam videtur nō Kōpēā in

Tyriorum legibus pro Judæorum Sacramento sumi, qua de re ex

* Contra A- pronemo lib. 1. Theophrasto idem Josephus^r. Et magnam Voti ac Sacramenti esse

cognitionem nemini non manifestum est. Quod verò aliter, id que ex Josephi, de obligatis ad sacra Ministeria Kōrban dictis, loco

duntaxat atque ex eorum occupationibus vacationibusque, traditionem de Honore parentibus minuendo à Christo damnaram in-

* Samuel Pe- turus. varior. Lection. lib. 1. cap. 4. terpretatur vir sanè eruditissimus^s, nec assensum præbere omnino

queo nec rationem, quam ad fert, heic admittere. Interpretationes

illas, quibus Kōpēā de iis, quæ parentibus alendis impendi possent,

sumitur, repugnare vult legibus πατεροπαιεσθοις Judæorum. Quo-

niam nulla, ut ait ipse, se poterant exceptione tueri, quin alendi essent

parentes. Cogebantur enim in viti. Hac enim est regulæ juris Iudeo-

rum כופין את הבן לוין את האב cogitur Filius alere parentem. At

verò ad scenopegiorum observationem, phylacteriorum, aliorum,

cogebatur itidem qui præcepto esset inobsequens, quod tamen in-

telligendum, juxta ea quæ superius afferuntur, ubi ex voto præce-

dente res ipsa non haberetur voventi illicita. Nam tantum tunc

aberat, ut cogerent, ut nec contra votum quid præstari permitterent.

* Cap. 7. 12. Unde & illud apud D. Marcum τογί ἐκέπι αὐτὸν γένεν πιῆται τις πιτεῖ αὐτὸν οὐ τὴ μιτεῖ, αὐτὸν, & ultra non permittis eum quicquam facere patri suo aut matri sua. Perpetuò nempe voto (sic vole-

bant)

bant) obstrictum; usque dum ejus nescii, ex moribus receptis atque circumstantiis insequentibus, interpretatione à Magistro aliquo seu legis perito adhibitâ, solveretur. Quæ verba cit. in D. Marci argumento sunt, locum heic habere nequissè sive vacationes sive occupationes illas τῆς λειτουργίας seu sacri ministerii. Nam ita obstrictus pro suo libitu, ministerio saltem non occupatus, id parentibus præstare Honoris nomine potuisset, quod nec impunè præstari permettere, ob voti vim, volebant qui sic Traditione sua simplicem præcepti Divini sensum perperam commutarant. Sed ad Noachidarum præcepta Minora seu Obscuriora cetera redimus.

C A P. III.

De Heterogeneorum usu, Fratriæ ubi frater sine prole obierat, Connubio, Castratione, aliis obscurioribus, quæ, juxta nonnullos Ebraorum, ad Noachidas attinuerunt.

 Quid habet Philo contra retum diversarum specierum commixtionem, veluti Naturæ adversam, adeoque à nemine non evitandam, à Talmudicis distinctione adhibitâ, fortè firmari videatur. Verba ejus sunt ^u, τὰ ἔμορφην πέφυκεν εἰς χριστιανὸν ἐπεὶ καὶ ὅσα ἐπεργοῦνται τὸν τελεστὸν ἀμικταῖς σύνθεταις μηχανώμεναι. Καὶ δέ τις φύσις ὁμοιότερη, τὸν νόμον Φύσης αναγένεται. Quæ sub eandem cadunt speciem, in consociationem natura sunt; cum interea quæ diversæ in vicem sunt speciei, è contrâ non misfâ sint, nec communione conjuncta, quæ si quis conjunctione nefaria commisceat, is sane Naturam cōtra iustitiam [quantum in se est] è medio solvit. Et Josephus^x, dum legem de Heterogeneis sacrana suo more tradit, rationem adjicit, γε τὴν τὸν οὐρανὸν κοινωνίαν χάσσειν τὸν Φύσιον Naturam enim communionem dissimilium abhorre. Heterogenea huiusmodi uno nomine בְּאַלְכָל dicuntur, ubi interdictum de eis sacrum ^y occurrit. Eo autem quadruplicem heterogeneorum commixtionem vetari aiunt Talmudici. Lanæ & Lini in vestibus, Seminum diversi generis in eadem agri parte, Animalium generis diversi ad coitum admissionem, & demum Arborum generis diversi insitio-

^{Archæolog.}
^{4. cap. 4.}

^{LeG. 19.19.}

^a R. Eliezer insitionem. Postiores interim binas à prioribus ita distinguunt, in Gem. Ba- ut has Noachidis licitas esse aiant², illas seu posteriores binas non byl. ad 111. Sanhedrin item; idque ex vetustissima Maiorum Traditione esse acceptum. cap. 7. f. 59 b. Unde & Maimonides³.

^a Hal. Melachim cap. 10. Ex traditione est quod Noachidis interdic-
tur admissione animalium generis diversi, atque arborum diversi
chasi in Biur generis insitione tantum. Sed utrunque is alibi^b ita cum cultu ex-
fol. 37. col. 4. traneo, veluti solennem olim euse sive partem sive appendicem, ex
addi. Coflans. L' Empereur Orientalium libris edoctus conjungit, ut eo nomine potius, idque
tut. Baba Kama cap. 4. 5. puto in ditione tantum Israelitica, metu ne in cultum remigraret ex-
3. pag. 67. traneum, illicita haberetur. Quod si sic intelligas, non de Hetero-

^b More Ne- geneis universo humano generi, sed Noachidis tantum in ditione
bochim. lib. Israelite seu Proselytis domicilii ex Jure superinducto interdictis
3. cap. 37.

^c Abarbinel res capienda. Quin Uxoris Fratris sine liberis defuncti ducendae
in Pirush fol. jus apud Noachidas, ante legem scriptis mandatum, interdum obti-
104. col. 2. Et 3. Et Vide R. nuisse, observant^c ex illo de Onano Judæ filio^d, Ingredere ad uxores
Menahem rem fratri tui & Leviri jure duces eam, ut suscites semen fratris
Recensat. in tuo. Ille autem sciens non sibi nasci filios, introiens ad uxorem frat-
Parash. בר ווּשְׁבָעַת מִן הַיּוֹם וְיִשְׁבַּעֲתָה רֵאשֵׁת שְׂמֵחָתָה
tris suis semen fundebat in terram, ne daret semen fratri suo, seu ut

^d Gen. 38. 8. vulgata ibi, appositissime ad mentem Ebræorum, ne liberi fratres
dequare, lex posita late, nomine nascerentur. Sed in præceptorum sive Majorum sive Mi-
Deut. 25. 5. norum numerum hoc non admittunt, neque aliud quam^e juris ci-
Adde Mai- vilis seu Noachidarum juri caput, pro gubernantium placito, adje-
monid. in More Nebo- Etum, hoc in exemplo illo Onani sumunt, ut disertè Abarbinel. Ad-
chim lib. 3. cap. 3. Et cap. 49. jicit etiam Rabbi Chidka^f id est, Castrationem Noachidis ve-
titam. Certè Israelitis uno ore pronuntiant nullum animal ex lege

^e Abarbinel castrare licuisse^g, aut qualiacunque אֶבֶר זָוָעַת membra seminis, id est,
in Pirush fol. 104. col. 3. generationis præcidere aut infœcunda reddere. Verba legis sunt^h,

Et 4. Quod est compressum aut contusum aut enervatum aut exectum
ⁱ Gem. Babyl. (quiæ omnia vim generandi spectare volunt; uti & vulgatus & Hel-
len. ad 111. lenistæ) non offeretis domino, quibus proximè subjungitur
Sanhedrin. ובארצנֶת 7. fol. 56 b. לֹא תַעֲשׂו in terra vestra non facietis, seu ut vulgata, Et in terra
vestra

^j Somar. Ba- bylon. ad 111. Chagiga cap. 2. fol. 14 b. Moses Mikorzi præcept. Negasi 6. 120. Maimonid. halach. Isuri Bia cap.
16. Le 19. sc. 22. 24.

*vestra non omnino facietis, atque Hellenistæ καὶ τῷ γῇ υμῶν ἐπιθηταὶ etiam in terra vestra non fiet. Ubi τὸ Terra vestra minimè volunt præceptū sibi terræve suæ proprium reddere, sed ita intelligunt ac si dictum fuisset non facietis omnino cōpressum, contusum, ener-
vatū, exectum; quin nec in terra vestra ejusmodi quid patrabitis sive incorpore vestra sive in aliorum quorumcunq; hominum seu ani-
malium ceterorū corpora. Nam de omnibus animalibus æquè inter-
dictum capiunt. Quod & disertè habetur apud Fl. Josephum¹. Atque præceptum hoc de Castratione uti & alterum illud de Heterogeneis ita ad Noachidas spectasse volebant Jurisconsulti ex familia Manassis, ut, ne in septenarium Præceptorum Illustriorum numerum non ad-
mitterentur, bina illa de Judiciis & Exsecratione Numinis divini ex
illo numero, in recensione, eximerent, atque hæc ^k loco corum (quaæ ^b Gemar. Ba-
liunde satis nota esse, puto, existimabant) substituerent. Eousq; Vale-
siorum hæresi, quaæ ^l omnes castrari voluit, adversabantur Ebræi, idq; ^b Sanhedrin.
lege sacra subnixi. Tantum abest Ebræis ὀκτωμάς exsectiones pariter ¹ D. Augu.
atque ἑπτωμάς Circumcisiones fuisse in usu, ut falsò tradit Strabo ^m de Haref. c.
Sequitur in Gemara Babylonia ⁿ רבי שמעון אומר אף על המזhor עליו לא ימץ א
רבי יוסי אומר כל הדאמר בפרטת נישואין בן נח מזhor עליו לא ימץ א ^m Gemar jam
בד מעביר בנו וכתו באש כסם קסמים מעונן ומוחנש ומכתש ^{citata.} Geogr. lib.
חבר ושואל אוב וידעוני ודורש אל המתים כי תועבתה ' כל עוטה
אללה ובגלו התועבות האלה ' אללה מורייש אותם מפניך גנו ולאך ^o Noachidarum in interdictis, etiam illud
locum habere vult R. Simeon, quod de Prestigiis seu Magia est. Quin ex sententia Rabbi Iose, quicquid in periocha illa de Prestigiis seu Ma-
gia continetur, id totum Noachidus interdictum erat. Non reperie- ^{Dene. 18.10}
tur inter vos qui traduxerit filium suum aut filiam suam per ignem,
(de Molochi sacrificiis verba fiunt) qui sortilegia exercet, qui tem-
pora divinando observat, augur, aut magus, aut exercens incanta-
tiones, aut qui consulat Ob aut Ijideoni, aut qui mortuos sciscitatur.
Nam abominatur Dominus omnem qui ista fecerit. Et propter ab-
ominationes istas extirpat eos Dominus Deus tuus à facie tua. Nec
verò pœna irrogatur sine interdictione. Sed horum pleraque, si non
omnia, ad caput primum, quod de Idololatria est, attinent; uti &
libro secundo satis monitum est. Hisce, si placet, accedant quorum*

Ooooo

memi-

ⁱ Lib. 2. ad-
^{vers. Apionem.}

^{1 Gemar. Babyl. ad 111. cap. 7. fol. 92. a.} מזכות שקיבלו עליהם בני נח ואין מקימין אלא שלשה אחרות שאין כתובות כהובה לזכרים ואותה שאין שוקלין בשר המת במקולין ואחת שמכבדין את הthoraה

Triginta præceptis quæ Noachidae in se suscepérunt, quorum tantum tria observarunt. Primum quod pactis dotalibus sibi Masculos non conjungerent; secundum quod non afferrent in Macellum Mortui (hominis) carnem; Tertium quod legi ipsi honorem exhiberent.

^{2 Sepher Iudei. chal. f. 8. a.} Quæ ex Gemara Babylonia etiam citat R. Abraham Zacuthius^{9.} Quid sibi velit triginta præceptorum heic nomine, nondum didici.

Sed veri est simillimum cetera viginti septem ibi prætermissa ejusdem fuisse farinæ cum hisce tribus. Quod si ita fuerit, certè non tam præcepta ibi memorata esse rectè dixerit quis, quam Gentium seu Noachidarum aliquot opprobria eo nomine designata. Quod de Masculis habet manifestum est eò spectare, ut pæderastiae eos incuset, ita tamen ut eo impudentiæ nondum devenisse eos innueret, ut palam seu pactis dotalibus, id est non sine flammeo, auspicibus, geniali toro, facibus nuptialibus, masculis (quemadmodum Pythagoræ illi flagitio ¹ scelestissimus Nero) denuberent. Neque aliter glossa adjecta interpretatur. De Mortui hominis carne (nam ita Mortuim explicat etiam ibi glossa) quod sequitur, ad homicidiorum frequentiam, ni fallor, attinet. Ea adeò sive vi sive dolo in usu fuisse, ut tantum non macellis venditioni exponerent occisorum carnes homicidæ. Hyperbole pro gentis indeole haut ita insolens.

Atque demum ut graviora, quæ præmisserat, redderentur scelera, subnexit hosce nihilominus homines impurissimos legem, quæ hæc vetuerat, ejusque dignitatem agnoscere eique honorem, ut fieri amat, exhibere. Et de Obscurioribus seu Minoribus Juris Noachidarum seu Naturalis, juxta Ebræos, capiibus, haec tenus. De quibus hoc summatim monendum; Prioris (juxta capitis superiùs secundi divisionem) Generis eorum capita in ipso Illustriorum numero Septenario, satis, juxta ea quæ explicata sunt, ut eorum scilicet appendices, contineri. Capita autem posterioris generis, sententiarum incerto tantum tandem nitit. Neutrius autem rationem juxta Magistros, in Regimine Proselytorum Domicili, habitam. Qua de remox capite sexto.

C A P.

C A P. IV.

De Judiciis seu Capite Juris Noachidarum seu Naturalis Sexto. *Quidnam Judiciorum nomine Talmudicus veniat. Domus Judicij seu Forum superius Divinum, aut Cœlestis. Inferius item seu Humanum & Terrestre. Periodica Chaldaica de Caini & Abelis circa Judicia seculi futuri altercatione. De Judicio Divino. Sensus Capitis hujus Sexti generatim indicatur. Insequentium Ordo.*

Jam tandem ad Caput illud Juris Naturalis Illustrioris, quod, in enumeratione nostra Sextum est, seu בֵּית הַדִּינָן de Iudiciis, devenimus. Cuius velut messis & materies sicut sunt reliqua Sex. Et quis non videt frustra omnino & incassum Præcepta & Interdicta fieri, nisi Judicia quibus violatio coeretur Poenæque irrogentur, accedant. Qua de re satis libro primo diximus. Generali nomine רְשָׁעִין seu Iudiciorum continentur quidem apud Talmudicos tam Sanctiones, Constitutiones & mores qualescumque ritè superinducti, quam actiones, Litium decisiones ac sententiæ forenses quæ in legum seu morum violationis vindicta versantur. Unde & בֵּית דָין domus Iudicij nunc pro Tribunali aut foro, quæ lites atque actiones, juxta jus jam antè obtinens, id cognoscit dirimitque, sumitur; nunc pro loco aut coetu quo sanciuntur constituunturque novæ leges quæ in posterum adhibendæ. Ut cum dicunt, Moses וּבֵית דָינו & domus ejus Iudicij seu consistorium ejus, id est septuaginta-uniusvirale, Joshua וּבֵית דָינו & domus Iudicij ejus, alias quisquam insequentium (qui Synedrii seu consistorii princeps) & domus Iudicij ejus, hoc vel illud constituerunt seu observandum superinduxerunt. Quale infrequens in eorum scriptis non est. Neque solum de Judiciis Humanis, sed de Divinis etiam vocabulo pariter hoc utuntur. Unde est quod habent בֵּית דָין הַעֲלִילָן seu בֵּית דָין של מעלה, celestial, seu Divinam, quam hoc nomine distinguunt a domo Iudicij טָל מַטָּן seu inferiori, Terrestri seu Humana. Ut cum tradunt שֶׁלֶשׁ דְּבָרִים גָּרוּ בֵּית דָין טָל מַטָּן וְהַסְכִּים בֵּית דָין טָל מַטָּלָן, Gem. Edo- resolymis. ad et Beracoth cap. 9. fol. 13. עַמְּחָן וְאַיְלוֹ הַן חְרֵמָה טָל יְרִיחָוּ וּמְגִלְתָּה אַסְתָּר וְשָׁאֵלָת טָלָם בְּטָמֵן Tria decrevis Domus Iudicij inferior, quibus etiam consensum pra-

buit Domus Iudicij superior seu Cælestis. Quæ fuere Devotio Hierichuntis, Lectio voluminis Esther, & salutatio in nomine Domini. Id quod de Devotione Hierichuntis heic habetur, ad Josuæ, attinet historiam, ubi non solum ex sententia Josuæ sed ex Dei nutu,

id est tam ex Superioris quam Inferioris curiae, consistorii, seu Do-

¹ Videſis 10-
ſue cap. 6. 17.
Ex 7. 11.

mus Judicij autoritate, Hierichuntem devotam esse & obſervant.

Tantundem aiunt de Lectione voluminis Esther ² & celebratione

² Esther 9. 26
Ex 27.

festi Purim in eodem memoratâ. Et Salutationem in nomine Do-

mini utriusque fori decreto subnixam à tempore quo Boaz messo-

³ Ruth 2. 4.

res ita salutavit. Et ecce Boaz veniens de Bethlehem dixit ad meſſores, Dominus vobiscum (יְהוָה עִמֶּכָּם) & responderunt ei, Benedi-

cat tibi dominus. Hinc etiam Tribunal illud seu Domum Judicij

superiorem denotari ſepiuſ volunt ubi ipſum sanctissimi Numinis

⁴ Midbar Rabba p. 4-
raſb. 3. Gem.

nomen in ſacro ſermone occurrit; perinde ac ſi diceretur ^y, הָא, וּבֹת דָּינָו ipſe & Domus Iudicij, ſeu conſistorium ejus. Quo ſpectat

Hierofolym. etiam vetuſtissima illa Caini & Abeli alteratio de Judicio Coeleſti

ad ſir. San- & ſeculo futuro hed. cap. 1. f.

ואמר קין להבל אחותה לית דין ו寥ת דין ipſe & Domus Iudicij, ſeu conſistorium ejus. Quo ſpectat

אתהן ו寥ת אגד טב לצדκיא ו寥ת פורענות לרשעיא ואמר לקין ⁵ 18. col. 1. Gide R. Ne- hemiam in Sepher Aſh-

ר את דין ואית דין ואית עולם אחותן את אגד טב לצדκיא Et dixit Cain Abeli fratri ſuo; Neque Iudicium est part. 2. §. 1.

neque Iudex, neque ſeculum alterum, neque Premium bonum Iuſtis,

neque vindicta ſeu Pœna Impiis. Respondit autem Abel atq. dixit

Caino fratri ſuo, etiam est Iudicium & Iudex atque ſeculum alterum.

Est in ſuper Premium bonum Iuſtis, atque vindicta ſeu Pœna Impiis.

Atque evenit ut, dum erant ſimul in agro, involare Cain in Abe-

lem fratrem ſuum & occideret eum. Alteratio haec in nonnullis

Pentateuchi editionibus, veluti in Constantinopolitana illa circa

anno ab hinc xc impressâ, ſedem obtinet interadditiones ſeu Com-

plementa illa, quibus, ex veterum traditione, loca nonnulla inſi-

⁶ Videſis Si-
xum Senen-
tium Senen-

gniora Ebraici Codicis Chaldaicè ² explicantur. Unde & expreſſe

חַסְפְּתָא שֶׁל פָּסָק וַיֹּאמֶר קִין אֶל הָבֵל אֲחוֹן ibi nuncupatur Addi-

Biblio- ſe. Sanct. tio ſeu complementum verſus ſeu commatis, & dixit Cain Abeli fra-

lib. 5. annos. tri ſuo. Indicatur ſcilicet comma v i i i quarti Genefeos capitis ubi

in codi-

in codicibus Ebraicis qui correctius exarantur, veluti Bombergianis, Buxtorfianis, Garianis, ad hunc modum & legitur & scribitur.

וַיֹּאמֶר קִין אֶל הָבֵל אֲחֵיךְ וַיֹּרֶגֶת

וַיֹּהַי בְּהִיוֹתֶם בְּטוֹהָה וַיִּקְרַב קִין אֶל הָבֵל אֲחֵיךְ וַיֹּרֶגֶת

Et dixit Cain ad Abelem fratrem suum

Et cum essent in agro, surrexit Cain adversus suum fratrem Abel & interfecit eum. Dixisse seu loquutum fuisse Cainum Abeli disertè innuitur, nec tamen quid omnino dixerit adjectum est; sed intervallum scripto vacuum in medio commatis relinquitur. Unde etiam, ex veterum monitu, in codicum nonnullorum, veluti Garaia-

ni margine adnotatur ad intervallum illud ^{נָח'} פָּסָקִים פָּסָק, בְּמִצְעֹות פָּסָק x x v i i i sunt versus qui desunt in medio ^a versus. Nec so-

lum ex Additione illa quam ex editione Constantinopolitana jam exhibuimus, ad Ebraeorum mentem, sensus eorum quæ intervallum illud volunt occupâsse, dignoscitur, verum etiam ex ipso vetustissimo Targum Hierosolymitano ubi ad idem comma paulò fusiùs eadem ipsa fratrum altercatio reperitur, unde etiam paraphrasis Uzzielidi tributæ autor hausit. Certè si Chaldaicam Onkeli par-

aphrasin observamus, vetustam illam & magni semper habitam, difficile non erit forsan ansam clicere unde primò nata sit sententia altercationem ejusmodi ad locū illum ita attinuisse. Nam pro eo quod in præcedenti commate Codicum Ebraeorum habetur, paraphrastes ille substituit ^b הַלְאָה אַתָּה תִּטְיבֵּן Nonne si emendaveris cultum tuum, remittetur tibi (loquitur Numen ad Cainum) quod si non

emendaveris cultum tuum, לְיִמְשָׁלֵךְ ad diem judicii peccatum tuum conservatur, quo futurum est ut Pœna sumatur à te, si non pa-

nitentiam egeris. Quod si penitentiam egeris, remittetur tibi. Et deinceps sequitur nuda illa adlocutionis mentio & Abelis cædes. Atque idem sanè sensus, fermè eadem verba etiam præcunt tum in Hierosolymitana tum in Uzzielidis dicta paraphrasi, unde nemo non videt sa-

tis accommodè pendere altercationem illam de Judicio ac Pœnis qua Numen & seculum futurum spectant. Quam sanè & innuisse videtur in Alcorano ^b Mahomedes. Nonnulli autem codices, vcluti Samaritanus (quod & notavit olim S. Hieronymus) editio vulgata, ^{Azoor s. Arabice &c. Latine.}

Hellenistarum, etiam vetustus Bibliorum codex Syrus Ms. Gabrielis
^c *Io. Morinus in Pentateuchum Samaritan. Exercit. 3. § 4.* Sionitæ^c, in intervallo illo seu proximè post adlocutionis mentionem habent, *transcamus in campum seu egrediamur foras*, quasi illa-
 ritam. Exer-
 fuissent verba, quibus adloquendo usus esset Cainus. Et verba ea ca-
 cit. 3. § 4. pite singulari explicat S. Ambrosius^d. Sed hoc obitèr. Jam verò

^d *De Abel & Cain lib. 2. cap. 8.* cum Judiciorura nomine sic Talmudicis veniant tam Judicia Divi-

na seu Tribunalis Cœlestis quām Humana ; atque Humanorum nomine contineantur tam Decreta ex potestate Deliberativa atque Constitutiva nata, quām ex ea quæ Judiciaria dici soler & Decisiva ; Judicia illa Divina in capite hoc Juris Naturalis de Judiciis neutri-
 quam comprehenduntur, sed tantū Humana seu quæ ad obedientiam & regimen civile attinent, eaque tam ex Constitutiva quām ex Judiciaria potestate orientia. Id est, in præcepto Noachidarum seu Naturali de Judiciis, hoc tantū contineri volunt, ut qui Societas publicas inirent seu respublicas qualescumque constituerent rebus que præcessent, Tribunalia, Consistoria, seu Domos Judicii ordinarent, quibus tum ea quæ pro vario locorum, temporum, personarum discrimine, Juris Noachidarum capitum observationi essent necessaria seu conducibilia, sancirentur superinducerenturque, tum judicia de ipsis Juris Naturalis capitibus, simul & de sancitis ejusmodi in litium & actionum decisionem exercerentur ; & demùm ut hujusmodi sancitis & Decisionibus parerent illi qui pro multipli imperii diversitate ac variantibus jurisdictionis præstitutæ modis subessent, Pœnisque cohererentur contumaces & rebelles. Ita ta-
 men ut de Divino etiam iudicio præmioque ac Poena in eo expe-
 stando, seu de eo quod est Deum Rnumeratore esse, Persuasionem universis hominibus necessariam esse quantūm video, interea exi-
 stimarent Ebræi. Quam nihilominus in præceptis Septem non expressim memorant. Uti nec illud de cultu Numini exhibendo. Sed verò quemadmodum ad cultum ejusmodi obligari genus hu-
 manum palam autumabant ut libro tertio fusiùs demonstravimus, ita proculdubio ad Persuasionem quam diximus hominum nemini non volebant obstricatum. Quorsum eum cultus ille & expia-
 tiones (de quibus ibi egimus) nisi tam obligatio ad Remunerato-
 rem &

rem & iudicia divina agnoscenda accederet, quām ea quæ est ad cul-tum exhibendum & sacrificia, alia, in expiationem offerenda? Sed verò quemadmodum Pœnâ forensi neminem ad Cultum ejusmo-di seu sacrificia cogebant, ut & ibi ostensum est, ita nec ad persuasio-nem seu professionem aliquam de iudicio divino. Quicquid scili-cet in præceptis quæ tractamus Septem expressim continetur, ad id tanūm, Juris Naturalis seu Noachidarum nempè nomine, Prosely-tos Domicilii in ditione Ebraica Pœnâ forensi adigi voluere. Ce-teris vindictæ solū Numinis relictis. Adeò ut revera, Gentilium de Divino Judicio persuasio in illa de Cultu, Sacrificio, aliis ejusmo-di, non sub Poena apud illos forensi, exhibendis simul contineretur, nec omnino ad caput hoc de Judiciis, quā in numero præceptorum Naturalium septenario locum sortitur, spectaret. Nihilominus quoniam Talmudici expressius de Poena ac Præmio Gentilium Di-vino, adeoque de divino qua ad eos attinet Judicio subinde loquun-tur, etiam in hunc librum, ob similitudinem, qualiscunque reperiat-ur, inter Judicia Divina & Humana, genus utrumque coniicere vi-sum est. Primò igitur de Humanis Judiciis, quatenus in Præcepto hoc Naturali simplicitè innuuntur, agetur; Dein, de eis quatenus etiam ex iure Gentium seu more Ebræorum ordinario quo apud ipsos Proselyti Domicilii regerentur forensi, videbimus; adiectis etiam extraordinariis aliquot, & quæ ipsos Gentesque alias (si Tal-mudicis fides) integras intervenierunt Judiciis. Et demum quod habent de Judicio, quā Gentiles spectet, Divino accedet.

C A P. V.

Talmudicorum de Judiciis, quā simpliciter Noachidus imperantur, Traditio. Eorum de Pœnis prestituendis sententia. De Thamaris, nurūs Jude, delicto ac Judi-cio, ac de Dina à Sibemo violata.

 Bi docent Talmudici, quisnam fuerit sensus Præcepti Naturalis de Judiciis, ad hunc modum rem explicant? Gem. Bab. ad ist. San-
hed. cap. 7.
fol. 56b.

הַתָּנִיא כַּט טַנְצָטוֹ יִשְׂרָאֵל לְהֹשִׁיב בְּתֵי דִינֵן בְּכָל פֶּלֶך וּפֶלֶך יְבָנֵל עַז וּעַז בְּקָ נַצְטוֹ בְּנֵי נָה לְהֹשִׁיב בְּתֵי

בתי דין בכל פלך ופלך ובכל עיר ועיר *Traditio est, quemadmodum in preceptis accepere Ebrei, constituere tribunalia per omnes pagos et urbes* (quo referunt illud^f, *Judices & Magistros constitues in omnibus portis tuis*) *ita praeceptum est Noachidus constitutere Tribunalia per omnes pagos et urbes.*

^b Hal. Melakim cap. 9. בצד מצוין ה' על הדניין ח'יבין להושיב ד'יניהם ושותפיהם בכל פלך ופלך לדון בש' מצות אלו ולהזהיר את העם *Quomodo intelligendum est praeceptum Noachidarum de Iudiciis? Ex eo debent constituere Iudices & Prefectos pagatim, qui tum judicent de Sex illis praeceptis ceteris, tum populum* (de eorum observatione) *com-*

^a Moses Maimonides ^{prac.} affr. 122. ^c *tiam civilem, tum Imperium juxta capite superiori dicta, simul iudeis Aini innui volunt. Exerceri autem hujusmodi Judicia, aut facinora flagitiosa, sive ex sententia Fori sive ex constitutione, coerceri nequire sine Poenis manifestum est.* *Quemadmodum vero, tametsi Tribunalium constitutio generatim praecipiatur, Formulæ nihilominus, Tempora agendi, & quæ sunt cetera id genus ad rem forensem singularius attinentia, pro morum populorumque inbole atque ratione diversâ & libitu, plurimum, sive loca sive tempora spectes, semper variarunt; ita etiam, tametsi velut necessariam semper Poenarum in Judiciis rationem, in ipso præcepto de Judiciis continet (quod aliter fieri nequit) velint Ebræi, non tamen nolunt Poenas, pro eorum qui rebus cum summa potestate præfuerint, pro varia sive ex loco, sive extempore, sive ex personis ratione, itidem varias easq; sive graviores sive leviores, ritè præstitui. Ipsi quidem, ut capite proximo fusi ostenditur, ultimo supplicio seu Gladio regulariter universa in juris Naturalis quod Illustrius est, seu septem præceptorum caput aliquod à Proselyto Domicili suu Noachide in ditione Isrealitica commissa puniebant. Ceteris interea sui juris gentibus fas agnoscebant, sive ultimum supplicium sive Poenas qualescumque leviores pro diversa regiminis atq; imperii qualitate fancire, idque non solùm ubi in capitum quæ memorata sunt, septem aliquod, seu præcepta Majora quid committeretur, verum etiam ubi sive in Minorum aliquod sive aliter quis contra Reipublicæ aut imperii, cui sub-*

^d *fol. iii. col. 2.* *monceant. Sic alii^h. Quod dum sic pronuntiant, tum Obedientia pars. 2. facinora flagitiosa, sive ex sententia Fori sive ex constitutione, coerceri nequire sine Poenis manifestum est. Queimadmodum verò, tametsi Tribunalium constitutio generatim praecipiatur, Formulæ nihilominus, Tempora agendi, & quæ sunt cetera id genus ad rem forensem singularius attinentia, pro morum populorumque inbole atque ratione diversâ & libitu, plurimum, sive loca sive tempora spectes, semper variarunt; ita etiam, tametsi velut necessariam semper Poenarum in Judiciis rationem, in ipso præcepto de Judiciis continet (quod aliter fieri nequit) velint Ebræi, non tamen nolunt Poenas, pro eorum qui rebus cum summa potestate præfuerint, pro varia sive ex loco, sive extempore, sive ex personis ratione, itidem varias easq; sive graviores sive leviores, ritè præstitui. Ipsi quidem, ut capite proximo fusi ostenditur, ultimo supplicio seu Gladio regulariter universa in juris Naturalis quod Illustrius est, seu septem præceptorum caput aliquod à Proselyto Domicili suu Noachide in ditione Isrealitica commissa puniebant. Ceteris interea sui juris gentibus fas agnoscebant, sive ultimum supplicium sive Poenas qualescumque leviores pro diversa regiminis atq; imperii qualitate fancire, idque non solùm ubi in capitum quæ memorata sunt, septem aliquod, seu præcepta Majora quid committeretur, verum etiam ubi sive in Minorum aliquod sive aliter quis contra Reipublicæ aut imperii, cui sub-*

effet, iura singulare deliquerit. Neque sanè doctrinæ Talmudicæ omnino consonum esse comperio id quod tradit Vir præstantissimus ^{De Iure Bel.} Inter ea que Noe Deus edixit, hoc quoque docere Judæos fuisse, ut non Homicidia tantum, sed & adulteria & concubitus incesti & ^{I. cap. 2. S. 4.} istem violenta rapina morte punirentur. Non enim necessariò Poenæ illud genus à Noachidis, velut ex præcepto, adhibendum volunt. Quana rem dum dispicimus, id quod habent ipsi de Poena, quā Thamar nurum suam velut stupri ream Juda, ante Legem Mosaicam (seu vigente tantum Noachidarum Jure cum eo quod, pro vario hominum Imperio, velut Jus Civile, accessisset) dignam censuerat, prætermittere visum non est. Thamar, ut ex sacra historia ^{k Genes. 38. 11.} liquet, erat בָּתְּ מִנְוֵה id est, ea quæ, ex jure in Judæ saltē familiā ac regimine recepto, etiam ante legem Mosaicam post mortem mariti (tum Eri tum Onani filiorum) servata erat seu velut deposita, ut Selæ demortui mariti fratri, haec tenus impuberi, postea, ad semen marito pristino suscitandum, matrimonio conjungeretur. Cum vero Selam virilem attigisse atatem nec sibi à Juda Socero conjungi animadverteret, meretricem habitu simulans atque in bivio, quo transiret Juda, sedens in coitum ab ipso pellicitur. Factumque est (ut sunt verba sacra^l) quas post tres menses, & nunciatum est Iuda ^{ibid. comm.} à dicente. Fornicata est Thamar nurus tua & concepit per Fornicationes; & ait Iuda, educite eam ut comburatur. Undenam evenerit, ut pena hujusmodi Thamaræ deberetur, non satis consentiunt Magistri. Commentum habent nonnulli eam Sacerdotis ^m fuisse filiam (quemadmodum disertè à Pseudozielide paraphaste nuncupatur) cui adulterii reæ in Legi Mosaica ⁿ combustio- nis poena præstituitur. Nam de Adulterio, minimè de stupro, legem illam intelligunt ^o Magistri. Et vocabulum in origine tam de hoc quam illo non raro usurpatur. Sed quid legi illi seculis aliquot postea latæ cum Thamare per secula illa eam antevertente? Ceterum etiam adulteram eam interea habebant qui hanc sententiam amplexabantur, cum nuptiæ nullæ nec sponsalia (quæ tamen sine nuptiis seu concubitu heic sufficere ex Jure Noachidarum no- lunt) antecessissent; ut tuncque Leviri nuptias expectaret ipsa. Ra- tioni

P p p p

¹ Marbinet
in Finash fol.
104 col. 30.
⁴ Vide etiam
Baal Hatu-
rim ad Ge-
nes. 38. Cf. R.
Bechais in
Biur ad Be-
resith fol. 51.
⁹ More Ne-
bochim
pars 3.

tioni ⁹ magis consonum est quod scribunt allii, quibus ex adie^cto
sive à Juda Principe sive aliter secundum Imperii, sub quo viveba-
tur, modum, iure, tum delicti heic tum poenæ qualitatem pendere
visum est. Quod ad delictum ipsum attinet; ex iis quæ supra libro
quinto occurunt, satis liquet innuptæ coitum (modò incestuosus
ob sanguinis proximitatem abesset) ante legem Moysicam Ebræis,
in delictis non censeri, quam ad rem in primis attinet illud Maimoni-
dis de Juda, ac Thamara, atq; pignore, nimirum annulo, pallio ac

baculo quæ mercedis vice, ipsa acceperat. Sic enim Maimonides ⁹,
ואפשר למלוד מטעה יהודה מודה תשובה ווישר משפט וזה אמרות
תקח לה פן נהייה לבו הנה שלוחתי הגדי הזה ובאוור זה שבעילת
קדשה קורט מעת תורה היה בבעלות הארץ אשתו אחר מות תורה
על טהרה מעשה מותר לא היה ארכט מרוחיק אותו כלל ונתיינט
שבר המותגה עליך לקדשה אז כנינתנה כחוותה אשתו לה עתה בעת
הראשון ר' שהוא דין מדיני האשורי שחביב עליו לחתנו ומאמר
זהויה תקח לה פן נהייה לבו מלמד אורונו שענייני המשוגל כלט
ואפיאלו המותר מהט הוא בשת עליינו לדבר בו וראוי לטעוק ממנו
ולהסתיריו ואפיאלו אם יגורט הפסד ממון כמו שתראה יהודה עשה
באמורה טוב שנפנד וישאר לה מה בידה משנתפרנסת לבקט ונוסך
בשות זאת היא מודה אשר למדנו מהענין הזה ואמןץ היזדר
אשר לדמנו ממנו הוא אמת לנוקות עצמו מגנלה והזאה לא
שנה ולא בטל מה ש הזכיר עמה עליי הנה שלוחתי הנדי הזה אין
ספק טהרתי ההוא היה טוב במינו מאר ומןין זה רמז עליי

Quin discere licet ex Iudahistoria, tum ex actiore in Moribus vir-

¹ Gen. 38. 25. *tusem, tum Iuris rectitudinem; in eo quod dicit, Accipiat sibi (de*
pignoribus apud Thamaram relictis verba fiunt) *ne forte simus in*
contemptum. Ecce misi hadum hunc. Quorum verborum de-
claratio est, quod coitus cum scorto ante datam Legem fuerit, sicne
coitus hominis cum uxore sua; hoc est, quod fuerit licitus nec homi-
ni (velut delictum) fugiendum; & quod merces qua Scorto dabatur
fuerit sicut dos quae hodie dasur uxoris, cum repudio dimittitur; ni-
mirum fuisse velut ius uxoriū ad quod reddendum obligabatur si
qui coiverat. Quod autem ait, accipiat sibi ne forte simus in con-
temptum; id docet nos de rebus copulationis carnalis, etiam si licita
ea fue-

ea fuerit, non sine pudore loquendum; quia & consonum esse ut illam, etiam cum facultatum nostrarum jactura reticemus, sicut Iudam heic fecisse vides, dum censet melius esse ut ipse amitteret & ipsa sibi resineret quod in ejus erat potestate, quam ut ipse illud repetendo negotiam divulgaret atque pudorem augeret. Hec est Virtus Moralis quam ex hac re ediscere possumus. Aequitas autem seu iuris rectitudo, que inde addiscenda nobis est, conspicitur in eo quod, ut procul abesset ab inferendo ei damno, id est, a rebus pignoris nomine relictis ei auferendis, atque se nihil mutare vel demere de eo quod cum ipsa pactus erat, velle ostenderet, subjicit, ecce misi istum hadum. Nam dubium non est quin hadus ille ex grege suo fuerit optimus, qua de causa illum ita signans indicat. Cum igitur in delictis iuxta Ebreos, non haberetur, ex jure solo, quod diximus, Noachidarum, seu Naturali, innuptæ coitus non ex proximitate sanguinis incestuosus (neque enim nurus in eis habetur quæ jure Noachidarum vetitæ) manifestum est, ex eo jure, ad eorum placita, Thamaram heic minimè pro rea habitam. Necessariò ideo sequitur ex jure civili sive à Juda Principe sive aliter superinducto coitum sive ejusmodi innuptæ, sive futuris nuptiis destinatae sive foeminæ ejusmodi dignitatis innuptæ (ad eorum placita semper loquimur) ante ibi interdictum fuisse. Adeoque poenam adjectam לְהִיוֹת כָּל אַתָּה מְנֻאָח לְשָׁרֶתְהָ ut fæmina' R. Bechai in Biur Beresith fol. 51. col. 2. quilibet illiciti coitus rea combureretur. Cum scilicet neque delicti ibi nomini, neque poenæ, ad solam Noachidarum, ut jam tradita sunt, jurium mentem, locus omnino reperiatur. Quin disertè ad singulare ævi illius vetusti seu בֵּית דָינו שְׁלֵש consistorii Semi seu posterorum ejus decretum rem illam referunt aliqui^t. Nec verò desunt qui ultimum supplicium combustionē ibi nolint intelligi, in Gem. Ba- bylos. ad rit. sed^u quod frons inureretur signo quo eam scor- Abda zara tum esse indicaretur. De Absolutione autem Thamaræ ex Voce c. 2 fol. 36 b. celesti, quam בְּתַת קְلִי seu filiam vocis appellant, alia habet ad Ju- R. Ichuds dicum hoc spectantia paraphrasis Hierosolymitana atque ea quæ hachisid a- Uziclii tribuitur, ut etiam Additiones editioni Genesios Con- pud Baal Ha- stantinopolitanæ subjungetur. Vox autem illa erat זְבָאֵן אֲתֹנוֹן Gens. 38.

מִנְיָה בְּרֵא פַתְגָמָה uterque vestrum, quantum ad hanc rem attinet, culpa vacat. Vide quæ superius libro quinto de Thamaris hoc concubitu ex Ebræorum commentariis habemus. Rem totam sed ut jurisconsultus Cæsareus tantum & Pontificius exequitur, atque perpendit Paulus de Abbatia Pollicinii Eremita Camaldolensis in libello ante annos aliquot Florentiæ edito, quem Theorema gestorum Thamar inscripsit. Certè huc etiam spectat Historiola sacra de Dina Jacobi filia à Sichemo Hivitarum juventutis principe violata^x.

² Genes. 38. Rem vi patratam esse intelligunt Magistri^y, adeoque quoniam

¹ Glos. ibid Dina velut prostibulum Hivitis habebatur, cum tamen se non omnino sponte Sichemo permisisset, ideo jure fratres ejus Simeonem &

² Vide A-barbinel in Pirush fol. Levitum Sichemum patremque ejus tum cunctos civitatis quam in-

99. col. 2. colebant masculos in vindictam interfecisse, atque cetera quæ in historia sequuntur perpetrasse. Bello scilicet res gesta est, non in foro acta. Sed tamen ad peenam facinoris bello gesta; quoniam in principes, ut heic, supremos foro locus non erat. Jacobo autem

² Ibid. comm. filii; Nunquid^z ut i debuit sorore nostra, ut Zona, seu ut prostibulo? ubi rationem reddunt cædis Sichemi ac ceterorum. Quoniam sic habuerant sororem nostram perinde ac si ipsa se prostituisset aut se ipsis permisisset. Nam si ita ipse fecisset, contra jus Noachidarum minimè (juxta magistrorum mentem) quid perpetrasset Hivites; cum innuptæ concubitum spontaneum Noachidæ licitum adiungit, nisi ubi jus aliquod civile adversaretur. At verò ea neutiquam heic prostibulum se fecerat aut sponte se Sichemo permiserat,

sed vi oppressa velut prostibulum tamen falso habebatur. Quod minimè ferendum. Etenim vis universa inter præcepta Noachidarum de Homicidio ac Furto satis interdicebatur. Vi autem oppres- sam Dinam non solum ex hac Magistrorum interpretatione, verum

² Genes. 34. 2. etiam è sacris verbis satis elicetur. Ea sunt אֶתְחָק וְשָׁכָב אֶתְחָק נָעַנָה cepit eam & concubuit cum ea & opprescit eam, vulgata ibi adamavit eam & dormivit cum ea vi opprimens virginem. Con- fonus satis est Onkelus. Sed expressius multò altera illa Uzzielidi tributa paraphrasis וְדֹבֶר יְהָה בְּאָנוּסָה וְשָׁכָב עַמָה וְסִגְפָה & cepit cam violentia & concubuit cum ea & afflixis cam. Et Judæi Hispanienses,

nienses, como aella y gazio con ella y affligiola. Arabs item Erpenianus pro עַבְדָּה substituit עֲבָדָה afflixit, cruciavit eam. Josephus autem disertè ^b Φθείρει διὰ ἀρπαγῆς rapsu violavit. Malè autem ^b orig. lib. 2. cap. 19. Græci aliquot codices, cepit eam & dormivit cum ea, καὶ ἐπέκε καὶ ἴμπεινων αὐτῷ & peperit, & humiliavit eam. Ad illud vero quod legitur in historia sacra, rem ^c fadām Sichernum patrâsse in ^c Comm. 7. Israel הַשְׁׂה יְעֻנֵּה & ita non fieri aut ita non fieri solet seu debet pro quo habet vulgata, violatā filiā Iacob rem illicitam perpetrat, Salomon Jarchius לְעֹגֶת אֶת הַבְּתוּלָה שְׁהָאָמֹת נָזְרוּ עַצְמָן Scilicet fieri non debuit nec in more receptum eras, ut impunè quis virgines ita violaret. Nam & ipsi Ethnici velut sepem sibi præstiuunt, ne Incesta patrentur, idque ob Diluvium. De hoc enim cavere, est etiam incesti interdictorum observationi sollicitius prospicere.

C A P. VI.

Judicia circa Juris Naturalis capita Illustriora, in Gentium ditionis Israeliticæ regimine, tantum exerceri solita. Judices qui eis praefessi seorsim constituti; etiam Proselyti Domicilii riū constiuit potuere. Sexus discrimin. Pœna Gladii, Furto Gentilis irrogata, alius item delictū, que mitiūs in Judæis puniatur. Nullam pœnam obscurioris Juris Noachidarum capitū alicuius violationi immunitisse.

Sequitur de Judiciis videamus, quatenus in Proselytorum Domicilii seu Gentilium ditionis Israeliticæ regimine, locum haberent. Eorum consideratio duplex. Altera, quæ circa Jura simpliciter Naturalia versabantur; Altera, quæ circa Jura Gentium ibi sive Imperativa sive Interventia. Quod ad priorem attinet; Ebræis ipsis & eis qui in eorum ritus transierant Tribunalia fuere ordinaria Triumvirorum & xxxi-virorum quamplurima per urbes, oppida ac pagatim disposita præter Magnum illum Lxxi-virorum Hierosolymis Synedrium, in quibus jus secundum præcepta Mosaica atque ea quæ ex Morum institutis moribusque adjeccta essent, tum Originariustum Pros-

clytis Justitiae ac libertinis dicebatur. Neque sine *הַדְרָאָה* seu *Premonitione*, nec sine binis minimis testibus, sententia ex eo jure in reum regulariter ferri solita. Poenarum item genera quatuor (praeter verbera atque alia aliquot pro eorum qui rebus praesent autoritate introducta) Combustio scilicet, Lapidatio, Strangulatio & ea quae Gladii dicitur, in eorum commentariis, quippe quorum usus ex civili jure apud ipsos obtinuit, passim occurunt. Sed haec ad Profelytos Domicilii seu Noachidas ditionis Israeliticæ, ex solo Juris Naturalis respectu, seu ut ex eo solo res agitaretur decidereturque, neutquam attinuere. Neque in tribunalia Israelitica, neque ad Israeliticæ formulas, Profelyti Domicilii seu Noachidæ ejusmodi, ex suo tantum jure rei, in jus vocabantur. Sed sua erant hisce singularia jura Forensia, adeoque Tribunalia singularia; quemadmodum in Anglia nostra olim *Iustitiarii ad Custodiam Insectorum assignati*. Sic enim & in ditione Israelitica Tribunalia Judiciis Profelytorum Domicilii seorsim sunt posita. Singulare enim apud veteres erat illud Judicandi genus quod ζενικόν appellarent, ut scimus ex Aristotele^d, id est, *ad peregrinos attinens*. Unde & apud Ebraeos, singulares, qui ritè ex Noachidarum jure cognoscerent Judices, ut res postulabat, praeficerent ii qui Tribunalibus, quæ diximus, Israeliticis cum imperio praesent, eosque sive Ebraeos sive Profelytos Domicilii aut federe receptos quales diximus. Nisi hi eousque sui juris, post ditionem victoriāmve, ex federe remanserant, ut professione in jura Noachidarum factâ, integrum ipsis esset suo quod retinerent Territorio Judices praeficere. Nam ejusmodi Dedititii non minus ad Judices praeficiendos constituendaque Tribunalia, quæ de Juris Noachidarum capitibus ritè cognoscent obligabantur, quam ipsi in Sancto Imperii sui Territorio Ebrai. Nec contra caput hoc de Judiciis committere tantum eos existimabant qui Tribunalium seu

^e *Mainmonid.* Judicum Constitutioni adversarentur, verum etiam quicunque ita halach. *Me-favendo* aliorum flagitia in cetera juris hujus capita perpetrata reti-lakim. cap. 9. *Tosephat* Al-lerent ac celarent, ut, cum commodè satis possent, in Judicium ea bo Sepher 1. non ducerent. Atque hos בָּעֵלי שְׁכָנָה seu *Consentientes* appelle-karim lib. 3. cap. 14. lant^f, nec leviori quam ipsos flagitorum autores poenâ dignos cen-sue.

faere^f. De Tribunalium autem huic Juri singularium apud Ebraeos ipsos constitutione, ita, ad veterum mentem Maimonides^g, ח'יבן genes Gratiā de Iure בֵּית דָין יִצְרָאֵל לְעַשׂוֹת שְׁפָטִים לְאָלוֹ הַגִּיסָּה בֵּית דָין בְּבֵית דָין מִצְרָאֵל לְעַשׂוֹת שְׁפָטִים לְאָלוֹ הַגִּיסָּה בֵּית דָין עַל פִּי הַמֶּטֶפֶטִים אֲלֹו כִּי טְלָא שְׁחַת הָעוֹלָם אָסָרָא בֵּית דָין שִׁיעַמְדֵז טוֹפְתִיָּה מִתְנַצְּבָה מִתְעַמְּדֵז וְאָסָרָא שִׁיעַמְדֵז לְהַנִּזְנְּתָן מִתְרָאֵל מִעַמְדָּן Debent si qui Tribunalibus Israeliticis presunt præficere Iudices Proselytis illis Domiciliis, ut secundum jura illa Noachidarum ius eis dicatur, ne quid detrimenti capiat humana societas. Pro eorum vero arbitrio, idem est, siue Iudices hosce constituant ex ipsis ejusmodi Proselytis, siue ex Ebrais. Sexus autem ita ratio heic habenda erat, ut foemina in Judicem eis ritè apud Ebraeos præfici nequiret; quod neque ex jure Ebrais civili regulariter^h admissum. Idem Maimonides disertè להט Fæmina et ius dicere non licuitⁱ. Cuma verò ex Ebraeorum iure civili, tres minimum^j Judices ferè semper de causis cognoscerent civilibus seu pecuniariis, de capitalibus verò nunquam pauciores viginti tribus (quod ex titulo Sanhedrin liquet) cumque omnia, ut statim ostenditur, iudicia poenalia, ob violatum à Noachide ius Naturale, Ebrais in usu capita- lia essent; pro libitu nihilominus præficientium, ita Judicum heic numerus variabat, atque ab eo, qui ex jure Ebraeorum civili exigeabantur, diversus erat, ut etiam unicus sufficeret. Quod itidem de Testibus dicendum; quorum tamen in admissione, sexūs etiam ratio ita habita, ut foemina, quemadmodum ex Jure Israelitico, excludetur. Maimonides^k, ובן נחרג בער אחד ובדין אחד בלבד לא בעדות אתה supplicio ex sententia Iudicis unici atque ex unici testis testimonio, idque sine Præmonitione atque testimonio propinquorum (quod in Sanhedrin Judiciis Israeliticis seu merè civilibus^l non est admissum) Minime^m verò ex testimonio fæmine. Atque ex hoc Judiciorum, iuxta ius Noachidarum atque illud quod Ebraeorum civile est, discrimine interpretantur illud quod ex Gemara Babylonia superiusⁿ affertur de 123. Præcepto de Judiciis adjecto in Mara, præter illud Noachidarum. נצטו יִשְׂרָאֵל בְּמִרְאֵה לְהִיוֹת דָּנֵי בְּסֻנְדָּרִין שְׁלָשִׁים וְשְׁלָשִׁה præceptum fuisse Israeliticum in Maran judicia (capitalia) exer- cerent

erent in Tribunalibus xxxiii virorum &c. quod legitur in Glossa Talmudica ubi etiam adjicitur Pluralitatem testium atque Præmonitionem tunc temporis , velut jura Israelitis singularia , accessisse ; adeoque aliam Judiciorum formulam , aliaque judicia præceptis anterioribus tunc , in Ebræorum tantum usus , adjecta . Ut verò in Judicum & Testium ratione hujusmodi habebatur inter Noachidarum & Ebræorum jus discrimen , ita etiam in Pœnis diversitas . Nam capitalem quæ gladio infligebatur , ad Noachidas ex suo jure heic ^{* Vido Gen. Babyl. ad stir. Sanhed. cap. 7. fol. 57 b. & cap. 8. fol. 71 b. Et Masnon. Balach. Me- lakim cap. 9.} reos attinere volunt . Neque quid à Noachide contra ius suum Naturale commissum non ultimo id genus supplicio , ex more , qui ibi receptus , punicnduna . Sed quæ de Judiciis ac Pœna heic dicta sunt intelligenda tantum de Septem præceptorum seu Juris Naturalis Il-

lustrioris , non de Minorum seu Obscuriorum capitatis alicujus violatione . Neque enim de hisce cognoscebat Tribunalium aliquod . Sex igitur illa Incestus genera cunctis hominibus à rerum initii (ut supra traditum est) interdicta , uti etiam Cultus Extraneus , Maledictio Numinis , Homicidium , Furtum , Esus membra animalis viventis (nec disparis juris voluere esse aliqui , ut ostensum est , esum sanguinis) & præceptum hoc de Judiciis (quæ sive obedientia civilis , sive , ubi ex federe seu indultu liceret , Judicum seu Magistratum constitutio eo innueretur) Pœnam habebant Mortis ex recepto apud Ebræos juris Gentium usu adjectam . Quæ etiam ex Tribunalium , quæ diximus seorsim & Proselytorum Judiciis per se præstitutorum sententia , gladio irroganda , qualis Pœna , ex jure Ebræorum sibi civili atque ordinario non cuiquam , præter homicidam , ob honum aliquod commissum infligebatur . Sed aut Vivicrematio aut Strangulatio aut Lapidatio ; idque tantam in prioribus quatuor generibus . Sed Proselytorum Domicilii supplicium heic in cunctis parile , id est ultimum . Adeoque tria etiam posteriora , Furtum scilicet , Esus membra animalis viventis , atque id quod contra præceptum de Judiciis committeretur , in Proselyto Domicilii sic puniebatur . Quæ interea ex Jure Israelitico & usu ipsis civili aut compensatione damni , dupli , quadrupli aut quintupli , aut verberibus tantum plecti solita . Proprium scilicet sibi & Proselytis Justinus Jus

Jus illud erat, etiam à Numine præscriptum. Juris autem Noachidarum capitum, Numen pariter autorem, ut supra ostensum est, esse voluere; quæ scilicet in ipsis interdicta præceptave habentur. Poenarum vero genera quibus coercerentur homines contrà committentes sive graviora sive leviora, tum pro eorum qui jure illo ute-
rentur consensu & indole, tum pro variis, Personarum, Loci, Tem-
poris circumstantiis præstitui potuisse. Idque ex mente Præcepti hu-
jus universalis de Judiciis. Unde & ipsi ultimum adiecere supplicium
Tribus illis Noachidarum juris Capitibus, ob quæ tamen violata ex
Jure ipsorum civili seu Israelitis proprio nemo morte puniendus. Ni-
mirum ne salutare satis reipublicæ seu humanæ apud ipsos societati
medicamen deesset, pro eorum arbitrio quibus suprema in legibus
superinducendis potestas erat, sive gravius quomodolibetcunque
sive levius, ut rerum diversitas exigebat, Poena genus sceleribus &
delictis constitui fas existimabant. Quale quidem receptissimi Orbis
Christiani etiam mores luculentè docent; tametsi nec defuerint
in scholis nostris viri subtilissimi¹, qui ne Furtum quidem simplex
morte punire fas esse contendenterint. Quorum sententiani tam E-
braice in Judiciis ex Jure Gentium exercendis Reipublicæ, quæ
Christiani orbis consensus palam impugnat. Ideò autem mortem
Prosclytis Domicilii reis Gladio infetri volebant, puto, Ebræi, quia
præ cæteris ultimi supplicii generibus, illud Turpius existimarent.
Id colligo ex his Misnæ² verbis. מצות נהרגין היו מתיין את ר'אשו
בסייעת כורך טהמכות עושה ר' יהודה אומר ניול הו זה אלא מניחין
את ר'אשו על הסדן וקוצץ בקופץ אמר לו אין מיתה מנולת מא
Ex instituto de ultimo supplicio afficiendis (nec tamen lapidatione,
vivicrematione, aut strangulatione) *Caput damnari amputabatur*
gladio; quemadmodum jussu regio fieri solet. Sed turpe hoc esse
ajebas R. Iehuda qui voluit potius ut caput stipiti impositum securi
præsecaretur; cui responsum est, turpius hoc genere mortis esse nul-
lum. Atque ita demum se habuit usus, ex jure Gentium, forensis,
quoties in Jus vocaretur Prosclytus Domicilii aut Noachides in di-
tione Israelitica ob Juris aliquod Naturalis caput simpliciter viola-
tam; nullâ juris Civilis seu quod Israelitis proprium esset, ratione

¹ Scot. in sent. 4. diff. 15. q. 3.
² Gideon.
Alex. Alex. part. 3. quæst.
47. membr.

³ Tu. Sanhe-
drin cap. 7.

Qqqqq

com-

commistâ. Id intercâ verum est, non defuisse qui Strangulationem,

^{1 R. Manasse} Poenam Gentilium^r in ditione Israclitica capitem fuisse traderent.
in Gem. Bab. ad sij. San- Sed refragatur Talmudicorum turba, nisi de Poena coitus ex iure ut
hed. cap. 7. volunt illi singulari Israelitarum adeò illiciti, ut in adulterium juxta
fol. 56 b. & jus Isracliticum, non, ut illi docent, juxta Naturale seu Noachidarum,
cap. 8. fol. 71 b. & vide ibi ibi migraret, dictum capias; qua de re capite proximo. De nefan-
glossas.

di autem bestiæ coitus Noachide reo aiunt; eum tantèm morte
fuisse puniendum, non item bestiam, tametsi jus Ebræis ipsis Civile

^{1 Lib. 1. cap. 4.} aliud esset; qua de resupra etiam monuimus, ut item de Noachi-
pag. 55.

^{1 Lib. 2. cap.} de in transgressionem sui juris vi adacti. Alia subinde in superiori-
22. pag. 254. bus libris occurunt, quæ hoc spectare meminerit lector.

C A P. VII.

*De Judiciis quibus in ditione Israclitica suberant Proselyti Domicili ob Jus ibi Gen-
tium, seu quod Naturale non habebatur, violatum. Poenæ Singulares
Proselyto ejusmodi ob Sponsæ Ebraicæ (qualis in jure Noachidarum non agnita)
coitum, irrogande. Proselytus Domicili reus & dein Justitiae Proselytus
factus. Minor, Surdus, Mentis inops. Proselytus Justitiae *Judicis par-*
nalibus, ex Jure Israelitico exercendus, praesse rite nequibus, nedam Proselytus
Domicili.*



Onsideratio heic altera est, de Judicis quibus suberat
Proselytus Domicili aut Noachides in ditione Israclitica, ob juris alicuius Gentium ibi, sive Imperativi sive
Intervenientis, capitis violationem. Ex eis quælibo
secundo & sequentibus occurunt palam fit, Proselyti Domicili conditionem
fuisse ejusmodi, ut quamplurima ei non permisum fit fa-
cere quæ tamen Israelitis imperata; nec quidem ultrò ritus aliquos,
velut jure sibi extra sui seu Naturalis corpus ejusve Appendices, su-
perinducto observare. Sic nihilominus ut obligaretur intercâ iure
Gentium tum Imperativo tum Interveniente, id est tum sacro quod-
cunque ad Proselytorum Domicili regimenter, tum eo quod
ab Ebræis ipsis ejusmodi regimini superinductum est. Quoties
autem in eorum quempiam ob Juris aliquod, quale diximus, Gen-
tium caput violatum agi oportuit, etiam, pro libitu eorum qui rebus
præ-

præsent, sive in tribunal Proselytorum Domicilii regimini seorsim positum, sive in Israeliticum aliquod ordinarium evocandus erat, ibique sive absolvendus sive dammandus Poena Israeliticâ, seu ex Jure solummodo Ebraeorum seu civili (nisi dicas hoc ita in jus Gentium migrasse) institutâ. Sic tamen ut Judex etiam heic Unicus, Unicus item Testis sufficeret, nec Præmonitionis ratio (ut in Iudiciis merè Israeliticis) omnino haberetur. Quæ de Proselyto Domicilii Imaginem faciente, Lucum plantante, Sabbatum observante, id genus reliquis, libris in superioribus dicta sunt, heic recolantur, ut poterit quæ modo jam memorato in judicium deducenda. Sed insigne præ aliis est, ad hanc rem, id quod habent Talmudici de singulari ob illicitum concubitus unicum genus Proselyti Domicilii Poena quæ ex Juris Israelitici & Noachidarum discrimine orta est. Nimirum ex ostensis libro quinto liquet, Alienæ uxoris, post domum deductionem scilicet ac matrimonium coitu inceptum firmatumque, concubitus planè adulterium fuisse tam ex Jure Noachidarum quam ex Jure Israelitico. Unde evenit, ut adulterii ejusmodi reus, sive in foemina Gentili sive in Israelitica, Proselytus Domicilii, Poenam subiret gladii ex sententia fori id genus hominibus constituti, ut capite dictum est superiori. Talmudici"; אָס בָּא עַל אֲסֹת <sup>Maimonid
balach. McLakim cap. 9.</sup> שְׂרָאֵל אחר טنبעללה הר' זה כmo שָׁבָא עַל אֲסֹת גּוֹי תְּבִירוֹ וַיְהִי בְּסִיר Si Noachides concubuerat cum uxore Israelita postquam coitus matrimonium secutus esset, idem (quantum ad adulterii interdictum spectat) fecerat perinde ac si cum Gentilis uxore coiverat, & gladio puniendus erat. Nempe in jus simpliciter Noachidarum sic commiserat. Non item, si id fecerat, antequam marituscum sponsa coiverat. Nam ex iure Noachidarum seu Naturali, citra coitum ne quidem uxor juxta Talmudicos, habebatur ea, quâcum quis matrimonium contraxerat, ut fusiis libro ostenditur quinto. Jure ^{Dest. 22. 22. C.c.} autem Israelitico etiam ex sponsalibus citra deductionem, citra coitum, uxor siebat^x; qua de re plura nos in Uxore Ebraica. Et si ^{Genu. B. b. ad tit. San-} quis cum sponsa ejusmodi aliena concubuisset, utrique ex iure Israelitarum civili Lapidatione puniebantur ^y, ante scilicet tam deductionem quam coitum mariti; post deductionem vero & citra ^{f. 57 b. Maimonides hal. Isuri Bias. 1.}

Qqqqq 2.

coitum,

coitum, Strangulatione, ut adulteri alii; excepto ubi sponsa esset fi-
 • Legit. 21. lia Sacerdotis, quæ ex disertis legis² sacra: verbis comburenda. Unde
 9. & sponsam qualem diximus, scilicet uti vocant, id est sponsam quæ nondum in thalamum deducta est,
 volunt Christiani scriptores aliqui fuisse adulteram illam, ad quam
 attinere legem de lapidatione innuunt Scribæ & Pharisæi in Evan-
 gelio³. Si igitur Noachides seu Proselytus Domicilii id quod
 Adulterium ex jure tantum Israelitico, non Noachidarum, censetur,
 in sponsa qualem diximus commisisset, ex jure simpliciter suo in
 jus vocari nequivat. At verò ex jure cui ratione Domicilii, pro ar-
 bitrio eorum qui ibi rebus præerant, suberat, juxta exitum judicio-
 rum Israeliticorum puniebatur, non gladio; sed si reus ante tam de-
 dictionem quam coitum mariti, lapidatione; si post deductionem
 & ante coitum, strangulatione. Nec raro aiunt מיתה האמורה simplex mortis seu ultimi supplicii Paenitentia
 בְּנֵה בָּא;⁴ Vide Levit. lege⁵ Strangulationem denotat. Gemara Babylonia⁶
 20.10. על עריות ישראל נידון ברני ישראל בא על עירות בן נידון ברני
 בְּנֵה זָנו אֲלֹא נִעַרְתָּה הַמְאוֹרָה וְנִחְתַּב נִמְיָה בְּחֻפָּה.⁷
 • Adit. San. hedrin cap. 7. fol. 57 b. Noachides seu Proselytus Domicilii reus Turpitudinus
 seu Concubitus ex Iure Israelitico damnari judicatur Indicio Israe-
 litico, concubitus ex Iure Noachidarum, judicio Noachidis seorsim
 prestituto. Nec quidem heic nobis proprium est quidquam preter
 speciem illam de virginе desponsata, idque tameis ea in thalamum
 deducta fuerit, nondum cum sponso coiverit. Huc spectat locus e-
 • Adit. Ki-
 dohin cap. 1. gregius in Gemara Hierosolymitana⁸, ubi Rabbi Jona;
 fol. 58. col. 2. חֶל אִישׁ אֲלֹא לְהַבְיאָה אֶת הַגּוֹיִם שָׁבָא עַל עירות הדומות
 כ. שידונו ברני האומות ואם בא על עירות ישראל שידונו אותן ברני
 ישראל אמר ר' אלעזר מכולם אין לך אלא ארונות ישראל בלבד
 שאם בא על ארונות גויים פטור אם בא על ארונות ישראל ח'יבין
 כמה הוא מתחייב בדיןיהם ברני ישראל אין תימר ברני ישראל
 נתני עדים ובעדים וטלטה דינים זו: נהחריה-ובסקילה ואין
 Quid ho-
 minis nomine denotatur? verba fiunt de loco illo sacro, ubi inter-
 • Legit. 12.6. dictorum de illicito concubitu⁹ habetur exordium (sensus est, ut iis-
 razione

ratione vocabuli hominis, etiam ipsi Gentiles innuerentur; ita scilicet ut quorunque eorum commiserint in interdicta de Illicito concubitu, quo generi humano interdictum est, iudicia subeant que ad gentes seu Noachidas seorsim attinent. Si vero commiserint in interdicta de concubitu Israelitis illicito, iudicia subeant que attinent ad Israelitas, quorum in numero monuit Rabbi Eliezer esse illud tantum quod est de sponsa Israelite, nondum nupta (qualis illa fuerit jam diximus) Adeo ut si concubatus cum ejusmodi sponsa iudicari sit reus, si vero cum sponsa Gentilis (id est, ut ante ostenditur, ea quam nondum concubitus perfecit sed consensus tantum inchoavit matrimonium, iuxta jura Noachidarum seu simpliciter, ut volunt, Naturalia) reus non omnino sit. Verum quidem est ob coitum sponsa Israelite, damnandum esse. Ceterum an iudicio Israelitico an iudicio Noachidis proprio? si dicas iudicio Israelitico, binis opus est testibus & XXII viris qui judicent, etiam & premonitione, & Pena est Lapidatio. Si vero dixeris iudicio Noachidis proprio, unicus tantummodo sufficit testis, unicus Index, idque absque premonitione.

Et Pena est gladio irroganda. Quin & Maimonides^f; אין בן נח נח שׁוֹרָאֵל אֶל אֲשֶׁת חַבְירֹו עַד שְׁבָא עַלְיהָ כִּדְرָכָה אַחֲרָ טַנְבָּעָה אַבְלָ מַאוֹרָסָה אוֹ שְׁנַכְנָסָה לְחוֹפָה וְלֹא נַכְלָה אַנְיָחִיבָן עַלְיהָ טַגְאָמָל וְהַיָּא בְּעוֹלָת בְּעַל בְּמַה דְּבָרָם אָמָרָס בְּבָנָ נָח שְׁבָא עַל בְּתָה מִבְּלָ גַּוְיִי הַבָּא עַל שֹׁוֹרָאֵל בֵּין כִּדְרָכָה בֵּין טָלָא כִּדְרָכָה חַיְבָה וְאָס הִתְהַנֵּה נָעָרָה מַאוֹרָס נַסְקָל עַלְיהָ כְּדַרְעִי יְשָׁרָאֵל בְּאַלְיהָ אַחֲרָ שְׁנַכְנָסָה Noachides alterius. Iuxta illud quod dictum est^g (de Sara Abraham uxore) & cum ipsa maritus consuebat (ubi uxorem ejus esse, Abimelech coelitus sic innuitur) Quae sic dicta interim intelligenda sunt, ut de Noachide cum femina Gentili seu sui generis coeunte rem capias. Si vero cum Israelitide coiverat sive more consueto sive prepostero reus habebatur. Et si ea esset virgo de sponsata (necdum in thalamum deducta) lapidatur.

^f Hal. Melakhim cap. 9.
^g Genos 20:3
Mof. Mikot. prae. affirme.
^{122.}

batur ille juxta judicij Israëlitici exitum.. Si in thalamum deduceta, nec dum amplexibus Venereis excepta, Strangulatione puniebatur juxta etiam Iudicij Israëlitici exitum. Ita ut inter se Noachidæ in ditione Israëlitica sui planè seu juxta Ebræos Naturalis juris fruerentur circa contractus conjugales libertate; unde nec uxoris ipsis erat quæpiam ante coitum. Qua de re consulas librum quintum. De Proselytis autem Domicilii reis ac postmodum in titus

¹ Maimonid. Judaicos transeuntes ad hunc modum statuunt^b. בְּנֵי שְׁבִירָק אֶת הַשְׁמָה אוֹ שְׁעַבְדָּן עֲבוֹדָה זָרָה אוֹ שְׁבָא עַל אֶשְׁתָּחָבְיוֹ אוֹ שְׁזַרְבָּן חַבְרוֹתִים cap. 10. וְנַגְבִּיר פְּטוֹר הַגְּבָרָה בֶּן יִשְׂרָאֵל אוֹ שְׁבָא עַל אֶשְׁתָּחָבְיוֹ אוֹ שְׁזַרְבָּן חַבְרוֹתִים cap. 10. ^c Gemar. Babylon ad Sanhed. 10. והותיכם אותו עַל בֶּן יִשְׂרָאֵל וְחוֹנְקִין אותו עַל אֶשְׁתָּחָבְיוֹ טַבָּעָל. Noachides qui nomen Domini sanctissimum cap. 7. ^d He. adulter fuisse & dein Proselytus justitia fuisse factus, in iudicium fol. 58. col. 3. vocandus non erat, sed liber. (Nam ob haec crimina in Gentilismo commissa puniendus erat solum juxta ordinem & exitum Judiciorum quæ Proselytis Domicilii seorsim propria fuere, nec in Proselytos Justitiae magis atque in Originarios exercenda) At vero si Israëlitam occiderat, aut cum Israëlite uxore concubuerat, deinde Proselytus Injustia factus, Gladio quidem plectendus erat ob homicidium (ut antè, nam & ea Poena homicidii ex Jure Ebræis civili) sed Strangulatione ob adulterium Scilicet non iam gladio quo ob adulterium iure Noachidarum interdictum, erat puniendus, dum Proselytus erat Domicilii, sed Poenâ Israëlitarum civili. Ita Proselytorum Justitiae crimina ejusmodi ante Proselytismum, sive in comparés seu Noachidas sive in Numen ipsum commissa, ex ipsa in ritus Judaeo transitione dilui volueré. Non item quæ in Israëlitas, tametsi velut denuò natos nec ante in lucem editos eos alias haberent, ut ostensum est libro secundoⁱ.

¹ Cap. 5. Aiunt^k etiam Gentilem, qui percusserat Israëlitam, morte fuisse meritò puniendum, nec tamen ita puni- hal. Chobal tum. Adjiciunt item^l קָטָן וְלֹא חַרְשׁ וְלֹא שָׁוְתָה Wemazik cap. 5. ^m hal. non puniebatur ex Gentilibus quisquam Minor, Melakim c. surdus, aut mentis inops, quoniam hi minimè fuere filii Prae- ro. ptorum, id est, ad quos præcepta satis attinerent. Prætercundum ⁿ Ibidem. autem

autem non est, tametsi Proselytis Domiciliū ut capite superiori dictum est, rite potuēre fieri Judices qui sibi congenetes, ex Jure Noachidarum solum, judicare possent, adeoque tam Proselyti Justitiae quam Ebræi, nihilominus Judicis Poenibus ex jure Israelitico seu Ebraorum civili exercendis rite præfici ne Proselytos quidem Justitiae, ncedum Domiciliū, potuisse; qua de re itcm dictum est libro quinto^m.

Cap. 20.

C A P. VIII.

De Judiciis Extraordinariis *sive ubi* Ebræus *aut* Gentilibus binis *aut* Ebræo & Gentili arbiter *receptus* *esset*, *sive ubi* Ebræis orirentur cum aliis Gentibus ad eis, *velut* Africanis, Ægyptiis, Arabibus, *sive de Territorii* *sive de bonis* *aliis* *controversia*.

 *U*az verò hactenus de Judiciis forensibus apud Ebræos explicata sunt, ad Judicia attinent, *sive* *juxta Jura Noachidarum* *sive* *in Proselytorum Domiciliū regimine* *exercenda*, Ordinaria. De aliis etiam, quæ Extraordinaria voco, leguntur nonnulla in Ebraorum commentariis, quæ, quoniam eorum sententiam de Jure, cum Gentilibus etiam nondum in Proselytorum Domiciliū numerum nec in suam potestatem receptis, ageridi aliquantulum aperit, prætermittere heic visum non est. Horum alia sunt de Judiciis ubi ex Gentilium litigantium compromisso Ebræus arbiter seu Judex fieret. Alia de aliarum cum Ebræis Gentium litibus, sub judice cui in utrosque potestas, agitatis. Ubi ex compromisso Ebræus arbiter siebat, tam auctore quam redi Gentilibus, ex Jure Noachidarum omnino controversiam fuisse aiunt dirimendam. At si pars altera esset Ebræus, ita ab arbitro ferendam sententiam, ut secundum illud Jus *sive* Israeliticum *sive* Noachidarum, quod in causa Ebræo utilius esset, pronuntiaret. Maimonidesⁿ *Hal. Melakim* *cap. 10.*

שְׂרָאֵל וְגּוֹי שְׁבָאוֹ לִפְנֵיךְ לְדוֹן אֶת זַכְוָת יִשְׂרָאֵל בְּדִינֵיכְם דְּנֵין לוֹ בְּדִינֵיכְם וְאָמְרָת לוֹ כִּי דִינֵיכְם וְאֶת שׁ זַכְוָת לִשְׂרָאֵל בְּדִינֵיכְנוּ דְּנֵין לוֹ דִין תּוֹרָה אָמְרָת לוֹ כִּי דִינֵינוּ וַיַּרְאָה לִי טָאן עֲוָשֵׁין כֵּן לְגֻרְתֵּן Si Ebreus & Gentilis in re velut

velut arbitrum compromittant, & commodius fuerit Ebraeo, ut causa ex Noachidarum jure decidatur, eo Iure utendum est, ac Gentili dicendum, sic exigit jus vestrum. Si commodius fuerit Ebraeo, ut causa ex jure decidatur Israelitico, eo utendum est jure, atque Gentili itidem dicendum, ita exigit nostrum jus. Quod tamen, ut mihi videtur, minimè faciendum, ubi Gentilis ille fuerit Profelytus Domicilii, qui perpetuo (nisi ubi in) juris Israelitici capita illa aliquot, quæ superius memorantur, commiserit) secundum jus Noachidarum judicandus est. Litium autem sub Judice, cui tum in Ebraeos tum in alias, quæ actione uterentur, Gentes potestas erat, agitarum Historiolarum occurunt in Talmude Babylonio, quarum ne vestigium, ni fallor, in vetustis Scriptoribus sive Græcis sive Latinis repertum. Reverentiam atque munificentiam singularem, quâ erga Jaddum Pontificem omnesque Hierosolymis Ebraeos etiam & totam ubique Gentem usus est Alexander Magnus Ebraeos in suam potesta-

* *Archæolog.* Lib. II. c. ult. & ad al. bus aliis gentibus, Ebrais verò reis, nihil memorant. Triplicem tamen in Ebraeos, illo Judice, Litem institutam scribunt Talmudici

atque disceptatione agitatam fuisse. Primam ab Africanis, Secundam ab Ægyptiis, Tertiam ab Ismaelitis seu Arabibus atque postris Keturæ. Africani, ut posteri Canaanorum, qui sub Josuæ tempora è Terra Canaan bello pulsi in Africam migrarant (& ea de re certè expressum fuisse in veteri apud Africanos in Provincia Tingitana, inscriptione testimonium tradit Procopius^P; & recole hic quod supra^q de Josuæ belli in eos denuntiatione memoratur) hæreditatem avitam repetebant. Ex jure successionis in Abrahæ bona

seu Familia eriscundæ, agebant Ismaelitæ & Keturæ posteri. Et de- mūm Ægyptii, veluti certi conditione petebant restitui sibi aurum & argentum quod Ebrais ex Ægypto profecturis ipsorum majores mutuò dederant. Advocati Ebrais munus præstitisse aiunt Gibeah Ben Pessisa, dictum item Ben Kosam^r Jurisconsultum celeberrimum, atque ejusmodi exceptionibus, sedente pro Tribunalí Alexandro, usum esse, ut actores replicationes quibus exceptionum vim refelle-

^P De rebus Vandaliis lib. 2.

^q Lib. 5. cap. 13.

^r Exod. 11. 2. & 12. 36.

^s Abraham Zaccus in Sefer Iu- chashim fol. 13.

rent fruſtrà quaerentes cauſis planè caderent, & prædia atque vineas, quas, ex certa eviſtionis ſpe, vi occupaverant, derclinentes pudefactique recederent. Verba Gemaræ Babyloniæ ſubjungo :

כſhabao בְּנֵי אֶפְרַיִם לְדוֹן עַם יִשְׂרָאֵל לִפְנֵי אֲלָכְנָדְרוֹס מָקוֹדְוָן אָמָרוּ Ad ill. S. 2.
hedrin cap.
fol. 2.

לו אַרְצָן כְּנֻעַן טָלְנוּ הַיָּא רְכַתְּבָ אַרְצָן כְּנֻעַן לְגַבּוֹלָותָה וְכְנֻעַן אָבוֹהוּן דְּהַנְּהָנוּ אַיִלְנִי חֹוה אָמָר לְהוּ גְּבִיהָ בְּن פְּſִיסָא לְחַכְמִים תְּנַנוּ לִי רְשֻׁוֹת וְאַלְךָ וְאַדְוָן עַמְּהָן לִפְנֵי אֲלָכְנָדְרוֹס מָקוֹדְוָן אָם יִנְצְּחָוּנִי אָמָרוּ הדִּיוֹת שְׁבָנוּ נְצָחָתָם וְאָם אַנְצָחָ אָוֹתָם אָמָרוּ לְהָם תּוֹرָת מְשָׁה נְצָחָתָם וַיְתַנוּ לוּ רְשֻׁוֹת הַלְּדָרְךָ וְדוֹן עַמְּהָם אָמָר לְהָם מְהִיכָּן אָתָם פְּבִיאָן רְאֵיהָ אָמָרוּ לוּ מִן הַתּוֹרָה אָמָר לְהָזֶן אָפָּה אָנִי לֹא אָבִיא לְכַטְּ רְאֵיהָ אָלֵיהָ מִן הַתּוֹרָה טְנָאָמָר וַיָּאמֶר אָרוּר כְּנֻעַן עַבְדָּבְּרִים יִהְיָה לְאָחָיו עַבְדָּ שְׁקָנָה נְכִסִּים עַבְדָּ לְמַיִּים וּנְכִסִּים לְמַיִּים וְלֹא עַד אֶלָּא שְׁהָרָה כְּמָה שְׁנִים שְׁלָא עַבְדָּתָנוּ אָמָר לְהָם אֲלָכְנָדְרוֹס מְלָכָא חַזְוּרָוּ לוּ תְּשֻׁבָּה אָמָרוּ לוּ תְּנַהָּ לְנוּ זָמָן שְׁלָשָׁה יָמִים נַתָּן לְהָם זָמָן בְּדָרוֹ וְלֹא מַצָּאוּ תְּשֻׁבָּה מִיד בְּרָחוֹ וְהַנִּיחָוּ שְׁדוֹתָהָן זְרוּעוֹת וּכְרָמִיהָן כְּתָהָן נְטוּעוֹת וְאָוֹתָה שָׁנָה שְׁבִיעִית הִתְהָה שָׁוֹב פָּעֵם אָחָת בָּאוּ מְצִירִים לְדוֹן עַם יִשְׂרָאֵל לִפְנֵי אֲלָכְנָדְרוֹס מָקוֹדְוָן אָמָרוּ לוּ הַרְיָה הָאָמָר וְהָנַתְּנָה חַזָּן הַעַט בְּעַנִּי מְצִירִים וִישָׁאָלִימִים תְּ�נַנוּ לְנוּ כְּסָפָה וְזָהָב שִׁנְטְּלָחָת מִמְּנָנוּ אָמָר גְּבִיהָא בְּנֵי פְּſִיסָא לְחַכְמִים תְּנוּלִי רְשֻׁוֹת וְאַלְךָ וְאַדְוָן עַמְּהָן לִפְנֵי אֲלָכְנָדְרוֹס אָם יִנְצְּחָוּנִי אָמָרוּ לְהָם הדִּיוֹת שְׁבָנוּ נְצָחָתָם וְאָם אַנְצָחָ אָוֹתָם אָמָר לְהָם תּוֹרָת מְשָׁה וְרְבִינוּ נְצָחָתָם נַתְּנַנוּ לוּ רְשֻׁוֹת וְהַלְּךָ וַיָּאמֶר לְהַזְּנִינָה אַתָּם מְבִיאָן רְאֵיהָ אָמָר לוּ מִן הַתּוֹרָה אָמָר לְהַזְּנִינָה אָפָּה אָנִי לֹא אָבִיא לְכַטְּ רְאֵיהָ אָלֵיהָ מִן הַתּוֹרָה טְלָשִׁים שָׁנָה וְאַרְבָּעָה מְאוֹת שָׁנָה תְּ�נַנוּ לְנוּ יְשָׁרָאֵל אֲשֶׁר יִשְׁבּוּ בְּמִצְרָיִם שָׁלָשִׁים שָׁנָה וְאַרְבָּעָה מְאוֹת שָׁנָה תְּ�נַנוּ לְנוּ שְׁכָר עֲבוֹדָה שְׁלַשִּׁים רַיבּוֹא שְׁלַשִּׁים עֲבָדָה בְּמִצְרָיִם שְׁלַשִּׁים שָׁנָה וְאַרְבָּעָה מְאוֹת שָׁנָה אָמָר לְהַזְּנִינָה אֲלָכְנָדְרוֹס מָקוֹדְוָן תְּשֻׁבָּה אָמָרוּ לוּ תְּ�נַנוּ לְנוּ זָמָן שְׁלָשָׁה יָמִים נַתָּן לְהָם זָמָן בְּדָרוֹ וְלֹא מַצָּאוּ תְּשֻׁבָּה מִיד הַנִּיחָוּ שְׁדוֹתָהָן כְּתָהָן נְטוּעוֹת וּבְרָחוֹ וְאָוֹתָה שְׁבִיעִית הִתְהָה וְשָׁוֹב פָּעֵם אָחָת בָּאוּ יִשְׁמְעָאל וּבְנֵי קְטוּרָה לְדוֹן עַם יִשְׂרָאֵל לִפְנֵי אֲלָכְנָדְרוֹס מָקוֹדְוָן אָמָרוּ לוּ אַרְצָן כְּנֻעַן טָלְנוּ וְשְׁלָכָם וְנְתִיבָּם אֶלָּה תּוֹלְדוֹת יִשְׁמְעָאל בְּנֵי אֶבְרָהָם וְנְתִיבָּם אֶלָּה תּוֹלְדוֹת שְׁחָק בְּנֵי אֶבְרָהָם אָמָר לְהַזְּנִינָה גְּבִיהָא בְּנֵי פְּſִיסָא לְחַכְמִים תְּ�נַנוּ לִרְשֻׁוֹת וְאַלְךָ וְאַדְוָן עַמְּהָן לִפְנֵי אֲלָכְנָדְרוֹס מָקוֹדְוָן אָם יִנְצְּחָוּנִי אָמָרוּ הדִּיוֹת שְׁבָנוּ נְצָחָתָם וְאָם אַנְצָחָ אָוֹתָם אָמָרוּ לוּ תּוֹרָת מְשָׁה רְבִינוּ נְצָחָתָם

נשחתכם נתנו לו רשות הילך ודין עמהן אמר להם מהיכן אתם מכיאין ר'אייה אמרו לו מון התורה אמר להן אַתָּה אֲנִי לְאֵת אָבִיא רַאֵיה אללא מון התורה שנא' ויתן אברהם את כל אשר לו ל'צחק ולבני הפלגשס אשר לאברהם נתן אברהם מתנות אב שנתן אגטין לבניו בחיו ושביר זה מעל זה קלום יש לו כולם על זה

Cum adessent Africani, ut litigarent cum Israelitis coram Alexandro Macedone, afferentes Terram Canaan suam esse eo quod etiam

^{Numb. 34.2.} *scriptum reperiatur "Terram eam ac Terminos ejus & Canaan dici, qui fuerat eorum pater, rogavit Gibeah Ben Pessa potestatem à sapientibus ut Advocari munus patrie praestaret coram Alexandro Macedone. Quod si, inquit, ipsi vicerint, integrum erit vobis respondere, illos privatum ex Israelitis tantum vicisse. Si vero ego vicerero, respondendum erit, Legem Mosis eos vicisse. Datā ei potestate abiit & litigavit cum eis. Rogavit eos undenam peterent Argumentum. Responderunt ex Lege. Quibus ille, etiam ego neutrum argumentum afferam contrarios aliunde quam ex lege peti- tum. Scriptum illuc est, inquit, Maledictus^x Canaan, servus servorum erit ille Fratribus suis. Vbi servus res aequisiverit, cuiusnam est ipse servus? cuiusnam res ejus? Quin vos insuper quot annis jam nobis minimè serviistis? Alexander Rex jubet eos respondere. Cui illi, da queso nobis moram tridui; quā induitā frustra responsum quarebant. Vnde aufugēre relinquentes agros suos seminatos & vineas plantatas. Id quod anno contigit Sabbatico. Rursus aliquando venerunt Aegyptii ut litigarent cum Israelitis coram Alexandro Macedone, cui ostenderunt à Mose dictum, Deum*

^{Exod. 12.36.} *dedisse^y gratiam populo in oculis Aegyptiorum, ut postulata concede-rent eis, seu mutuo darent qua ipsi pezerent. Reddite igitur, in-quint, argentum & aurum quod à nobis abstulisti. Petit à sapientibus potestatem Gibeah Ben Pessa, ut ipse Advocati munus, in hoc iti-dem judicio, patria praestaret coram Alexandro. Et inquit, si vi-cerint ipsi, integrum erit vobis respondere hominem è vobis privatum ab eis victum duntaxat esse. Si vero ego vicerero, respondendum erit ipsos à Lege Mosis Magistri nostri victos. Potestate ei datā abiit & cum eis in Iudicio egit. Rogavit igitur eos unde peterent Argumen-tum.*

sum. Responderunt ex lege. Subjungit ille, etiam ego ex lege tan-
 sum argumentum contra vos petam. Illic scriptum reperitur², Exod. 12.40.
 Habitatio autem filiorum Israël, qua manserunt in Aegypto, triginta
 fuerunt anni supra quadringentos annos. Reddite igitur notis
 Mercedem Operæ sexaginta³ Myriadum qui per annos CCCC XXX in⁴ Ibid. comm.
 Aegypto vobis serviebant. (Scimus hunc annorum numerum non⁵ 37.
 ab ingressu in Aegyptum, sed à peregrinatione Abrahæ prædictâ^b
 tum Chronologis^c Ebraeorum, tum aliis, putari; qua de re heic^d
 non est locus disputandi) Iussit Aegyptius Alexander responsum^e Erst. ad G-
 huic argumento dare. Illi vero tridui morâ impetrata frustrâ que-
 rebant responsum, unde relictis agris seminatis atque vines consitis^f Seder Olam
 aufugerunt. Rursus aliquando venerunt Filii Ismael seu Ismaeli-^g Rabba & A-
 braham Ben^h Ze & Keturæ Posteri, ut in judicio experirentur cum Israelitis co-ⁱ David in Ka-
 ram Alexandro Macedone. Asserebant ei, Terram Canaan esse tam^j bala Vide
 ipsorum quam Israelitarum, velut cohæredum; Etenim tam scri-^k Rabbi Elie-
 ptum reperiri^l, Ha sunt Generationes Ismael Filii Abrahæ, quam^m zer in Pike
 ha sunt generationes Isaac filii Abrahæ. Petrit igitur à sapienti-ⁿ Gen 25.12.
 bus potestatem sibi dari Gibeah Ben Pefisa, ut Advocati munus pa-^o Ibid. comm.
 tria heic etiam prestaret. Adiectis qua in causis binis prioribus
 subjungerat, potestas ei data est. Abiit & cum eis egit in Iudicio.
 Rogat igitur unde sumerent argumentum. Dicentibus illis è lege,
 etiam & ego inquit è Lege tantum argumentum afferam. In ea
 antem dictum est, Et dedit Abraham omne quod habuit Isaaco, &
 filiis Concubinarum qua fuere Abrahæ dedit Abraham Munera. Genos. 25.
 Vbi Pater, dum vixerit, instrumenta filiis dederit, quibus nolle se te-
 statur ut bona sua inter se dividant, & alterum emiserit altero di-
 zorem, Prerogativam alterius alter jure minuere nequit. Quin
 in Berechiah Rabba^f, actiones totidem à populis illis coram Alexan-^{P. parash. 61.}
 dro adversus Ebræos institutæ, sed diversimodè narrantur. Verba
 בימי אלכסנדריס מתקון באו בני יטמיעאל לעורר על ישראל
 על הבכורה ובאו עמהם שתי משלוחות רעות נגננים ומצרים אמרו
 מי הולך וזה עמהן אמר גביעה בן קוסט אני הולך וזה עמהם אמרה
 לו הוזר טלא תחלייט להם את הארץ אמר אני הולך עמהם אמרה
 נצחתי אתם הרי מוטב ואם לאו אתם אמרים מה הנחע הזה
 שער 2

שעיר עליינו הילך וזה עמהם אמר להם אלכסנדרוס מקדון מי טובע
תיד מי אמרו שמעאלם אנו טובעים מידן ומורתון אנו באים עליהם
כתב כי את הבכור בן השנואה יcir וישמעאל בדין שיטול פ' שנים
אל גביעה בן קוסט אדרוני המלך אין אדם עוטה מה שהוא רוצה לבנץ
אמר לו ההז ואל והכתיב ויתן אברהם את כל אשר לו למחק אמרו לו
היכן טטר טליה שחילק בין בניו אל ולבני הפליגשים אשר לאברהם
נתן אברהם מתחנה ונסתלקו ממש בבorth פנים אמרו כנענים מורתון
אנו באים עליהם בכל מקום כתיב ארצתם כנען ארץ כנען יתנו לנו את
ארצינו אל גביעה בן קוסט אדרוני המלך אין אדם עוטה לעבדו מה
זה הוא רחזה אל הין אמר והכתב אחריו כנען עבד עבדים וגוי הרי
הארץ שלנו והם עבדים לאדרוני המלך ונסתלקו ממש בבorth פנים
אמור מקרים מורתון אנו באים עליהם שישים ריבוא צאו מצלינו
פערונים כל' כספ' וכלי זהב וככיב וינצלו את מזרים יתנו לנו את
כספיינו ואת זהבינו אמר לו גביעה בן קוסט אדרוני המלך ס' ריבוא

^{¶ Ita exemplar meum Cracoviae eisdem tempore Alexandri Macedonis, venerunt Ismaelites, ut cum Israelitissimilitudine tis litigarent de Primogenitura.} Cum illis veniebant item bina litterarum ¶ ubi familia improba Cananai & Aegyptii. Consilio inito, quisnam Ad-
dujus pars vocari munus illis litibus prastaret, dixit Gibeah Ben Kosam, ego ibo
superior māce in iudicio agam cum illis. Ei responsum est, eave ne Terra eius
velut evicta cedat. Ille vero, ibo & in iudicio agam. Si ipse vi-
cero, bene se res habebit. Sin vero, integrum erit vobis dicere, quid
signatione nobis cum homuncione illo? Abiit & in iudicio egit cum illis. In-
pro nihilo interrogante Alexandrou denam actores hi? illi undenam rei? Nos,
mendum, inquiunt Ismaelites, perimus quod possident ipsi, idque juxta ipsorum
legem. Proferimus in eos id quod scriptum est; sed filium odiose
agnoscet primogenito; unde Ismaeli jus erat ut duplificem sorti-
retur hereditatis partem. Ad hac Gibeak Ben Kosam, Domi-
^{¶ Deus. 21.17.} ne mi Rex, inquit, nonne fuis est cuique pro libitu suo cum filiis seu
^{¶ Gen. 25.5} de Successio Liberis suis agere? Annuenti Regi, at scriptum est, inquit, &
nibus ad leges Ebraeorū dit Abraham totam substantiam suam Isaaco. Illi vero, at ubi,
cap. 37. inquiunt, est instrumentum editum quo dirixa est hereditas filii
ejus.

ejus. Respondit ille, Et filius Concubinarum quæ fuere Abrahe dedit Abraham munera. Et pudoris causâ ulterius litigare nolebant. Cananei vero; ex ipsorum lege contra eos ostendimus Terram ipsam paſſim nuncupari Terram Canaan, unde Terram quæ nostra est Nobis reddi petimus. Atqui iterum Gibeah Ben Kosam, Domine mi Rex inquit, nonne fas est cuique pro libitu suo cum filii seu Liberis suis agere? Annuenti Regi. At scriptum est¹, inquit, Maledictus Canaan, servus servorum erit ille fratribus suis. Ecce tibi Terra ipsa nostra est, atque illi sunt servi Domino meo Regi. Vnde etiam & hi ob pudorem ulterius litigare nolebant. Aegyptii demum ita agunt. Debent nobis LX myriadas. Egressi enim sunt è regionibus nostris vasis argenteis & aureis onusti, iuxta quod scriptum est¹ & spolia¹ Exod. 12. 3. verunt Aegyptios. Reddant igitur nobis Argentum nostrum & Aurum nostrum. Respondit Gibeah Ben Kosam, Domine mi Rex, Sexaginta Myriades hominum [ex Ebræis] operas eis CC XXXVI, annos præstabant, partim in Europam in argento artificium exercendo. Pro Operarum igitur mercede abstulerunt Nummum sive Denarium [seu eiusdem valorem] in diem. Initio autem à Peritis qui adessent computo, constitit ne centum quidem annos præteriisse à tempore quo primum Aerarii usus in Aegypto comperiretur. Ob pudorem igitur ulterius ne hi litigare volebant. Vocabulum οἵμα seu οἵμως (quod planissimè è Græco sermone quo ταπειον ærarium denotat in Orientem, ut fieri amat, migravit) interpretatur heic Isa-^{"Videbs Basal} char Ben Netphali["] אַצְרָה הַעֲבָרוֹת Thesaurum Mercedis servi-^{Aruch. in} tis, servitutis, seu operarum. Sensus videtur; plus quam mille ac-^{רְמִים} In Commen- centum annos ab Exitu ex Ægypto runc præteriisse, nec tamen cen-^{tarius ad cr-} tum annos à tempore quo Ægyptiis usum fuisse constaret ærarii un-^{ratum locum} de operarum merces præstaretur; adeoque nihil illis probationis mansisse, unde se Ebræis mercedem aliter solvisse assérere possent. Miræ sunt hæ disceptationes forenses, ubi omissâ utrinque omnino tot annorum præscriptionis ratione, ad argumenta tantum ex lege, historia sacra, ejusque interpretationis petita convolant. An verò res ipsæ fuerint, Alexandro Judice, ita gestæ, an ingenii Rabbinici fragmenta (quemadmodum serè Rhetorum atque Sophistarum apud

Græcos & Latinos controversæ fictæ) neutiquam decreno. Certe Tertullianus adversus Marcionem justitiam nullam defuisse in vasis, ex Numinis mandato, Aegyptiorum asportandis adstruens, age,

^{• Adversus} inquit^o, infelicissime heretice; te ipsum expostulo arbitrum; co-
 Marcionem lib. 2. cap 20. gnosc in utramque gentem prius, & ita de auctore precepti judica-
 De ratione bis. Reposcent Aegypti de Hebreis vasa aurea & argentea; contra
 eisam judi-
 cis hujus q. Hebrei mutuas petitiones instituunt, allegantes sibi quoque corun-
 do Epiph-
 a dem patrum nomine ex eodem scriptura instrumento mercedes re-
 sum in An-
 stitui oportere illius operaria servitutis, pro laterinis deductis, pro
 curato; ejus-
 que de iusti- civitatibus & villis adificatis. Quid judicabis optimi dei elector?
 ria, Clemen-
 tem Alexan-
 dri. sirom. u. Nam & aiunt ita actum per legatos utrinque, Aegyptiorum quidem
 Isidor. Pelu-
 reperentium vasa, Iudaorum verò reposcentium operas suas. Et
 fior. lib. 4. E-
 pist. 87. Scot. tamen has justitiæ renuntiaverunt sibi Aegypti. Hodie adversus
 insent. 3. disf. Marcionitas amplius allegant Hebrei, negantes compensationi satis
 37. quest. u-
 sica. esse, quantumvis illud auri & argenti, si sexcentorum milium opera
 per tot annos vel singulis nummis diurnis estimentur. Que autem
 pars major; reperentium vasa an incolentium villas & urbes? Que-
 rela ergo maior Aegyptiorum, an gratia Hebraorum? ut solo ini-
 riarum Iudicio Hebrei Aegyptios repercerent, liberihomines in or-
 gastulum subacti: ut solas scapulas suas scriba eorum apud subsellia
 sua ostenderent flagellorum contumeliosa atrocitate laceratas:
 non paucis lancibus & scyphis pauciorum utique divitium ubique sed
 toris & ipsorum facultatibus, & popularium omnium collationibus
 satisfacientium Hebreis pronuntiasset. Igitur si bona Hebraorum
 causa, bona jam & causa, id est mandatum creatoris qui & Aegyptios
 gratos fecit; nescientes & suum populum in tempore expeditionis
 angusto aliquo solatio tacita compensationis expunxit. Planè
 minus exigi jussit. Hebreis enim etiam filios Aegyptii restituere
 debuerant. Itatam Pater hic, quam Talmudici, judicium ejusmodi
 memorant.

C A P. IX.

De Judicio Divino, & Pœnâ Præmioque cælitus, juxta Ebraos, expectando. Excisionis Pœna, juxta nonnullos, triplex, adeoque de Immortalitate Anima Talmudicerum aliquor sententia.

Superest ut de Judicio Divino seu Fori superioris, quod בֵּית דָין שְׁלֹמָעֵל noncupant, juxta institutum tandem agatur. Qualenam sive Pœnæ sive Præmii genus Noahidas, dum Remuneratorem Numen agnoscerent, timere, expectare, sperare obligarentur, nullibi, quantum dici, docent Talmudici. At intercà Præmium sperandum, & Pœnam, qualis cunque ea fuerit, ex divino Judicio seu cœlitus eis timendam, expectandam, in eo satis tradunt quod ad observanda quæ diximus septem Præcepta sic eos velint obligari, sic item violatione teneri, ut sacrificia expiatoria eos adhibere etiam oporteret, qua de re satis libro tertio. Ceterum qualenam genus tum Præmii tum Pœnæ ipsi sentirent ad Noahidas ex judicio divino attinere, cœliendum forte fuerit tum ex eo quod de ejusmodi Pœnâ ac Præmio, quæ scipios spectat, tradidere, tum ex eo quod expressim habent de Noahidarum item Pœna & Præmio. Ex sententia fori seu tribunalis superioris in universum aiunt esse פָּנָה צְפָנָה לְצַדִּיקִים Bonum Iu-^{Gem. Bab. ad iis. Chas- giga cap. 2. Maimon. ba- lach. Thesu- ba cap. 8.} stis repositum, id est זְכָר הַצְדִּיקִים præmium Iustorum, quod nuncupant חַי הַעוֹלָם הַבָּא vitam futuri seculi. Eamque agnoscent fore æternam semperque beatam. Hanc item nominibus priscis עַד horti deliciarum, Paradisi, Montis Domini, Templi Domini, Domus Domini, Porta Domini, sæpius significari. Iustum autem definiunt esse eum cuius iniquitati præponderent justitia seu observationis merita. Si enim aiunt זו זכיות נֶל אחד ואחד מבני ארץ ט זכיות ג. Gem. Bab. ad iis. Rosh hashena cap. 16 b. ועונות מ' טוביותיו יתרות על עונותיו צדיק ומ' שעונותיו יתרות על זכירותו רשות מלחמה על מלחמה דין, unicuique hominum ex Ad. i. fol. 16 b. posteris, sunt justitia seu innocentia aut observationis merita, sunt Maimon. ba- lach. Thesu- item peccata. Is verò cuius merita peccatis suis præponderent, Iu- ba cap. 3. stis est; uti & is cuius peccata Iustitia meritis præponderent malis. Gem. Bab. seu impius dicendus. Quod si quis utrorunque equaliter fuerit par- uiss. Rosh ticeps, is intermedius est. Primi generis vocant צְדִיקִים גְּמֻרִים 1. f. 16 b. Iustitia

[¶] De Gehennam. *Iustitia consummata*, secundi גְּמַרְיִם consummata inna. ^{Videsis} pictate, id est Justissimos & scelostissimos, ceteris, ut heic, intermedio-solymita-diorum nomine tributo. Quemadmodum autem Justis ejusmodi, num (prator) es qua ma- præmium statuere vitam æternam beatamque, sic Malis seu impiis gie obvia atque Intermediis, quales verbis jam allatis memorant, sive Poenam sunt) *Genes.* *Excisionis* בְּרִת dictam (Extinctionem dixisset Cicero) sive Gehennam de Sy-nani pro mercede manere aiunt ita, ut, pro peccatorum pondere, nonymis si-damnentur. Nam velut in statera in foro superiori peccata ac me- ve Gehennæ sive alii que ritacujusque appendi semper volunt, ut ferè Jovem aureâ lance fara heic memo- Græcorum & Trojanorum librasse ait Homerus^t. Vitam autem rantur Po- aeternam בְּעֹלֶם הַבָּא partem seu sortem in futuro seculo ap- nis, Perrum Galatinum pellitant, & pro eorum qui eo gaudeant, qualitate ac meritis, variam de Arcanis esse aiunt. Justorum etiam dum vitam agunt præmia, uti & Impio- Catholicæ. ^{c. 7. Et c. 8.} rum Poenas, cælitùs accepta agnoscant, ac utrisque pro multipli- ^{Gem. Bab. ad} minis sive gratia sive vindicta diversitatem esse non exiguam. Desist. Eribin leri autem Confessione ac perfectâ Poenitentiâ, quam pluribus de- cap. 2. fol. 18b. scribunt, omnimoda peccata; quorum alia seu graviora id 19a. *Manasse Ben. Israel.* est quæ ex instituto divino tam Excisione quam Morte ex sensib. de Crea- tentia forensi plectuntur præter perjurium, alia נְלָקֶה seu leviora, tione prob. 19. ex Zobab, quibus nempè non adjicitur Excisionis poena, nominant. Ex sa- Misna Et cro autem sermonem triginta sex enumerant ^x quorum scienter & ul- Gem. urag, trò commissorum nullum esse quod non Excisione, nisi remissum Sanhed. fuerit, seorsim & per se sit puniendum; ita tamen, ut, ubi eorum nul- cap. II. Mai-monid. bal. Theshuba c. lum reperiatur, peccata etiam alia sint in trutina non rarò adeo simili 8. Et c. R. gravia ut non minus meritis iustitiae quam illa, præponderent nec Samuel. de leviori Excisione itidem Poenâ, punienda. Excisionis autem Po- Ozida in fata, ad comm. na, ἐξολόθρεψις Hellenistis idest perditio dicta, quæ lege occurrit, sta- in Pirke A- both Et. tuitur nonnullis Triplex. Neque enim satis de hac poena conser- tiunt Magistri. Legitur apud R. Bechai^y, הַרְבָּתוֹת מֵאֲנוֹם that Magistri. Legitur apud R. Bechai^y, הַרְבָּתוֹת מֵאֲנוֹם H. Kiad. 8. כְּרָתָה מִן הַלְקִים שׁ כְּרָתָה לְבָדוֹ וְשׁ כְּרָתָה לְנַפְשׁ לְבָהָה וְשׁ כְּרָתָה על נְלָקֶה. ^{Videsis R. Lebudi. Ben Nachmanid.} Excisiones que in lege occurruant tripartiti Samuel. in Sepher Coz. distribuuntur. Est genus Excisionis qua exciditur Corpus tantum. ripari. 3. s. 1. Et 2. Et c. Misn. sis. Cerithoth cap. 1. In Biur hathorah fol. 149. col. 1. [¶] Videsis que habet Maimonides. Theshuba cap. 8. Et c. Mos. Mikor. precept. Neg. 105. Nachmanid. in Pirkei Torah fol. 200 Et 202. Abar- binel in Pirkei Torah fol. 297. col. 2.

*Et itidem Excisionis genus qua sola Anima exciditur. Et in Platonicā philosophia memorantur ἡ ψυχὴ καθαιρεδίνει anima sublate seu extincta. Et decum (sic R Bechai) est genus Excisionis, qua tām Anima quam Corpus exciditur. Quemadmodum in Valentianorum dogmatis dicitur ἐπει τῶν αἰθρώπων τόπομα ὑλικὸν seu ordinem horizonum materialem seu terrestrem διπλάνουσα ἡ μά σωματεῖ. ἡ ψυχὴ καὶ σώματα simul cum anima & corpore perire. Primigenitis aiunt Poenam esse premature mortis seu quae בְּחִזֵּי יְמִין antequam dies, seu tempus vita alias expectandum absolvatur, accedit. Certè & in Psalmis legitur. *Viris sanguinum & dolosi non dimidiabunt* ^b Psalm. 55. dies suos. Hanc autem poenam volunt designari in sacris literis ubi dicitur נָכְרַת הַאֲשָׁר מִקְרָב עַמּוֹ excidetur homo ille è medio populi sui, aut phrasis de Excisione similis usurpatur, qualis sexies in Lege occurrit. Nam ii, quibus hujusmodi signantiū prescribitur poena, Sex sunt.*

I בְּעַל אֹוב qui consuluerit Ob & Iideoni; Levit. xx. 6.

II שְׁנָאָט בְּחִזֵּן qui mactaverit extra; Levit. xvii. 4.

III הַמְעַלָּה בְּחִזֵּן qui obtulerit extra; Levit. xvii. 9.

IV המפטך את הטעון Qui oleum confecerit contra Legem; Exod. xxx. 33.

V המפטך את הקטורת Qui confecerit suffimentum, contra Legem, Ib. 38.

VI הסך המשורה Qui Oleum unctionis effuderit, contra Legem Ib. 33.

Generis secundi Excisionis poenam vigesies septies (ad scelerum, quibus disertè prescribitur, numerum) haberi in lege observant. Quindecies, ubi concubitus incesti prohibentur, adjecto וְנִכְרֵתוּ סֵבֶת הַעֲשָׂתָה מִקְרָב עַמּוֹ excidentur anima sic facientes de' ^c Levit. 18. medio populi sui. Ubi populum suum pro ceteris, quæ futuro, non excise, gaudent seculo, animabus sumunt. Quales illi concubitus fuerint, libro quinto ^d fusiū erarratur. Ideo autem in eis quindecim Cerithoth seu Excisiones ponant non xxv iuxta concubituū ^e c. p. 1. 5 ibi designatorum numerum, qua undecim in ipsa enumeratione veluti planè redundant. Nam quindecim id est, priores septem, & Sssss deci-

decimus sextus cum sequentibus (dembris decimo octavo, xxv & xxvi) omnes satis continent, ut antea monitum est. Qui restant duodecim huic poenæ, ex disertis legis verbis, obnoxii, eis sunt:

- *Exod. 31. 4. I. המחלל את השבת Qui profanat Sabbathum^c.
- *Levit. 7. 20. II. הטמא שאכל את הקודש Immundus qui sanctum comederit^f.
- 23. 3. III. הבא למקדש טמא Qui in Templum ingreditur immundus^g.
- *Num. 19. 13. IV. האוכל חלב Qui comedet Adipem^h.
- *Levit. 7. 25 V. האוכל דם Qui comederit sanguinemⁱ.
- *Ibid. 27. ¶ VI. האוכל נורא Qui comederit sacrificii residuum, die tertio^k.
- 17. 10. ¶ 14. VII. האוכל פנוול Qui comederit residuum sacrificii extra locum suum!^l
- *Ibid. 19. 6. VIII. האוכל חמץ בפסח Qui comederit fermentum in Paschate.
- *Ibid. 7. ¶ 9. Ibid. Observatio Barren- mor. ad tit. Cerithoth cap. 1. IX. האוכל ביום היכפורים Qui comederit quid in die Expiationum^m.
- *Levit. 23. X. העושה מלאכה ביום היכפורים Qui opus aliquod fecerit die expiationumⁿ.
- 29. XI. Qui Pascha non observarit^o.
- *Ibid. 23. 30. XII. Masculus, qui minimè fuerit circumcisus P.
- *Num. 19. 13. Tres ceteri, quibus triginta sex conficiuntur, & ad genus attinent tertium, sunt.
- *Gen. 17. 14. I. המגרה, Blasphemer^q.
- *Num. 15. 30. II. העופר Cultus extranei reus seu Idolatria^r.
- ¶ 31. III. הנותן מזروع לモולק Qui ex semine suo dederit Moloch^s.
- *Levit. 18. 21. Altero enim heic in loco Anima, altero ipse qui Moloch semen dederit, excidendum. Quomodo vero Blasphemia & Cultus Extraneus, locis ad hoc tertium genus jam indicatis Ebrais intelligantur, supra ostensum est libro secundo. Id autem quod habetur memorati Numerorum capititis commate 31. עונגה בָה Excidendo excidetur anima illa, iniquitas eius super eam, & tam ad Blasphemum quam ad extranei cultus reum, juxta Magistrorum scita, attinet, de כתת חמור seu Excisione graviori, quem tum Animæ est tum Corporis, sumunt, quam itidem כְּפֹל Excisionem Duplicem nuncupant. Adeo ut ex secundo Excisionis poenæ genere, ipsam planè velint esse definire Animam, corpore antetempus suum moriendi

moriendi aliàs naturale, minime sublato; ex genere verò tertio, tam Vitam ante tempus aliàs naturale cœlitùs præripi, quam Animam amplius non qmnino esse. Atque inde pro justitiae seu iniuritatem modo sive Immortalem sive Mortalem Animam esse pronuntient. Sed poenas etiam qualescumque, cum Immortalitate, leviores quam Animæ Excisionem decernunt. Adeo ut interea etiam ipsas animas interdum mortales esse existiment & perire. Et disertè Magistris celeberrimis ¹ aliis Excisio animæ generatim dicitur poena esse, qua impius נברת ברטו ו Abed כבַּהֲמָה exciditur ob impietatem suam & destruitur veluti brutum. At verò in festo Expiationum universa peccata tam Graviora qualia diximus, quam leviora (modò præter confessionem ac poenitentiam perfectam damni illati fieret compensatio, ubi id intervenerat) quotannis per caprum apopompæum sibi expiata fuisse ² docent. Certè Excisionis apud eos ejusmodi poena Tacio olim videtur suboluisse. ³ Au-

¹ Maimonid. hal. Thesu- ba cap. 8. ² de Constan- tin. L'Em- pereur in la- chiedem in Dan. pag. 157 ³ Ibid. cap. 1. ⁴ I. Myria ist. loma e- genda, inquit ille ⁵ de Ebræis, multitudini consulitur. Nam & ne- care quemquam ex agnatis (gnatus legit Lipsius; & de liberis neci non exponendis intelligit ut ante monuimus) nefas; Animasque prelio aut suppliciis peremtorum eternas putant. Hic generandi amor & moriendi contemptus. Edidicerat igitur forsitan eos existimasse (nonnullos saltem eorum nec obscuri nominis) animas, alias eternas, alias non item. Sed advertendum est in primis heic quod habet D. Paulus de Pharisæorum id est recte quam ipse amplexus fuerat aliorumque sui temporis Ebræorum sententia; confiteor ⁶ &c. ⁷ 1 Ad. Apoll. 24. 15. spem habens in Deum, quam & hi ipsi expectant, resurrectionem futuram Iustorum & iniquorum. Nec sana ita rerum est omnium, sive iustorum sive in iustorum, resurrectionem & Judicium apud Magistros supponi juxta illud R. Eliæzeris Kapernaitæ ⁸ הילודים ל' מותם והמתים להחיות וזה יס לדון Qui nati sunt morientur, qui mortui sunt reviviscerunt, qui reviviscerunt judicabuntur. Alia sunt id genus per plurima, ut prætermittam quæ habet non semel Josephus, Philo, Eusebius in Præparatione Evangelica, alii de Animarum Immortalitate ex disciplina Ebræorum, uti etiam quæ non nullis eorum de me- tempsychose tribuuntur ⁹. Quod vero de Pœnis haætenus dictum, ita

semper juxta eos est intelligendum ut peccata fere omnimoda errore seu ignorantia commissa sacrificiis expiatoriis, in lege præstutis, planè delerentur. Non defuit qui **נַחַת** quod *Excisio* nobis est, planè Talmudicis poena cœlitus infligenda, vertit pridem nec semel, *excommunicatio*, ut videre est in versione Canonum de Poenitentia ex Maimonidis Juris corpore. Sed alienissima est illa Vocabuli significatio ab ea quam omnino admittunt Magistri. De Resurrectione autem mortuorum juxta Ebraeos, consulas Menasse Ben Israel in libro ea de re næperrimè edito.

^b Cantabri-
gia. 1631.

^c Amstelo-
damus 1656.

C A P. X.

De Poenis & Præmiis fori Superioris, Cœlestis, seu Divini, quæ ex Ebreorum sententia, ad Noachidas seu Universum genus humanum attinerent.

Breviter ostensis hactenus quæ de Præmiis ac Poenis ex judicio Divino sibi debitibus, tradunt Ebraei, sequitur ut quomodo etiam & in quantum ea ad Genus Humanum seu alias Gentes attinere velint, itidem dispiciamus. Tertio Excisionis genere, quod tam animæ quam corporis appellant (ut jam dictum est, ex aliquorum sententia, puniri Cultum Extraneum, cuius species etiam est Molochi sacrificium, atq; Blasphemiam seu Maledictionem Numinis Sanctissimi, palam est. Cum igitur horum Interdicta Naturalia etiam velint fuisse, atque ad genus humanum universum nunquam non attinuisse, iniquum non est existimare, ipsos Poenam, quam cœlitus sibi horum violationis nomine irrogandam existimarent, voluisse pariter ad alios spectasse. Secundo autem Excisionis genere, quod appellant illi solius Animæ, universos illos concubitus incestos Revelationis Turpitudinem nomine in Levitico denotatos puniri volunt. Unde & saltem sex illos ex Jure Naturali ab initiis rerum, juxta ostensa, interdictos Excisione etiam in Noachidis puniri eos statuisse vix est quod dubitemus; cum toties item animadvertant etiam Gentiles apud scipios in legum Mosai carum procœnrio (ex vi vocabulorum illorum **וְאֵין** homo homo (contineri, saltem ratione Sex illorum universis patiter

riter veterorum, ut libro quinto fusiū est narratum. Sed & disertis verbis negant Gentilibus aliquot seculi futuri prēmium, quo carere Poena est. Nam de iis qui Diluvio periere aiunt^d, **זהר המתובל אין מישא טהרה Sanhed. cap. 11.** **Qui Diluvio periere vita future exsortes sunt, neque sistentur judicio.** Ultimo scilicet. De Sodomitis item, pronuntiant futuri seculi exsortes eos fore, attamen in Judicio ultimo sistendos quasi Poenas pro peccatis lucent usque ad **יום הדין רבנן diem Iudicii Magnum & tunc planè exscinderentur.** Alia habent ejusmodi, quæ vide in capite undecimo tituli Sanhedrin & in Maimonidis tractatu de Pgenitentia, atque **commentariis adjectis.** De Præmio autem quo dignantur qui, ex Gentibus, Septem quæ tractamus præcepta ritè observarint, Maimonides^e, **חסיד אומות העולם יש להם חלק לעולם הבא Pis. 3. Ibid. cap. 3.** **ex Gentibus Mundis pars seu pars est in Futuro seculo. Quod in anno- tationibus adjectis de eis, qui Præcepta Noachidarum observarint, כ' גוד. Manuscr. Ben Israel loco jam ante citato, et ad Deus. quæst. 163. Hispanice, 2. Latina Hal. Melakim c. 8. ad de eundem Halach Israei Bia cap. 14.** **הרי זה מחסיד אומות העולם ויט לו חלק לעולם הבא והוא שיקבל אותן ויעטה אותן מפני שצוה בהן הקב'ה בתורה והורענו על ידי משה רבינו שבנו נח מקודם נצטו בהן אבל אם עשנו מפני הברע הדעת אין זה נר חוטеб ואיןנו מחסיד אומות העם ולא Quicunque suscepit in se septem Præcepta, atque moni- zus ea cantius observaverit (de Profelytis Domicilii recens factis lo- quitur) ipse est ex eis qui vocantur Pis ex Gentibus Mundi, atque ei sors est in seculo futuro. Eum vero intelligimus qui ea observave- rit idèo quod præcepit Deus O. M. ut legislator. Nam & per Mo- sem Magistrum nostrum nobis notum fecit, imperatam fuisse anti- quitus Noachidis eorum observationem. Ceterum si ponte solùm, seu ex suo potius arbitratu (non habitâ imperantis Numinis san-ctissimâ ratione) ea observaverit, nec pro Profelyto Domicilii nec pro aliquo ex Pis ex Gentilibus Mundi habetur, neque in numero Sa- pientum eorum censendus est. Atque ubi occurrit in corpore Tal- mudico **תָּאֵפְלִוּ גּוֹ וּוּסְךָ בְּתוֹרָה הַרְאָה כְּכָהּ גַּדְלָה** etiam Pa- **Gemara Babyl. ad rot. Aboda Zara cap. 1. fol. 3a.** ganum qui diligenter legem observaverit veluti Pontificem maxi- mum habendum, id est, inter primarios Ebræorum, quantum ad **præ-****

פְּרוֹת בַּטָּבֵעַ מִצּוֹת attinet, censendum; adjicitur in Glossa טלהם דאלו בשאר מצות אמרין בסנהדרין פרק ד' מיתות גוי העוסק Intelligendum est de septem praeceptis Paganis propriis. Nam quod ad cetera attinet; docetur in Titulo Sanhedrin

¹Talmud. capite de quatuor pænarum capitalium generibus¹ Paganum qui Bab. cod. sis. observaverit legem (qua Israeliticam, atque in ditione Israelitica) fol. 59. mortis esse reum. Qua de re etiam alibi diximus^k. Tantum abest

²Vide lib. 3³ ut de lege sua Talmudici admitterent id quod Tryphon¹ olim & cap. 5.

¹Apud Ius- crarii præfetus) scilicet Legem Mosaicam necessario etiam Gentilibus observandam universis qui unius Veri Dei notitiam habentes, videbis Hugonem Gro- Deum etiam Hebreorum, verum esse Deum cognovissent, vel saltem sium de Iure id probabiliter suspicari potuissent; quæ Scacchi verba sunt. Sed belli ac Pa- verò de Poenarum & Præmiorum, ex Judicio divino, quæ spiritua- lium quæ corporalium, aliter item, qualitate, satis inter se discrepant

²Sacer. E- laeobrysmo. Magistri veteres, ut in primis est elicere ex doctissimis Josephi Alboⁿ ton Myro- commentariis.

³Sepher ka- rim lib. 4. c. 29. Et.

C A P. XI.

Capitum illustriorum Iuris Naturalis seu Noachidarum vestigia expressissima in Jobi historia, ante legem Mosaicam, saltem non ubi Mosaica lex, quæ Mosaica se Ebraica, obtinuit, conscripta.

DRæter ea quæ ex sacra Mosis Historia atque è Talmudis, de Capitibus illis Juris Naturalis Gentium seu Noachidarum Septem, haec tenus tradidimus, advertendum est etiam alibi in Utroque federe superesse quidem, quæ pro expressissimis horum, qua Noachidarum sunt, vestigiis à viris doctis sumuntur. Qua de re Corollarium adjicere vi- sum est. In Federe Veteri Jobus homo simplex ac rectus, timens caput videbis Jacob. Bolducum Et ad cap. 23. vers. 18. Deum & abstinentia Malo, præter plurima pietatis atque humanitatis officia, de Cultu extraneo, de blasphemia seu Maledictione Numinis, de Homicidio, de Adulterio ac de Furto, ut suo ævo interdictis, nec non de Judiciis, apertè agit. De cultu Extraneo ita°, (si aspexi Lucem

*Lucem (aut Solem) cum splendesceret , aut Lunam nobiliter in-
cedentem ; & seductum est in abscondito cor meum & applicata est
manus mea ori meo &c. Etiam sic denegassim Deum qui est de-
super ; Seu ut vulgata ; Quae est iniquitas maxima & negatio con-
tra Deum Altissimum. Ubi Hellenistis substituitur pro eo quod
de Sole & Luna ex Ebræo attulimus ἡ ἥξεν οὐδὲ μη Ήλιον τὸ Φωτίου
ονού[τοις] ἐπιλέποντα, Σελήνην τὸ φέγγον. Οὐ δὲ εἰπ' αὐτοῖς ἐσι. Id
est, Nonne videmus Solem qui lucebat, Ecclipsim pati, & Lunam de-
crescentem ? Non enim in eis est. Scilicet agnoscunt etiam ipsis ^{Ita in Ms.}
^{Biblioteca} ^{Regia ad Dm} ^{Si Iacobi.}
Creatorem, adeoque non in eis quid habetur adorandum. Quod
ad Maledictionem Numinis seu Blasphemiam attinet ; absoluta
semper quam servabant filii ejus convivandi periodo, mittebat Iobus
& sanctificabat eos, consurgensque manè obtulit holocausta juxta ^{Cap. 1. 3.}
numerum omnium ipsorum. Dicebat enim Iob, ne forte peccave-
rint filii mei בְּרַךְ אֱלֹהִים וּבָרְכוּ אֱלֹהִים בְּלֹבֶדֶת דָּבָרִים
(in vulgata) in cordibus suis. Sic faciebat Iobus singulis diebus. Quo-
modo vero verbo בְּרַךְ tam maledicere quam benedicere signi-
ficet antea ostendimus¹. De Homicidio alibi ; Si gavisus sum, in-^{Job. 1. cap.}
quit¹, ad ruinam ejus qui me oderat, & exultavi quod illum inve-^{10. 127. lib. 2.}
nisset malum ! Non permisi ut peccaret gustur meum, ut scilicet ^{cap. 11. pag.}
256.
precarer anima illius maledictionem. An non dixeret viri taber-^{Cap. 31. 29.}
naculi mei, quis det de Carne ejus? non saturamur. Alia item oc-^{vide etiam}
currunt in eodem libro, de care. Et de Adulterio, si deductum est cor
meum ait², super mulierem yuwanā avdō̄s ētī̄s habent Hellenistæ, id^{Cap. 31. 9.}
est, uxore viri alterius & paulò post ibi Θυμός γάρ οὐχὶς ἀκατάχετο³ ^{adde cap. 24.}
τῷ μιᾶναι avdō̄s γυναικα Furor enim ire indomitus commaculare^{15.}
viri uxorem quæ in Ebræo desunt) & ad ostium proximi mei infi-
di asposui, ל אחר אשׁת molat alteri uxori mea & super ea in-
curvent se alii. Ubi Ebreorum aliqui Molendi verbum ita adhi-
bitum volunt, quoniam servitum in moletrina seu pistrino tunc
temporis erat מהעborית המוחדרות אשר תעבד בהם האשה ^{Levi Ben}
" ex ministeriis singularibus quibus marito serviebat uxori. ^{Gersom ad}
Adeoque imprecatum Jobum ut si libidinosè pudicitiam uxoris vi. ^{Job cap. 31. 9.}
cini ambierat, nedum adulterii reus esset, sui ipsius alteri serviret ^{Sal. Iarch.}
ibidem.
uxori*

uxor; idque etiam in concubitum. Nam & Chaldaeus ibi disertè

^{a Videlicet etiam R. Mo- fereb. in Biur lob. fol. 74 b. Etiam de-} תְּמִימָה עַם חֶרֶב Coeacum alio uxormea; cui consonum est illud Vulgata, scortum alterius sit uxor mea. Quin Hellenista eo in loco, ἀρσαὶ ἀρσαὶ οὐ κατέχει Placeat quoque uxormea alteri: Ubi scholion vetus, ac si vocabulum ἀρσαὶ, id est placeat, ex sono alterius Græcè simili illuc migraisset Εβραιοῦ, inquit, ἀλέσας, Ebraus ibi habet, molat. Id etiam quod initio capit is xx i legitur Fe- bulo ad cor- sum (uralie- dus pepigi cum oculis meis עַל בְּתוֹלָה וְמוֹתָה אֲתַבְוָן עַל postea alteri nuptæ amore ductus adulterium forsitan in ea committeret. Neque enim innuptæ concubitus ex Jure Noachidarum illicitus, ante legem Mosaicam, habebatur Ebrais ut ante ostensum est. Furtum autem, Rapinam, dolum atque omnimodam rerum alienarum il- licitam contrectationem, quæ ad Furti caput in Noachidarum jure attinet, pluribus insectatur capite vigesimo quarto. Et postea², Si in manibus meis hæsit macula (seu manibus meis ἐψημένως δύο munera tetigi, ut Hellenista) seminabo ego ut aliis comedat & pro- genies mea eradicetur. Judiciorum demum reis præstitutorum manifesta mentio, tam ubi de Adulterio quam de cultu Extraneo verba facit. De illo, ait, פְּלִילִים עַן כִּי הֵוא זֶה וְהֵא עַן פְּלִילִים etiam hoc est iniquitas maxima; De hoc vulgata vertitur hoc enim nefas est & iniquitas maxima; uti etiam vulgata; seu ἔτεν μοι ἀρσαὶ ἀρσαὶ οὐ μεγίστη λογισθεῖν, ut Hellenista (quibus comma illud prius de Adulterio jam dictum non repetitur) id est, etiam & hoc ut iniquitas maxima mibi esset imputan-^b

^{a Salom. Iar- chi. ad Job. 31. Et Moses Al- fereb. obid. fol. 75 a. aliis.} Neque aliter sane paraphrastes ibi Chaldaeus. Ceterum Ebrais sonat Crimen Iudicum, id est Iudiciale, forense, seu apud Judices in foro puniendum, seu רְאוּנִין לְבוֹא עַל יְדוֹ crimen Iudiciale, idoneo pœnarum genere castigandum. Nam & Deus. 32. 31. apud Mosem פְּלִילִים עַן usurpatur^b pro Iudicibus, atque ita ab Onkelo transfertur uti etiam in vulgata; tametsi id non omnino agnoscant

agnoscant Hellenistæ, quibus pro eo quod est in Cantico Mosis אֹוּבִינוּ פָּלִילִים inimici nostri sunt Iudices, substituitur ḥi ἐχθροὶ οἱ μῶνεινοι Inimici nostri sunt stulti. Alia non solum de Judicio Forensi apud homines, verum etiam de Cœlesti illa seu superiori Judicij Domo (de qua antè) occurunt apud Sanctum illum autem. Quin & ipsum se Judiciis præfuisse aperte memorat Jobum autem sive ad secula legis Mosaicæ promulgatione anteriora, sive ad Gentem saltem Mosaicis legibus, quæ Mosaicis, neutiquam obstricti attinuisse, veteribus est satis in confessio. Obtinet sane apud Ebræos ferè sententia, eum floruisse sub Isaaci ac Jacobi tempora, id est diù ante Legem in Sinai promulgatam, atque ex Nachoris Abrahæ fratri nepotibus fuisse; tametsi non desint etiam inter eos qui cum ne extitisse quidem velint, sed historiam ejus fuisse Parabolam, camque à Mose conscriptam. Quam opinionem ex Ezechiele, ubi Noachus Daniel & Jobus simul recensentur, alii refellunt. Ex libro autem Syriaco ad calcem versionis Hellenisti-^{Cap. 5. 4. c. 15.} chasi fol. 26. & seqq.^{C. 19. 29.}

